# CONSILIORVM ALEXANDRI TARTAGNI IMOLENSIS I.C. CELEBERRIMI
## Liber Sextus.

HABES HIS TYPIS OMNIVM POSTREMIS PRAETER accuratam emendationem, Adnotationes repurgatas & expunctas, quæ nouis opinionibus & hæreticis Orthodoxam Ecclesiam lædebant.

*NOVO INSVPER HABES ALEXANDRI RESPONSA restituta, vnum, quod est xxxiij. lib. 4. multis ab hinc annis prætermissum. Alterum verò est in vij. libri calce, quod inter consilia Laurentij Calcanei impressum reperitur.*

Item Alexandri vitam per Nicolaum Antonium Grauatium I.C. editam.

*Postremò Additamenta doctissima præstantiss. J. C. Marci Antonij Nattæ Astensis hucusque non edita quæ cum hoc signo * ad quodlibet responsum adscripsimus. Ei eo quidem ordine, vt omnia citra laborem inuentu faciliora cognoscas.*

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS,
Ex Officina Damiani Zenari. MDLXXVIII.

# LIBER SEXTVS CONSILIORVM

## CLARISSIMI OMNIVM, & doctissimi I. C. D. Alexandri Tartagni Imolensis;

### *RECENTER AB INFINITIS PROpe mendis exactissimè repurgatorum:*

CVM ADNOTATIONIBVS ANALYTICIS QVAM plurium Iurisconsultorum, & præsertim Marci Antonii Nattæ; nunc primùm in iuris & syncerae praxis studiosorum omnium gratiam, & vtilitatem in lucem editis.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia præsumitur probata læsione vltra dimidiam.*
2 *Renunciatio generalis non sufficit. contra l. 2. C. de rescin. vendit. & num. 6. & 9.*
3 *Rusticus debet de beneficio legis certificari. num. 4. 5. & 7.*
11 *Simplicitas potius quam liberalitas in rustico præsumitur.*

CONSILIVM I.

DOMINI Redemptoris nostri inuocato
suffragio. Ponderatis his, quæ in thema-
te narrantur, & visis allegationibus in sen-
tentia insertis, mihi videtur de iure pro-
babilius & æquius pronunciari bene appel
latum, & malè iudicatum: & dictis rusti-
cis competere remedium dictæ l. 2. C. de rescin. vendit. ma-
ximè ex infrascriptis. ¶Primò, quia præsupponitur esse pro-
batum legitimè, saltem in causa appellationis quòd res ven-
dita per dictos rusticos pro ducatis 136. valebat tempore cō
tractus communi æstimatione ducatos 400. & vltra. ¶Secun-
1 dò præsuppono quòd in dubio † probata læsione vltra dimi
diam iusti pretij, præsumitur quòd venditor ignorauerit iu-
stum pretium, vt est glo. no. & Ioan. Andr. in titu. de empt. &
vendit. §. sciendum est. & restat versicu. quid si aliquis scien-
ter. & Nicol. de Mata. & Bald. in dicta l. 2. in 6. quæstio. &
Ange. & Ioan. de Imo. in l. si quis cum aliter. ff. de verbo. ob-
ligatio. & Ioan. de Imo. in cap. penult. de empt. & vendit. &
in commento. cap. cum contingat. de iureiuran. facit ratio. l.
cum de indebito. in princ. ff. de probat. & c. super hoc de re-
nun. ¶Ex his duobus redditur fundata intentio dictorum ru
2 sticorum agentium. ¶Solum † restat videre an intelligatur re
nunciatum per illa verba posita in instrumento, quæ dicun-
tur solita apponi in similibus instrumentis, scilicet & promi-
sit dictus venditor dicto emptori de & super dictis bonis vē
ditis litem aliquam & quæstionem ullo tempore non infer-
re, vel inferenti consentire aliqua ratione vel causa, sed dicta
bona vendita in proprietate & possessione defendere, & gua
rentare ab omni persona & vniuersitate, & ab omnibus & cō
tra omnes & sibi vacuam possessionem tradere, & in ea potio
rem facere, & omnem litem, quæ moueretur dicto emptori
suscipere, & similiter per alia verba quæ subiiciuntur, scili-
cet & præsentem contractum, & omnia, & singula suprascri
pta, & infrascripta semper firma grata, & rata habere, & tene
re perpetuoque attendere & obseruare, & in aliquo vnquam
non contrafacere, vel venire aliqua ratione vel causa, de iu-
re vel de facto, sub pœna refectionis dupli, & melioramen-
torum omnium, & per alia verba posita in fine instrumen-
ti, scilicet quibus omnibus & singulis ac exceptioni doli ma
li in factum actioni, conditioni sine causa, seu non uera, iu-
sta & non legitima causa, omnique fictioni, simulationi, de
ceptioni læsioni, & fraudi, & exceptioni non sic facti, & sti-
pulati contractus & omni remedio appellationis, & nullita-
tis renunciauit. ¶Et mihi videtur quòd per hæc verba non
intelligantur dicti rustici legitimè renuntiasse, adeò quòd
3 excludantur à remedio dictæ l. secundæ, quia † ad hoc vt ru
a sticus[a] qui opere & conuersatione est rusticus per renuncia-
tionem excludatur à beneficio dictæ l. secundæ, requiritur
quod fuerit certioratus de dicto beneficio, vt signanter con
cludit Bald. in d. l. 2. in 3. quæstio. argumen. d. l. cum de inde
bito. §. primo, & cum illa decisione Bald. transit etiam Ioan.
de Imo. in dicto cap. penulti. de emptio. & venditio. & licèt
Salyc. in dictæ l. secundæ in 7. quæstio. C. de rescin. vendit.
* teneat contra Bald. * in casu quo appareret rusticum habuis-
se ueram scientiam iusti pretii, eo quia tunc satis apparere vi
detur quòd uoluerit remittere illud plus quod valebat, &
quia in sciente non cadit error; tamen quò ad casum nostrū
opi. Sal. nullum facit obstaculum, quia nos sumus in casu in
quo non apparet quòd rustici vendentes sciuerint, imò præ-
sumuntur ignorasse, ut dictum est, non mirum ergo si requi-
ritur certioratio dicti beneficii. bene facit quod not. gloss. &
docto. in l. sciendum. ff. de uerb. obligatio. & in l. fin. §. fina.
in gloss. penul. ff. ad Velleia. & gloss. in auth. quomodo opor.
episcopos. §. igitur ordinandus. & Ioan. And. in cap. si diligen
ti, de foro competen. & in dicto capitulo penult. & in addi-
tione Specu. in titu. de renunciat. & conclu. §. primo, in ad-
ditione incipiente, quomodo huic dicto &c. Bartol. in l. in
repudianda. per illum textum. ff. de acquirend. hæred. ¶Ac-
4 cedit † illud quod notabiliter uoluit Hostien. in sum. in ti-
tu. de fideiusso. §. mulier. uersic. Idem est, & Archid. & Ioan.
Andr. in cap. quamuis. de pact. in 6. ubi dicunt quòd omnia
iura quæ dicunt quem posse renunciare iuribus inductis in
* fauorem suum debent intelligi * si talis renuncians fuit de
hoc certificatus, allegant in argumentum id quod habetur
in dicto §. igitur ordinandus. & 38. distinc. placuit. & ita ēt
dicit Nicola. de Neapol. in dicta l. in repudianda. per illum
textum, sed de ulla certioratione dicti beneficij facta dictis
rusticis non apparet, ergo etiam si diceretur renunciatio-
5 nem esse factam non ualeret † saltem in muliere, & in ru-
stico in quibus est præsumpta iuris ignorantia, ut per gloss.
not. in auth. de incestis nuptijs. in principio in uerbo sciēs,
& ibi Angel. & gloss. in l. pater, in principio. ff. de doli ex-
cept. & Bald. in l. secunda. C. de fideicommiss. & Fran. Ti-
gri. in l. uēnia. C. de in ius uoc. & Ioan. de Imo. in dicto cap.
penu. ¶Et hæc saltem procedunt quando nullum interuenit
iuramentum, ut præsupponitur non interuenisse in proposi-
6 to. ¶Possent † etiam prædicta confirmari, eo quod adhoc ut
per renunciationem tollatur cum effectu remedium dictæ
l. 2. oportet renunciationem non esse generalem, vt no. con-
cludit Nic. de Mata. & Bal. in d. l. 2. in 5. q. & Io. de Imo. in d.
c. cum contingat. in tertio membro. & in d. ca. penu. vbi hoc
b dicit esse mentis tenendum, quia non sufficit generalis[b] re-
nunciatio, vbi alicui ratione ignorantiæ prouidetur. l. 1. ff.
si quis in ius voc. non ierit. l. cum aquiliana. ff. de transact.

ita etiam est de mente Bart.in d.l.si quis cum aliter. in fi.vbi
dixit quòd licèt possit renunciari remedio illius legis, quod
habet similitudinem cum remedio dictæ l.2. tamen non pu
tat quod sufficiat simpliciter renunciare exceptioni doli ad
hoc vt excludatur ab illa exceptione doli;de qua loquitur.d.
le.si quis cum aliter.nisi exprimatur de illa lege,vel quod tá-
tundem importet,quia illud renunciare est donare.l. si quis
delegauerit.ff.de noua. vnde talis renuntiatio & donatio ad
modica refertur,nisi aliud exprimatur,arg.l.si libertus.ff.de
ope.lib.& l.hæc adiectio.ff.de verb.sign.& per notata in l.si
de meis.§.recipisse.ff.de arbit.& ita etiam vult. Ant.de Butr.
in ca.quintauallis.de iureiu.in septimo casu. ¶Et posset hoc
pluribus alijs similib. comprobari.verum quia dictę decisio
nes & authoritates sunt ꝓpriè in terminis nostris, & ab aliis
non impugnantur, nõ puto expedire vlterius quò ad hoc in
sistere. ¶Nec ob.si diceretur quod videtur prædictam renun-
ciationem esse specialem, saltem quia facta est mentio de læ-
sione & deceptione, & sic saltem in genere cogitauit de ista
deceptione vel læsione,arg.l.qui iure militari.ff.de test.mi.&
eorum quę notant doc. in l. sub prætextu specierum . C. de
transf.dato quod non fuerit singularis renunciatio facta re-
medio.d.l.2.aliud est enim generalis, & aliud specialis, &
aliud singularis renunciatio,vt per Bar.in l. 1.in fi.ff. si quis
in ius voc. non ier.& in l.fi.C.si contra ius vel vti.pub.& in
l.1.in prin.ff.de vulg.& pup.& in l.si quis.in prin. testamen
ti.cum sim.ff.de leg.3.per ea quæ leguntur & notantur in l.
fi.C.ꝙ cum eo.& in l.quod in rerum.§.fin.ff.de leg.1. Quia
7 † respondeo primò,ꝙ quando facta est à rustico, qui præsu-
mitur ignorare,requiritur certioratio quæ facta non fuit, vt
declaratum est suprà.Secundò respondeo quod Bal.& doct.
in d.l.2.in 5.q. cũ concordantijs, non dñt ꝙ non requiratur
singularis renunciatio, sed dicunt quod non sufficit genera-
lis renunciatio, qñ alicui ratione ignorantiæ succurritur, re-
quiritur ergo ꝙ taliter renuncietur quod appareat ignor an-
tiam non impediuisse mentem renunciantis quò ad effectũ,
de quo quæritur. ¶Præterea Bar.in d.l.si quis cum aliter, in
si. ostendit quod non sufficit facere mentionem exceptionis
doli in renunciatione, ad hoc ut dicatur renunciatum exce
ptioni doli per q̃ aliàs in læsionem, magna esset renuncianti
consultũ aduersus ipsam magnã læsionem,& tñ dolus re ip-
sa est aptus cõprehendere læsione magnã, non solũ modicã.
d.l.si quis cũ aliter.cũ ibi notatis.oportuisset ergo ꝙ saltẽ de
8 enormi læsione fuisset facta mentio : nã † plerũq;, ẽt maiori
bus ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, succurritur
aduersus læsionem, quæ etiam esset infra dimidiã iusti p̃tij ,
vt patet ex l. 1.in fi.& l.sed & si per prætorẽ. §.hęc aũt clausu
la.ff.quib.ex cau.maio.& de tali læsione non enormi , & non
magna potuissent intelligi verba instrumenti. ¶Cõfirmo præ
dicta per ea quæ notat Ant.de But.in c.quintauallis,in septi-
mo casu.de iureiu.vbi dixit ꝙ dicitur esse generalis remissio,
qñ non continet specificè vel ęquipollenter promissionẽ de
non ꝯueniendo propter enormẽ læsionẽ,aut enormissimam,
9 ¶†Responderi etiam potest aliter per ea quæ voluit notabili
ter Bar.Bal.Ang.& Saly.in l.fi.§.idem quæsiuit. ff.de condi.
ind.vbi per illũ tex.dicit ꝙ qñ quis per errorẽ promittit, vel
per errorem soluit indebitũ,& in contractu est apposita hæc
clausula,s.ꝙ dictus soluens vel promittens renunciauit con-
ditioni indebiti,& sine causa,actioni in factum,& omni auxi
lio,non excludetur per hoc à remedio coniunctionis inde-
biti, quia idem error qui fuit in principali solutione vel pro
missione,fuit etiã in dicta renunciatione.& sicut indebitè ꝓ-
misit vel soluit per errorẽ,ita indebitè renunciauit.facit.l.do
li.ver.diuersum.ff.de nouatio.vnde consuluit ꝙ in instrumẽ
to apponantur hæc verba,talis sciens se non teneri, promisit
seu soluit &c.Ita ergo in proposito cum d.rustici pręsumpto
errore & ignorantia vendiderint rẽ minus dimidia iusti pre-
tij,eodem errore vidẽtur inducti ad renunciandũ, ideo ta-
lis renunciatio non valet.& istud expresśè vult Io.de Imo.in
in d.c.cum contingat.in 3.membro.& in d.ca.pe.quando in
renunciatione non interuenit iuramentũ.& per hæc apparet
multifariè responsum ad ea quæ effectualiter in dictis allega
10 tionibus in contrarium factis continentur. ¶†Nec etiam ob-
stat si diceretur quod d.rustici habeant seu habere pręsume-
bantur scientiã verã cõis ęstimationis dictarũ rerum eò ꝙ di
ctas terras laborabant, & notos habebant earum redditus,&
non habebant diffusum patrimonium,per ea quæ traduntur
per Bal.in d.l.2.in 6.q.quia respõdeo. Primò ꝙ si attẽdimus
opinionem & doctrinam Bal.ipse intelligit ꝙ quãuis ille qui
non est rusticus, si vendat sciẽter rẽ minus dimidia iusti pre-
tii,non habeat remediũ.d.l.2.ar.l.quæritur. §.si venditor.ff.
ac.empt.& l.1.in fi.ff.de act.emp.& l.domum.ff.de cõtrahẽ.
emp.cum si.tñ aliud est in rustico,vt retuli sup.& cum eo trã
sit simpliciter Io.de Imo.in d.c. pe. Secundò respõdeo quod
non præsupponitur mihi constare de dictis coniecturis per
quas præsumantur habuisse scientiã valoris rei, & non est in
dubio præsumendũ quod rusticus rẽ ualentẽ ducatos 400.&
ultra. voluisset irreuocabiliter vendere & alienare pro duca
11 tis 136.d.l.cum de indebite. ¶Et si dicatur ꝙ iudex † debet
de dictis coniecturis tanquam notoriis se informare per no-
tata per gl.in l.1.C.qui & aduer.quos.& in l.3 §.eiusdem.in
gl.in verbo,fama confirmat.ff.de testi. & per notata per glo.
in c.cum in tua.de spon. quia respondeo qđ non pręsuppo-
nuntur esse notoria,& iudici ex aliqua informatione vel pro
batione constitisse de huiusmodi coniecturis.& qñ allegatur
notorium facti transeuntis alicuius cõtratæ,& negatur,opor
* tet ꝙ probetur * esse notoriũ, vt notat gl. Cy.& Bal.in l.ea qui
dem.C.de acc.& Spe.in tit.de not.cri. §.1.ver. sed qualiter
sciet iudex.& Bal.in auth.qui semel.C.quomodo & qñ iud.
& doc.in c. vestra.de cohab.cler. & mulie. nec contrariũ dr̃
12 in locis in contrarium allegatis . ¶Non obstat † etiã si dicat
quod inquantũ Bal.in d.l.2.in 3 q.excusat rusticũ scienter uẽ
dentem,nisi fuerit certioratus de beneficio dictæ l.2. & hoc
dixit uerũ qñ propter rusticitatẽ apparet quod potius ex faci
litate q̃ ex liberalitate hoc fecit,qđ iudicis arbitrio cõmittit,
secundũ eum,quia respondeo primò,qđ Bal. loquitur in ru-
stico scienter uendente,nos aũt in eo qui p̃sumitur ignorasse
quo casu sine dubio requirebatur certioratio beneficii, & iu
ris sibi cõpetentis, vt sup. ꝓbaui. Præterea iudex potius in ru
stico debuit p̃sumere simplicitatẽ q̃ liberalitatẽ in tãto exces-
su,per rationẽ. d.l.cum de indebito. & per nótata ꝑ Cyn.in
l.si certis annis. in 5.quæst.C. de pact. Ex quibus concludo,
vt dixi dictum remedium.d.l.2.præfatis rusticis competere,
& eis esse consultum aduersus tam grauem iacturam, quam
bonus vir ferre non debet, vt in iuribus vulgaribus.

---

## ADDITIONES.

a ¶Rusticus.Panthal.de Cre.rep.d.l.2.fal.5.

* Contra Bal.] Contra Bal.videtur etiam tenere Imola,quem refert & sequitur Alex.consi.42.col.penult.lib.1.Sed Bal.sequitur And.Sic. consi.55.co.fi.lib.2.Marcus Antonius. Natta.

* Debent intelligi.] Errans,& ignorans, nunquam amittit ius ex repudiatione pręsumpta,casus est in l.legitimam.ff.de petit.hæred.& ponit eleganter Barto.ad l.Clodius.ff.de acquirend. hęred.ac reputat notabile Areti.ad l.qui Romæ.§.duo fratres.car. pen.ff.de verb. oblig.Et de dictis Bart.ad l.Clodius.mentionem facit Alexã. consil. 13.infrà eod.vol.col.fi.Amplia,idem iuris esse in eo, qui dubitat, vt per Ias.consi.107.colu.4.lib.4.vbi col. vlt. extendit ad ratificantẽ,vt error non noceat, & vide Deci.consi. 530.dub. 4.M. Ant. Natta.

b ¶Generalis.Pantha.d.l.2.ampliat.17.vide inf.eo.consi.105.

* Quòd probetur.] Idem tradit Alex.consi.117.col.2.lib.4.& pulchrè scribit Aret.consi.165.col.5.cum sequenti. Et quia multa dicuntur esse notoria,quæ non sunt, ideò requiritur sententia declaratoria , Dec.consi.402.dub.3.& ad c.consuluit,de appel.& cons. 483.circa finem.Ea de notorio crimine scribit consi.544.col.2.& ibidem col. 4.De probatione notorij latè Ias.ad l.si verò §. qui prorei. ff. qui satis.cog. Natta.

## EPITOME.

STATVTVM est Cremonæ quod nullus possit esse aduocatus vel procurator, nec actor ad lites, qui nõ sit de collegio iudicũ vel notariorũ Cremonę in aliqua causa ciuili vel criminali, & qui contrafecerit puniatũ in libris decẽ Imperialium,& nihilominus processus facti per eos vel in eorũ fauorẽ non valeãt, & nullius sint momẽti:& ex forma statutorũ ipsorũ limitatũ est salarium ipsis aduocatis, & procuratorib. q̃ritur an acquisitũ per filiũfa. procuratorẽ notariũ, de collegio in officio tã notariatus quã procurationis sit quasi castrense. Respon. Alex. quòd sic, & malè.

CONSILIVM II.

1 In consul. premissa videretur fortasse prima cõsideratione dicendũ, † acquisita per dictũ filiũfa. procuratorẽ, vel notariũ. & de collegio notariorũ, tam ex officio notariatus, quam procurationis per ipsum publicè factæ in palatio non sit quasi castrense peculiũ, quia vt hr in l. fi. C. de inoff. test. peculiũ castrense, est illud qđ acquirunt milites ratione militiæ, quasi castrense est illud qđ acquirunt alij, qui ex aliqua administratione consequuntur stipendia publica, reliqui verò filijfamiliàs aliunde acquirẽtes dñr habere peculium paganicum. cũ ergo non p̃supponatꝙ ille de quo quæritur, acquisiuerit ex stipendiis de publico sibi deputatis, sequiturꝙ debet dici paganicũ. ¶ Accedit qđ
2 no. Bal. in l. forti. C. de ad. diuer. iud. vbi inquit qđ † illud qđ acquirunt procuratores à clientulis suis, non debet iudicari
* peculiũ quasi castrense, * quia procurationis officium est vilissimum & non publicum sed priuatum, vt in §. fi. inst. de excep. & sic debet idem esse quod est in eo quod acquirũt filiifa. negotiatores. Idem etiam notat Bald. in l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. in princ. & ibi dicitꝙ non solùm illud, quod acquirunt filiifa. procuratores dr̃ peculium paganicum, & non quasi castrense, sed etiam illud quod acquirunt notarij aliunde, quam ex bursa fiscali, quia est officium vile. allegat id quod legitur & no. in l. si quis procuratorem. C. de decurio. lib. 10. & ideo talia salaria non differunt à mercantiis, & alia re familiari. quod dicit esse notãdum. ita etiam vr̃ esse de
3 mente † Spec. in titu. de acto. §. 1. versi. item cum agit. cũ sequenti. vbi voluit quod etiam illud quod lucrantur moderni aduocati, non est quasi castrense peculium, non. n. ad hoc obstat. d. l. fori. & d. l. fi. C. de inoff. test. quia ibi loquitur in eo quod de publico percipiebatur ab aduocatis in matricu-
4 la descriptis. Sed † præmissis non obst. contrariũ in proposito vr̃ de iure verius, nam, vt determinat gl. no. in d. l. fori, q̃ ibi sequitur Cy. Rayne. Bal. & communiter alij illud qđ hodie aduocati lucrantur & percipiunt à clientulis, reputatur quasi castrense, quia succedit loco illius publici salarij, quod olim percipiebant aduocati de publico, ideo sapere debet eã dem naturam. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. ꝓ hoc etiam adducitur id quod hr in l. velut. C. de offi. assesso. ubi illud quod lucrantur assessores pro eorum consiliis dr̃ quasi castrense, quamuis illud non percipiant de publico, & ita etiam in aduocatis tenet Io. And. in addit. Spec. in d. tit. de actore. §. 1. in addi. incip. hoc tenuit &c. & vltra præallegatas rationes allegat, quia videmusꝙ illud quod acquirunt milites ex militia etiam si aliunde obueniat quàm de publico, dicitur castrense. l. si fortè. ff. de castr. pec. l. 1. & l. cum allegas. C. de castren. pecu. mil. lib. 12. ergo idem esse debet in eo qđ ex exercitio aduocationis acquirit aduocatus licet illud de publico non percipiat. ¶ Ita etiam per plures rationes cõcludit Guli. de Cun. in l. cum lege. C. de episcop. & cler. & pro-
5 batur etiam in l. fi. & ibi Bar. C. de silentia. libro † duodecimo & Ange. in d. l. cum oportet, in fine principii. vbi idem dicit in eo quod lucratur medicus & aduocatus à priuatis personis, & probari vr̃ per dictam l. fori. quę indistinctè dicit, qđ quicquid occasione aduocationis acquirunt aduocati quorumcunq; iudiciorum, cedit in causam quasi castrensis peculij, & tñ reperiturꝙ de publico haberent salarium, nisi aduocati fiscales, iuxta. l. petitiones. & l. restituendæ. C. de aduo. diuer. iudi. sed accipiebant à clientulis, & honoraria appellabatur. l. si sub specie. C. de postul. & l. 1. §. in honorariis. & §. se-
6 quen. ff. de variis & extraordi. cogniti. ¶ Modò † sic patroni
a causarum, i. procuratores, ᵃ Item tabelliones, quantum ad peculium quasi castrense æquiparantur aduocatis, vt in prǽallegata. l. fi. C. de inoff. testam. in verbo patroni causarum. & in verbo memorialib. cum gl. quia omnes prædicti dicebantur habere peculium quasi castrense. & licet ibi tex. loquatur in eo quod percipiebatur de publico, tñ sicut dicimusꝙ illud quod hodie moderni aduocati habent à clientulis cedit in peculium quasi castrense. eo quia tale lucrum succedit loco eius quod olim percipiebãt aduocati de publico, ita esse debet in eo qđ percipiũt patroni causarum & notarii, cũ subrogetur loco eius quod olim percipiebatur de publico. Et ꝓpterea, Io. And. in addi. reprehendit opin. Spe. qui aliter tenebat & sequitur opi. gl. in d. l. fori. Ita etiam vr̃ uelle Iaco. But. Bal. & Saly. in d. l. fi. C. de inoff. test. ubi approbant opi. posi tam per glo. in d. l. fori. Ita etiam est de mente Nico. de Mata. in l. si donatione. vt ibi refert Bal. C. de collatio. ¶ Hoc expressius in terminis firmant Odoff. & Cy. in d. l. fin. de inoffic. testa. vbi dicuntꝙ nedum in aduocatis, sed etiam in omnibus aliis personis ibi in tex. enumeratis est dicendum, quod illud quod ipsi hodie acquirunt aliunde quam de publico, cedit in causam quasi castrensis peculii, quia subrogatur loco publici salarii, quod olim percipiebant. cùm ergo ibi enumerentur in tex. patroni causarum, & notarii, vt ibi in verbo memorialibus, cum glo. ergo ex hoc apparet clarè decisio pro ista parte. ¶ Fortificantur prædicta per ea quæ notat Bal. in d. l. fori. ubi expressè uoluit quod illud quod acquirunt notarij, dicatur quasi castrense peculium, cum gerant publicum officium authoritate, & vtilitate. & idem dicit in aduocatis qui recepti sunt in matricula aduocatorum & approbati, quia dicuntur gerere publicum officium, & in eo reputantur paterfa. quia quantum ad publicum officium pertinet, non curatur patria potestas. l. nam quod. in princ. ff. ad tre. l. filiusfa. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum igitur ita sitꝙ ex forma statutorũ nemo possit esse procurator, quin non sit de collegio notariorum vel iudicum, apparet quod dictus filiusfa. notarius non poterat exercere dictum officium procurationis nisi sub prætextu notariatus, & sic officii publici. iuxta. l. nõ aliter. ff. de adop. & l. generali. & ibi notata. C. de tab. lib. 10. merito debet appellari quasi castrense peculium illud quod inde quæsitum est, secundum doctrinam Bal. in d. l. fori. cui ẽt adhæret Io. de Platea in d. l. fi. C. silen. li. 12. vbi dicitꝙ id acquirũt à priuatis personis aduocati & notarij rõne sui officij dicitur castrense, per illam l. iuncta. d. l. fi. C. de inoffic. test. &
7 ita etiam Pau. de Cast. in l. fi. C. qui test. fac. pos. ¶ Accedit † qđ no. Ioan. de Imo. in rubr. de pec. cleri. dum dicit quod acqsitum ex scientia vel officio publico dicitur quasi castrense peculium, allegat dictam l. fi. C. de inoffi. testa. ¶ Et per hæc apparet responsum ad allegata in contrarium. & primò ad d. l. fin. de inoffic. test. inquantum ibi videtur ponderariꝙ sit acquisitum de publico, dicendum est, quod ut ibi etiam inquit Saly. illud, ibi non denotat iuris ministerium, nam vt dixi supra etiã illud quod acquirit assessor vel aduocatus vel miles aliunde quàm de publico, nihilominus dicitur castrense vel quasi dummodò ratione militiæ uel aduocationis fuerit acquisitum. d. l. si fortè. & d. l. velut. cum aliis sup̃ad hoc allegatis. ¶ Non obstat id quod notat Bal. in d. l. fori. dum dicit qđ acquisitum à procuratore non est quasi castrense, quia dicoꝙ in hoc melius loquitur. Odoff. & Cy. in præallegata. l. fi. in fi. C. de inof. test. per illam l. in verbo, patroni, attento quod illud quod ibi dr̃ de acquisitione facta ex publico, non restringit, vt ibi dicit Sal. & etiã alii ibidem, & s̃. probaui. ¶ Prętereà in proposito nostro non poterat dictus procurator officiũ procurationis exercere, nisi tãquam notarius, & publica persona ex dispositione d. statuti, quo casu ipsemet Bald. in d. l. fori fatetur illud esse peculium quasi castrense. ¶ Et per hoc etiam patet quod Bald. in d. l. cum oportet. inquantum dicit de notariis. non tamen loquitur contra dictam l. fi. de inoffi. test. in verbo memorialibus. cum gl. & ipsemet Bal. in d. l. fi. & in d. l. fori, tenuit contrarium eius quod ipsemet dixit in
8 prǽllegata. l. cùm oportet. & rectius. ¶ Non obstat † id quod not. in Specu. in dicto titu. de actore, quia eius sententia damnatur ibi per Io And. & etiam per glos. & omnes in d. l. fori. & per Gul. de Cug. in d. l. cum lege. & communiter per alios quos suprà retuli, & à communi opinione in iudicando non est recedendum, vt traditur in locis vulgaribus. Ex quibus concludo dictum peculium esse censendum quasi castrẽse.

ADDITIONES.

* Quasi castrense.] Vide quæ scripta reliquit Ias. ad rubricam. C. de procurat. Natta.

a ¶ Procuratores. Imò hi non sunt aduocati, vt melius ait Alex. inf. eo. consi. 109. in fi. nec quod acquirunt cadit in quasi castrense nisi sit procurator fisci. idem dico de notario, nisi sit notarius principis vel actorum & sic Alex. hic malè consuluit non ob. l. fin. C. de inoff. test. ibi, memorialibus. quia loquitur de actuariis.

## CONSILIVM III.

Lege 5.lib.1.consi.54.quod hic duplabatur.

### SVMMARIVM.

1 *Absens vbi damnari potest, quilibet vt defensor debet admitti ad ostendendum innocentiam.*
4 *Fama cum adminiculis probat, vbi difficilis est probatio.*
6 *Dicenti se vidisse de nocte à longè, non creditur.*
7 *Testes præsumuntur contestes.*
8 *Amicitia quæ testem repellat.*
10 *Frater ad defensionem fratris testificari potest.*

## CONSILIVM IIII.

Viso processu inquisitionis firmatæ contra,& aduersus
Antonium Tuscum,Lambertinum de Lamberti-
nis,Baptistam Mergotum, Ioannem Mergotum, Antonium
Mergotum,Baldinum Zanotum de Lugo,per magnifi.& ge-
nerosum equitem clariss.doctorem & Comitem dñm Anto.
de Guido nibus dignissimum commissarium in partibus Ro
mandiolæ pro dño Duce Ferrariæ &c. pro homicidio vt di-
cebatur commisso per eos in personam Rondini de Rondi-
nellis de Lugo, visaq; cõparitione facta per dñm Baptist. de
Bonzagnũ tanquã vnũ de populo,& vt defensorẽ,& excusato
rẽ dictorũ inquisitorũ,qui ad probandã eorum innocentiam
produxit capitula,& fecit examinari septẽ testes,ꝓut in actis
mihi exhibitis apparet. Videndũ est quæ sint partes dicti cõ-
missarij.& oportet prius discutere an d.Baptista potuerit cõ-
parere,vt comparuit,& debuerit admitti. & posito ꝙ sic,erit
secundò videndũ an sit probatum legitimè de innocentia in
quisitorũ,adeò qđ debeat pronunciari eos nõ fuisse culpabi-
1 les.¶† Circa primũ dico eum admittendũ fuisse,quia cum ex
forma statutorũ & consuetudinũ totius Italiæ possit de crimi
ne capitali procedi ꝯ absentem in contumaciã,põt in tali ca-
su comparere pro absente quis, tanquã instructor causę, seu
a tanquã defensor, [a] ad ostendendũ innocentiã, per tex.in l.ser
uũ quoq;.§.publicè.ff.de proc.ac etiã. quia vbicunque iudex
processurus est contra absentẽ in contumaciã, debet perqui-
rere veritatẽ oĩb.modis,& consequenter taliter venientes au
dire,vt l.ampliorẽ.C.de app.& in aut.qui semel.C. quomo-
do & quan.iud.& ita tenuit Bar.in extrauag.ad repri.in ver-
bo,legitimè.in l.pen.§.ad crimen.ff.de pub. iud.& ibi doct.
cõiter in d.§.publicè.& Cy.& alij post eũ in l.reos.C. de ac-
cu.& canonistæ in c.veniens.de accu.& Ioan.And.in addit.
Spec.in titu.de.procu.§.1.ver.item qđ causa.¶Plus voluit ac
consuluit Dy.quem refert & sequitur Io.And.in addi.proxi
mè allegata,& Iac.de Are.& Cy.in d.l.reos.& Ang.& Io.de
b Imol.in d.§.crimen.quod etiam procurator [b] cum mandato
possit & debeat admitti in d.casu,s. quando pro crimine pu-
blico & capitali potest absens damnari,maximè per d. §.pu-
blicè,per l.intra accusatorem.ff.de publi.iud.& p alia de qui
bus per eos in dictis locis. ¶ Sed hæc disputatio ad præsens
2 non est necessaria,attento † qđ dictus d.Baptista non compa
* ruit,vt ꝓcu.cũ mãdato,sed vt quilibet de populo*ad instruẽ-
dũ curiã, seu vti defensor ꝑdictorũ, quo casu oẽs fatentur eũ
potuisse & debuisse admitti,vt etiã dicit Io.de Imo.in d. c.ve
niens.vbi dicit seruandã esse cautelã,quam dicit se tunc ꝓxi-
mis diebus seruasse, vt cõpareat aliquis ad defensionẽ absen-
tis tanquam instructor vel informator de defensionibus ab-
sentis,quas etiã ipse iudex etiam nemine comparente deberet
perquirere.l.si non defendantur.ff.de pęnis. & l.1.in fi.ff.de
quæstion.& procedat capitula ex quib.appareat de defensio-
ne rei inquisiti, & nominet testes instructos de defensione
quos examinari velit.& per hunc modũ poterit etiã in causa
capitali prouidere ne cõdemnetur,vel in banno ponat. & ita
dicit vidisse Bononiæ seruari, & ego etiã hic & alibi quãplu-
ries seruari feci,& sic cõiter practicari,& seruari vidi & rectè
3 per ꝑdicta. ¶† Circa secundũ principale(videlicet an sit ꝓba
tũ de innocentia dictorũ inquisitorũ,adeò qđ debeat pronũ
tiari eos de dicto homicidio non fuisse culpabiles, nec puniẽ
dos) rñdeo quod sic, quia per dictos septẽ testes est probatũ
qđ tempore quo vulneratus & occisus fuit d.Rõdinus, quod
fuit circa tertiã horam noctis, dicti inquisiti non erant in lo
co,in quo fuit vulneratus Rondinus,sed erant distãtes & qđ
non potuissent illuc accedere quin dicti testes comprehẽdis
sent.& per hunc modũ optimè probatur hęc negatiua coar-
ctata,s.loco & tẽpore.l.optimã.C.de contrahen. & commit.
stip.c.ex tenore,& c.series,de testi.notat gl.& doc.in c.bonę
memorię Maguntiñ.de elect.& not.in l.Pantonius.§.rei per
duellionis.ff.de acqui. hær.& in §.si verò absunt,in auth.de
hær.& fal.in verbo,vidisse,& ponit ibi Ang.in §.hinc nobis.
& not.per glo.& doct.in l.1.§.2.ff. de iti. actuq; priua. & p
Cy.& Bal.in l.actor,C.de prob.& per doct. in c. cũ ecclesia.
de causa poss.& in c.tertio loco,de prob.cum sim.Et plus de
ponunt testes, s. publicam vocem & famam ac communem
opi.esse in dicto loco apud bonos & graues qđ d.inquisiti nõ
4 fuerunt culpabiles.¶Et attento† quod dictum delictum fuit
commissum de nocte & tẽpore tali quod Luna nullo modo
lucebat ,nec lumen aliquod reddebat,adeò qđ non potuisset
discerni qui fuissent occisores d.Rondini,qui fuit occisus in
maxima multitudine personarũ,vt deponunt testes,ideò tũc,
s.qñ probatio est super eo in quo probatio est de difficili, suf
ficit probatio p famã saltẽ concurrentib. aliquib.adminicu-
lis vel coniecturis quãuis aliàs talis probatio non fuisset suffi
ciẽs.ita notat Cy.in l.si quidem.C.sol.ma. vbi propriè ponit
exemplũ qñ tractaretur de probãda morte alicuius occisi in
magna multitudine,& tumultu.allegat.l.non oẽs.§.à Barba-
ris.ff.de re mili.& notat Innoc.in c.veniens. de verb.sign.&
notatur in c.præterea.de testi.& per Bar.in l.de pupillo. §.si
quis ipsi prætori.in 7.q.ff.de ope.no. nun.& Ant. de But. in
c.veniẽs.el 1.de test.& in c.transmissa.qui filij sint legi. bene
5 facit qđ not.Bar.in d.l.si quidẽ.¶Et in ꝓposito † nostro adest
nedũ fama & coniectura,ex eo ꝙ probatur p testes ꝙ d.inqui
siti erant tempore d. commissi homicidij amici, & beneuoli
d.Rondini,& ita continuè fuerant.arg.l.3.in prin.ff.de test.
& in l.1.§.cum quis.ff.de qõ.& c. constitutis, de testi.sed ẽt
adest probatio ꝙ ipsi inquisiti non interfuerunt homicidio,
6 ergo vr̃ esse sufficienter probatũ. ¶† Quòd autem d.probatio
occisorum videatur esse super re difficili,patet per id qđ not.
gl.in l.si cum exceptione.§.in hac,in verbo, ignoret.ff.quod
metus causa.vbi gl. dixit ꝙ iustè ignoratur id quod fit de no-
cte vel in multitudine hoĩm. & secundũ Ang. illa gloss. non
est alibi. per eam dicunt ibi Bald. & Angel. aliàs per Oldr.
fuisse defensum quendã qui accusabatur de homicidio com
7 misso de nocte, & testes * deponebãt se vidisse a longè,& fuit
* probatum ꝙ luna non lucebat illa nocte , ideo testes illi fue-
runt reprobati, vt etiã no.Bald.in l.Aretusa.ff.de statu homi.
& in c.1.§.porrò.in tit.quę fuit prima causa benefi. amit.bñ
facit qđ notat Bal.in l.si non speciali.ff.de testi.vbi dicit ꝙ te
stes qui propter obscuritatem noctis non possunt videre, nõ
probant de visu,qđ intelligitur secundum eundem Bal.in d.
l.Aretusa.qñ testes ipsi affirmabãt ꝙ ibi non erat lumen ignis
vel candelæ,& apparet ꝙ luna non lucebat, & essent æquali-
ter distãtes à loco, vbi agebatur id de quo quęritur.¶Nec ob-
7 stat † si contra testes opponatur, quòd non sunt contestes in
eodem loco,& tempore,iuxta id quod habetur in c. licèt cau
sam.de proba.& in c.cùm dilecti.& in ca.bonæ de elect.cum
simi. quia respondeo quòd imò intelliguntur esse contestes ,
tum quia plures ex eis vocant contestes de numero prædicto
rum testium,vt Nannes Gasparini,& Ioannes Gazoli,& Boni
facius Scalabrini,& in dubio etiam nisi appareat ꝙ testes sint
singulares ratione,loco,vel tempore, & præsumuntur conte
stes,vt nota.Innoc.in cap.qualiter & quando.el 2. de accusa.
& Spec.in titu.de inquisitio.§. nunc tractemus.versic.super
probationem autem infamiæ.& Bald.in l. 2.C.de bono.pos-
sess.secundum tabu.& in l.de quibus.ff.de legi.ubi ad hoc al-
legat.ca cum tu.de testi.& no.Io. de Imo in c.cùm oporteat.
de accusa.& dom.Abb.in c.cum Ioannes. de fid.instrumen.
¶Nec obstat ꝙ aliqui ex dictis testibus deponant ꝙ sunt ami
ci dicti domini Baptistæ,& inquisitorum, sicut sunt alij com
muniter,quia respondeo ꝙ plures sunt testes, qui hoc nõ di-
8 cunt. † Secundò, quia dicunt quòd sunt amici eis sicut sunt
c alij communiter.vnde talis amicitia [c] non repellit testem,sed
requiritur quòd amicitia sit maxima seu talis & tanta , quòd
reddat eum intantum amicum vni , quòd ex hoc habeat ad-
uersarium odio , aliàs autem amicitia quæ e[n] actus virtuo-
sus,non repellit testem,per l.sciendum.ff.de vsu.l.5.in prin-
ci.ff.de testi.ca.quoties.cum ibi notatis per Innoc.& doct.de
testi.& cap.cæterùm.de testi.cogen.& not.doc. maximè Bal.
in l.

in l.eos.& in l.si quis.C.de testi.& no.Spe.in tit.de teste.§.1. in prin.& Bar.in l.admonendi.ff.de iureiurando.& no.in c.
9 insinuante.cum sim.de offirdeleg.¶Et plus† dixit Iac.But.in d.l.3.in prin.ff.de testi.ꝙ licèt duo testes cõiuncti magna amicitia non probarent;tamen tres probarẽt,quia fidem supplet numerus,per notata per glo.reputatam singu.in d.l.3.§.1.ff. de testi.in verbo,numerus.bene facit quod no.Io.And.in addit.Spec.in tit.de noto.crimini.§.fama. in additione incipiẽte,à legato.& Iaco.Butr.in l.parentes.C.de testibus.& Nico. de Neap.in l.2.in princ.ff.de excus.tuto.vbi reputat singulariter ad hoc esse notandum gl.in dicto verbo,numerus.¶For
10 tius † dixit singulariter Bal.& Salr.in d.l.parẽtes.C.de test.
* & Sal.in l.testis.ff.de testib.* quòd licèt aliàs frater non esset idoneus testis pro fratre in causa ciuili vel criminali si testifi-
d catur solùm ad defensam d fratris, & non ad impugnationẽ alterius, quamuis hoc testimonium redundaret in præiudicium fisci; tamen erit frater idoneus testis, per id quod habetur in c.literas.de præsum.vbi fratris testimonium purgat fratrem in causa hęresis,nec debet fiscus cõqueri, ꝙ pęne nõ irrogatę indignatio solã duritiã cõtinet.l.si seruus.ea.l.ff.de ser. expor.& hæc dicit Bal.esse vera,& mẽti tenẽda, multò magis ergo amicus etiã qualicũq; amicitia coniũctus admitteret in casu prædicto.Ex quibus oĩbus intrepidè concludo partes cõmissarij esse in pronũciãdo dictos inquisitos nõ esse culpabiles de cõtentis in inquisitione prędicta, & nõ esse puniẽdos.

ADDITIONES.

a ¶Defensor.Cępolla causa crimi.consi.46.cum decem consil.sequentibus consi.64.consi.72.consi.73.consi.74.Cor.consi.17.libro 3.consil.122.li.4. Decius consi.429.inf.eo.consi.138.nu.14.

b ¶Procurator,& malè,nisi vbi pœna relegationе minor debet imponi.l.pen.in fi.de publi.iudi.l.1.an per alium cau.appel.reddi.possint hodie de generali consuetudine & stylo nullus etiã vt quilibet admittitur pro alio in causa criminali,nisi reus personaliter vel in vinculis compareat,sed tamen non tollitur quin iudex debeat omnib. modis inquirere de veritate & innocentia. d.l. si non defendantur. de pœn.Et sic licet quis non admittatur tanquam defensor pro absente vt scilicet non debeat sine eo procedi, tamen potest incitare & instruere officium iudicis.

* Vt quilibet de populo.]Facit ad prædicta quod scribit Ang.ad l.plenè.ff.de petit.hæred.vbi inquit,ꝙ si ex forma statuti in causa criminali nullus debeat admitti ad excipiendum,nisi personaliter comparеat,vt est statutum Perusij,& vbique communiter, poterit implorari officium iudicis,vt ex officio capiat informationes, quòd iste inquisitus est clericus,vel quòd ille, qui fuit trucidatus,erat bannitus,& ex forma statuti poterat impunè occidi. Et idem Angelus testatur se vsum infinitis vicibus huiusmodi praxi.& concord.& similia adducit Ias.ad l.1.columna antepenultima.ff.de iurisdictio. om. iudic.Et vide ad propositum prædictorum Cępollam caut. 252.incipien.similem cautelam. Et,vide circa prædicta duo elegantia consilia Mariani Socin.quæ habeo post tractatum de excusatore.Et de prædictis eleganter scribit Deci.consi.429. quem omnino vide eundem Deci.ad l.in eo.§.nemo alienæ.ff.de regul.iur. circa fin.Et exceptio innocentiæ non intelligitur exclusa:Dec.consilio 458.in fin.De prædictis tradit Arec.in tractatu malefi.in ver.Qui iudex videns dictos inquisitos non comparuisse,versi.quęro an talis bannitus.Vide etiam Rui.consilio quinto,dub.2.lib.5.& cons.9.eodem lib.vbi vult quòd pater pro filio, dominus pro seruo, & quilibet pro interesse reip.admittatur,etiam si statutum adimeret defensionem. Ad hæc animaduertas,ꝙ vbi quis citatur,vt personaliter compareat, vt videri possit quo colore, qua trepidatione loquatur, non admittitur pater,nec alius pro inquisito,vt per Rui.consilio 118.lib.5.Et in praxi seruatur, vt citetur personaliter ad comparendum personaliter responsurus inquisitioni,tanquam de veritate melius instructus. Et quòd hic Alex.scribit,tenet Grammat.consi.1. posito post decisi.nume.25. Natta.

* Et testes. ] Vide hac de re etiam per Felin. ad cap. sicut columna quarta de re iudic.Ange.Aret.ad §.quadrupli.colum.prima In stit.de action. Natta.

c ¶Amicitia sup.lib.1.cons.78.nu.3.sup.lib.5.cons.88.num. 14. Aufr. tract.de repro.test.ver.amicitia.inf.eo.consi.

* Lege,testis. ff.de testibus.] Istud etiam ibi dicit Florian. argumento.l.si cui.§.1.ff.de furt. Sed in oppositum,quòd in causa criminali domesticus,etiam consanguineus nullo modo admittatur, vide Felin.ad c.in literis.columna 4.de testib.vbi etiam mentionem facit de dicto Floriani ad d.l.testis. Articulus est ambiguus. vide etiam de hoc Alexan.consi.212.columna fi. libro secundo.Ias.ad l.vt vim col. secunda.ff.de iusti.& iure. Et quod Alexan.hic dicit,tenet idem Alexand.consil.24.columna penultima,libro secundo.Vide Dec.ad l.& si nihil.ff.de regul.iur. & sequitur idem Dec.consilio 459. ubi etiã dicit,quòd defensio probatur per verbum, Credo.item nulla reddita ratione.& repetit consilio 469.col.24. De hoc etiam, vtrum in criminalibus admittatur coniunctus, vide Curt. iun.ad rubricam de iureiurando, circa fin.In contrarium,quòd testes minimè idonei non admittantur pro defensione,vult Aretin. ad cap.cum P.Manancouella.de accusat.in fin.Iason.verò vult,fratrem admitti, ad l. non solum.§.sciendnm.ff.de oper.no.nunciatio. & dicit Pet. Anch. consi.283.Iure stricto.col.2.quòd sufficit semiplenè probari defensionem. Et coniunctus admittitur ad probandum meram defensionem criminis,non ad reprobationem testium fisci, Grammat.decisio.trigesimaquarta,col.6. Natta.

d ¶Defensa sup.lib.1.consi.5.nu.8.

SVMMARIVM.

2 *Legitima non amittitur omisso inuentario.*

4 *Statutum vocans simpliciter sorores ad alternatiuè vtrinq; cõiunctas, vel ex latere patris tantũ, intelligitur secundũ ius, vt cõsanguinea per vtrinq; cõiunctã excludatur. & nu. 5.6.*

## CONSILIVM V.

Consideratis omnibus quæ in themate narrãtur & electo tenore testamenti dicti quondam Galeoti,& statuti sub rubrica de succes.ab in
1 te.¶Circa primum quo † quæritur an dictum testamentum valeat postquã legata relicta per testatorem absorbẽt vltra vires hereditatis,& per consequens dictus posthumus.nõ esset cõsequutus aliquid de hereditate paterna vigore testamenti paterni:Respondeò testamentum valere,quoniã posthumus fuit institutus solenniter in testamento,& sic quantum ad eũ fuit seruata forma in testamento de iure requisita.l.inter cætera.ff.de lib.& posth.l.fi.C.de libe.præt.& in §.aliud quoq; capitulum,in auth.vt cum de appel.cogn. ¶Nec ipsi posthumo obstant legata excedentia vires hæreditatis,quia respon-
2 deo † quod non obstantib. dictis legatis filius posthumus poterat deducere de bonis paternis suam legitimam debitam sibi de iure naturæ. hoc est tertiam eius quod habiturus fuisset ab intestato deducto solùm ante legitimam ære alieno ,& funeris impensa.vt l.Papi.§.quoniã autem quarta. & §. seq. ff.de inoffi.test.& l.quoniam in priorib.iuncta auth.nouissi-
* ma.C.de inoffi.test.quod procedit etiã si posthumus* vel hæ
* res eius immiscuisset* se hæreditati paternæ, nullo confecto
a inuentario,a vt plenè no.per gl.in auth.hoc amplius.C.fidei com.& ibi Ia.But.& gl.in auth.de hęr.& fal.in §. si verò non fecerit.in verbo,lucrari.& in l.fi.§.pe.in gl.fi.& ibi doc.C.de iur.deli.& plenè declarat Bar.post Cy.in auth.sed cum testator.C.ad l.Fal.& Io.And.in addi.Spe.in tit.de instr. edi.§.fi. ver.quid si de suo.& declarat etiam Bal.in l. cum à matre.C. de rei ven.& in l.1.C.de bo. auth.iud.pos. & Angel.in l.1.§. hęc stipulatio.ff.si cui plus per quam leg.Fal. ¶ Circa secun-
3 dum † dubiũ quo quæritur,an posito quod prædictum testamentum valeat,dicta Iacoba coniuncta ex latere patris tantũ ipsi fratri suo posthumo veniat ad successionẽ eiusdẽ posthumi cum dictis Philippa & Iulia sororib. vtrinq; coniunctis. Breuiter respondeo,ꝙ non,quia præferuntur sorores vtrinq; coniunctæ,vt in auth.itaq;.C.commu.de succes.& cũ dictis sororibus vtrinq; coniunctis, concurrit etiã mater d.posthumi æqualiter & pro virili,si ipsa extat, vt in auth. defuncto. C.ad Tertul.& ibi etiam probatur ꝙ mater excludit dictam Iacobam,quę non est vtrinq; coniuncta, & notatur in l. 1 .ff. de iur.& fac.ign.& expressius probatur in §. consequens, in auth.de hære.quę ab intest.Et hoc procedit de iure cõi.¶Sed videndum est vtrũ idem sit ex dispositione d. statuti, & quò ad matrem constat ꝙ statutum vult quod ipsa succedat ęqua
4 liter cum sororib.defuncti,& ꝙ viriles fiãt portiones. ¶†Sed posset dubitari,an vigore d.statuti d. Iac. soror dicti posthumi ex latere patris tantũ,succedat ipsi posthumo, sicut quælibet soror vtrinq; coniuncta, & istud est maius dubium,qđ sit in hac consultatione. nam videtur prima consideratione dicẽdum qđ sic,quia statutũ disponit qđ si quis maior vel minor decesserit ab intestato, etiam si non haberet facultatem testandi, sine filio vel filiis, nepote vel nepotibus natis ex filio vel filiis masculis, legitimis, & naturalibus, superuenientibus patre vel fratre seu fratribus, vel sororibus utrinq; coniunctis, vel ex latere patris tantum, uel filiis fratrum, vel auo paterno,quòd succedat pater vel auus paternus si patrem vel auum habeat, & si non habeat, succedant fratres vtrinque coniuncti, vel ex latere patris tantum , quibus fra-

A 4 tribus

tribus existentibus sorores non succedant, prædictis autẽ fratribus vel filijs fratrum non existentibus, tunc succedant sorores prædictę exclusis aliis, præter matrẽ quæ succedat ęqualiter cum sororib. defuncti in virilem portionem. Cum igitur statutum fecerit mentionẽ de sororib. tãvtrinq; coniunctis quã coniunctis ex latere patris tantũ, & postea dicit ꝙ dictæ sorores succedant, videntur oẽs sorores tã vtrinq; cõiunctæ quã ex latere patris tantũ simul vocatę, cũ oẽs sint agnatę & sic cõiunctę p masculũ.inst.de legit.agna.suc. iuxta princ. & §.item si quis ex cæteris. & sic statutũ pdictũ vr voluisse fauere agnationi, iuxta not.p Cy.in l. 1.C.ad l.Iul.de adul.& p Io.And.in addi.Spec.in rub.de successio.ab intest. cũ simi.& illa dispositio statuti vocantis indefinitè dictas sorores, debet referri ad oẽs sorores, de quib.sup.fecerat mentionem.l.1.C. de lib.præte.l. 3.§.1.ff.de libe.& posthu.& præsertim, ut statutum aliquid operetur.l.si qñ.in prin.ff.de leg. 1.c.si Papa. de priui.in 6.& quod no.Bar.in l.4.§.prætor.ff.de dam.infe. & in l.2.ff.de vsucap.

5 ¶† Sed his non obstantibus puto etiã ex dispositione dicti statuti non vocari sororem ex latere patris tantũ coniunctam, nisi qñ non extarent sorores vtrinq; coniunctæ. Moueor, statutum debet interpretari vt quanto minus fieri pôt lędat ius cõe, saltem ne alius indebite damnum patiatur, vel ne alius indebitè ad lucrum admittatur.l. 2. C. de noxa.l.vt gradatim.§.sed si lege.ff.de mune.& hon.& no. Bar.in l.oẽs populi.in 6.qõ.principali.ff.de iustit.& iu.sed si dictum statutum intelligeretur ꝙ etiam extantib. sororibus vtrinq; coniunctis, dicta soror coniuncta ex latere patris tantum concurreret cum dictis sororib.& cum matre defuncti in virilem portionẽ diminueretur ius debitũ matri iure naturæ l.nam & si parẽtib.ff.de inoff.test.& diminueretur ius successionis.etiã iure naturę pertinens ad dictas sorores vtrinq; coniunctas, & soror coniuncta ex latere patris tantũ admitteretur indebitè ad lucrũ dictæ successionis, vt hæc probantur in l.fin.in verbo, lex ipsa naturæ &c.C.quorum bono.iũcto. d.auth.itaq;.C.cõ.de succes.& d.auth.defuncto. ad Tertul. ergo debet intelligi dictũ statutũ ꝙ admittantur dictę sorores, s. prout de iure cõi vocantur, videlicet sorores vtrinque coniunctæ, si extant, & illis non extantib. tunc demũ admittatur soror ex latere patris tantũ. ¶Pro hoc bene facit id qđ habetur in c.dilectus.de consuet. nam ibi probatur secundum Ant.de Butr.& Io.de Imo.ꝙ verba statuti etiã improprianda sunt, ne inducant repugnantiã iuris cõis, vel lęsionem tertij.

6 ¶Hoc confirmo ex †his quę bene ad propositũ cõsuluit Pau. de Ca.in conf. 359.inci.Statuto ciuitatis Castelli &c.nam in casu suo statutum disponebat ꝙ si quis decesserit sine descẽdentibus & ascendentib.masculis ab intestato succedant fratres masculi consanguinei, & filij masculi dictorũ fratrũ consanguineorũ tantum, & si non supersunt, succedant patrui & filij masculi patruorũ exclusis sororib.& matre, auo materno, & auia paterna, & oĩbus aliis attinentib. tali decedenti ex latere matris tantũ. Quærebatur si quis decessit sine descẽdẽtibus & ascendentib. sed superstitib. vno fratre cõsanguineo tantũ.i.cõiuncto ex latere patris tantũ, & vno fratre vterino tantũ.i.cõiuncto ex latere matris tantũ. vtrum illæ frater vterinus succedet solus in oĩb. bonis, q̃ præfatus defunctus habuit à matre, puta in dotẽ.& arguit ad vtranq; partẽ, & finaliter concludit ꝙ sic, quia de iure cõi frater coniunctus ex latere matris tantũ, pfertur fratri coniuncto ex latere patris tm̃ in bonis, q̃ obuenerunt defuncto à matre, vel linea materna, & econtra frater ex latere patris tm̃, prefertur fratri ex latere matris tm̃, in bonis quę defuncto obuenerũt à patre, vel linea paterna.l.de emancipatis. C.de legi.hęr. & notať in d.auth. itaq; p gl.& do.& in corpore vnde illa sumitur. sed dubiũ faciebat dictũ statutũ ꝙ cũ dictione taxatiua tantũ, vocabat fratres consanguineos, & filios eorũ, & sic pp illam dictionẽ taxatiua videbantur cæteris exclusi, vt notatur in l.rationes.C. de prob.& in ca.cum ecclesia sutrina.de causa pos. & ꝓpriè. & etiã statutũ in casu suo excludebat coniunctos p matrem, ut sup.retuli.tñ ipse cõcludit ꝯrium, ꝙ dictũ statutum nõ intelligeť hr̃e locum in bonis obuẽtis defuncto à matre; sed in alijs bonis, quia in bonis ꝓuentis à matre est potior iste vterinus, per d.l.emãcipatis. & sic vult ꝙ dictũ statutum interpretetur secundũ ius cõe in casu pdicto. qđ probatur p rationes quas adduxi sup. & certè in casu suo videbatur esse magis durũ interpretari dictũ statutũ secundũ ius cõe, vt ipse cõsuluit cum verba illius statuti essent multũ magis præcisa q̃ in casu nr̃o, vt etiã patebit per infrà dicenda. ¶Confirmantur pdicta quia statutũ de quo nos quęrimus, loquitur alternatiuè, dũ dicit.superuenientib.sororib.vtrinq; coniunctis vel ex latere patris tantũ, vnde dum postea subdit ꝙ fratrib.non extantib. succedant dictæ sorores, vr̃ etiã loqui alternatiuè, sicut loquitur in parte superiore ad quã fit relatio.l.illa institutio. ff.de hær.insti.l.si ita scripsero.ff.de condi.& demon.l.ait ptor.§.1.ff.de re iudi.& sic perinde est ac si diceret statutum ꝙ fratrib. non extantibus, succedant sorores vtrinque coniunctę,

7 vel ex latere patris tantũ. sed ita est † ꝙ in dispositione alternatiuè vocante personas, inter quas cadit dispar ratio, intelligantur vocari illæ personæ non simul, nec copulatiuè, sed or

* dine successiuo secundũ ordinem scripturæ. vt l.cũ pater.*§. pe.ff.de leg.2. sed in dicto statuto primò nominatæ sunt sorores vtrinq; coniunctæ q̃ sorores ex latere patris tantum, & magis coniunguntur defuncto primæ sorores pp duplex vinculum, q̃ secundę, vt probatur in d.auth.itaq;.ergo illę prius videntur vocari.bene facit tex.in auth.hoc amplius.cũ gl. in verbo, nominatus est.C.de fideic.& l.quoties.in princi. ff.de vsufr.& q.no.doc.in l.nec.n.cum si.ff.de solu. ¶Corroborã-

8 tur † pdicta per id qđ habetur in pmisso statuto dicente ꝙ si decedens sine descendentib. masculis habeat patrẽ vel auum succedat pater, vel auus, & tñ nemo negabit, ꝙ si quis decedat sine liberis patre & auo superstite, succederet pr̃, nõ auus, iuxtã dictã auth.defuncto. & similiter si quis decederet superstite fratre, & filiis fratris, non admitteretur pariter frater superstes, & filij eiusdem fratris, iuxta auth.cessante.C.de legi. hęr.aliàs statutũ contineret absurdũ, s.quod agnatus masculus prior in gradu, nõ præferretur alteri agnato posteriori in gradu non repræsentanti parem gradũ.vt in d.auth.defuncto & l.si viua matre.C.de bonis mat.& statutum nunquam debet interpretari ꝙ contineat absurdũ.l.scire oportet.§.aliud. ff.de excu.tut.& l.ambiguus.ff.de legi.& notatur p Barto.in d.l.oẽs populi.in 6.q.principali.& in l.non dubiũ. C. de legi.& tñ statutũ prædictũ disiunctiuè fecit mentionem de fratrib.vel filijs fratrum.sicut fecit de sororib.vtrinq; coniũctis vel ex latere patris tantũ, igitur ex præcedentibus declarãtur sequentia.l.si seruus plurib.§.fin.& l.qui filiab.in prin. ff.de leg. 1. ¶ Et per hæc apparet responsio ad allegata in ꝯrium, s. ad dictũ statutũ, quia dico ꝙ debet interpretari secũdum ius cõe, & intelligi quod sorores ex latere patris tantũ admittãtur, s.quãdo nõ extãt sorores vtrinque coniunctę, prout etiã colligitur ex verbis & mente d. statuti, vt sup. fuit ostensum.

se, ex quo debitor in mora non est secundum eum; quod ibi
ẽt sequitur Ant. de Bu. & doc. & ita ẽt secundũ prędictã distin
ctionẽ vr̃ do. Ant. in d. c. salubriter. intellexisse opi. Io. An. ibi,
& ꝙ talis differentia facienda sit, videlicet an aliquid promit
tatur pro tempore ante morã pręcedentẽ, & non valeat: secus
si post morã, tenuit expressè ẽt, Cy. post Io. de Rau. in d. auth.
ad hæc. C. de vsu. Vltimò non obstat ꝙ dict. Io. fuerit in mora
deponendi & consignandi pro parte sua dictas quingentas li
bras, quas ex causa donationis &c. quia rñdeo ꝙ cum pater di
ctæ Antoniæ & ẽt notarius tanquam publica persona fuerint
stipulati nomine dictæ Antoniæ dictas quingentas libras à p̃-
dicto Ioanne, ꝙ ex tali stipulatione fuit quęsita vtilis actio si-
15 ne cessione ipsi Antoniæ. † Et primò ꝙ ex stipulatione patris
fuerit in totum quæsita vtilis actio filiæ in dicta quantitate,
quæ est aduentitia, vt infra probabo. est tex. in l. vxorem. §. te-
stamento. lo ij. de lega. 3. & ibi no. vbi filiæ ex stipulatione pa-
tris acquirit sine cessione actio, ẽt in dote profectitia: quia hu
ius acquisitionis ipsa filia capax est l. Pomp. Philadelphus. fa.
erc. & quę no. in l. 2. C. de inof. don. Idẽ probatur in l. dos ser-
uo. & ibi gl. & Dy. in l. quodcunq;. in prin. & gl. Bar. Ange. &
Io. de Imo. in l. qđ dr̃. de verb. ob. & gl. ibi. Pet. Cy. Bal. in l. 2.
C. de contrah. & cõm. stip. & gl. insti. de inut. stipu. §. ei qui. &
ponit de materia plenè Bal. in l. Caius. ad fi. ff. sol. mat. & hoc
est maximè verum, cũ non appareat patrem stipulatũ fuisse fi
liæ, vt extraneæ, sed imò in dubio pręsumitur stipulatus vt fi-
c liæ: [c] tum quia eam nominauit vt filiam, vt in instrumẽto pa
tet, quo casu pręsumitur vt filię stipulatũ fuisse, vt firmat Bar.
in l. si tibi 10. §. si pactus. ff. de pac. & Io. de Imo. in d. l. qđ di-
citur, per id ꝙ legitur & no. in l. cũ aliquis. de iu. deli. & in l. fi
lio. ff. de condi. & dem. & per no. in l. si filio. per Dy. & doc. ff.
de don. cau. mor. Tum etiam quia non apparet patrem motũ
fuisse ad stipulandum filię pp aliqua merita, quę receperit à fi
lia: imò vr̃ motum fuisse dict. Ioannem ad promittendũ patri
nomine filiæ stipulanti, potius propter affectionẽ vel remune
rationem alicuius nobilitatis ipsius mulieris, iuxta no. per gl.
& doc. in l. si voluntate. C. de dot. promis. Ex quo infertur ꝙ
pater non videtur stipulatus filiæ, vt extraneæ, sed vt filiæ, vt
firmat Bar. in d. l. quod dicitur. in princ. & idẽ ibi Io. de Imo.
bene faciunt no. in d. §. si pactus. Item ex hoc infertur prædi-
ctam stipulationem nõ fuisse factam ex causa profectitia, sed
aduẽtitia, quod firmat Bar. in l. quod dicitur. circa prin. & p̃-
batur ẽt in l. cum oportet. cum ibi no. C. de bo. quæ libe. Et ꝙ
sit aduentitium, in terminis firmat Bal. in proposito, in l. j. in
2. q. C. de inoff. do. Allegat tex. hoc probantẽ in ratione sui re
ctè intuenti in l. pen. §. 1. C. de inoff. don. Et quod quæsita fue
rit talis vtilis actio sine cessione dictæ filiæ, tenet etiam Bart.
& doc. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. de verb. obl. imò ẽt si ta-
lis stipulatio non fuisset efficax ad acquirendum filię, videtur
fortè dici posse ꝙ etiam tacitè præsumatur à lege intercessis-
se stipulationem in personam filiæ, cùm dicta quantitas pro-
mitteretur

mitteretur pro donatione propter nuptias, vt no. Bal. per illũ tex. in l. 2. C. de bono. quæ lib. & tantò fortius in casu nostro, in quo propriè dicta quantitas in effectu efficiebatur dos di. Antoniæ, vt in instrumento dicitur, ideo a lege præsumitur tacitam inesse stipulationem in personam mulieris, l. vnica, in prin. & §. accedit, de rei vx. act. & l. ex morte, C. de pac. conue.
16 † fuit etiam vltra prædicta ex alio capite quæsita vtilis actio
f sine cessione dictæ Antoniæ, ex stipulatione facta eius nomine à notario tanquam publica persona, vt firmat Bart. in l. 2. ff. rem pup. sal. fo. & Dy. & Bal. in l. 1. §. exigere, ff. de mag. conue. & Gul. de Cun. & Bal. in l. non aliter, ff. de adop. & Ioã. de Imo. in l. stipulatio ista. §. alteri, de verb. obl. per l. Caius. ff. de vsur. & firmat gl. in d. §. si quis alii inst. de inuti. stip. Bene facit glo. no. in l. huiusmodi, in prin. ff. de le. 1. & ista est magis vera, & communis opi. quam etiam sequitur ipse Io. de Imo.
* in d. l. hmõi, quanquam nonnulli contra. Et maximè * cum iuramentum interuenerit, quod quidem videtur operari idẽ ac si stipulationi præsens fuisset ipsa Antonia, vt no. Bald. in rub. C. res inter alios acta. allegans gl. no. 7. q. 1. quoties cordis oculus, & Bal. in auth. sacramenta puberum, & in l. pactũ in 9. q. C. de col. & Pet. de Anc. in cle. 1. de iureiur. & in cle. j. in fi. principii, de vsur. & Spe. in tit. de leg. §. nunc ostendendum, ver. hoc quoque notandum &c. Cum ergo fuerit quæsita saltem vtilis actio sine cessione dictæ Antoniæ potuit dicta Antonia confiteri prout, s. pro parte dicti Io. fuisse obseruata ea, ad quæ vigore dicti instrumenti ipse Io. tenebatur, & maximè cũ de nullo præiudicio ipsius Semproni j hic tractaretur quod ostendo, nam vt supra probaui, dictæ quingentæ libræ deponendæ per dictum Ioã. erant quid aduentitium ipsius filiæ, vt supra probaui, in quo et isto casu nullus vsusfru-
17 ctus spectabat ad patrem, † quia siue futura esset dicta quantitas loco donationis propter nuptias, & fructus spectant ad maritum, s. ad dictum Ioannem non ad patrem, vt est tex. cũ gl. in verbo ad sustentationem in l. vbi adhuc C. de iure do. & glo. quæ solita est allegari pro singulari in aut. de non elig. secund. nub. §. fi. in verbo, præcipiatur, & gl. instit. de dona. §. est & aliud, in versi. exequatur, & no. Bal. in auth. siue a me, C. ad Velleia. & in auth. promissa, & in auth. dos data, C. de do. ante nup. siue futura esset dicta quantitas loco dotis, vt in dicto instrumento fit mentio, & tunc etiam verum est dicere, fructus dictæ dotis ad mulierem, non autem ad patrem spectare debere, C. de iure do. l. pro onerib. & l. dotis fructus in prin. ff. eo. ti. itaque confessio factorum ipsius filiæ habentis, vtilem actionem, præiudicare potuit patri, habenti directã actionem, l. si cum emptore, §. fi. & ibi doc. ff. de pac. & est tex. cum gl. & ibi Bar. in l. apud Celsum, §. mandaui, ff. de do. exce. ¶ Imo fortius videtur ꝙ etiam posito, ꝙ talis confessio facta non fuisset, & ꝙ dictus Ioannes adhuc fuerit in mora, ꝙ nihilominus possunt peti dicta alimenta tanquam interesse, per dictum Ioannem, quod videtur euidenter probari, ex his quæ dicit no. Bal. in l. 2. C. de vsuris, in ver. denuo quæro &c.
18 iuncto ver. præcedenti, vbi not. † dicit ꝙ si emptor non tenebatur soluere pretium ex conuentione, nisi venditor sibi emptori præstaret fideiussorem, quod licet venditor fideiussorẽ, hunc non præstet, & sic emptorem in mora non constituat, tamen emptor qui rem venditam habuit, tenebitur venditori, ad pretium vsurarum, quia per talem nõ impletionem ex parte venditoris non minuitur vsus rei, ergo non minuitur in-
* terusurium pretii, & hoc etiam si talis res vendita, * sterilis fuisset, ita in proposito cum per talem non impletionem, ex parte dicti Ioã. fortasse non deponentis dictam quantitatem, non fuerit, quin nihilominus ipse passus fuerit onera matrimonii, & dictus Sempronius non possit allegare de se hoc aliquod damnum sensisse infertur omni casu dictum Sempronium ad dicta alimẽta, tanquam interesse teneri. Et prædicta vehementissimè corroborantur ex vi cuiusdã reformationis, & statuti vigentis in loco in quo vertitur qõ (vt verbo fert,) quo expressè cauetur, ꝙ si quis stipulatus fuerit alteri dari il li cuius nomine fuerit facta stipulatio ipso iure quæratur oĩs actio vtilis, & directa, & no. Bar. & doc. in l. 1. ff. ad Treb. si ergo ipso iure vtilis actio, & directa vigore dicti statuti fuit q̃si ta d. Antoniæ, ergo in effectu nulla actio, & nullum ius remã sit penes dictum Sempronium stipulantem, iuxta ea quæ no. in l. si curatoris. C. de neg. gest. & in l. 1. C. de act. & oblig. & in l. 1. ff. e. ti. per doc. ¶ Quibus sic stantibus hæc consultatio, redditur de se clara, quia erga dictum Sempronium, nullã fuit commissa mora per dictum Ioãnem, quia vbi nulla actio competit, ibi nulla mora, l. si pupillus, ff. de ver. obl. & l. nulla. ff. de reg. iur. Sed nulla competebat actio Sempronio ad dictas quingentas libras, vt supra probaui, ergo &c. ¶ Ad secundum dubium prætermissis argumentis ad partes breuiter cõcludo pro parte affirmatiua, quia hoc est clare decisum. C. cõmu. de leg. aut res quæ maximè iunctis his quæ ibi dicunt, doc. & legi. & no. in l. mulier, §. cum proponeretur, & in l. à filia, in prin. & ibi glo. & doc. ff. ad Treb. & quod no. Bar. in l. quæsitum. §. si sponsa de priu. cre. ¶ Et ita dico & cõsulo ego Alex. die 24. Martij. 1450.

---

ADDITIONES.

a ¶ Puro. Idem infra eo. consi. 200.
* Vt est tex. ] Mirari subit, Alexandrum non animaduertisse textum, apertissimum in l. fi. C. ad l. Iul. repet. Natta.
b ¶ Identitas. supra lib. 5. consi. 75.
c ¶ Validum. supra, li. 4. consi. 63. Cæp. caus. ciui. consi. 15.
* Quod tunc. ] Sequitur hanc distinctionem Soci. consi. 126. in fi. lib. 1. & Alex. infra consi. 39. col. 2. Ias. ad l. de quibus, col. 17. ff. de legibus. Et pecuniæ debitæ propter donationem ob nuptias, non potest induci, vt interesse, vel vsusfructus debeatur. Afflict. decisi. 291. Et vxori inopi, quæ fecit quicquid potuit, pro exactione, debentur, quinque pro centenario, Afflict. decisi. 284. Vide de istis Roch. ad cap. fi. col. 5. de consue. & Parisi. consi. 60. col. pen. lib. 1. vbi dicit de 7. & 8. & 10. pro centenario. & eundem consi. 126. nu. 17. lib. j. Natta.
d ¶ Missus. Claua. in versic. vsuras j. §. 32. Sylue. versi. vsura. j. q. 30.
* Empturus fundum. ] Istud de empturo fundum, reprobat elegãter Alex. ad l. diuortio. col. 8. ff. solut. matri. attamen si testator mãdat hæredi vt fundum emat, hæres morosus tenetur ad interesse, vt nota. Soci. tradit consi. 247. dubio vltimo, lib. ij. Et de empturo fundũ ponit Bal. ad l. si in fi. C. de peti hære. concordat opin. Ruin. consil. 104. lib. 4. ꝙ opinio Pauli Castrensis procedat in eo, qui certum fundum esset empturus, aliàs non. Sed istud de empturo fundum, tenet Pet. de Anch. consi. 150. In qõne, quæ vertitur, col. 3. versi. & pro tanto: Claud. ad d. l. diuortio col. 4. & Paul. Castrensem sequitur etiam Alexan. consil. 200. infra eodem lib. Et pręter quam in solito mercari, interesse lucri cessantis non debetur, nisi ratione loci, secundũ Aretin. consi. 9. Cum Paulo Castren. tenet Gramma. decisi. 103 numer. 93. Natta.
e ¶ Vt filiæ. supra li. v. consi. 26.
f ¶ Vtilis. Bald. consi. 238. lib. v. Aretin. consi. 74. versic. venio ad tertium, in fi. Guid. Pap. deci. delphi. 49. Corn. consi. 50. lib. j. consil. ij. lib. 4. Anto. Rube. consi. 117. & hi intelligunt vt etiam ignoranti statim acquiratur, alio non requisito, nisi repudiet, quia tunc fingitur non quæsitum, & hæc fuit opinio antiquorum vsque ad Paulũ de Cast. qui tenuit nil acquiri nisi re integra, secuta ratificatione, vt Pau. con. 171. con. 195. li. ij. sequitur Cur. Iun. con. 55. nu. 9. latè Dec. in l. contractus, nu. 16. de reg. iur. & in consi. 226. consi. 214. consi. 247. consi. 432. in fi. cõsi. 464. consi. 563. cõs. 531. & in l. j. nu. 22. C. de pac. licet Dec. veterem opinionem sequatur in l. quo tutela in fi. de reg. iur. sed posteriorem sequitur Bertr. consi. 116. in fin. li. ij. consi. 304. Donatio. lib. 3. & hæc hodie crebrior & regia constitutione in hoc regno confirmata.
* Et maximè. ] Idem tenet Alex. ad d. §. alteri, & vide notabilia, verba Abb. ad c. sicut, el ij. columna secunda, de iure iuran. Petr. Anch. consi. 21. col. pen. Guid. Papæ q. 222. & Ale. infra eo. li. consi. 66. columm. pen. in fi. Natta.
* Vendita. ] Istud de re sterili improbat Paul. Castr. & Sali. ad d. l. ij. C. de vsu. Alexan. ad l. de diuisione colum. fi. ff. solut. matr. Aret. ad l. ita stipulatus, columna quinta ff. de verborum obligatio. & consilio 150. columna antepen. Corn. consi. lix. lib. iij. Sed Bald. sequitur Secin. consi. 176. col. j. lib. ij. & consi. 88. col. 3. lib. 4. & consilio 103. col. j. lib. eod. & tenet Petr. Anchar. ad c. peccati venia, col. 8. versi. sed circa hoc est dubium de regu. iur. in 6. Ioan. ab Anania ad c. conquestus, col. j. de vsur. Parisi. ad c. eum venerabilis, col. 8. de excep. & consi. 60. num. xxviij. lib. j. Gozadi. consi. 55. nume. 11. Idem vult Pau. Cast. ad d. l. curabit circa princ. Contra Baldũ tenet Claud. Aquen. & plenius Lancel. ad d. l. de diuisione, Tiraq. de retract. fol. 333. nu. 13. Natta.

SVMMARIVM.

3 *Sui dicuntur vsque ad septimum gradum. Et testes singulares vel contradicentes non probant, nec deponentes ad sui exonerationem num. 4.*
5 *Gerens tanquam procurator tenetur, nisi doceat de mandato.*
6 *Infamia orta ex delicto repellit testem & emendatum.*

CONSILIVM XXXII.

Viso processu inter Ioannem de Placentia agentem, & Antonium conuentum.¶Partes domini iudicare, debentis, vt mihi videtur, futuræ sunt in absoluendo Antonium, potissime, quia dato ꝙ diceremus esse probatum mandatum factum per dictum Antonium Francisco Nastello, ꝙ dictus Franciscus nomine dicti Antonij promitteret d. Ioanni libras centum pro dote dictæ Apoloniæ, dandas per ipsum Antonium dicto Ioanni, eo casu quo pater Apoloniæ sibi dare nollet dictam dotem, tamen non sequitur, ꝙ possit Antonius condemnari, quia non est sufficienter probatum, quod dictum mandatum iniunctum dicto Francisco, fuerit exequutum per ipsum Franciscum, & sic ꝙ dictus Franciscus ꝓmiserit vigore dicti mandati, & procuratorio nomine d. Antonii dicto Ioanni dictas libras centum, vnde non est dubiũ,
1 †quod ex mandato per me facto Titio, vt aliquem contractum faciat cum Semprouio, non sim obligatus Sempronio, nec Sempronio acquiritur ius nisi Titius fuerit exequutus, mandatum, l. fundi venditor, ff. de acquirend. possess. l. si mandassem. ff. manda. l. si pater in princip. de ma. vin. potest enim mandatum ipsum reuocari, antequam mandatarius cœperit exequi vt in dictis iuribus, & ideo ad cautelam poterit Ant. mandatum reuocare, quatenus apparet de mandato. Nec ob. ꝙ Franciscus deponat se impleuisse mandatum, & promisisse: quia hoc non probatur, nisi per ipsum Franciscum, qui est vnicus & singularis, & sic fidem non facit, l. vbi numerus, ff. de testi. c. causam, de testib.
2 ¶†Secunda ratione non probat: quia dictus testis fuit mediator [a] in illo negotio, super quo
a deponit, vnde videtur ꝙ non sit in casu proposito testis idoneus, vt no. glo. in c. 1. & in c. fi. de testi. in 6. & Cyn. & Angel. in l. quoniam, C. de testib. & Bal. post Gul. de Cun. in l. & hæredit. §. 1. ff. de pac. præcedens tamen responsio tutior est. ¶Alio principali fundamento ostenditur ferendam esse absolutoriam, quia non videtur aliquo modo sufficienter probatum pro parte actoris. Quod ostenditur sic, nam dictus Frãcis. primus testis deponit ꝙ dictus Ant. dixit ei hæc verba, Cã celiero andate & fate che la Polonia sia trattata ad honore, & io son contento che voi li promettate per cagion de la dota, in bononini libre cento, lequali quãdo li soi nõ gli voglia no dare, li darò de lo mio &c. Et sic in mandato fuit adiecta conditio, cum sui nollent dare dotem, quæ verba faciunt cõditionem. l. quandocunque, §. pen. ff. de ver. ob. l. qui promisit, de condi. ind. & no. in l. Seius Saturninus, ff. ad Treb. & ꝑ Bar. & alios plenè in l. j. ff. de cond. & dem. & in l. centesimis, §. fi. de ver. obl. & Bal. in l. ex his. C. quando dies leg. ced. & in rub. C. de inst. & subst. sub cond. fact.
3 † Et verbum sui, importat omnes coniunctos vsque ad septimum gradum, vt not. gl. & doc. in l. si fœmina. C. ad Turp. & Spec. in tit. de accu. §. 3. videndum, circa principium, & ibi etiam Io. And. & per Bar. in l. 2. in prin. ff. de accu. per Bal. in l. petitionem. C. de aduo. diuer. iud. & in l. 1. C. qui accu. non poss. & no. Io. An. & alii, in c. de cætero, de testi. alij verò testes duo deponunt ꝙ Ant. non adiecit illam conditionem, s. si sui nollent dare dotem, sed illam conditionem, si pater nollet dare dotem, inter quas conditiones est maxima diuersitas, nam secundum quod deponit Fran primus testis, non satis esset, ꝙ constaret patrem mulieris nolle dare dictam dotem ad hoc vt dicatur purificata conditio promissionis Antonij, sed oporteret constare, de voluntate omnium, qui vaniunt appellatione suorũ, qui quales sint, dixi supra, sed secundum quod deponunt alii duo testes, satis esset constare, ꝙ pater mulieris nollet dare dotem, vnde sequitur ꝙ dictum istius primi testis, non potest coniungi, & coadunari per depositionem aliorum duorum testium sib contrariantium, & dictum eius elidentium c. in nostra, cũ ibi no. de testi. & 4. q. 3. in §. si testes, cum ibi no. contradicũt etiam dicti duo vltimi testes dicto Francisco in alio, quia Frãciscus deponit se promisisse dotem Ioan. & eius patri, & sic intelligitur promisisse cuilibet pro dimidia, l. reos, §. cum in tabulis. ff. de duo. reis l. si mihi & Titio, de verbo. obl. & deponit quod ita mandauit sibi dictus Anto. vt sonãt verba ipsius, testis, maximè dum dicit quòd ita ex causa dictę promissionis factæ, vt supra ponens dictum Io. & Ant. eius patrem, & ipsũ, testem nomine dicti Anto. & de mandato suo &c. Alij vero, duo testes deponunt tantum de mandato facto ipsi Francisco de promittendo dictas libras centum dicto Io. & sic tale mandatum importabat ꝙ tota dos debeatur, & promittatur Ioan. secundum attestationes istorum duorum vltimorum testium sed secundum attestationem Francisci mandatum importabat solum ꝙ dimidia promitteretur Io. vt probaui, variant et in aliquibus alii dicti duo vltimi testes à testatione dicti Frãcisci, vt de se satis patet. Sed prædictæ varietates, & contradictiones sufficiunt. ¶Quinimò dictus Fran. ad probandum dictum mandatum sibi factum ab Ant. non est idoneus testis,
4 † qui deponit ad exonerationem suam, & ad commodum suum, vt ostendam, ergo non est idoneus testis, l. omnibus, C. de testi. l. nullus, ff. eod. tit. & no. clare Bart. in l. differre. ff. de iur. fis. & Ant. de But. in c. cum à nobis de testi. & Salic. in d.
* l. omnibus, & Moder. in c. fi. [*] de testi. in 6. ¶Quod autem deponat ad sui exonerationem, [b] & sui commodum patet,
b
5 †quia quando aliquis facit aliquem actum vel obligationem tanquam mandatarius & procurator Titij, tenetur ostendere se habuisse mandatum alias ipse obligatur, vt probatur, in l. 1. C. cre. euict. pig. non debe. & ibi hoc no. in specie Ia. But. Bar. Bal. & alii, & Bar. in l. procu. qui pro euictione. ff. de pro cu. & in l. 1. §. 1. ff. de præt. stip. & in l. si pupilli, §. item si fundum, ff. de neg gest. & in l. licet, C. de procu. & Ang. in l. 4. [*] in prin. ff. de re iud. ergo dictus Fran. deponens se habuisse mãdatum deponit & attestatur illud quod concernit suam exonerationem. Alius est testis, qui non est idoneus, quia proba
6 tum est per testes productos pro parte rei conuenti † ꝙ ipse, fuit leno, & per consequens infamis ipso facto, l. 1. circa principium ibi, dum dicit, qui lenocinium fecerit &c. ff. de his q not. infa. & in l. athletas, §. ait prætor, cum seq. eo. tit. Sed infamis non potest esse testis c. 1. de excep. c. testimonium, de testi. l. 3. §. lege Iulia, & ibi glo. in verbo palam, ff. e. ti. quæ vult hoc esse verum etiam postquam destitit à crimine & scelere, & probatur in d. c. testimonium, & præsertim, quando infamia traxit originem immediatè a delicto, nam tunc etiam testis emendatus repellitur in causa ciuili, & etiã si fuisset simplex infamia facti, licet secus sit quando infamia non traxit originem immediatè à delicto, scilicet à carceratione, vel alia simplici causa, vt not. Io. An. & alii in d. c. testimonium, & ita est in proposito nostro, quia infamia traxit originem a delicto, vt d. l. 1. circa prin. de his qui no. infam. cum ergo ita sit, ꝙ non sit sufficienter probatum de emendatione dicti Lenocis per testes vltimò productos pro parte Ioan. secũdum formam, & modum traditum per glo. & doc. in d. c. testimoniũ, cum concor. ibi allegatis, & dato ꝙ esset probatum de emendatione, tamen adhuc non esset idoneus testis, quia durabat infamia propter lenocinium d. capi. testimonium, nisi ad famam fuisset restitutus, secundum ea quæ habentur in l. 1. §. a qua re, & ibi per Bar. ff. de postu. & per eundem in l. infamem ff. de publ. iud. in l. fi. C. de sen. pas. & per doc. in c. cum te, de re iud. ergo sequitur ꝙ iste non est testis idoneus, & per consequens non potest dici mandatum esse probatum per tertium, alium testem, qui remanet vnicus testis & singularis, l. iurisiurandi, C. de test. c. licèt cãm, de proba. & cuius dicto etiam nõ est credendum, quia eludunt se adinuicem ipse Thomas, & Franciscus ex contrarietatibus & repugnantiis quas supra retuli, per no. in d. c. in nostra, & Bal. in rub. de controuer. inue. & in l. iurisiuran. in ver. deinde no. rationem &c. C. de testi. & in l. de quib. ff. de legi. in quibus locis ostendit Bald. quod tunc nullus ipsorum testium aliquid probat. ¶Ex quibus concludo dictum Ant. absoluendum. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Mediator supra lib. j. consi. 13. nu. 3.
* Moderni in c. fi.] Hi moderni, seu potius recentiores, sunt Geminianus, qui hoc ibi dicit in fi. Et adde Imol. idẽ tenentem in d. c. cum a nobis. & Bal. ad c. inter pares. col. fi. de l. Gotra Flo. ad l. fi. ff. de test. Nat.
* Et Ang. in l. 4.] Vide etiã ibi Alex. qui vult, ꝙ contra procuratorem, non docentem de mandato fiat executio sententiæ. Et idem est dicere, Ago nomine talis, vel procuratorio nomine talis Feli. ad ca. cũ M. col. j. de consti. Et vltra eum istud vult Bar. ad l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, col. fi. ff de ver. oblig. Natta.
b ¶Exonerationem, supra li. ij. consi. xliiij. infra li. 7. cõsi. 71. nu. iiij. Cur. tract. de testib. conclu. 38.

SVMMARIVM.

1 *Colonus qui emit à domino ad mensuram, si propria authoritate retineat ante mensurationem, tenetur recuperandæ.*

Possessio

4 *Possessio amittitur obliuione, & cursu decem annorum.*
5 *Venditio facta ad mensuram, conditionalis est.*
6 *Patientia retentionis non operatur tacitam traditionem, nisi cum debetur retinenti, qui ex parte sua impleuit.*
9 *Interpellatio ad mensurandum vt valeat, debet habere diem, & locum, vbi nisi interpellans compareat, non constituitur, in mora, qui interpellatur.*

## CONSILIVM XXXIII.

Viso processu inter Aromaninum agentem, & Io. Paua
rottum se defendentem, quam breuius potero per
stringam id quod mihi pro veritate videtur. ¶ Aduertendum
enim puto ꝙ in libello narrata sunt talia ex quibus potest in-
a telligi esse intentatum remedium.c.redintegranda. [a] 3.q.1.
1 † quod competit cuilibet qui sine iusta causa cecidisset à pos-
sessione, vt plenè per doc. maximè per Inno. in c. quærelam,
de elec.& in c.sæpè.de restitu.spolia.& per Anto.de But.in c.
cum ad sedem,eo.tit.& Bar.in l.si coloni.C. de agri. & censi.
lib.11.Et etiam potest intelligi intentatum remedium d. l. si
coloni,quæ remedia competunt cuicunq; qui probat se pos-
sedisse contra illum,ad quem probatur possessionem perue-
nisse,dato ꝙ non probetur aliter de violentia, vel spoliatione
possidentis,vt singulariter per Innoc.d.c. sæpe.& no.d. Abb.
in c.si diligenti,de præscrip.facit glo.not.in l.2.C. de furt.
Et adeo priuilegiata sunt dicta remedia, vt contra agentem,
non obstet exceptio dominij, vt no.Bar.per illum tex. in d. l.
si coloni,& Inno.& Io. And.in c. post electionem, de conces
sio.præben.& Ant.de But.in d.c.sæpe.Sed ex actis,præsertim
ex responsione facta per reum positionibus maximè secundò
loco productis,est probatum ꝙ actor possedit per dictum Io.
Pauarottum, vt eius colonum per quem dominus dicitur pos
sidere l.3.§.ꝙ si seruus,& §.saltus hibernos,& l.qui vniuersas
§.quod per colonum l.si colonum.l.peregrè.§. quibus, de ac
2 qui possess. † & etiam fatetur se, vt colonum respondisse Aro
manino de fructibus, per quod probatur possessio Aroma-
nini, vt per glo. & doctor.in d.l.qui vniuersas.§.ꝙ per colonũ
& in l.quamuis.§.1.eod.tit.de acqui.possess. ꝙ autem posses-
sio postea deuenerit ad dictum Ioann.& eam habeat, patet qa
ipse Io. respondendo positionibus, maximè secundo loco p-
ductis confitetur ꝙ postquam per annum laborauit dictã ter-
ram ad petitionem Aromanini, & ei de fructibus per annũ
respondit, postea intrauit dictam terram pro se, & eam ꝑ se
retinuit,& pro se vsufructuauit vsque in hodiernam diem, &
ad suam vtilitatem,& non Aromanini,& hodie denegat resti
3 tuere possessionem dictæ rei, † constat autem ꝙ colonus, qui
denegat mihi rem restituere postquam desiit esse conductor,
vel colonus, dicitur me spoliare possessione.l.colonus. ff. de
vi & vi arm.& l.conductores.C.loc.& no.Cy.in l.2. C.si cer.
pe.in 2.q.& no.Bar.& Bal.in l.si quis conductionis.C loc.&
b Bar.in l.fi.ff.de prec.etiam [b] si talis traditio sit facta in iudi-
cio, vt in casu nostro.l.non ab re,& ibi ponderat Bal. C. vnde
vi.bene faciunt no.per Ioan.And.post Host.in c.significauit,
de censibus, & per Inno.in d.c.querelam.& ꝙ no.Bar.in l.si
prius,in 5.opp.primæ partis.ff.de no.ope.& per Ant. de Bu.
in c.audita,de resti.spo.cum concor.de quib.in dictis locis,
dum tractant an vbi requirebatur inquietatio vel denegatio,
4 sufficiat illam esse factam in ipsomet iudicio. Præterea † ex
c sola obliuione, [c] & non vsu possessionis cum cursu longi tem
poris,s.cum cursu 10. anno.cadit seu cecidit Aromaninus, à
possessione, iuxta l.furtum.§.fundi.cum ibi no.ff. de vsuca.l.
si id ꝙ in prin.& ibi no.& l.si de eo.§.si forte,& ibi plenè per
Bar. de acquir possess.& not.in l.1.C.de ser.fugiti.per glo. &
doct. in l.licet C.de acquir.possess.& in l.fi.C.vnde vi.& in §.
ꝙ autem instit.de vsucap.& not.Cyn.in l.1. C. vbi causa sta-
tus,& der Innoc.in d.c.querelam. ¶ Ex his ergo apparet pro-
bata esse extrema necessaria ad fundandum intentionem di-
cti Aroman.agentis, solum ergo restat videre, quia dicta re-
media videntur competere illis, qui sine iusta causa ceciderũt
à possessione, vt apparet in d. c.redintegranda,& in d.l.si co-
loni, an dictus Aromaninus cecidit sine iusta causa à posses-
sione, & conatur Io.Pauarottus deducere & probare ꝙ Aro-
maninus cecidit iusta ex causa à possessione, s. quia vendidit
dicto Ioann.dictam petiam terræ,ad restitutionem libr. 10.
pro qualibet bebulca, & ad rationem bebulcæ, & in suis exce
ptionibus deducit, & conatur hoc probare, maximè, per
duos testes, scilicet per talem,& per talem, & quandam sche-
dulam facientem mentionẽ de solutione gabellæ, & per quan
dam scripturam priuatam, scriptam vt dicitur, manu dicti te
stis, & producit etiam quædam alia instrumenta, quæ tamen
videntur esse multum à remotis,& non concludere ad casum
nostrum, ideo attingam ea in quibus videtur lis consistere.
Sed prædictis probationibus non obstantibus, puto dictum
* Io. debere succumbere. * Nam præsuppono ꝙ posito quod di
cta petia terræ fuisset vendita per dictum Aroman. dicto Pa-
uarotto, non fuit vendita purè, & simpliciter, sed fuit vendi-
ta ad rationem librarum 10. pro qualibet bebulca, & sic fuit
vendita ad mensuram, vt in exceptionibus dicti Pauarotti, &
in eius capitulis, & attestationibus, & scriptura priuata, &
5 alijs per eum productis continetur, sed ita est † ꝙ omnis ven
ditio facta ad mensuram dicitur conditionalis, & non est p-
fecta antequam mensuratio facta sit.l.quod sæpe. §.in his.ff.
de contrahen. empt. probatur in l.Iulia.§.si Titius.ff.de act.
emp.& ibi Bar. vbi dicit, quòd venditio facta ad mensuram,
d dicitur cõditionalis, [d] & quod intelligitur facta ad mensurã,
quando pretium constituitur pro numero mensuræ, & ita
etiam not. Bald. in l. 1. in 4.oppo.C.de peri. & commo. rei
ven. vbi similiter dicit ꝙ in dicto casu emptio non dicitur p-
* fecta ante mensurationem, * vt etiam dicit Bar.consi. 121. in
cip. In quæstione Domicioli.ergo ante venditionem perfe-
ctam non licebat dicto Ioanni Pauarotto colono, & labora-
tori dicti Aromanini, propria authoritate sibi ius dicere, &
rem ad suam vtilitatem retinere.l.si ex stipulatione. & l. fun-
dus.ff.de acquir. possess. facit.l.extat.ff.quod me.causa,& le.
6 Iul.§. offerri, de ac.empt. † nec obstat si dicatur ꝙ eo ipso, qđ
Ioan. Pauarottus fuit in possessione sciente & patiente dicto
Aroman. videtur possessio sibi tradita de voluntate dicti Aro
manini in l.2.C.de acq.pos. l. non solum, §. quod vulgo. ff.
de vsuca. l.3.§.illud.ff.de acqui.poss.l.quædam mulier.ff.de
rei ven.quia respondeo, quod posito quod probatum esset ꝙ
dictus Pauarottus fuisset, & stetisset in possessione sciente,&
patiente dicto Aroman.tamen per hoc non intelligitur legi-
timè acquisita possessio dicto Pauarotto, nec de consensu di-
cti Aromanini, quia dicit signanter Ang.in l.super longi. C.
de præscrip.long.temp.vbi vult quod illud quod habetur in
in l.2.C.de acqui.poss.cum si.habeat locum quando emptor
adimpleuit contractũ pro parte sua.d.§.offerre.& in l.in ciui
le,C.de rei vendi.& §.venditæ.instit.de rerum diuisio. & est
glo.optima, licèt ipse non alleget eam in §. interdum.& in §.
tuam esse, institu.de rerum diui.& probatur ex not. per glo.
& doct.in d.l.2.in verbo, vt dominium, quæ dicit ꝙ illud qđ
dicitur in d.l. ij. ꝙ scientia & patientia venditoris patientis,
emptorem tenere & possidere habet vim traditionis possessio
e nis, procedit [e] quando venditor tenebatur tradere rem, sed
in casu isto non tenebatur tradere, quia venditio erat imper
7 fecta, & conditionalis, quia terra non fuit mensurata. † Itẽ
non impleuerat pro parte sua emptor perfectè, quia non ap
paret quod soluisset pretium saltem integrum, vt tenetur di
cto §. offerri, in verbo, parti pretii, & l. fistulas. §. qui fun-
dum, & ibi Bar.ff.de contrahenda emptione. Nec etiã hoc
poterat apparere ante mensurationem terræ,& sic antequam
constaret de quantitate mensuræ & pretii, ergo iniustè ha-
buit possessionem Ioann. & absque consensu Aromanini.
Nec sufficit partem pretii esse solutam, vt in iuribus proxi-
me allegatis & per consequens non tenebatur venditor tra-
dere Ioanni possessionem, vt in d.§. offerri, & sic non sumus,
in casu d.l.2.cum simi. Nec obstat si diceretur, quod si non
fuit mensurata, stetit per dictum Aromaninum, qui fuerat
interpellatus Per Pauarottum, vt deberet accedere ad locum,
vt mensurari facerent dictam petiam terræ, ergo haberi de-
bet pro mensurata quantum est ad commodum emptoris, ar-
gumento. l. Labeo scribit si bibliothecam.ff. de contrahend.
empt.& l.in executione. §. fi. de verborum obliga.cum sim.
8 quia † respondeo, ꝙ posito quod esset verum, quod dictus
Aromaninus fuerit interpellatus de eundo ad locum pro mẽ
surando, & dixerit se iturum & non appareat eum iuisse, ta-
mẽ quia nec etiam apparet quod dictus Pauarottus fuerit ad
locum mensurationis pro mensuratione facienda, non po-
test Pauarottus allegare quò dictus Aromaninus fuerit in

mora, vt probatur in lege arbiter si Calendis. ff. de arbitris, & est doctrina Bartoli, in lege item illa, in principio, ff. de con sti. pecu. & in l. cum filius. §. fi. & l. continuus. §. cũ ita. de ver

9 bo. ob. ¶ †Item alia ratione dicta interpellatio de accedendo, ad mensurandum, non constituit ipsum Aromaninum in mora, quia non expressit in interpellatione vel denũciatione diẽ,

* qua intendebat * ipse Pauarottus esse in loco dictæ petiæ terræ ad mensurandum, vt est casus in l. aut qui aliter. §. j. quod vi aut clam. & in l. 4. in verbo, quando C. de distr. pig. & in l. fi. in verbo certum tempus C. de iure do. impetran. & ibi Bal. & no. Cy. in l. dies festos, in 2. q. C. de fer. & quod not. Bart. in l. liber homo, §. 1. ff. de ver. ob. Et licèt in citatione, vel denunciatione iudiciali fuerint variæ opiniones, vtrum requiratur dies, tamen in denuntiatione extraiudiciali nemo cõtradicit quod requiratur dies, per supra allegata, vt etiam dicit, Io. de Imo. in l. qui ante Calendas, de ver. obl. & ibi assignant

10 orationem differentiæ. ¶ †Præterea attento quod erat incertum, quod bebulcæ terrarum essent illa petia terræ, & consequenter quantum pretium deberetur, non potest dici, quod eo ipso quod stetisset per Aromaninum, quominus mensuraretur, haberetur perinde ac si esset, 10. vel 11. aut 12. bebulcarum, propter incertitudinem. l. j. ff. de le. 2. cum ibi no. per Bar. dum allegat. l. Thais, §. sorore, de fideicom. li. & l. iure ciuili, C. de condi. & dem. & l. fideicommissa. §. quamquam. de le. 3. Et illud admittit Bar. quando quid certum erat in dispositione, secus si incertum. debebat igitur Pauarottus facere assumi agri mensorem per iudicem, & facere vocare Aramoni

* num, vt tali die * adesset ad locum pro mensurando agro, & non veniente Aramonino potuisset sine eo negotium expedi

11 ri. ita est tex. in l. 3. C. finium reg. † Non insisto circa illam schedulam gabellæ, quia illa scriptura non est instrumentum publicum, quia non habet ea quæ sunt essentialia instrumenti, de quibus per glo. in l. generali. C. de test. lib. 10. & per gl. in l. iuris gentium, §. quod fere ff. de pac. & per Spe. de instru. edit. §. breuiter ver. 1. & per Bal. in rub. C. de fide instru. cum si. Item non apparet quod loquatur de ista petia terræ, nec ibi dicitur quod Aromaninus fuerit ille qui denuntiauerit venditorem. Item in scriptura illa dicitur pro pretio librarũ centum, & in attestationibus ac capitulis, & exceptionib. ac scriptura priuata dicitur ad rationem librarum 10. pro quailibet bebulca, & sic secundum quantitatem mensuræ, de qua

12 non apparet, fuit facta venditio. † & alia est venditio quæ fit pro libris centum de vna petia terræ, alia est venditio, quæ fit ad rationem librarum decem pro qualibet bebulca, vt in d. l. Iulianus. §. si Titius, cum ibi no. per Bar. & in pulchra q. not. Io. And. in addi. Spe. in titu. de emp. & ven. §. sciendum. ad finem, & per Old. in consi. 197. incip. In concessione cuiusdã, & Pau. de Leaza. in c. fi. de empt. & vend. & Bald. in rub. C. de contrahen. empt. in 22. q. & Sali. in l. 2. eo. tit, & Pet. de Ancha, in c. per tuas, de dona. ¶ Nec etiam potest facere reus fundamẽtũ in dicta scriptura priuata, q̃ res inter alios acta &c.

13 †nec plus credi viuæ voci quam mortuæ, vt in auth. de instr. cau. & fide §. sed si quis. Sed Iacuauisius, qui dictam scripturam fecit, si aliquid sine iuramento dixisset, in aliquo nõ crederetur, vt l. iurisiurandi, C. de testi. c. tuis. extra, eo. titu. & ẽo fuisset necessaria partis citatio. l. si quando, C. de testi. c. 2. de testi. ergo minus probare debet vox mortua, i. scriptura priuata dicti Iacuauisii. ¶ Nec etiam prædictis obstat si diceretur ꝙ dictus Aromaninus dedit licentiam dicto Pauarotto, vt iret ad laborandum in dicta petia terræ, vt deponit Iaco. testis, qa ad hoc respondeo multipliciter, primò, quod Iaco. in hoc est vnicus & singularis, & sic non probat cap. in omni negotio. de testi. & d. l. iurisiurandi. ¶ Secundò, quia dictus Iac. nõ deponit quod dederit Aromaninus licentiam Pauarotto retinẽdi dictam petiam terræ, & eam laborandi, vt propriam, vt fecit Pauarottus, sed solum dicit testis prædictus quod Aromaninus dedit Pauarotto licentiam, vt iret ad laborandum, in dicta petia terræ, vnde potest intelligi ad laborandum, s. vt la-

14 borator, & colonus dicti Aromanini, † & dictum testis ambiguum debet interpretari contra producentem. c. in præsentia, de prob. in l. inter stipulantem. §. 1. cum ibi no. per Bar. de ver. obl. & per eundem in l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. cum suis vulgaribus concordantijs. Et per prædicta apparet non obstare dispositionem dictorum duorum testium quia posito quod probauerint aliquam venditionem, quæ tñ facta fuit tempore quo Aromaninus erat in minori ætate, & sic nullam, saltem ex forma statuti, vel etiam probatum esset, de aliqua ratificatione dictæ venditionis facta per Aromaninum post perfectam ætatem, tamen quia ipsi deponunt de vẽdicatione facta ad mensuram, non licuit dicto Pauarotto apprehendere dictam possessionem, seu pro se retinere, vt fecit prout suprà probatum est, de quorum testium fide non me-

* diocriter suspicatus sum, attento præsertim, quod contradicunt dicto producentis, & ab eo variant, sed in eo non multũ insisto, quia fundamenta superiora arbitror tuta & expedita. ¶ Ex quibus concludo dictum Aromaninum debere redintegrari, & ita condemnandum esse dictum Pauarottum. Alexã.

ADDITIONES.

a ¶ Redintegranda, supra li. 3. consi. 6. li. 5. consi. 91. cum seq.

b ¶ Etiam supra li. 5. consi. 88. nu. 31.

c ¶ Obliuionem. Idem Pau. Ias. d. l. j. Paul. consi. 396. lib. ij. Ias. l. j. in prin. nu. 49. de acqui. pos. sed contra tenet Cur. iuni. d. l. j. C. de fer.

* fugi. dixi in consu. Paris. §. 68. adde infra eo. consi. 35. nu. 3. * Alex. hic vult, quod vbi ex negligentia emittitur possessio, detur remedium reintegrandæ, cuius contrarium dicit Soc. ad l. rem quæ nobis. 5. q. ij. q. principa. Natta.

* Debere succumbere.] Nota ꝙ quando contractus est imperfectus, & conditionalis, competit remedium reintegrandæ, & ita Ale. hic ponderat Soci. ad l. rem, quæ nobis, col. 6. ff. de acq. poss. Natta.

d ¶ Conditionalis. Cor. consi. 79. li. 3. infra eo. consi. 176. nu. 1. * Limi

* ta, nisi fuerit dictum prædium esse certæ mensuræ, & ꝙ ad instantiã partis fiat mensuratio & eodem modo pretium augeatur, vel minuatur, quia venditio est perfecta, Soci. consi. vlti. lib. 3. per tex. ad l. hæc venditio. §. fi. ff. de contrah. empt. Natta.

* Ante mensurationem.] Idem dicit Bal. ad l. sicut circa fi. C. de actio. empt. & consi. Bar. hic adductum habes nu. 121. Et idem vult Bar. cõsil. 74. vbi vult, ꝙ constitutum non operetur. Natta.

e Procedit Idem Alexan. inter consi. Curt. senioris consi. 22. & infra eod. consi. 87.

* Diem, qua intendebat.] Non solum dies, sed locus etiam requiritur Bar. ad l. cum filius, §. fin. ff. de verbo. obli. & vide Afflict. decisi. 316. Natta.

* Vt tali die.] De hoc vide Bar. ad l. qui bona. §. huic stipulationi. col. 2. ff. de damno infect. Natta.

EPITOME.

LEGATVS sic scribit, mandamus ꝙ debeatis ꝑ Titio qui tale delictum commisit mittere vel citare, vt intra tres dies personaliter compareat, quo comparente ipsa intellecta & diligenter examinata contra eũ procedere & punire debeatis, mediante iustitia, &c. alias non comparente in amputatione capitis condẽnetis. per hanc clausulam non tollit legatus solennitates iuris communis nec municipalis in procedendo. & puniendo, Titio comparente, non tamen comparẽte, sic, & ideo non poterit eum ponere ad torturam, sine necessarijs indicijs.

SVMMARIVM.

2 *Inquisitio fit proprio motu principis non præcedente alia diffamatione, non tamen procedendum ad torturam sine legitimis indicijs, & numero 3.*

4 *Legatus de latere, ligatur regulis iuris communis.*

6 *Qualitas respiciens verbum, refertur ad omnia quæ reguntur eodem verbo.*

8 *Rescriptum interpretatur, vt quantominus potest lædatur ius commune.*

CONSILIVM XXXIIII.

Visis & consideratis, his quæ in thæmate præsupposito narrantur, de quib. etiam memor summe superiorib. dieb. interrogatum fuisse, licet nõ singula substãtialia q̃ in pũcto narrantur pro tunc mihi fuerunt exposita, & quid ẽt pro tũc ex improuiso responderim non sum immemor. Et videretur prima

prima consideratione dicendum quod dictus Beninus teneatur comparere ad se subijciendum torture, & si non compareat possit poni in banno, & contra eum procedi ac si nunquam comparuisset, vt no. Bart. in l. pe. post gl. ibi. ff. de quæstio. Et
1 non habet obstare si diceretur † quod nedum de iure municipali, sed etiam de iure communi requiruntur indicia cōtra torquendū antequā subijciatur torturæ, iuxta l. 1. in prin. & l. maritus. ff. de quæst. cum vulg. quia potest responderi satis pro indicio haberi mandatum illud Reuerendiss. domini Legati, & Magnificorum dominorum sexdecim in ea parte in qua dicitur, cum nobis constet Ioan. Baptistam, & Iacobum talē aggressuram fecisse, & Beninum, & Ioannem Tramontanum vulnerasse &c. nam hoc videtur decidere Io. And. & alij in c.
2 cum oporteat. de accu. † vbi dicunt quod aut in literis Papæ cōtinentur hæc verba; cum nobis constet talem esse de talibus criminibus infamatum, ideo inquiras contra eum &c. certè tunc illa verba facient fidem de diffamatione, & absque eo quod aliter constet iudici per testes de diffamatione poterit inquirere. allegant id quod legi. & no. in cle. 1. de proba. & in c. si Papa. de priuil. in 6. in dictis literis Papæ dicitur quod multorū clamore ad eum peruenit talem talia crimina perpetrasse: ideo contra eum inquiras &c. quia non poterit inquirere iudex, nisi prius recipiat testes super diffamatione criminis cōtra illum. In illa enim commissione subintelligitur conditio si præcesserit diffamatio, quia sæpe falsum significatur Papæ vel potuit esse quòd illi qui ita retulerunt Papæ erant inimici illius contra quem retulerunt. ita etiam dicit Spe. in tit. de inquisi. §. nūc tractemus. ver. quid si in literis dicitur &c. nisi secundū Io. ibi Papa in literis dixisset, qa multorū fide dignorū clamore ad nos peruenit talē talia delicta cōmisisse, quia per illam dictionem fide dignorum poterit iudex inquirere absque alia diffamationis probatione. facit quod no. Bal. in l.
a nullus. C. ad leg. Iul. maie. vbi dixit quod quando inquisitio [a] procedit de principis conscientia, non requiritur quod constet iudici de diffamatione, supplet enim conscientia principis defectum cuiuslibet solennitatis. arg. illius. l. nullus. ¶ † Tamen
3 præmissis non obst. puto in casu de quo quæritur dictū Ben. non debere subiici torturæ, nisi aliter de indiciis ad torturā necessarijs constet, stante quod de iure communi & municipali indicia ad torturam sint necessaria, vt iam dixi, quia dictum mandatum domini legati non sufficit, quia illud quod habetur in clem. 1. de proba. per quod se fundat Io. And. & alij in d. cap. cum oportet. habet locū in literis Papæ & non in literis Legati, vt no. glo. in d. cle. 1. in verbo reseruasse, quam sequuntur ibi doc. vnde dicit ibi Pet. de Ancha. † quod si Legatus
4 Cardinalis narret se aliquem condemnasse vel suspendisse à beneficio tanquam iudex, non creditur verbis suis magis quam
b vni alteri iudici. c. cum à nobis. de testi. quia ligatur [b] ad obseruantiam iuris communis, sicut & alius, vt notatur in c. fi. de hæ. in 6. & in cle. sæpe. de verb. sig. sicut ergo cæteri ligantur ad redigendum processum in scriptis. ca. quoniā contra.
* de prob. ita & Legatus [*] de latere. ¶ Præterea & fortius dato quod dictæ narrationi & assertioni Legati esset credendū, & illa fidem faceret, tamen dico quod quò ad propositum nostrum virtus dicti mandati non operatur quod prætor Bononiæ debeat adhibere fidem illi assertioni de delicto commisso, nisi quantum ad inquirendum, non autem quantum ad alia. hoc colligitur ex verbis dicti mādati, præsertim dum dicitur ibi, mādamus vobis quatenus statim uiso præsenti mandato mittere debeatis pro prædicto Ioanne Baptista, Iacobo, & Ioanne, & eos citare, ut intra tres dies proximos coram uobis personaliter comparere debeant & non per procuratorem, quib. personaliter comparentibus, & non aliter, & re ipsa intellecta & per vos diligenter examinata contra eos procedere & ipsos & quemlibet eorum punire debeatis iustitia mediante
5 &c. † Nam illa verba diligenter examinata & intellecta, sunt verba importantia arbitrium boni viri subiectum inuestigationi regulis iuris communis, vt probatur in c. licet Heli. de simo. maximè ibi dum dicit, diligenter etiam perscrutando &c. iunctis precedentibus & sequentibus, ut in cap. qualiter & quando. el 2. in §. ad corrigendos. de accu. bene facit text. in c. exhibita. de iud. & quod ibi no. Anto. de But. in quarto no. pro quo optimè facit, quia illa verba videlicet, iustitia mediante, referuntur tam ad illud infinitum sup. procedere, quam ad illud aliud infinitum, s. punire, quia illa ambo infinita
6 reguntur ab vno & eodem verbo, s. debeatis, quo casu † qualitas quæ respicit illud verbum, debeatis, refertur ad omnia
c quæ reguntur ab illo verbo, [c] ut per plura decidit Barto. & alij in l. 4. §. eritque differentia. ff. vi bon. rap. & Ant. de But. & Io. de Imo. in cle. 1. de exces. prel. ergo intelligitur quod formata inquisitione debeat postea in procedendo sequi uiam iustitiæ eo casu quo compareant inquisiti. sed ita est quod si debeat procedere secundum iustitiam, non potest procedere ad torturam, nisi præcedentibus indiciis receptis etiam secundum formam statuti sub rubrica de tondulo & tormento, in quo statuto prouidetur, quod indicia ad torturam debeant recipi cū certis solennitatibus per dnm Potestatem, s. coram notario forense, & prout latius in dicto statuto. Ad cuius cōfirmationem bene facit tex. no. in c. causam que. de rescrip. vbi proba
7 tur † quod qualitas posita in vna oratione copulata cū alia, qualificat etiam orationem præcedentem, vbi nisi illud fieret, læderetur ius commune. & ad hoc illum tex. ponderant ibi doc. & dispositio rescripti, vel similis debet semper interpretari ne alteri præiudicetur. c. super eo. de offic. deleg. l. nec impuberi. ff. de admi. tu. & d. c. causam. quæ. de rescrip. vnde dicit ibi no. Compost. quem ibi sequūtur alii, quod si in literis Papæ continetur qualiter Papa confert alicui beneficium non obstante collatione alteri facta, quod dicta clausula intelligetur de collatione inualida alteri facta, ne alteri fiat præiudi-
8 cium. † Et rescriptum. & etiam dispensatio debet intelligi & & interpretari ut quantominus fieri potest non lædat ius cōmune, vt d. c. causam quæ. & c. quod dilecto. de consan. & af fin. c. cum dilectus, de consuet. ergo debet interpretari dictū mandatum, vt quantominus fieri potest, lædat dictū Beninū & ius commune. i. ius municipale, quod in loco censetur ius commune. l. omnes populi, de iusti. & iur. Et per consequēs satis est quod dictum mandatū operetur quod dns Potestas absque indicijs per eum habitis & receptis, & seu absque diffamationis probatione possit inquirere, quod de iure communi facere non posset. ca. qualiter & quando, de accu. l. iustis. C. de inoffi. præfe. præto. no. Bar. in l. congruit. ff. de offi. psi. & plenè per Ang. in repe. l. si vacantia. de bo. uacan. li. 10. itē operatur vt dictis inquisitis nō comparentibus personaliter debeant banniri in amputatione capitis secundū formam dicti mandati, discrepantem in hoc à iure communi & à iure municipali. ipsis autem comparentibus cum debeat procedi secundum iustitiam, & re diligenter examinata, sequitur qd debet intelligi quod antequam procedatur ad torturam recipiātur indicia sufficientia, & secundum formam traditam a dicto statuto, cùm talis interpretatio conueniat iuri communi, seu municipali, & nō ita lędat ius priuati. Et quòd ista fuerit mens Legati, s. quod istis comparentibus debeat inquiri legitimè de veritate, & non debeat præsupponi quod delictum habeatur pro probato; ex his quę narrantur in ipso mandato satis patet, quia si aliter sensisset Legatus, non apposuisset illa verba, s. re ipsa intellecta & diligenter examinata procedere debeatis iustitia mediante &c. non enim fuisset opportunum rem ipsam aliter inuestigare. vnde ex serie mandati in omnibus partibus apparet quod legatus formata inquisitione & inquisitis non comparentibus voluit per omnia alterare ius commune, & municipale, & in procedendo, & in puniendo, secus autem ipsis comparentibus.

## ADDITIONES.

a ¶ Inquisitio. gl. 1. & doc. in c. fi. de accu. in 6. Ang. Aret. tract. malefic. ver. fama publica. Cæp. causa ciui. consi. 17. in fi. Ant. Corse. in reper. ver. Inquisitio, Hip. Marsi. sing. 14. Dec. consi. 256. in fin. limitat Deci. consi. 175 post Alex. sup. li. 2. consi. 180. vide. inf. eo. consi. 138. nu. 12. inf. li. 7. consi. 120. num. 2.

b ¶ Ligatur sup. lib. 3. consi. 17. nu. 14.

* Et Legatus.] Adde, quòd Legatus de latere, non potest committere causam summariè, Alex. ad l. nemo potest. col. 1. de leg. 1. Et adde Abbat. consi. 25. dub. 2. lib. 1. vbi vult quòd nec possit supplere defectus processus, quia istud est solius Principis, allegando Speculatorem, vt ibi per eum. Natta.

c ¶ Verbo. Fa. inf. eo. consi. 102. Dec. consi. 92.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum de ingrediendo non facit ingredientem possessorem.*

*Posses-*

3 *Possessionem naturalem occupans non incipit præscribere quã dc alius retinet ciuilem.*
5 *Verba vniuersalia non recipiunt restrictionem de habilitate.*
6 *Statuta debent adaptari ad casus frequentes.*
7 *Statuta an interpretantur secundum ius commune. num. 8.9.*
*Et sciens possessionem naturalem ab alio occupatam si negligat, amittit ciuilem. num. 11.12.*
14 *Sententia vt vim possessionem missus, non fit possessor.*

## CONSILIVM XXXV.

Viso themate suprascripto, & dicto statuto videretur prima consideratione Titium esse audiendũ circa assumptionem æstimatorum & subhastationem faciendam, quia Titius antequam Io. acquireret & possidere inciperet, iam adeptus fuerat possessionem accipiendo tenutam uigore pacti de ingrediendo. Et intelligo ꝙ in instrumento erat appositum, ꝙ posset non solum propria authoritate ingredi possessionem, sed etiam possessionem apprehendere, & illam
1 per se retinere propria authoritate, † quia si solum esset pactum de ingrediendo propria authoritate, nõ efficeretur tũc possessor ex ingressu, vt declarat Bart. & alii in rep. l. creditores. de pig. per l. si quis ante. ff. de acqui. poss. nam si solum esset appositum pactum de ingrediendo, casus iste non haberet dubium aliquod contra Ioannem, & tantò magis procederent prædicta si instrumento debiti debitor cõstituerat se nomine creditoris bona possidere, cum per constitutum trãsferatur possessio. l. quod meo. in prin. & l. interdum. in prin. & ibi Bart. ff. de acqui. poss. & in c. cum venisset. & ibi doc. de resti. spo. Fuit etiam possessionem adeptus Titius, quia pro executione sententiæ arbitralis fuit missus in tenutam dicto
2 rum bonorum, de quib. est controuersia. † & missus in possessionem pro executione sententiæ constituitur possessor, vt videtur probari in l. postquã. §. Imperator. ff. vt leg. nom. caue. & videtur firmare hoc Bart. in l. à diuo Pio. §. si sup reb. de re iudi. ergo si Titius erat possessor, non potuit Io. postea earundem rerum effici possessor sine facto Titij, quia duo in solidum eandem rem possidere nequeunt. l. 3. §. ex contrario ff. de acqui. poss. l. si vt certo. §. si duob. ergo non potest Io. authoritate dicti statuti excludere dictum Titium propter lapsum anni seu biennij, quia statutum fauet emptori, si tenuit & possedit rem per annum pacificè & quietè &c. ergo sumus extra casum statuti. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. acq. hær. l. si verò. §. de viro, cum vul. sol. mat. de iure aut communi constat ꝙ nullus excluditur præscriptione anni vel biennij, sed requiritur præscriptio longi temporis, vt per totum titulum. C. de præscrip. long. temp. ergo &c. ¶Pro ista opinione facere videtur doctrina glo. ordinariæ, & singularis in l. 1. C. de ser. fug. in glo. magna. in fin. per quam glo. Bar. & doc. ibi, & Bart. in l. Celsus. de vsucap. & in l. 3. §. ex contrario, de
3 acqu. poss. volunt † quod quando quis possidebat ciuiliter, & alius postea occupauit possessionem illius rei naturaliter seu corporaliter, non incipiet iste nouus possessor præscribere
a donec [a] primus desierit possidere ciuiliter, vt quia longo tempore fuit negligens in adipiscenda possessione natureli, iuxta legem, si de eo. §. si fortè, de acquir. poss. cum ibi nota. & istã gl. in d. l. prima, reputat singularem in l. 1. §. per seruum qui in fuga. de acquir. poss. nam sine ciuili possessione non procedit præscriptio, vt not. in l. sicut certo. §. si duob. ff. commo. & in l. malè agitur. C. de præscri. trig. annor. & in d. §. ex contrario, & ibi plenè not. doct. & not. glo. & doct. in ca. causam. de præscrip. & notat Cy. in l. competit. de præscri. trig. ann. cum similibus. ¶Sed præmissis non obst. contrariã sententiam de iure probabiliorem puto. Ad quod ostendendũ præsuppono ꝙ dato ꝙ Titius possideret ciuiliter, & iustè per
4 ea quæ suprà dixi; † tamen postea Caius, & successiuè Ioan. habens causam à Caio, potuerunt apprehendere naturalem possessionem, quam non retinebat Titius eoipso ꝙ erat extra fundum. l. clam possidere. §. qui nundinas. ff. de acquir. poss. & l. nemo. cum ibi no. C. de acqui. possessio. & plenè no. in l. 1. in princip. eo. titu. & secundum communem opin gloss. & doctorum talis possessio apprehensa per Caium & Ioannẽ appellatur naturalis, tamen secundum opinionem Bar. in d. l. 1. in princ. de acqui. poss. appellatur possessio corporalis, ꝑ l. si id quod. §. 1. eod. titu. & notat Anto. de But. in c. cum alii quibus. per illum tex. de re iudi. & in c. quod autem. per illũ tex. de iure patro. licet Bal. & Saly. in l. licèt. de acqui. pos. & Bal. in l. 1. C. vti possi. & Ange. in d. l. nemo. & in l. 1. C. commu. de vsuca. & Moder. in d. l. 1. in princ. de acqui. posses. sequantur opin. glossarum tenentium, quod illa dicatur possessio naturalis, non autem corporalis separata a naturali, tamẽ ista disputatio non est necessaria quantũ ad propositũ nostrũ quia tm̃ importat si talis possessio dicitur naturalis, quantum si diceretur etiam corporalis uel econtra. hoc præsupposito dico ꝙ in dicto statuto videtur ex mente statuentium decidi casus noster, quia prædictum statutum non curat quod possederit naturaliter seu corporaliter tantum, quod apparet, quia qñ primò possidens possidebat ciuiliter animo prout est quando non est in fundo, si alius non habens causam ab ipso possessore occupet possessionem, talis dicitur apprehendere & acquirere possessionem naturalem siue corporalem, quæ appellatur possessio clandestina & iniusta respectu ipsius primi ciuiliter possidentis, vt d. l. clam possidere. §. fin. & l. 1. §. fi. cum. l. seq. ff. uti. pos. & sic prior possessor habet in ipsa possessione potentius ius, vt in iurib. proximè allegatis & c. licet causam. & ibi not. extra de prob. & in l. 1. C. ne po. & tamen statutum prædictum uult quod si iste qui habet potẽtius ius in possessione fuerit negligens in mouendo controuersiam intra terminum anni cridarum excludatur, ut patet ex illis verbis, dum dicit, ultra dictum terminum nullus audiatur uolens aliquam litem uel quæstionem seu controuersiam mouere contra ipsum emptorem, uel alio iusto titulo acquisitorem occasione ipsius possessionis uel quasi uel rei immobiles emptæ, seu alio iusto titulo acquisitæ, sed unicuique
5 post cursum temporis silentium imponatur &c. † ponderandum est illud verbum possessionis vel quasi, iuncto illo verbo, vnicuique, quod est signum uniuersale. l. hoc articulo. ff. de hær. inst. & l. 1. C. de sac. sanc. eccle. & dicit Barto. in. 1. q. ꝙ est dictio geminata quę potentius operatur quam simplex l. Balista. cum ibi no. ff. ad Trebel. & ideo secundum Barto. & alios in d. l. 1. de sac. sanc. eccles. illa dictio non recipit restri-
b ctionem de habilitate [b] habito respectu ad inhabilitates inductas à iure ciu. ut ipsi ibi per plura probant. vnde in proposito dictum statutum uult ꝙ quicunque esset qui haberet potentius ius nedum in re, sed etiam in possessione excludatur silentio anni, nam statuentis intentio fuit excludere eos qui aliquod ius in veritate haberent in re uel possessione, nõ autem eos qui nullum ius haberent, aliàs enim statutũ fuisset elusorium, & impositum verbis & non rebus, contra. l. 2. C. commu. de le. & l. si prætor, in princip. de iud. & l. 1. C. de thesau. & no. Bar. in l. 4. §. prætor, de dam. infec. & in l. 2. de vsuca. cum si. Si ergo est exclusus quicunque qui haberet potentius ius in possessione, sequitur ꝙ ille qui ciuilem. i. iustã & anteriorem possessionem haberet excluditur anno, ꝑ istũ Ioannem possidentem naturaliter seu corporaliter, quamuis possessio Io. diceretur clandestina respectu possessionis Titij, quæ erat antiquior, vt d. c. licet causam. & dixi supra hoc idẽ sonant verba dicti statuti in alia parte ibi, dum dicit ꝙ quicunque uult aliquod ius petere uel ostendere in dicta re vel possessione &c. pondero uerbum quicunque, & verbum possessione eo modo quo dixi. & ꝙ ista fuerit mens statuti etiam satis suadetur, quia aliàs ferè nunquam illud statutum locũ
6 haberet. † Cum vt uidemus ex communi obseruantia, quilibet debitor in instrumento semper constituit se possidere bo
c na nomine creditorum, per quod constitutum [c] transfertur possessio in creditores, vt dixi. & sic si debitor alienaret seu vẽderet, quamuis emptor possessionem corporalem apprehenderet, tamen quia possessio ciuilis erat translata in creditores nunquam posset emptor uti beneficio dicti statuti, nec cõtra creditores uendentis, nec contra aliquos alios, quasi ipse nõ possederit ciuiliter, sed alius, Statuta namque trahi & adaptari debent potius ad casus qui frequenter & facilè accidũt quam ad casus qui perrarò eueniunt. l. nam ad ea. ff. de legi. Nec prædictis obstat, si diceretur, ꝙ statutum debet interpretari secundum ius commune, ne alius iniustè damnum patiatur. l. 2. C. de noxa. c. cum dilectus, de consuet. & not. Bar. in d. l. omnes populi. in 6. q. prin. & ꝙ not. in auth. offeratur. de litis contest. & in l. sciendum. & quod ibi Bart. qui satis. cog. cum

cum si. ergo dictum statutum debet intelligi q̄ excludatur
quilibet à iure suo per lapsum anni, si emptor possedit, s. ciui
liter, & sic possessio fuerit vacua, quando emptor acquisiuit,
& tenuit prout requiritur de iure communi, vt no. per glo.
& doct. in d. §. ex contrario. & in d. l. 1. C. de seru. fugi. quia
ad hoc potest responderi prout patet ex not. per Salyc. in l. si
7 serui uestri. C. de noxa. vbi dixit, † q̄ aut generalis dispositio
statuti est super eo quod non est a iure communi cautum vel
dispositū, & tunc frustrà quæritur, an statutum illud debeat
limitari & interpretari secundum ius commune, quod de il-
la materia non disponit, & ideo tunc statutum in suis genera
libus verbis debet seruari, dummodò comprehensa in ver-
bis generalibus possint sub illa dispositione includi, quàquā
esset durum & asperum. l. prospexit. ff. qui & à qui. & tantò
fortius vbi asperitas cessaret. l. 1. §. nunciatio. iuncta gl. ff. de
ope. no. Aut dispositio statuti est de eo q̄ est dispositum à iu-
re communi, & tunc aut restrictio quam facere volumus de
statuto, non potest fieri salua ratione recti sermonis & intel-
lectus, & tunc non restringitur secundum ius commune, qa
ex verbis eius apparet q̄ statuentes voluerunt ampliare ius
commune, & non se ad illud restringere. Exemplum ponit
8 ipse, † si statutum dicat q̄ quilibet cuiussuis conditionis pos
d sit testari, [d] certè tale statutum non restringetur ad habiles tā
tum de iure communi, quia illa verba, cuiussuis conditionis,
hanc restrictionem non patiuntur, & ideo comprehendere-
tur etiam inhabilis, nisi careret iudicio, seu uelle, vt sunt in-
fantes, furiosi, mente capti, monachi, & similes in quibus nō
cadit testatio mentis, quam non habent, quia in eis verba sta
tuti non possunt adaptari, ideò nec eius dispositio adaptabi-
tur. l. apud antiquos. ad fi. C. de fur. l. hos accusare. §. omnib.
9 ff. de accusat. & l. fin. C. de testamen. milit. † & idem dicit in
statuto disponente, q̄ quicunque occiderit quouis modo vel
causa, siue qualitercunque, occidatur, nam tunc non distin-
guitur an dolo vel culpa occiderit, licèt ius commune ita di-
stinguat. l. lege Cornelia. ff. de sica. quamuis si statutum sim-
pliciter puniret homicidam pœna capitis, deberet intelligi
si dolo occidit, vt notat Bal. in d. l. si serui uestri. & in l. data
opera. C. qui accusa. & in l. quicunque. de seruis fugiti. plus
dicit Saly. in d. l. si serui uestri. q̄ quando statutum vtitur di-
ctis verbis ampliatiuis, vt quia dicat q̄ quicunque occiderit
quouis modo, vel dicat q̄ quicunque qualitercūque occide
* rit, occidatur, non distinguatur * an occiderit ad defensionē,
uel non, quia illa generalitas uerborum hoc non patitur, &
pro hoc etiam inducit. l. mulieres. C. de resti. mili. & in l. 1.
& in l. diuus. ff. eo. titu. Cum ergo in proposito statutum vti-
tur verbis multum præcisis, dum dicit, q̄ nullus post ter-
minum anni audiatur, volens aliquam litem, vel quæstionē
seu controuersiam mouere occasione ipsius possessionis, vel
10 quasi, vel rei immobilis emptæ, sed unicuique † post cursum
temporis silētium imponatur &c. nam hic est, vnicuiq;, quæ
est dictio geminata, & ampliatiua, vt notat Barto. in repet. d.
l. 1. de sacrosanct. eccl. in prima quæstione, sicut in casu Sal.
erat dictio geminata, s. qualitercunque, quæ dictio qualiter-
cunque, quamuis potuisset intelligi tali modo, quod non of
fendisset ius commune, quia statutum disponens q̄ occidat
ille qui occiderit qualitercunq;, nam potuisset intelligi qua-
litercunque, s. cum ferro, vel cum veneno, vel cum alio simili
instrumento, dolosè tamen, & nihilominus concludit Saly.
quod illa verba importent q̄ nulla fiat distinctio an dolo vel
culpa &c. Accedit, quia statutum in proposito nostro videtur
deuenisse ad speciem, dum fecit mentionem etiam de eo qui
moueret controuersiam ratione possessionis. ¶ Secundò prin
cipaliter potest responderi ad argumentum, quemadmodū
11 respondet. † Bald. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. vbi
* concludit q̄ quando statutum * venit derogatiuè seu corre-
ctiuè ad ius commune, tunc nunquam interpretatur secun-
dum ius commune. vnde dicit q̄ si statutum disponit q̄ pa-
ter teneatur relinquere filiis quintam partem bonorum suo
rum pro legitima, quod non intelligetur q̄ debeat relinqui
iure institutionis, licet inspecto iure communi legitima de-
beat relinqui iure institutionis, in §. aliud. in auth. ut cum de
appe. cog. & hoc dicit Bal. ex eo quia dictum statutum se ha
bet ad ius commune derogatiuè, & ideo non recipit interpre
tationem à iure cōmuni, sed simpliciter debet intelligi prout

iacet. allegat id quod habetur in l. 1. §. hinc igitur. C. de iust.
co. confirman. & in titulo de emenda. iusti. co. l. 1. §. repetita.
& l. 1. in princi. C. de lati. lib. tol. cum simil. & dicit Pau. de
Cast. in l. fi. §. in computatione, de iure delib. quod istud di-
ctum Bal. est singulare, quia per illud habemus quod licèt re
gulariter statutum debeat interpretari secundum ius cōmu-
ne quando statutum non uenit correctiuè uel derogatiuè ad
ius commune. Exemplum patet ex his quæ no. glo. mag. in d.
§. in computatione. & ibi Bar. in fin. Tamen fallit quando ap
paret q̄ statutum uenit derogatiuè seu correctiuè ad ius com
mune. Sed ita est q̄ expressè apparet statutum prædictum ve
nire ad derogationem & correctionem iuris communis di-
sponentis q̄ cum iusto titulo non præscribat possessor rei im
mobilis, nisi spatio 10. annorum, ergo &c. ¶ Procederent etiā
prædicta fortius, si appareret q̄ dictus Titius postquā à prin
cipio naturaliter possessionem apprehendit, sciuisset Caium
seu dictum Ioannem apprehendisse possessionem & fuisset
negligens in recuperanda possessione naturali occupata per
12 dictos Caium uel Ioannem, quia si incontinenti † quam pri
mum potuit Titius recuperare naturalem possessionem, quā
sciuit ab alio occupatam, non recuperauit, perdidit Titius
suam ciuilem, quam animo retinebat. l. quamuis. & l. quod
meo. §. fi. ff. de acqui. pos. & firmat Bart. & alii in l. si de eo. §.
si fortè. eo. titu. & Odoff. & Bal. in l. 1. C. de ser. fug. & Bal. in
l. non ignorabit. C. ad exhi. & est de mente glo. in l. eum qui.
ff. de vi & ui ar. quæ sentit q̄ intra triduum à die scientiæ di-
catur posse commodè recuperare, nisi qualitas personarum
aliud argueret, vt ibi per Bart. vnde si à dicto tempore scien-
tiæ, & habitæ commoditatis ad recuperandum dictam pos-
sessionem naturalem elapsus esset annus, antequam Titius
istud vltimum iudicium intentaret, certè constaret q̄ autho
ritate statuti posset se tueri Ioannes. & constat saltem quòd à
die qua fuit lata sententia quæ transiuit in rem iud. inter Ti
tium & Ioannem, habuit Titius scientiam q̄ dictę res tenebā
tur per Ioannem, quia hoc exprimitur in dicta scientia, quę
pro veritate habetur inter dictas partes. l. ingenuum. de stat.
ho. & l. res iudicata. de reg. iur. vnde si à tempore dictæ latæ
sententiæ transiuisset annus antequam Titius moueret istud
præsens iudicium, videretur q̄ statutum locum haberet, si
tunc incontinenti potuit Titius recuperare dictam naturalē
possessionem & non fecit, ut patet ex suprà dictis ¶ Nec præ
dictis etiam obstat si diceretur q̄ statutum prędictum vide-
tur omninò intelligere de eo qui ciuiliter possedit per annū,
& non de sola corporali possessione, patet quia statutum di-
cit, tenuerit & possederit &c. quasi illud verbum tenuerit, in-
telligatur de corporali possessione, & verbum possederit, in-
telligatur de ciuili possessione ar. l. possessio quoq;. §. 1. ff. de
13 acqui. pos. † quia respondeo, q̄ illud verbum tenuerit, est ge
nus, & verbum possederit est species, quia verbum tenere, ne
dum conuenit nudo actui tenendi prout est nudi facti, vt d.
l. possessio. §. 1. sed etiam conuenit omni possessioni. l. 1. §. sed
furiosus. ff. de acq. poss. l. fi. cum glo. C. de do. quæ sub mod.
* etiam possessioni ciuili, * & sic comprehendit etiam posses-
sionem ciuilem, quia illa dicitur animo teneri, vt est glo. in l.
3. §. ex contrario. in gl. 1. de acq. poss. quam glos. ad hoc dicit
Ioan. de Imo. ibi esse diligenter no. pro statutis, & est tex. cum
glo. in cap. causam quæ in verbo, detinere, de præscrip. Et sic
omnis possidens dicitur tenere, non autem omnis tenens di-
citur. possidere, vt d. l. possessio. §. 1. & l. cum legatur. ff. qui.
ex cau. poss. ea Est ergo posita in dicto statuto copula, & in-
ter genus & speciem. Nā licèt copula, & debeat stare inter di
uersa, vt no. glo. in rub. de iur. & fac. ign. tamen stare pōt co-
pula inter genus & speciē, vt patet in ru. C. de serui. & aqua.
& ibi glo. & no. Bar. in l. in fraudē. §. neq;. ff. de iur. fisci. & in
proposito est tex. ff. de acceptil. l. & vno. §. 1. ibi dum tex. dicit
tenes & possides. inst. qui. mo. tol. ob. §. 1. vbi est similis text.
Et tunc quando præcedit genus & sequitur species, illa ex-
pressio speciei nihil auget vel diminuit, vt no. Bar. in l. si is q
ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & in l. 1. in princ. de iusti. &
iure. iuncta doctrina Dy. in reg. generi. dum allegat. l. quæsi-
tum. §. si quis fundum. de fun. instr. ad quam doctrinam se re
mittit Bar. in locis suprà allegatis. ¶ Et per superius dicta pa-
tet faciliter responsio ad omnia allegata in contrarium, quia
dato q̄ Titius primò apprehendisset possessionem, tamē dico
quod

ꝙ nihil repugnat ꝙ Caius & Io. potuerint apprehendere naturalem seu corporalem possessionem d.l. clam possidere.§. si.cum si. Et statutum in casu nostro non requirit ꝙ emptor ciuiliter possederit, & sic ꝙ possessio ciuilis non esset apud alium, vt patet ex verbis statuti generaliter loquentis, etiā de possidente, & etiam sonant verba statuti ꝙ licet emptor esset iniustus possessor, prout est quando possessio antiquior & ciuilis est apud alium, tamen gaudeat beneficio statuti, vt pro-
14 baui suprà. Dico insuper † ꝙ non videtur de iure verum ꝙ
c ille qui missus est in tenutam bonorum vigore sententiæ [c] arbitralis dicatur possessor, nam doc.in hoc dñt ꝙ opi. Barto. qui tenuit ꝙ efficeretur possessor, est opinio noua & non uera. & est contra gl. in d.l.à diuo Pio.§. si super. & ita tenet Bal. in l.consentaneum.C.quomodo & quando iud. & l.etiam in princip.C.de exec.rei iud. & Ioan.de Imo. in d.§. si super. & Lud.Ro.in l.si finita.§.Iul.de dam.infec.per l.cum rem.qui po.in pig.hab.in verbo, seruandum iudicati. iuncta.l. 3.§.genera.de acq.pos. & respondent ad l.postquam.§.Imperator. vt lega.no.caue.ꝙ illud fallit quando ex causa vltimæ uoluntatis seu legati authoritate rescripti Imperatoris fit immissio. quam responsionem etiam dicit Cy.in l. cum proponas, in 24.quæst.in fi.C.de bon.auth.iudi.poss. & Salyc. in auth. ei qui iurat.in 8.q.eo.titu. Et sic pro parte pro qua Titius fuit missus in tenutam occasione sententiæ arbitralis, non videt̃ ꝙ res ista egeat illa disputatione, s. an statutum sibi vendicet locum hoc casu, quia videtur clarum ꝙ sic, sed respectu apprehensionis possessionis factæ vigore pacti de ingrediendo, quid dicendum sit, patet ex superius dictis.

ADDITIONES.

a ¶Donec.sup.eo.consi.33.nu.3.

b ¶Habilitate.Hipp.Marsil.l.vnius.§.cogniturus enim 26.quæst.cum seq.de quæstio.& sing.630.Curt.iunior consi.1.num.3. sed istud generaliter non puto verum.vide Ias.l.2.§.2.qui satis.cog. Deci.l.fin. de reg.iur.

c ¶Constitutum.inf.eo.consi.85.

d ¶Testari.hæc exempla cum sequentibus falsa puto. * Simile videmus in verbis paciscentium, quæ restringuntur ad specificata, nisi apponantur verba generalia, quæ salua ratione recti sermonis restringi nequeant, vt per Barto.& Alexand.ad l.si de certa.C.de trāsactio. Natta.

* Non distinguatur.] Nota ꝙ talia verba ampliatiua auferunt distinctionem, de quo est gl.ad l.cum pœna.ff.de arbit. Et dictum Salyc. sequitur Iason ad l.1.col.penul.ff.de legibus. Doctor.ad rub. de probat. Sed Dec.ad c.2.de constit. approbat Salyceti sententiam vt non distinguatur, dolo vel culpa homicidium commiserit. debet tamen distingui si fecit ex necessitate defensionis, vel aliter. Ruin. quoque refellit Salyceti sententiam, consilio 138. columna quarta. lib.5. Natta.

* Quando statutum.] Istud Baldi dictum improbat Alexand. ad l. fi. §.in computatione.C.de iure delib. Tamen quoquomodo procedat vide per Soci.consi.52.columna fin.lib.3.vbi notab.loquitur. Nat.

* Ciuili.] Quòd veniat appellatione detentionis etiam ciuilis, vult Alex.ad d.§.ex contrario.col.10. Natta.

e ¶Sententiæ.Alexā.Ias.d.§.si super.dixi in consu.Parisien.§.1.glo.4.q.2.num.16.

SVMMARIVM.

3 *Exceptio declarat regulam, & ampliat in non exceptis.numero 3.4.*

5 *Paraphernalium expensa non continetur sub exceptione expensarum dotis.*

6 *Paraphernalia non habent priuilegia dotis.*

7 *Mulier decedens sine liberis si tenetur tertiam partem dotis relinquere fratrib. & habeat fratrem & filios fratris præmortui hi simul cum fratre in stirpem concurrunt in dictam tertiam partem.nu. 15.16.*

8 *Frater patruelis quando venit appellatione fratis. & numero 9.10.*

11 *Statutum excludens fœminam propter filios, tacitè excludit etiam nepotes ex ea, quin excluditur etiam per nepotem ex filio, num. 14.*

17 *Statutum trahitur ad casum, de quo statuentes verisimiliter idem respondissent.*

18 *Maritus non tenetur restituere res paraphernales vsu vel casu consumptas, nec earum pretium.*

CONSILIVM XXXVI.

Vide consi.203.lib.7.

Viso themate & dubijs de quibus queritur, requisitus vt pro veritate cōclusiuè dicam quid in vnoquoque de iure sentiam. ¶ Capio primum dubium quo queri-
1 tur † vtrum dictus Seruius hæres uigore testamenti & dispositionis dicti Sempronij, teneatur conferre ad expēsas factas per dictum Titium pro filiabus Titij cum nupserint in vestibus domicelaribus, iocalibus, mobilibus, scrineis, & conuiuijs prædictis ad quantitates pecuniarum traditarum p Titium sponsis, in supplementum mobilium. & visis uerbis testamenti videtur mihi de iure dictum Seruium teneri ad conferendum dictis omnibus expensis. moueor principaliter,
2 quia † exceptio declarat regulam qualiter illa intelligi debeat. l.nam quod liquidæ.§.fi.de penu.leg. quem tex.ita allegat & singularem ad hoc reputat Io.de Imo.in d.l.filio præterito.ff.de iniust.test.dum tractat an dispositio auth.ex causa.C.de lib.præt.habeat locum in præteritione, posthumi. Cum itaque Titius testator in suo testamento disposuerit, dictum Seruium eius filium teneri pro dimidia ad supportandas omnes expensas necessarias & occurrentes in apotheca trafico & exercitio, ac possessionibus & bonis omnibus, & in domo & communi familia & de communi familia dictorū Sempronij & Seruij, volens dictus testator dictum Seruium esse de familia dicti Sēpronij, & prædicta disposuit eo maximè quia dictus Sempronius supportare debebat labores in conseruando dictum Seruium & communem familiam Seruij & Sempronii & eorum bona, & exponere ipsius Sempronij personam ac eius industriam & exercitium in apotheca & trafico communi, & communiter pro se & dicto Seruio lucrari, tamen a dictis expensis excepit expensam dotium filiarum dicti Sempronij, quæ post mortem dicti testatoris nuberent, quia talem expensam ad dictum Sempronium, & nō ad Seruium pertinere voluit, ergo per talem exceptionem datur intelligi & declaratur, quòd sub dictis aliis expensis communicandis, testator uoluit comprehendere etiam expensas quæ fierent circa filias dicti Sempronij, etiam pro alia causa quàm pro victu in communi familia, & etiam quando expē-
a deretur in rebus quas dictæ filiæ extra [a] domum dictorum Sempronij, & Seruij laturæ essent, alias enim superuacua fuisset dicta exceptio, quod dicendum non est. l. si quando.
3 in princip.de leg. 1.& c.si Papa, de priuile.in 6. † Pro hoc ēt facit, quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l. quæsitum.§.denique.de fund.instr.l.in his, cum ibi not. de leg.& notatur in l.1.ff.de reg.iur. 32.q.7. in ca.dominus.cū glo. ¶Ad prædicta bene faciunt quę notant Lapus & Mode. in c.quid si ad agendum.§.1.de procu.in 6. dum uolunt, qđ si in instrumento datur mandatum generale alicui, & in dicto mandato excipiuntur aliqui casus, in quibus erat necessarium speciale mandatum, certè propter talem exceptionē declaratur quod constituens voluit illum procuratorem posse
b expedire alios [b] casus, qui speciale mandatum requirerent præter illos exceptos, quia exceptio debet esse de regula. aliàs non esset, iuxta no.per Ioan.And. in prœmio regularū in 6. & idem no. Dominicus in c.2.in fi.de off.vica.per no.Specu. in titu.de iurisd.omn.iud.ver.quę autem &c.ibi dum dicit, præsertim &c.& facit.l.tribunus.§.fi. de test. mi. ¶Ad idem
p quod no.Io. de Imo.in l.fi.ff.à qui.ap.non lic.dum dixit† ꝙ si statutum dicat quod contra instrumentum non possint opponi nisi certæ exceptiones specificatæ in statuto, nam licet tunc non obstante statuto possint opponi exceptiones quæ non essent propriè exceptiones, vt illæ quæ perimerent ipso iure obligationem, prout esset exceptio nouationis & delegationis, vt decidit in proposito. Bald.in l.si non sortem.§.1.ff. de cond.ind.& in l.2.C.de exce.rei iud. Tamen fallit, si statutum diceret quod non possit contra instrumentum opponi alia exceptio quàm solutionis, quoniam cùm exceptio solutionis non sit propria exceptio, quia perimit ipso iure obligationem, vt in iuribus vulgaribus, ideo statutum excipiendo à regula exceptionem solutionis, dat intelligere ꝙ etiā voluit comprehendere sub regula etiam exceptiones, quæ nō essent propriè exceptiones, vt esset exceptio nouationis & delegatio
5 nis. vt ibi plenius per eum. ¶ Confirmo prædicta, quia † sub exce-

exceptione expensarum dotis, non debet comprehendi expẽsa etiam paraphernalium bonorum, quæ ex consuetudine regionis tempore nuptiarum dari consueuerunt à patre mulieribus, quoniam talia bona non dicuntur dari dotis causa, ita probat text.in l.si ego.§.dotis.ff.de iure do.& in l. hac lege.C.de pac.conuent.Et nullibi reperitur ꝙ appellatione dotis vel dotalitij veniant paraphernalia,ita dicunt doctores & maximè Ant.de But.in c.plerunque de don.inter vir.reprobata glo.ibi,vt per omnes doct.ibid.& per Mode.vt per Roma.in l.Lucius.solut.matr.Bene facit quod no.glo. reputata
6 singularis in d.l.si ego.§.dotis.in verbo,condici.† quæ ꝓbat ꝙ bona paraphernalia non habent priuilegia dotis,& ita illã glo.pro singulari ad hoc allegat Ludo.Roma.in l.1.ff. solut. matrim.& no.Inno.& alij.in c.ex literis.de pigno.Et ita concludo quò ad primum dubium,si in istis expensis moderatus & consuetus modus regionis inspecta qualitate personæ nõ est excessus (vt verbo fertur) quis enim tenetur ad ea facienda quæ sunt de consuetudine.l.si pignore.§.si creditor. ff.de pig.actio.lege quòd si nolit.§.qui assidua,de ædil. edict.& illæ expensæ quæ sine verecundia non potuissent prętermitti, appellantur esse expensæ debitæ & necessariæ.l. pecuniæ. & ibi not.Barto.de alimen.& cibа.leg.cum conco.ibi alleg. per eum.¶Descendo ad secũdum dubium,quod arbitror proba-
7 biliter esse magis ambiguum cæteris,in quo quæritur,an † ad dictam tertiam partem admittatur non solum frater mulieris prædefunctæ,sed etiam filius fratris? Et circa discussionẽ huius dubij multa & variè hincinde adduci possent; tamen breuius declinabo ad id quod putabo verius,æquius & meri
c ti statuentium magis consonum. Puto [c] igitur arbitratores à quibus consultus sum,arbitrari debere filium fratris pariter cum fratre admittendum. Moueor in primis per id qđ voluit Io.And.in addi.Spec.in titu.de successio. ab intest.in ru
* brica,vbi sequutus Iacob.de Are.* dixit ꝙ si statutum vel con
8 suetudo disponit † ꝙ frater excludat sororem à successione patris conuenienter illam dotando,& contingat auum decedere superstite nepote ex vno filio præmortuo, & nepte ex alio filio etiam præmortuo, qui nepos & neptis dicuntur fratres patrueles.lege iurisconsultus.§. hi autem. ff. de gradi.& inst.eo.titu.§.quarto gradu.l.frater patruelis.C.qui test.fac. pos. excludet dictus frater patruelis sororem patruelẽ à successione aui,quia verba non videntur repugnare,nec mẽs statuti,quæ fuit ut agnationum salua sit dignitas.l.ab omnibus, in prin.ff.de leg.1.& l.1.§.si seruus.ff.de ven. insp.quia ꝑ diuitias conseruatur familiarum honestas, quæ per inopiã perit.in auth.de testi.§.sancimus,& l.3.in princ.ff de testi.& l. 1.ff.de custo.reo.unde concludunt Iac.de Are.& Ioan.And. in d.rubrica,ꝙ vbi habet locum dicta ratio seu mens statuti, ibi habere debet locum statutum.l.1.C.quæ sit lon. consue. & l.de quibus.ff.de legi.Et præsertim, quia secundum eos tale statutum dicitur tendere ad publicam vtilitatem propter dictam agnationem conseruandam, vnde non est inconueniens propter publicam vtilitatem derogare æquitati naturali.lege 1.ff.de vsucap.& ita in effectu resident præfati doc. & idem in terminis tenuit Bal.in l.scimus. in fi. principij in
9 7.q.C.de inofficio.testam. Ecce ergo ꝙ videmus † ꝙ licèt ap
d pellatione fratris [d] non comprehendatur propriè frater patruelis,sed solum frater,qui est in primo gradu fraternitatis, vt no.Bar.in l.Lucius.§.quęsitum.de lega.3.& Bal.in l.vxor. C.qui accusa.& Ange.in authent.matri & auiæ. C. quando mulier tute.offi.fungi po.& in l.1.ff.de inoffic. testamen.& Io.de Imo.in l.si dotali.soluto matri. tamen in casu d.statuti fauentis agnationi conseruandæ,concludunt præfati Doctores quòd statutum loquens de fratre extendatur ad fratrem patruelem, qui impropriè dicitur frater, quando est eadem ratio,ita ergo in proposito, præsertim saltem impropriè appellatione fratris vel sororis veniat filius fratris uel sororis, vt infrà dicam.ita etiam in effectu consuluit Ang.conf.389. incip.Totum dictum statutum.vbi per plura argumẽta multum facientia ad propositum nostrum, quæ breuitatis causa omitto,concludit quod statutum disponens quod frater excludat sororem,quamuis ex verbis non comprehendat fratrẽ & sororem patrueles,tamen dicit ꝙ ex mente & ratione statuti,quæ videtur militare in fratre & sorore patruelibus,extendetur ad eos,dicit tamen se non negare, quin quæstio sit dubia.istud idem tenuit Ludo.Roma.in lege prima.C. de suc-
10 cessorio edicto.referens se ita consuluisse; videlicet † qđ statutum excludens sororem per existentiam fratris, habebit ẽt locum in fratribus patruelibus, quando in eis esset eadem vel maior ratio.& idem dicit in statuto excludẽte patruum, quia etiam intelligitur excludere patruum magnum, quãdo in eo esset omninò eadem vel maior ratio. pro hoc inducit nota.per Bart.lege 2.§.videndum.ff.ad Tertullianum. & ea quæ nota.Bart. in lege liberorum.de verborum significatio. & per Baldum.in l.venia. ff.de in ius voc.cum infinitis con-
11 cor.dum secundum eum concludunt † quòd si statutum per existentiam filiorum masculorum excludit filias fœminas in-
e telligitur etiam excludere [e] nepotes ex filia fœmina præmortua,pro hoc etiam adducit, quia ubi ratio, l. non repugnat, imò est eadem ratio aut maior in casu non expresso,quę erat in casu expresso, & verba legislatoris uel impropriè sumpta possunt comprehendere casum non expressum, tali casu latè sunt accipienda verba statuti, vt extendantur ad illum casum non expressum.allegat not.per glos.& Paul.de Leaza.in cle.1.de elec.& in cle.vt hi qui de æta.& quali. & in aut.minoris.C.qui tut.da.pos.& in aut.vt hi qui obliga.in prin.facit l.filium habeo.ff.ad mace.& l.senatus.ff.de rit. nup. & ꝙ no.in l.miles ita,in princ.de re iud. Et non obstat secundũ eũ si dicatur ꝙ ex identitate rationis in materia correctoria nõ est facienda extẽsio,iuxta ea quæ habentur in l.præcipimus. C.de app.& no.in aut.quas actiones.C.de sac.sanct.ecc.quia
12 respondet,ꝙ † talis casus non includitur sub statuto per extensionem,sed ex omnimoda mente statuti, quia vbi in casu non expresso in statuto est omnimodo eadem aut maior ratio quæ est in casu expresso in statuto,tunc casus non expres-
f sus dicitur venire ex mente [f] statuti non autem ex extensione vt no.glo.ordi.in c.si postquam.de elec.in 6.& in c.1.de tẽp. ord.in 6.facit secundum eum.l. nominis & rei.§.verbum ex legib.ff.de verb.sign.& l.libertum.§.senatus.ff.de ritu nup. & expresè no.Bal.in l.quod verò.circa prin.ff. de leg.Anto. de But.in c.fi.de consue.& idem voluit Cyn.in l.iura.& l.qđ verò alleg.in addi.vt refert Pau.de Cast.lib.2.consi.83.inci. pręsens casus &c.vbi inquit quod Cy.in locis proximè alleg. & Bal.in l.de quibus.eo.tit. voluit quod aut est similis ratio in casu non expresso quæ est in casu expresso, & tunc non fit extẽsio in correctorijs per not.in d.aut.quas actiones.sed vbi est eadem ratio,vt est in statuto fauente masculis de agnatione, tunc vna & eadem ratio decidit omnes casus non per extensionem sed sicut genus comprehendit species ita genera-
13 lis ratio diuersas species casuum emergentium. † Sed ita est quod appellatione fratris, venit sublata vel impropria significatione filius fratris, vt no.Barto.in d.l. Lucius.§.quæsitũ. de leg.3.& etiam apparet,quia filius fratris succedit in locũ patris sui,& sic in locum fratris,ut in aut.de hære. quæ ab intesta.§.si igitur defunctus.& §.sequen.& c.1.de gradi.suc.in feu.ergo appellatione fratris sub larga significatione debet cõprehendi persona, per quam representatur frater.d.l.libertũ, §.senatus.& quod no.Barto.in d.l.liberorum.in vers.his pręter
14 missis redeamus &c. dum sequutus Iac. But.dixit † quod statutum excludens filias fœminas extantibus filijs masculis,habebit locum etiam si esset nõ filius,sed nepos ex filio masculo,quia excludet filias fœminas, quoniam filius subrogatur in locum patris sui,& sic est persona representans patrẽ eius, & subrogatur in locum patris,meritò secundum cum statutum loquens de filio,hoc casu extendetur ad nepotem,vt ibi per Barto.Cuius opinio in hoc est magis communiter approbata,vt per Bal.& Sal.in l. maximum vitium. & ibi etiã Pau. de Cast.C.de libe.præte.& Bald.Salyc.& Moder. in l. venia. aliàs est in l.seq.C.de in ius vocan.& Pe.de Ancha. in repet. c.canonum statuta de consti.in fi.in pen.q. & in clem.1.de baptis.¶Ad prędicta bene faciunt quę not.Iac.de Are.& Cy. in l.1.C.quæ sit lon. consue. in ver. iuxta hoc quæro posito &c.& Ang.in l.de quib.ff.de legi.¶ Præterea quæstionem nostram quasi in terminis videtur decidere Bal.in l.quibus.C.
15 de secun.nup.ubi quærit: † pone,statuto cauetur ꝙ filia dotata extantibus filijs masculis non succedat, sed ipsi filij hæreditatem possideant. modò contingit ꝙ quidam dotauit filiam,& ex filio præmortuo habebat nepotes & habebat etiã quendam filium uiuentem decessit iste pater, modo filius superui-

peruiuens vult quicquid soror de iure communi debet habere supra dotem, sed filij fratris præmortui dicunt se debere concurrere: quæritur quid iuris: & primò arguit ꝙ nō cōcurrunt: quia pater eorum decessit tali tempore quo transmittere non potuit. cum ergo nepotes non contineantur appellatione filiorum in illa materia restrictiua, ergo videtur ꝙ filij fratres seu nepotes non admittantur, tamen dicit ꝙ in contrarium facit illa.l.in quibus.& l.sequens. in prin. quia
* illi nepotes videntur ingredi gradum parentum. * & cū ista vltima opinione residere videtur. & idem est de mente Bal. in l.1.de secun.nup.in uer.pone dicit statutum &c. vbi quæ
16 rit, pone † ꝙ statutum dicat ꝙ filia dotata non succedat extantibus masculis filijs vel nepotibus, & contingat decedere patrem relicta filia dotata, & relicto filio masculo uiuente, & relictis nepotibus masculis ex alio filio præmortuo, quęritur. istud ꝙ non capit filia dotata cui applicabitur, & videtur secundum eum ꝙ soli filio, propter ordinem gradus, quia est prior in gradu, contrarium decidit, quia non corrumpitur gradus, cum nepos succedat in locum patris, ideo non corrūpitur gradus, sed repræsentat patrem, vt in auth. de hære. ab inte.§.cum filiis.secundum eum. In hanc sententiam plurimùm me inclinat etiam statutum prędictum, dum disposuit, ꝙ mulier decedens sine liberis & ascendentibus, tertiam partem dotis fratribus. vtrinque coniunctis vel ex patre tātum relinquere teneatur, & fratribus non extantibus tertiam partem dotis patruus relinquere teneatur, quam tertiam partē petere possunt, etiam si relicta non fuerit. Considerandū est ꝙ statutum non extantibus fratribus vocauit patruos, qui similiter sunt in tertio gradu sicut est filius fratris, quinimò cēsentur remotiores ipsi patrui quam filius fratris propter repræsentationem patris sui, vt in d.aut.de hære.ab intesta.§.si igitur defunctus. nulla ergo ratione statutum verisimiliter omisit vocare specificè filios fratris, in quibus erat adhuc maior rō quā in patruis, nisi quia statuentes intellexerunt ꝙ sub prouisione facta de fratribus comprehenderentur filij fratris, meritò comprehenduntur ne aliàs prouisio statuentium redderetur imperfecta & ratione carens. arg.l.2.in princ.cū glo.2.& quòd ibi not.doc.ff.de verb.oblig. & insti.de acti.§.
17 omnium.& quod ibi glo.in verbo, summa. ¶ † Pro hoc etiā
g quia statutum trahitur ad casum g quem statuentes si fuissēt interrogati, verisimiliter comprehendissent, vt est glos.not. in l.tale pactum.§.fi.de pac.& ibi no.doc.& probatur in l.Titius.§.1.& ibi Mod.not.de libe.& posthum. Sed cui dubium quòd statuentes voluissent comprehendere etiam filium fratris sicut comprehendere alios prædictos, vt supra, qa aliàs statuentes ratione caruissent. Et si appareret me aliàs cosuluis
h se h quòd statutum disponens quòd frater defuncti excludat filias defunctæ personę & nepotes ex filiabus non comprehēdat fratrem patruelem, volentem excludere dictas filias vel nepotes, dico quod illud non habet obstare prædictis, quia vt in illo consilio ostendi, ratio dicti statuti non militabat saltem per omnia in fratre patruele, ideo aliud erat in casu illo, aliud est in casu isto in quo uidetur esse eadem ratio in filio fratris, ut probaui supra & istam partem puto tutiorem, æquiorem, & humaniorem & ab arbitratorib. potius sequendam, quāuis in puncto iuris passus sit disputabilis satis. ¶ Postremo circa tertium dubium quo quæritur, vtrum pecunia data in auxilium uestium nuptialiū mulieris, restitui debeat mulieri, ex quo uestes, apparatus, & iocalia prædicta non extant, de qua restitutione quæritur quid iuris, non quò ad maritum & vxorem seu eius hæredes, sed quò ad maritū ex una parte, & filium fratris mariti, ut dicitur pro parte obligatū ad restitutionem prædictorum quatenus restitutio facienda sit. in quo breuiter concludo quod nisi ex parte petētis aliud probetur, non tenetur dictus filius fratris in aliquo, etiam si euenisset casus restituendę dotis, seu casus soluti matrimonij,
18 probatur. † Nam aut dictæ res usu sunt ex toto consumptæ,
* & nulla debet fieri restitutio nec de iure communi. * l.de his, & ibi not. Bal. C.de do. inter ui.& uxo.& in l.si ego. §.dotis. ff.de iur.do.& l.hac lege.C.de pac.conuen. nec etiam ex forma statuti, quia statutum disponit quod restituantur in eo statu in quo esse reperiantur tempore dotis restituendę. & sic uoluit quod damnum deteriorationis & consumptionis rerum prædictarum non cedat damno mariti, sed mulieris, ¶ Aut dictæ res non fuerunt usu ex toto consumptę, sed fuerunt alienatæ, per alium, & non per dictū filiū fratris, nec per eum cuius ipse filius fratris est hæres, & tunc effectualiter tenebitur ille qui alienauit, ad quanti tunc ualebant ipsæ res: quia per illum alienantem factū est quominus res ipsæ extāt. l.in summa.§.si seruū.ff.de condi.inde.l.si pecuniā. §.1.cum si.de condi.ob cau.non autē cum effectu tenebitur dictus filius fratris. Aut res casu perierunt, & tunc cum ex forma statuti res ipsę, & sic species essent in obligatione non autē quātitas, & tunc perijssent periculo mulieris.l. si ex legati. & l.q seruum.ff.de uerb.oblig.l.Titiæ textores.§.fi.de leg.1. ¶ Apparet ergo ex prœmissis, ꝙ si petens dictum filiū fratris condēnari ad restitutionem aliquam pretij dictarum rerum non probat aliud, nisi quòd allegat res non extare, non potest obtinere, tamen quia actor qui allegat res nō extare, quę ad manus eius & uxoris suę peruenerunt, habet illud probare ꝙ nō extent.l.si creditor.C.de pign.act.& l.fi.quis ex argentariis. §.pen.& ibi Barto. ff. de eden.& Specu.in titu. de pign.§.1. uer.quis probauit.& not.doc.in c.2.depos. tamen etiā quia dato ꝙ probaret res non extare, requiritur ꝙ probetur non extare facto seu culpa ipsius filij fratris, aut eius in cuius locū successit, uel ipse non tenetur, ut colligitur ex iā dictis Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Extra. Istud falsum est, quia satis est ꝙ exceptio operetur declarādo regulam, cæterum non debet operari ꝙ regula extendatur ad ea. quæ aliàs non continebantur sub regula. text. in l. generaliter. §. vxori. de vsufru. lega.& not. sup. lib. 1. consi. 28. nu. 11. pulchrè Stepha. de Phede. tract. de interpret. iuris. par. 2. fol. 123.

b ¶ Alios. Fa. sup. lib. 2. consi. 216. & expressim sequitur Alexā. in l. fin. quod quisque iuris. Aret. consi. 30. Ias. l. fin. in fi. quod quisque iuris. l. nummis. de in lit. iur. l. properandum. nu. 11. C. de iudi. Deci. in ca. consultationibus. in fi. de off. deleg. c. cum dilecta. de confir. vti. vel inuti. l. 1. num. 31. ff. de reg. iu. Nico. Cureald. in loc. leg. loco 3. ab excep. ad reg. de quo dicto dubitat Philip. Franc. in d. c. qui ad agendū. Ego verò dico illud esse falsum & contra tex. in d. §. vxori. quia ibi argentum exceptum non veniebat aliàs sub illo generali legato & tamen licet expressim excipiatur, non ampliat legatum ad similia non expressim excepta, ergo exceptio non declarat ampliando.

c ¶ Puto. Idem tenet Alci. li. 2. de ver. sign. pag. l. vbi limitat dummodo extet frater seu patruus, secus si solus nepos ex fratre extet. & in hoc quidem bene dicit, sed non aduertit ꝙ hæc limitatio dictum suum principale subuertit. quid enim si extet frater, sed abstinet, & non vult vti statuto, modo aut dicemus nepotem solum admittendum hoc casu ad totum lucrum statuti, & idem erit dicēdum si frater erat præmortuus & solus nepos extet, quia quantum ad istud lucrum frater abstinens habetur pro mortuo. Aut verò dicemus nepotem fratre abstinente excludi, & idem dicendum est si frater nō abstineat, sed vtatur statuto, quia aut nepos est tacitè simul vocatus per statutum, & abstensio fratris non potest ei nocere. Aut non est nec tacitè vocatus, & agnitio fratris non potest ei prodesse. breuiter. ego dico ꝙ Alexan. in hoc secundo dubio malè consuluit, quia istud lucrum non est hęreditarium, nec iure hæreditario capitur, sed particulari beneficio statuti. ideo iura repræsentationis (quę nō non sunt introducta nisi in succesionib. abintestato) non sunt ad propositum. Tum istud lucrum non est nisi quoddam relictum & expressim a statuto comparatur legato, in quo non est locus transmissionis. l. vnica. C. de cad. tol fac ergo mulierē legasse hunc trientem duob. fratribus suis iuxta statutum, postea præcedere alterum fratrem relicto nepote, vltimò decedat mulier, clarum est ꝙ nepos iure legati non potest admitti, quia caducum est & accrescit fratri collegatario superstiti. nec etiam potest admitti iure statuti, quod non disponit. nisi vt istud valeat iure relicti vel legati ad quod soli fratres vocantur, vnde sicut deficientib. fratribus, licèt extent nepotes ex eis, deficit statutum, & totum deuoluitur ad hæredes ab intestato, quia nepotes non sunt vocati ex legato vel statuto, ita si vnus fratrum præcedat nihil transmittit ad filium suum, cui ex capite suo nullum ius competit ex statuto a quo non est vocatus. plenius dixi in consu. Paris. §. 149.

* Sequutus Ia. de Arena.] Sequitur Alex. consi. 55. infrà eo. lib. & cōs. 89. col. 5. eod. lib. Natta.

d ¶ Fratris. sup. li. 1. consi. 80. sup. li. 2. consi. 97. consi. 204. inf. eo. consil. 89. consi. 134.

e ¶ Excludere. dixi in consu. Pari. §. 16. nu. 5.

f ¶ Mente. sup. lib. 5. consi. 75. inf. consi. 89. nu. 160.

* Gradum parentum.] Pro hac opinione facit, quia persona repræsentas, censetur eadem cum persona repræsentata, ideò sortiri debet eius naturam. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. Propterea appellatione hæredis in materia alienationis odiosa venit secūdus hæres, quia repræsentat primum, vt per Barto. ad famosum. §. Diui. ad quem, vide recentiores & Ruin. Et facit etiam, quia statutum loquens de creditore, procedit in cessionario, Bal. ad l. per diuersas. 10. q. C. manda. Natta.

g ¶Casum.sup.lib.2.consi.4.nu.34.
h ¶Consuluisse.sup.lib. .consi.97.
* Nec de iure com.] Fallit vbi sunt traditæ res æstimatæ, quia cum æstimatio faciat emptionem consumuntur per mulierem periculo mariti, ita,quòd tenetur ad restitutionem pecuniæ,Bald.Paul.Castren.& Imola ad l.æstimatæ.ff.soluto matrimo. Natta.

## EPITOME.

¶TESTATOR instituit Dominicum fratrem suum ex latere paterno tantum, cui quandocunque decederet sine filijs masculis,substituit Albertum auũ culum testatoris,si viuet:& si non viuet, substituit filios eius,s.dicti Alberti.Dominicus successit testatori. Albertus autem cũ filijs,relictis nepotib.decessit.Nouissimè decessit Dominicus sine liberis, relictis quibusdam hęredibus sibi attinentibus ex latere matris suæ, omnino extraneis à testatore, à quibus nepotes Alberti petunt bona dicti testatoris ex fideicommisso.Respon.Alexan.quod rectè petunt, quoniam sunt substituti. Quia appellatione filiorũ veniũt nepotes.

## CONSILIVM XXXVII.

* Viso themate* suprascripto,videretur fortasse prima cõ sideratione dicendum dictos nepotes Alberti, natos ex filijs ipsius Alberti prædefunctis, non esse vocatos ex substitutione prædicta,ad hæreditatem dicti Titij testatoris, quia cum ad dictam substitutionem decedente quandocunque Dominico fratre testatoris sine filiis masculis legitimè descendentibns substitutus fuerit dictus Albertus,si viuet,& si non viuent, tunc testator dixit quod substituebat filios di-
1 cti Alberti,† non ergo debent comprehendi nepotes Alberti sub appellatione filiorum Alberti.l.ꝙ si nepotes.ff.de test.tu. & insti.qui da.tu.pos.§.pe.& fi.aliter enim filios,aliter nepotes appellamus,vt ibi text. dicit. ¶ Secundò probari videtur in l.Gallus.quasi per totã.l.ff.de lib.& posth. & in l. posthumorum de iniust.test.Nam ibi prouidetur à iurisconsulto,ꝙ testator, qui instituit filium seu filios in testamento instituere debeat etiam nepotem seu nepotes,ne si contingeret filios decedere viuo testatore,nepotes qui se præteriti inuenirent rumperent testamentum;ergo apparet,ꝙ sub illa substitutione facta de filijs nepotes non comprehendantur. ¶Tertiò,in specie videtur probari in d.l.Gallus.§. idem credendum.iũcto.§.nunc de lege,in verbo supplendas.vbi Scæuola author illius legis reprehendit & supplet prouisionem factam à Gallo Aquilio circa institutionem filii,& substitutionem nepotis.nam dicit quod etiam debuit prouidere de substitutione pronepotum,& aliorum liberorum vt ibi,& in §.vt instituẽs. in eadem lege.& sic vult,ꝙ dispositio facta de filijs & nepotibus à lege & etiam a testatore non extendatur ad pronepotes eadem ergo ratione dispositio facta de filijs non debet trahi ad nepotes.¶Quartò pro hoc facit text.in l.sed & milites. §. 1.ver.hæc autem.ff.de excu.tut. & l.pater.& l.seq. ad l.Iulia. de adul.ff.vbi similiter dispositio. l. loquens in filijs nepotes
2 non comprehendit. ¶†Quintò facit id quod referunt Cy.& Bal.in d.§.instituens.dum dicunt, ꝙ Fran. Accur. fuit de facto consultus super tali q. quidam instituit fratrem suum sibi hæredem,& si frater decederet sine liberis, instituit filios Iordani sibi hæredes,frater testatoris decessit sine liberis.Iordanus non habebat filios sed nepotes: quærebatur an nepotes admitterentur,respondit quod aut illa dispositio testamẽtaria fuerat facta ab extraneo,aut ab ascendente, primo casu appellatione filiorum non comprehendentur nepotes, secũdo verò casu sic.& dicebat ꝙ ad decisionem secundi membri non obstat tex.in d.l.ꝙ si nepotes. vbi etiam in dispositione facta ab ascendente appellatione filiorum non continentur nepotes.quia ibi loquitur in casu oneroso.i.in tutela.& ideo voluit lex appellationem filiorum restringi propter alienum onus. Nec ad primum membrum de extraneo obstat secũdũ eum tex.in l.vxorem.§.concubinæ.de lega.3.quia respondet quod ibi continentur nepotes appellatione filiorum,ne fiat dura separatio filii & nepotis,vt ibi in glo.¶Sextò accedat distinctio And.de Pisis quam refert Bald. in d.§.instituens.dũ dicebat si quæritur an in dispositione hominis,appellatione filiorum contineantur nepotes,debet dici, quod aut si nõ cõtinentur nepotes, & sequeretur aliquod absurdum & inhumanum,& tunc continentur.l. liberorum. vers. sed & Papirius.ff.de ver.sign.& d.§.concubinæ. aut nulla inhumanitas vel absurditas sequeretur & tunc non comprehenduntur,vt in d.§.instituens.¶Septimò confirmatur ex dist. quam ponit
3 Cyn.in d.§.instituens.vbi distinguendo dixit, † ꝙ aut verbũ filiorum profertur a testatore qui habebat filios & nepotes, vel habebat filios & sperabat habere nepotes, & intelligitur de liberis primi gradus,& non de nepotibus, per tex.in d.§. instituens & quia quoties verbum prolatum potest accipi ꝑ prius & per posterius, videtur accipiendum per prius.l. hoc legatum.de leg.3.si autem habet nepotes tantum, & dicat testator,instituo filios;& tunc ex quo non potest accipi ꝑ prius accipiatur per posterius,vt actus valeat.l.quoties.de reb.du. & d.l.liberorum.in fi.ita propriè dicit in d.§.instituens.licet Bal.ibi eum aliter referat.¶Octauò bene facit id quod voluit Bald.in d.§.instituens.dum dixit,ꝙ licet Barto.in d.l.liberorum,de ver.sign.dixerit,ꝙ si à testatore fit mentio de filiis,intelligitur de omnibus liberis.per l.Lucius. ff.de hære.inst.& respondebat ad d.l.Gallus. ꝙ ideo ibi appellatione filii non
4 continetur nepos,quia erat expressum nomen propriũ, † nomina enim propria non possunt extendi, sed appellatiua sic, vt not.in l.1.ff.de reg.iur.& in l.si quis ita.ff.de testa.tute.nã secundum Bald.hæc responsio ad d. l. Gallus.non est bona. Primò quia diuinat. Secundò, quia in nepote vel pronepote nascituris non potest exprimi nomen proprium,sed appellatiuum tantum, & tamen appellatione nepotis nascituri non comprehenditur pronepos,vt in d. §.instituens.& respondet Bal.in d.l.Lucius.in qua se fundat Bal. quia ideo ibi appellatione filiorum comprehẽduntur cęteri liberi,quia si non cõprehenderentur,sequeretur quid absurdum & quid durũ,ꝙ prorsus extraneus præferretur coniunctis,cõtra.l.cũ acutissimi.C.de fideic.& l.generaliter.§.cum autẽ.C.de insti.& substi.sub condi.fac. vnde quia ibi extabat persona quæ ex præsumpta mente testatoris excludebat substitutũ, meritò ibi appellatio filij extenditur ad nepotes.Item in d.l.Lucius,fit mẽtio filiorũ enunciatiuè & conditionaliter, sed in qõ.nostra fit mentio dispositiuè disponendo circa ipsos filios, secundum Bal. quo casu videtur ꝙ non comprehendantur nepotes, vt d.§.instituens. ¶ Nonò probatur per do. Bald.in repet.l.in
5 suis.de libe.& posth.vbi voluit, ꝙ † quando fit mentio de filio ab homine,non comprehendatur nepos nisi vbi sequeret dura separatio.d.§.concubinæ. ¶ Decimò probatur,quia videmus ꝙ si testator prohibet in testamento filios suos aliena-
a re bona, non videtur prohibuisse[a] nepotes,vt no.sing.in aut. de resti.fidei.§.nos igitur.& Bar.in l.filiusfa.§.diui.ff.de leg. 1.& idem ibi tenet Dy.& Ray.Bal.& Io.de Imo.& Cy.& Bal. in l.voluntas.C.de fideic.'& Bar.in l.Lucius.§.Sẽpronius. de leg.3. & Bal.in l.quisquis.C.ad l.Iul.maiest.& in l.Titius.in
6 prin.de lib.& posth.¶†Vndecimò probatur quia verba in dubio debent accipi propriè & secũdum propriam significationem.l.non aliter.de leg.3.l.3.§. si is qui nauem. de exercito. Sed ex propria & vera significatione, appellatione filij nõ cõprehenditur nepos.l.iusta interpretatio.ff.de ver.sign.&.l.filiũ diffinimus,de his qui sunt sui vel alie.iur.l.filium habeo. ff.ad mace.& probat latè Bar.in d.l.liberorũ.& Bald.in l.maximum vitium.de lib.præte. ¶Duodecimò probatur, † quia
7 in dispositione testatoris attenditur communis vsus loquendi.l.Labeo.de supel.le.l.liberorum.§.ꝙ tamẽ Cassius.in ver. quid ergo de le.3.cum glo.& l.cum de lanionis.§.asinam.de fund. instr. le. Sed communis vsus loquendi se habere videt ꝙ appellatione filiorum nõ intelligatur de nepotibus,vt not. gl.inst.qui testa.tuto.dar.poss.§.fin.in d.l.ꝙ si nepotes.& Ia. But.in prima consti.ff.& per Anto.de Butr.in prin. decretalium. ¶Decimotertiò probatur, quia quemadmodum testator Dominicum prætulit Alberto & eius filijs,ita videtur voluisse cæteros hæredes Dominici præferre cæteris hæredib. dicti Alberti,qui non sint eius filij.l.Publius.§.fin. de códi. & demon.in ratione sui. ergo quicunque hæredes Dominici præferri debent omnibus, qui non sint filij Alberti. ¶ Decimoquartò & vltimò probatur per l.qui filiabus, in prin. de leg.1.vbi testator legando filiabus, non videtur legare filiab. posthumis,'& nascituris post mortem testatoris, sed de illis

quæ

quæ prius natæ erant, ita in proposito dato ꝙ appellatione filiorum venient nepotes non debent comprehendi dicti nepotes qui nati sunt post mortem Titij testatoris. ¶ Sed præmissis non obstantib. contrariam sententiam in proposito ca

8 su puto de iure veriorem, † quia in fauorabilib. appellatione

b filiorum comprehenduntur nepotes.[b] l. filii. & l. iusta. de ver. sign. Nam in fauorabilib. verba accipiuntur secundum largã interpretationem. l. si ita scriptum sit filiabus, cum ibi no. per glo. & doc. ff. de leg. 2. c. cum dilecti. de dona. l. fi. de constit. princ. l. cum quidam. de libe. & posthum. l. in testamento. de reg. iur. ¶ Confirmatur per l. Lucius. de hæredi. insti. vbi si testator fratrem instituit & disposuit quod si frater filios non haberet substituebat tales extraneos sufficit quod frater habuit liberos, & sic nepotes vel pronepotes, quamuis careret filijs, vt ibi, iuncta. l. liberorum. ff. de verbo. signifi. si ergo ibi quando à testatore fit mentio de filijs per modum conditionis, quæ debet in forma specifica adimpleri. l. Mæuius. & l. q

c hæredi, in principio. ff. de condi. & demon. quanto magis [c] si per modũ dispositionis nominaret filios, & attendendũ est, quod text. in d. l. Lucius, non loquitur quãdo à testatore ascẽdente facta est mentio de filijs, imò loquitur quando à transuersali prout etiam in casu nostro, quia dictus Titius testator erat de transuersalibus dicti Alberti & eius filiorum. erat. n. dictus Albertus auunculus testatoris, & sic de transuersalib. l. iurisconsultus, §. sunt. ex laterib. & §. tertio gradu. de gradi. affi. & illi qui sunt hæredes dicti Dominici, vt verbo fertur, sunt extranei primo testatori, quia non descendunt ex aliqua persona quæ fuerit de agnatione vel cognatione ipsius Titij, & sic dicuntur extranei. in aut. de hære. & fal. §. inordinatum & ibi no. & l. cum antiquiorib. C. de iur. deli. ¶ Ad idẽ tex. in d. l. Gallus. §. instituãs, secundũ intellectũ gl, 2. quẽ ibi appro-

9 bat Bar. p quẽ tex. probat qd sicut testator dicendo, † instituo nepotẽ qui mihi post mortẽ suus nascetur], dr facere institutionem generalem quò ad omnes descendentes, vt sic cõprehendantur pronepotes & cæteri descendentes, & hoc sequũtur etiam ibi alij doctores, quando de nepote non fit mentio, in materia exorbitanti. ¶ Pro hoc etiam facit, quia hoc nomẽ, filius est nomen naturæ non iuris, vt l. tutelas. ff. de capi. dimi. sed inspecto iure naturæ videtur appellatione filij cõprehendi nepotem, vt d. l. liberorum. ibi dum dicit, natura nos

10 quoque docet. ¶ Ad idem, † quia videmus quod beneficiũ in quo fit mentio de filijs, transit ad nepotes. l. diuo Marco. de quæstio. & l. milites, cum ibi no. per Cy. eo. titu. l. emancipatum. ff. de sena. l. decurionũ. C. de pœnis. & no. Bar. in d. l. liberorum. in versi. his præmissis redeamus. &c. & cõstat quod illa dispositio testatoris accedit beneficio. l. legatum. de leg. 2. l. 1. de impo. lucr. descrip. l. inter stipulantem. §. si rem. de verb. obl. Ad idem quod not. Io. Ant. in c. ad extirpandam. de fil. presby. vbi sentit ꝙ in fauorabilib. appellatione filiorũ cõprehendantur nepotes, licèt secus sit in odiosis uel pœnalib. secundum eum. & nõ est dubium ꝙ nos sumus in materia fauorabili, in qua fieri debet larga interpretatio. d. l. in testamẽtis. & d. ca. cum dilecti. Et ꝙ in fauorabilib. comprehendatur nepos, tenet etiam Salyc. in l. 1. in 21. q. C. de iur. emphy. & Bal. in l. cum vir. ff. de condit. & demon. Idem etiam videtur velle do. Abb. Sicu. in c. 2. de verb. sig. vbi inquit, ꝙ appellatione filiorum in lata significatione veniunt nepotes, per d. l. liberorum. pro hoc etiã adducit; quia in sacra scriptura Christus appellatur filius Dauid: & tamen non fuit filius nec nepos, sed vlterior. & pro hoc etiam facit, quia dispositio legis emanans in fauorem filiorum comprehendit nepotem. l. 2. §. si mater. ver. filiis autem. ff. ad Tertul. l. filium habeo. ff. ad mace. & in aut. vt exac. instant. do. §. 2. ergo idem in dispositione testatoris quæ dispositioni legis æquiparatur. in aut. de nup. §. disponat. ¶ Istam opi. etiam firmat in terminis nostris. s. in dispositione testatoris Barto. expresè in d. l. liberorum. & idem tenuit Ang. in præalleg. l. Lucius. de hær. insti. & idẽ uidetur ibidem tenere Ioan. de Imo. in notabilibus. & istam partem sequitur etiam Anto. de But. in c. in quibusdã. de pœni. vbi per omnia approbat dicta per Bart. in d. l. liberorum. & ita etiã facit Pe. de Anch. in cle. 1. de Baptis. & in d. Cardi.

11 Florentinus. in c. 2. de verbo. signi. † Idem videtur de mente Ang. in l. sed & si hac. §. qui manumittitur. alias est in §. liberos. ff. de in ius voc. vbi vult ꝙ quando testator substituit hæredi si decesserit sine filijs masculis, ꝙ propter illud verbũ ma

d sculis, non comprehendatur nepos ex filia, [d] iuxta not. per Spe. in titu. de loca. §. nunc aliqua. ver. 146. & sic sentit ꝙ vbi esset nepos ex filio, vel vbi non esset adiectum illud verbũ masculis, comprehenderetur nepos appellatione filiorum, istud etiam videtur esse de mente Bal. in l. Gallus. §. institués alleg. dũ respondendo ad l. Lucius. de hęre. insti. dicit ꝙ ideo ibi appellatione filiorum continentur nepotes, quia aliàs sequeretur inconueniens ꝙ prorsus extranei pręferrentur coniũctis, i. transuersalibus de quibus loquitur illa lex. sed ita est quòd hæc eadem ratio militat in casu nostro, quia si diceremus sub illa appellatione filiorum non comprehendi nepotes, sequeretur ꝙ illi nepotes qui erant de transuersalibus testatoris nõ præferrentur hæredibus dicti Dominici, qui erant extranei quò ad dictum Titium testatorem. istam opin. etiam præcisè

12 sequitur Io. de Imo. in d. §. instituens. vbi dixit † ꝙ si testator instituit fratrem suum, & si decederet sine filiis, substituit filios Sempronij, an si postea contingat fratrem suum decedere sine filijs, & extent nepotes Sempronij, filijs præmortuis, ꝙ tales nepotes admittentur ad substitutionem, quia filij dicti Sempronij non fuerunt vocati de præsenti a testatore, sed in certum futurum euentum in quem verisimiliter erat dubium, an tunc extarẽt filij primi gradus, an verò nepotes vel inferiores, & ideo tunc uerisimile est ꝙ latè intellexerit uerbum filiis, & ꝙ verisimiliter par affectio debeat præsumi fuisse testatoris erga dictos nepotes si illi extabunt filiis premortuis. & ita secundum eum est dicendum per d. l. Lucius. secus secundũ eũ, quando testator de præsenti & non in futurum euentum instituerit filiũ vel legaret filio, quia tunc si haberet filium & nepotem, non videtur voluisse comprehendere nepotẽ sub institutione filii, ita dicit probari ex no. per glo. in d. l. Gallus. §. quidam rectè que aliàs superuacuò induxisset modum quòd instituatur filius & nepos si institutio filii cõpre-

13 hendisset nepotem. Pro hoc vltimò facit, † quia vt illi qui sunt de cognatione testatoris ex substitutione præferantur illis qui sunt hæredes extranei, verba testamenti debent interpretari, vt in pulchra q. voluit Bart. Bal. Raph. & Pau. de Cas. in d. l. Gallus. §. & si parente. & Bal. in tit. de natu. suc. feu. vbi volunt ꝙ uerbum hæredib. quod de sui propria significatione intelligitur de quocunque hærede. l. sciendum. ff. de ver. sign. l. in annalib. C. de legi. tamen ne sequatur inconueniens contra præsumptam mentem testatoris quod extranei præferantur illis qui sunt de cognitione testatoris, accipietur uerbum hæredibus. i. descendentibus, quantò magis tolerari debet eadem ratione ꝙ uerbum, filios, accipiatur in larga significatione secundum quam comprehẽdit nepotes, ne extranei, qui non sunt de agnatione seu cognatione testatoris præferãtur illis, qui sunt de cognatione. Et licet ex prædictis satis euidens appareat respõsio fere ad omnia allegata in contrariũ, tamen specialius respondendo dico quod non obstat in pri-

14 mis tex. in d. l. quod si nepotes, cum simi. † quia aliud est in datione tutoris facta in testamento filiis, quia licèt ex parte filiorum contineat talis dispositio fauorem, tamen ex parte tutoris continet onus, quia datur inuitus. l. 1. ff. de mune. & ho. & l. quinquaginta. & per totum titu. C. de excusa. tut. & ita respondent omnes. & sentit gl. in d. l. iusta. facit, quia vbicunque una dispositio continet fauorem & odium, fauor ampliatur, & odium restringitur. glo. & ibi Bal. in l. 2. C. de in ius uoc. & in l. sed & si hac. §. fi. in verbo, semper. ff. eo. tit. ¶ Secundò non obstat. d. l. Gallus. & d. l. posthumorum. quia respondeo primò, prout respondet Barto. in d. l. liberorum. & in d. §. qui instituens. ꝙ illa loquitur quando quis instituit filium certum & nominatum. Vel & secundò respondeo quòd ibi loquitur quando filius fuerat institutus de præsenti, sed quando testator in aliquem dubium & futurũ euentum uoluit prouidere filiis, tunc uocatur etiam nepotes. d. l. Lucius. & no. Ioan. de Imo. in d. §. instituens. & retuli supra. ¶ Tertiò respõdeo ꝙ ante tempus quo emanauit prouisio Galli de qua fit mentio in d. l. Gallus. ille nepos nasciturus post mortem testatoris non poterat hæres institui tanquã posthumus alienus, qui non erat obtenturus primum locum si tẽpore testamenti natus fuisset. insti. de bo. poss. §. 1. & in §. posthumo. in sti. de leg. non mirum si in prouisione Galli Aquilii dabatur specialiter modus instituendi nedom filium sed etiam illum nepo-

nepotem,quia ante illam prouiſionem Galli Aquilij talis in-
ſtitutio nepotis naſcituri erat contra ius commune. Et per
hoc etiam apparet reſponſum ad tertium argumentum factũ
ad l.Gallus.§.idem credendum.& etiam ad §. inſtituẽs.quod
ideo ꝓuiſione Galli Aquilij fuit neceſſaria ſuppletio de pro-
nepote, quia Galli prouiſio prouidens de nepote naſcituro
inſtituendo erat contra ius commune, ut dixi: meritò non
extendebatur.l.ſi uerò.§.de uiro.ſo.mat.cap.ea quę.de regu.
iur.in 6.¶Præterea poteſt dici quòd imò,§.inſtituens,ſit tex.
15 ſecundum lecturam. 2.glo.ibi † quod inſtitutio facta de ne-
pote comprehendat pronepotem,& ita communiter tenetur
ibi per doc. in diſpoſitione teſtatoris facta de iure commu-
ni.¶Quartò non obſtat tex in d.l.ſed & milites.§.1.ff.de excu
ſa.tuto.quia ibi loquitur ratione tutelæ,quę erat oneroſa tu-
tori,vt dixi ſupra,& ſimiliter non obſtat.l.pater.ff.de adulte.
quia loquitur in odioſis,in quibus fit ſtricta interpretatio.l.
cùm quidam.de liber. & poſthu. & in regula odioſa.de reg.
iur.in 6.& ita not.Barto.in d.l.liberorum.in fi.¶Quintò nõ
obſtat diſtinctio Franciſci Accurſij, quæ refert Cy.& Bal.in
d.§.inſtituẽs, quia poteſt reſponderi quòd illa ſua diſtinctio
non probatur lege.¶Secundò poteſt reſponderi quod nos nõ
ſumus in extraneo teſtatore quò ad dictos nepotes Alberti,q
erant de cognatione teſtatoris. & ſic non dicuntur extranei,
vt ſuperius probaui.& ſic eſt idem in teſtatore qui ſit quomo
docunque de cognatione,vel qui ſit de aſcendentibus,vt pro
batur in d.l.Lucius.¶Sextò non obſtat dicta diſtinctio Andr.
de Piſ.quia dico ꝙ illa diſtinctio facit pro dictis nepotibus,
quia niſi comprehenderentur ipſi appellatione filiorum, ſe-
queretur abſurdum quòd extranei quò ad ipſum teſtatorem
præferrentur nepotibus qui eſſent de cognatione teſtatoris,
quod non eſt dicendum arg.l.cum acutiſſimi.C.de fideicõ.
& in l.fin.C.quorum bonorum.& eius quod no.per gloſ.in
l.1.in verbo pro patrono.ff.in ius voc. vt eant.¶Septimò nõ
obſtat diſtinctio Cy.in dicto §. inſtituens. quia reſpondeo ꝙ
ipſe loquitur in terminis illius.§.& in caſu quo inſtitutio fi-
liorum conferebatur in tempus præſens, ſed quãdo prouiſio
facta filijs alicuius eſſet collata per teſtatorem in futurũ euẽ-
tum,tunc comprehendit etiam nepotes.d.l.Lucius. ¶Præte-
rea Cy.ſe fundat per d.§.inſtituens.qui nõ probat ſuam opi-
nionem vt dixi ſupra,reſpondendo ad illum tex. & maximè
cum ille text.habeat varios intellectus per not.per Barto. in
l.in ambigua.ff.de rebus dub.¶Non obſtat alia ratio Cy. ſci-
licet quòd verba debent accipi per prius & non per poſterius
quia reſpondeo quòd ſi extarent filij tempore eueniẽtis ſub-
ſtitutionis, ipſi eſſent admittendi & non nepotes, tanquã de
ipſis videatur primò ſenſiſſe teſtatorem,ſed ipſis non obſtan-
tibus venire debent nepotes.arg.l.fin.C.de verbo.ſignifi.&
l.Gallus.§.quidam rectè.cum ibi no.per doc. ſuperius alleg.
Et per omnia in ea dicentia quod appellatione filiorum com
prehendantur nepotes, aliàs ſequeretur quòd nunquam fi-
liorum appellatione nepotes comprehendenrentur quòd eſt
falſum,vt patet ex prædictis.¶Octauò non obſtat id quod de
cidit Bal.in dicto §.inſtituens, quia dico quòd deciſio ſua
euidenter eſt in fauorem dictorum nepotum. patet dum re-
ſpondet ad dicta l.Lucius, quòd ibi comprehenduntur ne-
potes,ne ſequatur abſurdum ne nepotes coniuncti teſtatoris
excludãtur ab extraneis,& iſte eſt propriè caſus noſter, vt ſu
pra declaraui. non obſtat etiam alia reſponſio quam ipſe dat
ad d.l.Lucius.dum dicit ibi,verbum filij fuit prolatum in cõ
ditione &c.quia iſta non eſt bona reſponſio,quoniã conditio
nes debent in forma ſpecificari adimpleri.l.Mæuius & l. qui
hæredi.de condi.& demon.ergo ſi quando profertur in con
ditione comprehenduntur nepotes, quantò magis qñ in di-
ſpoſitione,cum tunc magis tractetur de fauore & prouiſione
filiorum.l.ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta.
l.ex facto etiam agitatum.de hær.inſt.nec etiam videtur Bal.
bene reſpondere ad reſponſionẽ datam per Bart.ad l.Gallus.
dum dicit Bal.ꝙ in nepote vel pronepote naſcituris non põt
exprimi nomen propriũ,quia dico ꝙ Barto. dicit ꝙ d.l. Gal-
lus,loquitur cum quis inſtituit filium certum & nominatũ,
non autẽ dicit Bar.de nepote vel pronepote.Item tex.in d.l.
Gallus.§.idem credendũ.loquitur quando nepos natus fuit
inſtitutus.nec ob.reſponſioni datæ per Barto.ad l. Gallus.id
quod habetur in d.§.inſtituẽs, quia iã extitit ſup. reſpõſum.

¶Nonò non obſtat doctrina Bal.in l.in ſuis,de libe.& poſth.
quia doctrina ſua ſuppletur per eundem.in d.§.inſtituens.&
per alios in locis ſupra allegatis, ſcilicet quòd etiam appella-
tione filiorum in teſtamento comprehenduntur nepotes qñ
ſequeretur abſurdum, quòd extranei præferrentur coniun-
ctis,vel quando in futurum euentum vocatur nepos.¶Deci-
mò non obſtat id quod no.glo.in aut.de reſt. fidei.§.nos igi-
tur.cum concor.quia reſpondeo prout dicit Bald.& Ioan.de
Imo.in l.Titius,in prin.de libe.& poſthum.& Io.de Imo.in
l.filiusfa.§.diui.de leg.1. ibi dum loquitur in actu odioſo, ſci
licet in prohibitione de non alienando facta filiis quæ ſecun
dum eũ non vr̃ fauorabilis,ſed odioſa.ar.l.dubium.C.de con
16 trah.emp.& in l in re mandata.C.mandati.¶†Vndecimò nõ
obſtat ꝙ ex propria ſignificatione,appellatione filiorum non
comprehendãtur nepotes, quia reſpõdeo quod poſito quod
iſtud eſſet verum, tamen in vltimis voluntatib. quando agi-
tur de fauore.i.de prouidendo alteri verba accipiuntur in lar
ga ſignificatione etiam vltra primum ſignificatum,patet in l.
ſi ita ſcriptum ſit filiab.de leg.1.& l.ſi quis ita.ff.de teſt.tut.
vbi maſculinum concipit femininum,tamen illud non eſt ex
propria ſignificatione.l.pronunciatio.de verbo.ſignifi.l.quiſ
quis.& ibi doc.C.ad leg.Iul.ma.& no.Barto.in l.1.ff. de ver
bo.ſignific.cum ſuis concor. ¶ Duodecimò non obſtat quòd
ex communi vſu loquendi appellatione filiorum, non cõpre
17 hendantur nepotes,† quia reſpondeo primò quod hoc opor
teret probari,quia eſt facti,quoniã licèt tex.inſti.qui teſtamẽ
to tut.da.poſ.& in d.l.qđ ſi nepotes. dicat quod aliter appel
lantur filii & aliter nepotes appellantur, tamen per hoc non
intendit iuriſconſultus facere fidem quod vniuerſaliter vſus
communis loquendi ita ſe habeat,quia ſi ita eſſet,non poſſẽt
ſtare iura & deciſiones doctorum quæ & in beneficiis & te-
ſtamentis & aliis fauorabilibus diſpoſitionibus volunt quod
appellatione filiorum comprehendãtur nepotes,cùm in vna
quaque diſpoſitione ſemper attendatur cõis vſus loquendi,
vt no.in d.l.liberorum.§.ꝙ tamen Caſſius. & in ca.ex literis,
cum ſimi.de ſpon.vnde videmus quod no.Bar.in d.l.libero-
rum de verbo.ſignifi. in tertia oppo.fecit mentionem de iſto
cõmuni vſu loquendi, & ſic ſuperuacuò diſputaſſet ibi an ap
pellatione filiorum comprehendantur nepotes in diſpoſitio
ne teſtatoris,& in aliis diſpoſitionibus.quinimò Bar.in d.l.li
berorum,in tertia oppo.reprehendit glo.in d.§.fin.inſti.qui
teſta.tuto.da.poſ.quæ voluit quod licet filij appellatione con
tineantur de iure nepotes; tamen aliud eſt ſecundum cõmu-
nem vſum loquendi eſt ergo opportunũ quod talis commu-
nis uſus loquendi probetur, & quod ita videtur talis com-
munis vſus loquendi tempore dicti conditi teſtamenti ſecũ-
dum formam & modum traditum per Bar.in l. Labeo.ff.de
ſupel.leg.& in repe.l.1.C.de digni.li.12.nam varius põt eſſe
cõis vſus loquendi dicit.n.Bal.in l.maximũ vitiũ. C.de libe.
pręte quod aui nepotes appellant filios. poteſt reſponderi ẽt
per ea quæ not.Barto.in l.ſi quid earum,in princ.de leg.3.in
l.liberorum,de ver.ſignifi.etiam in l.ſi quis filiabus.de teſta.
18 tute. dũ dixit † ꝙ ſi teſtamẽto idiotæ[a] redacto inſcriptis per
a notarium reperiantur aliqua verba Latinè ſcripta debent in-
terpretari ſecundum iuris diſpoſitionem ſeu interpretationẽ
& non ſecundum vulgarem intellectum idiotarum.argumẽ-
to eorum quæ not.in l.1.C.de vſu.& in l.ſciendum.de verb.
oblig.& ita etiam in effectu uoluit Bal.in l.leg.C.de leg.hęr.
dum dicit quòd ſermones legales debent interpretari ſecun-
dum iuris interpretationem & non ſecundũ uulgarẽ intelle
ctũ idiotarũ.& idẽ Bal.in c.1.in princ.de ſucceſ.feu.& Io.de
Imo.in c.cũ tibi,in fin.de teſta.ideo ſecundũ eũ ibi oporteret
capitulare & probare de cõi uſu loquendi literatorũ. & ꝑ no
tarios,unde Io.de Imo.in d.§.inſtituẽs,facit mentionẽ de di-
cto cõi uſu loquẽdi, & tñ in quæſtione quã ibi format, quæ
uidetur in terminis eſſẽ quæſtio noſtra. ipſe concludit quod
cõprehendantur nepotes.¶Decimotertiò non obſtat quia ſi-
cut teſtator prætulit Dñicum Alberto & eius filiis, ita uide-
tur uoluiſſe cæteros hæredes Dñici præferre cæteris hæredi
bus dicti Alberti qui non ſint eius filij, quia rñdeo fatendo
argumentũ, ſed dicti nepotes in hoc caſu comprehẽduntur
19 appellatione filiorum Alberti,ut ſupra probaui. ¶ † Vltimò
non obſtat,quod dicebatur per l.qui filiabus,in principio. ff.
de lega.1.quia reſpondeo quod illud eſſet uerum,ubi diſpoſi

tio testatoris esset facta de præsenti, sed vbi est collatum in aliquem futurum euentũ, s. in tempus mortis Dñici; tunc dico quod comprehenduntur posthumi etiam, seu nati post tẽpus testamenti, seu post mortem testatoris, probatur per l. iubemus. in ver. posthumo. C. ad Trebel. & probatur etiam in l. si quis operas, de ope. lib. cum ibi no. per Barto. nam ibi illa prouisio patris facta pro se & liberis intelligitur collata post tempus mortis ordine successiuo, vt ibi per Bart. vnde cõprehenduntur etiam nati post mortem patris, & ita etiam reperio tunc Bal. in suo consilio incipiente. In nomine dñi casus talis est quidam Titius decessit &c. pro hoc facit, quia si nõ admitterentur isti nepotes, admitterentur ad hereditatẽ istã extranei hæredes ipsi testatori: sed secundum Bar. & omnes in d. l. qui filiabus, præsumitur potius testatorem cogitasse de posthuma quod admittatur appellatione filiarum quã quod voluerit extraneum admitti & præferri posthumis. argumẽto. l. 3. C. de inoff. test. & l. fi. C. cõia vtriusq; iud. ¶ Ex quib. oĩbus concludo dictos nepotes esse comprehensos in substitutione prædicta. Ad quorum cõfirmationem etiam facit, quia prouisio testatoris facta in vnum casum extenditur ad alium in quem verisimiliter prouidisset, si de eo cogitasset. Alexan.

ADDITIONES.

* Viso themate.] De hoc articulo latè pertractat Socinus seu potius Otho. Lapus Florentinus inter consilia Socini consi. 152. cum pluribus subscriptionibus Doctorum, lib. 1. & latè etiam Dec. consil. 95. dub. 2. & Soc. consi. 7. dub. 2. lib. 4. Natta.

a ¶ Prohibuisse sup. lib. 1. consi. 1. nu. 13. sup. lib. 3. consil. 36. consil. 55. in fi. consi. 59. nu. 20. inf. eo. consi. 56. consi. 140. late And. Tiraq. trac. retrac. conuen. § 1. gl. 6. nu. 23.

b ¶ Nepotes. Idem sup lib. 3. consi. 5. consi. 16. & lib. 5. consi. 56. & in d. l. Gallus. §. instituens. & hæc est vera opi. Alex. licet sup. li. 1. consi. 1. contrariũ in simili casu dixerit; sed causæ inseruiendo duntaxat vt ibi dixi.

c ¶ Quantòmagis. pessimè arguit, quia longe plus & difficilius est aliquos esse in dispositione quam in nuda conditione, & econtra facilius est deficere conditionem quam inducere dispositionem, prout procliuius est liberationem q̃ actionem inducere, tamen nepotes petentes fideicommissum tanquam vocati, agunt & se fundant in scripto. vel verbis, vnde fundamẽtum intentionis clarè probare debent, & contra actores fit interpretatio, cuius oppositum est in nepotibus excipientib. defecisse conditionem ex quam actore agendo intentionem fundat.

d ¶ Filia. dixi in consu. Pari. §. 16. nu. 7. conclusione. 2.

e ¶ Idiotæ. sup. lib. 1. consi. 9.

## EPITOME.

SVBSTITVTIO, si Titius decesserit sine filijs vel sine liberis deficit relicta per filium fœmina.

## CONSILIVM XXXVIII.

Perspectis his quæ in themate narrantur, & viso testamento quondam Io. Hugolini, Cõclusiuè loquẽs puto de iure verum, quod attento q̃ ex dicto Ioanne natus est dictus Antonius, qui post mortem patris decessit relicta nepte ex filia, non dicatur euenisse casum substitutionis factæ in testamẽto dicto Antonio, seu ei qui ex filiis dicti testatoris vltimò decesserit sine liberis. Quod ostendit sic: nam in testamento dicitur q̃ si aliquis eius filius masculus nasciturus decesserit in pupillari ætate vel postea quãdocunque sine liberis, substituit ei reliquum seu reliquos ex eis superstites masculos, si verò omnes eius filij masculi decesserint in pupillari ætate vel postea quandocunque sine liberis, substituit eis seu eorum vltimò decedenti dominam Forlonexiam &c.
1 † nã ille qui decessit cum nepte ex filia, vt fecit An-
a tonius, non dicitur decessisse sine liberis. [a] l. cognoscere. §. liberorum. de verb. significat. & l. iubemus, in prin. iuncto ver. sin autem. C. ad Trebe. l. 1. C. de conditio. inser. Nam appellatione liberorum continentur tam filij & sic liberi primi gradus, quàm etiam nepos. l. liberorum. de verbo. signific. l. liberos. ff. de senat. l. sed & si hac. §. liberos. de in ius voc. & sub his verbis videlicet, si talis hæres meus decesserit sine filiis, seu sine liberis substituo talem, comprehenduntur ita masculi quam fœminæ, vt l. quisquis. de verb. signifi. l. si quis filiab. de test. tute. & l. si ita scriptum. in prin. de leg. 2. & l. Lucius. §. quæsitum. de le. 3. & in terminis no. Io. An. & alij in c. Raynaldus. extra de testa. & probatur in d. l. 1. vbi descendentes
* ex filia comprehenduntur. * † & de illis iudicari debet, put
2 de fœminis, licet sint masculi cum descendant ex fœmina, quia non debent esse melioris conditionis q̃ futura fuisset mater eorũ. l. si viua matre. C. de bo. mater. & in § neq; illo. cum ibi no. per Ang. in fi. in aut. de trien. & semis. & no. Bart. in d. l. liberorũ, in vers. quæro quid si filia dotata &c. bonus tex. in c. 1. §. hoc autem notandum. in tit. qui feu. da. pos. & no. Cy. in aut. post fratres, la 2. C. de le. hære. & Spe. in tit. de loca, §. nũc aliqua. ver. 146. & Bal. in aut. si quas. in fi. C. de sac. san. eccl.
3 vbi dixit † q̃ si quis recepit fundũ in emphyteusim pro se ac filijs & nepotibus masculis, non cõprehenditur nepos ex filia, sicut nec ipsa filia non cõprehendebatur. & no. etiã Bal. & Ang. in l. sed si hac. §. liberos. alias in §. precedenti. ff. de in ius voc. & etiam Bal. in d. l. 1. in princ. C. de condi. inser. & Sal. in l. 1. C. de suc. edi. ¶ Vnde solum vr in hac consultatione posse
4 facere dubiũ id qd posuit † Raph. Ful. in l. 1. C. de condi. inser. vbi per illũ text. ibi nisi alia defuncti voluntas euidenter
b probetur &c. dicit se de facto consuluisse [b] in tali qõne, pater duobus filijs institutis heredibus vniuersalib. filiam in certa quãtitate instituit dotis nomine, postea cauit q̃ si quis dictorum suorum filiorũ masculorũ decederet sine filijs, portionem suam fratri substituto & filiis ex eo præmortuo restitueret, quamuis illa verba, sine filijs, comprehendant tam masculos quàm fœminas d. l. si ita scriptum, in prin. Tamen hoc casu non comprehendet secundũ eũ fœminas, quia ita videtur fuisse de mente testantis, quoniam testator prædilexit lineam masculinam. patet, quia instituit filios masculos heredes vniuersales, filiam uerò fœminã instituit in certa quantitate, ideo stabimus secundum eum propriæ significationi, vt illud verbum, sine filijs, solum comprehendat masculos, & de masculis intelligatur, non de fœminis, & quia aliàs sequeretur qd testator videretur plus dilexisse neptem ex filio, q̃ ãm filiam ipsius testatoris, quod non est dicendum. ar. l. si viua. & volũtas testatoris quæ deprehenditur ex talibus coniecturis dicitur euidens. l. licet Imperator, in princ. de le. 1. l. si quis locuples. ff. de manu. testa. Ad prædicta etiam bene facit quod no. Bar. in l. Gallus. §. etiam si parente, de lib. & posthu. in ver. quæro iuxta prædicta, testator instituit filium, &c. & etiam qd not. Bart. in l. fi. ff. ad Treb. in quæstione quam ipse ibi refert sibi de facto contigisse. ita ergo prima facie uideretur in quæst. nostra, attento quòd testator prætulit lineam masculinam: quia masculos uocauit ad uniuersalem institutionẽ, filias verò fœminas uocauit ad quantitatem certam, & aliàs sequeretur q̃ melioris conditionis esset neptis prædicta nata ex Antonio, quàm essent filiæ propriæ ipsius testatoris, quod non est
5 dicendum, vt suprà probaui. ¶ Tamen † hoc non obstante uidetur uerius esse q̃ de iure comprehendatur etiam dicta ne-
* ptis * in casu nostro, adeò q̃ ipsa faciat deficere conditionem dictæ substitutionis, ut in terminis cõsulendo cõcludit Pau. de Cast. li. 2. consil. 409. Casus iste frequenter contingit &c. Nam ibi refert ipse q̃ dum aliàs ipse esset Florentiæ tempore quo ibi erat Papa Martinus, habuit consulere super tali casu occurrente in ciuitate Castelli in magna hæreditate. nam pater habens filium masculum & plures fœminas reliquit filiabus certam quantitatem iure institutionis, & masculum instituit sibi uniuersalem hæredẽ, & si masculus decederet sine filiis uel sine liberis substituit pium locum, qui masculus adita hæreditate decessit ex eo superstite duntaxat una filia fœmina, unde locus pius petebat hæreditatem ex substitutione fideicommissaria, refert q̃ tunc quidam consuluerunt pro pio loco substituto, s. quod illa uerba sine filijs uel sine liberis, intelligerentur de masculis tantum, per aliqua ex his quæ sup. deduxi. Sed ut ipse refert, doctores Bononienses & Perusini consuluerunt contrarium, s. q̃ illa uerba, sine filijs uel sine liberis, intelligerentur etiam de fœminis, per l. 1. C. de condi. inser. & per l. cognoscere. §. liberorum. ff. de ver. sign. & per l. cum auus. ff. de condi. & demon. & coniũcta. l. cũ acutissimi. C. de fideic. ubi Imperator interpretando substitutionem de qua loquitur tex. in d. l. cum auus, quæ intelligebatur facta, si grauatus decederet sine liberis, declarat q̃ intelligatur etiã de fœminis. & ita etiam dicit consuluisse collegiũ Auinio. & dicit Paul. de Cast. q̃ ipse propter rationes facientes pro ista secunda opi. pluries postea recusauit velle consulere pro prima opi-

ma opinione illorum, qui tenebant ꝙ intelligeretur tantum de masculis. Et dum vltimò contigisset iste casus, dicit in di-
6 cto consilio † sibi videri esse distinguendum, s. ꝙ si substitutus esset de descendentibus masculis testatoris, & tunc vera sit illa opinio ꝙ illa verba, sine filiis intelligantur de masculis tantum, prout erat in casu posito per Ful. in d.l.1. & etiam in casu in quo consuluit vltimò Pau. de Cast. in d. consil. quo casu substitutus erat alius filius testatoris, nam in eo casu neptis premortui filii non debuit excludere patruum substitutum, quia testator censetur habuisse respectum ad agnationē suā masculinam, & voluisse bona sua remanere in familia suorū descendentium masculorum, tum ex eo quia filias suas exclusit ab uniuersali institutione & substitutione, tum etiam quia masculos inuicem substituit. & hoc dici esse hodie multū in vsu in Italia vbi statuta disponunt ꝙ masculi & agnati fœminas excludant, vnde testatores censentur ad hunc cōmunem vsum habuisse respectum, qn̄ subiecta materia pōt hunc intellectum pati. ar. l. 1. §. sed si seruus. ff. de ven. insp. & quod no. Cy. in l. 1. C. de adul. & Bart. in d.l. liberorū. & melius facit licet ipse non alleget id quod no. Bat. in l. hęredes mei. §. cū ita. ff. ad Treb. & in l. vt iurisiurādi. §. si liberi. de ope. lib. & Pet. de Anch. in consi. 125. inci. Visis & rimatis actis. & r̄ndet ad d.l. cum auus, iuncta d.l. cum acutissimi, ꝙ ibi non dr̄ ꝙ filias excluserit a successione uniuersali sicut erat in qōne sua, vel ꝙ ibi loquitur secundū ius commune secundum ꝙ ita succedunt fęminę sicut masculi. l. fin. C. de libe. præte. Sed secundum statuta neptis excluderetur a patruo, vnde testator videtur etiam habuisse iustum respectum ut dixi, & no. Bar. in locis sup. proximè allegatis. vbi autem substitutus esset extraneus, prout erat in illa prima q. in qua pius locus erat substitutus, tunc dicit veriorem esse opi. ꝙ illa verba, sine filijs, intelligātur etiam de fęminis, vnde in proposito, cū ad istā substitutionem qn̄ nō superextat alius filius masculus testatoris vocauerit testator matrē ipsius testatoris, quę non est de agnatione testatoris. l. hac parte. & l. si spurius. ff. vnde cognati. l. inter agnatos. ff. vnde legi. & post mortem illius matris suæ substituit in certare nonnullos qui non erant de descendentibus masculis. i. non descendebant ex filiis masculis ipsius testatoris, an autem essent de agnatis masculis testatoris hoc cōprehendere non possum neque ex verbis testamenti neq; ex
7 verbis thematis. ¶ † Vnde dico sic, aut illi substituti non sunt de agnatis masculis testatoris, & apparet quod nulla subest ratio vrgens propter quam non debent intelligi dicta verba de filiis masculis & etiam fęminis, prout de iure communi intelligitur per d.l. cognoscere cum aliis supra alleg. ¶ Aut erant de agnatis masculis testatoris, & tunc aut erant tales,
* qui ex forma statutorum loci * non excluderent ab intestato filiam dicti Antonii, & tunc idem per ea quæ no. Bart. in d.l. hæredes mei. § cum ita. ad Treb. & in d. §. vt liber. dum facit mentionem ibi de dicto statuto. ¶ Aut erant tales agnati masculi qui ex forma statuti exclusissent dictam filiam Antonij, & tunc adhuc puto ꝙ cum tales agnati masculi non videantur substituti in vniuerso: Sed in re certa non videatur substituta pia causa, debet potius ad interpretandam mentem defuncti considerari pia causa quàm illa particularis substitutio agnatorum masculorum. per ea quæ no. Bart. in l. cum res. §. fin. ff. de le. primo, scilicet si plus erat illud quòd veniebat applicandum piæ causæ quàm illud quòd veniebat applicandum agnatis masculis facit. l. quæritur. ff. de sta. ho. & l. legatis seruis. §. si vnus. de leg. 3. & videtur voluisse testator magis fauere dictæ nepti quàm pię causæ ut no. expressè Bal. post Richar. Malū. in d.l. cum acutissimi. in ver. quæro quid si testator post mortem &c. bene facit ꝙ habetur in 17. q. 4. c. fi. & quod no. in l. si quis ad declinandam, in prin. de episc.
8 & cle. ¶ † Preterea indistinctè videtur ꝙ in casu de quo quæritur, verior sit illa opinio ꝙ sub illis verbis sine filijs vel sine liberis, comprehendantur tā masculi quā fęminæ, quia in casu nostro qn̄ testator uoluit differentiam facere inter sexū masculinū & fęmininū hoc expressè dixit, * vt patet in prima in-
* stitutione. nā si instituisset simpliciter filios, comprehendebātur tā masculi quā fęminæ. d.l. si quis ita, in princi. ff. de test. tut. & l. si ita scriptū. in prin. de le. 2. Tn̄ quia uoluit uno modo disponere si nascerent̄ masculi, & alio modo disponere si nascerentur fęminæ, sicut etiā ab intestato diuersimodè secū-dum formā statutorū Italiæ succedūt masculi & fœminæ, qn̄ pariter extant. expressit testator uerbū masculus, ita ergo in sequenti parte testamenti si aliud uoluisset seruari, qn̄ decessisset Antonius, cū fœminina & cum masculina, prole dixisset, si decesserit sine liberis masculis ut in c. inter corporalia. de trāslat. ibi, vnde si de translatione idē fieri voluisset qd de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse. vnde apparet ꝙ hoc casu, quò ad dictā substitutionē uoluit se conformare cum intellectu iuris cōmunis & naturę quę pariter vocat liberos utriusque sexus. d.l. maximum uitium. & ita per hanc rōnē in effectu concludit Pe. de Anch. in cōs. 120. inci. Pro clariori decisione dubij de quo supra &c. Et per p̄dicta
9 patet ꝙ non obstant allegata in contrariū. † Nam ea quæ no. Raph. Ful. in d.l. 1. procedunt & loquuntur quando alius q̄ volebat uenire ad substitutionem, erat de descendentib. masculis testatoris & de eius agnatione, quib. descendentib. masculis apparuerat ex institutione testatorem magis fauere q̄ fœminis, sed substituti hic non sunt huiusmodi. non obstat etiam ratio illa, s. quòd si ista uerba sine liberis, intelligerētur de fęminis, uideretur testator prætulisse nepotem filiab. proprijs ipsius testatoris, quia ad hoc respondeo primò ꝙ per illa uerba conditionaliter apposita in testamento, uidelicet, si
10 decesserint sine liberis, † non intelliguntur illi liberi positi in conditione esse uocati a testatore, sed remanent solum in dispositione iuris cōis, ut possint succedere patri suo ab intestato, sicut si illa uerba non essent expressa quæ subintelligebantur a iure. d.l. cū acutissimi. ita concludit gl. singularis cōmuniter approbata in l. Lucius, la vltima ff. de hær. insti. quā ibi sequitur Iac. de Are. Cy. Ray. Bar. Fran. Tig. Nic. de Neap. Bal. Ang. Raph. Cu. & Io. de Imo. & idem sentit gl. in l. ex facto. §. ex facto. in uerbo defecisset. ff. ad Treb. ibi dum glo. dicit nec ipsi habet &c. & Io. An. in addi. Spe. in tit. de test. §. 1. uer. huic quæstioni. ¶ Accedit bimembris. q. Pe. de Ceruotis &c. & Bart. in l. Centurio. in ver. quæro ulterius, quid si testator dixerit si filius meus & filij &c. ff. de uul. & pupill. ubi ēt refert ita tenuisse Richar. Malū. & idē tenet Bar. in l. si cū dotē. in princ. so. ma. & in l. si sic. de le. 3. & Old. ita consuluit in consi. 141. inci. Thema tale est do. Canonicus, &c. ad finē consilij & Bald. in l. ꝙ scitis. C. de bo. quę lib. & in l. 1. C. de sum. Tri. in uersi. uenio ad secundū, s. ad successionē intestati, & in l. si emancipati. in 8. op. C. de col. & in d.l. cum acutissimi. & Io. de Imo. Rap. Cu. & Pau. de Ca. in l. filiūfamilias. §. cū quis. de leg. 1. & Pe. de Anch. in c. si pater. in 12. no. de test. in 6. & Pe. de Anch. in cap. licet. de voto. & in repe. c. in præsentia, de prob. in uer. 10. quęro. & ibi refert ꝙ ita cōsuluit Ray. & Pe. de Anc. d. consi. 120. & in consi. 305. qd̄ incipit quia sup. consultū & in cōs. 126. inci. Ponderāda. &c. & Io. de Imo. & Pau. de Ca. & Lud. Ro. in d.l. ex facto §. ex facto. & ibi refert Ro. ꝙ ita cōsuluit Pe. de Anc. Bar. de Sal. & do. Pe. de Nouaria. & D. Fran. de Zabarellis, & refert Ang. in d.l. Lucius. ꝙ ꝓ ista opinione fuit iudicatū, & dicit Io. de Imo. & Raph. ibi ꝙ ista est cōis opinio a qua in iudicando non est recedendum. & pro
c ista opinione sæpe consului [c] per multa, ex quibus ostenditur hanc opinionem esse de iure uerā, & quia iste non est principalis articulus noster, non disputo eum latius, vnde in proposito non est uerum ꝙ testator uideatur prætulisse neptes filiabus imò filias prætulit neptibus, quia filiæ fuerunt uocatæ, ꝑ modū dispositionis & institutionis a testatore, neptes uerò solū sunt positæ in conditione, adeò ꝙ testator nihil intelligitur eis reliquisse. ¶ Respondeo etiam ad hæc ꝙ dato ꝙ cōtingere possit casus ꝙ melioris conditionis sit neptis quā filia, vt quia Antonius ab intestato vel ex testamento reliquerit hereditatē filię suę, i. nept primi testatoris, tn̄ hoc non est absurdū, quia neptis istud habet ex persona patris & eū repręsentat. in aut. de her. ab intest. §. 1. & in §. cū filius. inst. de hęre. q̄
11 ab intest. † & hoc non censetur habere ab auo, qa quāprimū fuit hereditas Ioānis adita ꝑ Antoniū desijt esse hereditas Ioānis, & incepit esse hereditas Antonij, vt no. glo. & doc. in l. hęres ꝑ seruū. ff. de acq. her. & in l. 1. §. ueteres. ff. de acq. pos. & in l. per hereditariū. ff. de acquir. rer. do. ¶ Non autē habet ex eo ꝙ sit uocata ex testamento aui; ut iam dixi. Posset etiam respondéri per ea quæ no. Bal. in d.l. cum acutissimi. vbi quęrit quid si in terminis illius. l. patet substituit unum ex filijs suis
12 alteri filio, an habeat locū illa lex, & arguit primò ꝙ nō: † tādem

dem concludit contrarium, quia quam charitatem testator habuit ad filium cui dedit substitutum, eandem continuatā vr̄ habuisse ad nepotem descēdentē ex ipso filio, quāuis alius filius testatoris esset simpliciter substitutus, nam intelligitur substitutus sub conditione, si ille cui facta est substitutio decesserit sine filiis. ut ibi. & per prædicta pater responsum ad id quod no. Bar. in d. l. Gallus. §. etiam. nā ibi tractat Bart. de personis quæ erant expresse uocatæ a testatore ad hæreditatē ex propria prouisione testatoris, nam in illis habet locum ratio ibi assignata per Bart. sed nos loquimur de liberis positis conditione prout etiam inerat de iure cōi, vnde expressio eius quod tacitè inest, nihil debet operari. l. 3. de leg. 1. & l. nō rectè. C. de fideiuss. iuncta. d. l. cum acutissimi. Quinimò Ang. & Imo. in d. §. etiam tenent, contra Bar. & illam opi. tanquā de iure ueriorem sum solitus sequi, sed illa disputatio hic nō est necessaria. Et similiter respondeo ad no. per Bar. in l. fi. ff. ad Treb. & per Bar. in consi. 5. incip. Ang. &c. ¶ Ex quib. cōcludo q; non euenit casus substitutionis per prædictæ & sic Antonius decessit cū vnica filia, nō dr̄ decessisse sine liberis. l. nō est sine liberis, de uer. sig. & l. iubemus. in prin. iuncto ver. fin autem. C. ad Treb. Nec curandum est, an dicta neptis sit uniuersalis hæres instituta a dicto Antonio vel in re certa. l. filiusfami. §. cum quis. & ibi plenè doc. de leg. 1. Alexand.

---

ADDITIONES.

a ¶ Liberis. Vide quasdam limitationes per Bal. consi. 40. li. 3. Alex. supra li. 5. consi. 178. Cor. consi. 91. li. 1. consi. 34. li. 2. consi. 173. litera, I. consi. 275. consi. 290. li. 4. Adde Cęp. causa ciui. consi. 49. Alex. supra li. 1 consi. 127.

* Comprehenduntur ] Istud latè ostendit Iason. ad l. Gallus. § nunc de lege. col. pen. ff. de lib. & posthu. Natta.

b ¶ Consuluisse. Vt Ful. consi. 38. in proposito sequitur Barba. sup. lib. 4. consi. 52. Dec. l. 2. nu. 98. de re iur. & in consi. 15. sed hi pessimè locuti sunt, idem cum modificatione de qua inf. eo. consi. nu. 6. tenet Pau. consi. 409. li. 2. Cæp. causa ciui. consi. 49. Soci. rep. l. cum auus. de condi. & demon. Anto. Ru. consi. 62. Alex. l. quamuis. de verb. signifi. Vdalrizasi. tract. subst. ad fi. sed malè dicunt vt dixi sup. li. 4. cōsi. 52. nu. 1 & pronepote contra substitutum latè consuluerunt (& bene) Lu. Bolog. cum multis subscribentib. sup. li. 4. cons. 53. Cor. vers. 202. li. 3. Cur. senior consi. 44. consi. 63. vbi refert Paulum retractasse & pœnituisse q; contra nepotem consuluisset, tamen idem Curt. senior. consi. 40. consuluit & malè contra nepotem sed in illo eodem casu contrarium [& bene) consuluit Ias. pro nepote consi. 142. li. 2. latius in l. precibus. C. de impu. & aliis subst.

* Et dicta neptis. ] Hanc quæstionem latissimè prę cæteris versat, & tractat Soc. in repetitione, seu prelectione l. Cum auus. coln. 52. cum pluribus seq. ver. Tertiò quæritur de quæstione ualde solēni. Et vide Dec. latissimè. cons. 15. per totū & ad l. 1. ff. de reg. iur. Natta.

* Statutorum loci. ] Istud membrum valde amplectitur Rui. consil. 133. lib. 3. & consi. 93. in fi. lib. 2. Natta.

* Expressè dixit. ] Istud sequitur Curt. iun. consi. 163. column. pen. et ita dicit limitari consilium Pauli Castrensis superius relatū. Natta.

c ¶ Consului. sup. li. 1. consi. 185. sup. li. 1. consi. 108.

## CONSILIVM XXXIX.

Lege. sup. li. 4. consi. 63. quòd hic duplabatur.

## CONSILIVM XL.

Lege. sup. lib. 2. consi. 14. vbi plenius habetur.

## SVMMARIVM.

1 *Feudum non venit in generali obligatione.*

2 *Promissio non faciendi controuersiam non dat titulum.*

3 *Vassallus transigens dimittendo feudum possessori non dicitur alienare.*

5 *Alienatio in penalibus non dicitur, nisi propriè quando transfertur dominium.*

## CONSILIVM XLI.

Vide consi. 93. inf. eod. lib.

Viso themate & his de quibus in eo fit mentio circa id de quo quæritur, vtrū alienatio videatur facta per dictum Rodulphum, & sic dicatur incidisse in commissum per pacem factam inter ipsum Rodulphum & ipsam ciuitatem, in qua pace fuit conclusum dictā villā remanere d. ciuitati. Cuius capituli tenor ast in effectu videlicet. Quòd quælibet dictarū partiū sit & remaneat in possessione terrarum & locorū, & rerū, quas dictę partes & quęlibet earū tenet & possidet ad præsens, sine aliqua lite causa vel molestia per vnam partem alteri mouenda vel facienda vel inferenda aliquo iure. colore vel causā hincinde ex causa prædicta &c. ¶ Et conclusiuè respondeo veram videri partem negatiuam. † Primò
1 quia dicta generalis promissio casu quo dici posset alienatio faciens incidere Rodulphum in penam priuationis, non debet intelligi de bonis feudalibus lege obligatione generali, ff. de pign. & l. 1. C. quæ res pigno. ob. non pos. vnde ad propositum dicit notab. Bar. in lege codicillis. §. instituto. ff. de lega. 2. quem alij ibi sequuntur, q; si quis generaliter obligauit bona sua, non uidetur obligare illa quæ absque in cursu pœnæ obligare non poterat. ita etiam uult Bal. in d. l. 1. C. quę res pig. ob. non pos. Ad idem est text. optimus in c. 1. de cap. qui cur. ven. & ca. in generali. in titulo si de feu. fue contro. inter do. & agna. ubi in generali alienatione facta a vasallo non ve
a nit feudum, [a] nisi expressè dictum sit. vnde Bal. in l. voluntas. C. de fideic. colligit generaliter q; in dispositione generaliter non ueniunt prohibita, per id quod habetur in d. c. 1. & idē no. Bal. in l. si constante. §. si maritus. ff. solut. mat. & Ange. in auth. de resti. & ea quæ parit. in prin. vbi per ibi not. per glo. dicit quòd bona subiecta restitutioni, puta bona liuellaria vel emphyteuticaria sibi concessā usque in tertiam generationem, non intelligitur obligare in generali obligatione. facit l. si procurator. ff. de condi. inde. & l. 3. §. si procurator. quod quisque iur. & l. pater, cum simi. ff. quæ in frau. credi. cum simi. Spec. etiam in titu. de pig. §. 1. uer. penul. dicit q; feudum non cadit in generali obligatione, cum absque pœna nō possit specialiter obligari. cap. 1. de prohi. feu. alie. per Fede. per
2 d. l. obligatione generali. ¶ † Secundò principaliter moueor: quia relaxatio quam facio de re existente apud te, vt a lite vel discordia discedam, non tribuit tibi titulum, & sic non dicor in te aliquo titulo alienare vel distrahere, vt est tex. qui reputatur melior de iure in l. si pro fundo. C. de trans. & ibi not. doc. & no. gl. in l. stipulatio ista, in prin. in verbo successores. ff. de verb. oblig. & illam glo. dicit ibi Ang. esse diligenter no
* tandam ad hoc, uidelicet quòd si quis promittat * de re sua existente apud alium controuersiam non mouere, non per hoc dicitur transferre dominium nec vsucapiendi conditionem in possessorem, cui ita promisit. Et dicit Ange. quòd illa glo. vult hoc generaliter in omni cōuentione vel pacto, sed tex. in d. l. si pro fundo, secundū eum loquitur tantum in trāsactione, ideo bene est notanda illa gl. secundū ipsum & no. etiam glo. in l. 1. ff. pro emptore. & no. Bal. in c. si uasallus de suo in fine in titulo si de feu. fue. controuer. inter do. & agna. hoc etiā decidit Bal. in ca. 1. de controuer. inter uasal. & aliū
3 de beneficio. ad finem ubi dixit † q; si vasallus transigit feu
* dum apud possessorem * dimittendo, non dicitur alienare. secus si trāsigit tradendo feudū, ad hoc dicit esse casum vnicū in iure in d. l. si pro fundo. & subdit q; in omnib. alijs contractib. excepto illo qui dimittit, transfert & alienat. l. quędam mulier. ff. de rei ven. & l. si sponsalib. §. 1. ff. de iure do. & intelligi debet de alijs cōtractib. s. de quorum natura est quòd transferatur dn̄ium vel quasi, vt loquuntur iura alleg. per eū aliàs secus per no. per gl. Ang. & Moder. in d. l. stipulatio ista, in prin. illud idē voluit Bald. in d. c. Imperialem, in princ. de prohi. feu. alie. per Fede. in uersi. quęro an uasallus possit trā
4 sigere. ¶ † Quinimò ad hoc vt dicatur transactio, non requiritur q; sit lis in iudicio, sed sufficit q; sit extra iudicium de facto. l. 2. & ibi no. Bart. C. de trans. & no. etiā Bart. in l. causas. eo. ti. prout vr̄ q; erat inter dictas partes quę super discordijs
5 & controuersijs extraiudicialib. ad pacē deuenerunt. ¶ † Tertiò principaliter me mouet, qa appellatione alienationis proprio sumpto uocabulo, uenit solū ille cōtractus vel actus per quē transfert dn̄ium, vt l. alienatū. ff. de ver. sig. l. 1. cū gl. C. de fund. dota. & no. gl. & doc. in l. fi. in ver. hypothecā. C. de reb. alie. nō alie. & gl. & Ang. in l. benignius. ff. de legi. no. Imo. & alij in c. epi. de reb. ecc. non alie. & hoc ideo potissimè dico, qa in instro inuestituræ cōcessionis factę magnifico Comiti Roberto & eius nepotib. pro se & descendentib. hæredib. &c. est stricta pęna priuationis ad casum, qn̄ omnes dicti inuestiti venderent, dictā villā, vel eā distraherent aut alienarent in totū, vel in parte, cōstat aūt quod Rodulphus non vendidit
6 nec ēt alienauit, † quia distrahere & vendere sunt synonyma seu

seu æquipollentia.l.si ego.§.partus.vers.interdum. in ver.distracta cum gl.ff.de pub.l.cõi diuidundo.§.fi.ff.cõi diui.l.cũ res.& ibi no.C.de contrahẽ.emp.& in materia penali,& præsertim in contractib. uerba propriè & strictè accipiuntur.l quicquid astringendæ & l. stipulatio ista. §. in stipulationib. ff.de verb.oblig.l.si præses.& l.si interpretatione.ff.de pœnis.
7 Nec dicitur etiam alienasse: † quia in pęnalib. uerbũ alienationis,accipitur strictè & propriè,vt not.doc.in d.l.fin. C.de reb.alie.non alie.& in d.l.benignius.post gl. Sed per dictum capitulum pacis, solum est prouisum quod remaneat quælibet pars in possessione eius quod tenet , de dominio autem vel quasi nihil dictum fuit,ergo non est alienatio.Alexand.

ADDITIONES.

a ¶Feudum,sup.li.2.consi.16.ad fi.sup.lib.4.consi.2.And.Tiraq.in cõsu.Pict.tit.retr.§.1.gl.3.nu.5.cum seq.adde sup.lib.5.consi.20.
* Si quis promittat.] Regulariter tamen pactum, per quod acquiritur res, vel actio, dicitur alienatio,Alex.cons.168.col.2.li.2.Natta.
* Apud possessorem.] In oppositum facit quod scribit Bar.ad l.nulli.ff.de transact.vbi ponit de prælatis ut non possint transigere, dimittendo rem penes aduersarium.Et vide ad d.l.si profundo.Bal.egregiè consi.415.Præmittendum est ad euidentiam. lib.1. Et obligatio personalis non dicitur alienatio,ita per tex. in d.l. si pro fundo.dicit Bal.relatus per Alexan.in consi.118.col.1.infra eodem lib.6. Vide Curt.iun.in tract.feud.fol.45.versicul.7. principaliter. vbi ponit illud de vassallo.& Ias.ad l.iusiurandum quòd ex conuentione. §.pupillus,ff.de iure iur.col.1.In oppositum verò eorum,quæ Alexã.hic scribit,vide Bal.& Saly.ad l.1.C.si aduers. transact. vbi respondent ad tex.in d.l.si pro fundo. Natta.

CONSILIVM XLII.

Lege.s̃.li. 5.consi.109.quod hic duplabatur.

¶Cõsiliũ 43.inci.quia subtiliter &c.est portio.cõs.119.s̃.li.2. vbi post nu.10.incipit, & ibi habetur de verbo ad verbum.
¶Consiliũ.44.Lege.sup.li.2.cõsi.120.quod hic duplabatur.
¶Consilium.45.Lege.sup.li.2.cõsil.218.qđ hic duplabatur.
¶Consilium.46.Lege.sup.li.2.consil.213.qđ hic duplabatur.
¶Consilium.47. Lege.sup.li.4.cõsi.114.qđ hic duplabatur.
¶Consilium.48. Lege.sup.li.1.consi.46.qđ hic duplabatur.
¶Consilium.49. Lege.sup.li.3.consi.36.qđ hic duplabatur.
¶Consilium.50.Lege.sup.li.2.consi.142.qđ hic duplabatur.
¶Consilium. 51.Lege.sup.li.2.consi.82.qđ sup.lib.3.cõs.40. & hic triplicabatur.
¶Consilium.52.Lege.sup.li.3.consi.41.qđ hic duplabatur.

EPITOME.

¶CONDITIO si de Titio non remaneat heres per lineam masculinam, non extat quandiu superest filius vel masculus descendens ex masculo vel fœmina immediatè descendens ex filio, vel masculo descẽte ex masculo Titij, & tamen extat si Titius relinquat filiam tantum,hoc dicit.

SVMMARIVM.

2 *Filia dicitur de linea masculina.sed vide nu.5.*
4 *Filia semel exclusa (nisi per verba temporalia) semper remanet exclusa.*
7 *Nepos ex filia non dicitur de liberis masculis.*
11 *Conditionem momentaneam sufficit semel impleri, secus si habet tractum successiuum.num.12.*

CONSILIVM LIII.

Idem consi.43.lib.3.

Consideratis his quæ in themate suprascripto narrantur, & visis quæ subtiliter & copiosè deducta sunt per magnificũ equitem & insignem iurisconsultum dominum Otonem Nicolinum,cõsulentem in fauorẽ dicti Iuliani,[a] puto in primis de iure idem
1 concludendũ,† s.q̃ verificata sit conditio illa adiecta a testatore dum dixit:& si de dicto Bartholomæo non remaneret hæres per lineã masculinam dictæ possessiones debeãt esse & redire ad heredes d.testatoris, ut sup.etiam dixerat testator, quas possessiones d. Bartholomæus, & sui hæredes ex linea masculina habeant ad gaudimentũ,& tenere & possidere,possint in perpetuũ &c.dato q̃ decesserit postea Bartholomæus superstite Gabriele eius filio legitimo & naturali,& dña Mea filia legitima & naturali d.Bartholomei, & sorore d.Gabrielis,qui deinde decessit nullis relictis descendentibus masculis,sed tantum superstite d.domina Mea. & sic stat conclusio in discutiendo an d.filia Bartholomæi, dicatur esse de hæredib.per lineã masculinã d.Bartholomæi.& hoc primo. ¶Secundo,an sufficiat q̃ remanserit Gabriel de linea masculina, dato q̃ postea decesserit nullis superstitibus masculis ex ipso Gabriele descendentib. Et vt rectius intelligatur, primò põt
2 adduci contra Iulianũ † q̃ d.dña Mea dr̃ de linea masculina, per id qđ voluit gl.no.in l.Gallus.§.nunc de lege.in verbo,nã & si.ff.de libe.& posth.q̃ ibi ponderant Bal.& alij post eũ dicentes per illã gl.probari qđ neptis ex filio meo dr̃ esse de linea virili meorũ descendentiũ.vnde secundũ eũ si quis rece-
* perit* fundũ in emphyteusim pro se & suis hæredib.descendentib.per virilẽ sexũ comprehendetur nepos ex filia, secundũ eos, quia neptis dr̃ descendens ex linea masculina,i.ex filio masculo,licet ipsa sit femina.& pro illa gl.allego tex.in d.l.lege duodecim tabularũ,ver.huius itaq; legis.C.de legi.hęre.& in §.itẽ vetustas,insti.de hęre.q̃ ab inte.¶Circa secundũ posset contra Iulianũ adduci,quia vr̃ q̃ satis sit q̃ semel extiterit filius masculus ex Bartholomæo,s. Gabriel post mortẽ Bartholomæi,dato quod postea decesserit Gabriel sine descendẽtib.masculis.hoc vr̃ decidere Cy.in aut.sed & si quis.in fi.C.
3 de secund.nupt.vbi quærit.† Rex dederat militi castrũ hoc mõ do tibi castrũ istud,ita qđ habeas ipsum tu & tui heredes de corpore tuo descendentes,& si decedes sine hæredibus de corpore tuo descendentibus, castrũ istud ad me reuertatur. deinde miles decedit relicto filio herede,postea decedit filius non relicto hærede de corpore suo,quærebatur an castrũ prędictũ debeat ad regẽ redire?& dicit qđ tex.in d.aut.sed & si quis.facit quod sic vbi primũ pactũ committitur filiis existẽtib.si deinde filij moriantur committitur secundũ pactũ, s.illud si decesserit sine liberis extantib.tñ decidit contrariũ, qa dispositio illius aut.habet rationem in suis terminis, quibus mutatis non habet rationem, unde non põt trahi extra suos terminos.l.qđ verò.& l.ius singulare. ff. de legib. & pro ista parte allegat.l.pater.§.qui vndecim.ff.de leg.3. Subdit tñ qđ refert an Rex dixit,do tibi castrum, & uolo q̃ non deferatur hæredi nihil de corpore tuo nato,& tunc licet primus,secũdus & tertius essent de corpore suo,sitñ quartus uel sequẽtes nõ essent de corpore suo,sed essent extranei, debet reuerti ad Regem,lege peto.§.fratre.ff de leg.2.Si verò dixisset,vt ꝓpositũ est,s.do tibi castrũ ut habeas tu & tui hæredes de corpore tuo descendentes,& si decedas sine hæredibus de corpore tuo descendentibus castrum ad me reuertatur, tunc sufficit qđ peruenerit ad unũ hæredẽ de corpore tuo,vt per dictum §.quindecim.istud idem tenet Bal.in l.fi.in 25.q.C.de hęre.insti.vbi etiã pro hoc allegat.l.ex facto. §.pen. ff.ad Trebel.& l.si quis hęredem.C. de insti.& substi.Idẽ etiam tenet Bal.
* in dicta aut.*sed & si quis,per hoc etiã dicit, quod † si statu-
4 tum disponat,quod si quis habuerit aliquam filiam dotatã, quod ipsi habenti filiã succedat masculis, & alij masculi descendentes ex ipso filio masculo,postea decessit ille filius sine prole,superstite dicta sorore dotata, an successio reuertetur ad sororẽ?arguit q̃ sic,quasi priuilegiũ excludens sororem sit finitũ.Item quia in exclusione feminæ ponuntur soli masculi ergo non excluduntur ab extraneis hęredib. istorũ masculorũ.contrarium decidit ipse per notata ibi per Cy.quia filia semel exclusa remanet semper exclusa,nisi statutũ uteretur verbis temporalib. putà filia non succedit quousque seu donec extiterint masculi,allegat notata per Bar.in l.fina. ff.ad Tertullia.ita etiam decidit Bal.in cap.1.§.per illũ tex.in verbo, Episcopum uel Abbatem.& Bal.in l.in quibus.per ibi notata per glo.C.de secundis nupt.& per Bald. in l. si quis posthumus.§.filium.ff.de libe.& posthum. & in l. si quis filium.C. de inoff.testa.& Bald.& Sal.in l.2. C.de li. pręte.& Bald. & Ange.in l.Gallus.§.& quid si tantum.in fi.ff.de lib.& posth.

& Bal.in l.cum vxori.C.quando dies le.ce.& Bar.in consi.incipiente,Pater habens filium & filiam. dicitur quod nó,quia in causa vsuraria non habet locum præscriptio.& in consilio incipiente,Iacobus quondam Vflodocij,& incipiente,In nomine domini proponitur quod pater.& Ang. in §.si quis autem.in aut.de hær.& fal.& in l.ei qui soluendo.ff.de hær.insti.& Pet.de Anch.in cons.220.quorum dicta hic non reuoluo, quia arbitror habere separatam rationem a casu nostro, ad propositum igitur videtur quod sufficiat quod semel ex Bartholomæo extiterit hæres masculus licèt postea desierit. ¶Sed præmissis non obstantibus puto in casu nostro contra-
5 rium.Primò † ꝙ dicta filia Bartholomæi non compreheńdatur appellatione hæredum lineæ masculinæ dicti Bartholo-
b mæi,hoc probatur,quia linea b masculina descendentiũ inci
* pit in primo descendente,* vt patet in ca. quod dilecto.& in c.si.cum glo.de consanguini.& affini. ergo linea descendentium Bartholomæi incipit in liberis primi gradus, id est in Gabriele & in domina Mea.in Gabriele dicit̃ masculina linea initium facere, in domina Mea dr̃ linea fœminina initiũ facere.vnde in indiuiduo Pau.de Cast.in l.maritus. C.de procu.
6 quærit, † quid si quis recipit in emphyteusim pro se & suis hæredibus liberis ex linea masculina descendentibus,an cõprehendatur filia fœmina recipientis, & dicit se consuluisse quòd non,quia linea non incipit in ipso recipiẽte,sed in suis filiis,vnde in filio masculo incipit linea masculina, in filia fœmina incipit linea fœminini sexus,vnde secundum eum idẽ iudicamus de filia,id est de principio lineæ quod iudicamus de ipsa linea,vt probatur in d.l.maritus, inducendo vt ibi p Cy.nam maritus non est affinis, sed dicitur principium affinitatis.l.non ideo.C.de hæred.insti.& ibi no.in l.affinitatis. C.communia de suc.tamen idem iudicamus de marito ꝓut de affinitate,vt patet in d.l maritus,iuncta. l. sed & hæc, in princ.ff.de procu.pro hoc etiam adducit Pau. de Cast.quòd not.Specu.in titu.de loca. §. nunc aliqua. ver. 146. vbi dixit
7 † quòd si quis recipit in emphyteusim pro se & liberis masculis,non comprehendetur nepos ex filia, quia sicut fœmina non adducitur,ita nec aliquis ex eius linea.allegat. l.1.ff. de iure immunitatis.de quo dicto.facit mentionem Bald. in auth.si quas ruinas.in fi.C.de sac.sac. eccle.& in l. sed si hac. §.liberos.ff.de in ius voc.& Ang.ibi in §. qui manumittitur, cum sequen.& Bal.in l.prima.C.de condi. insertis. facit etiã quod not.Ioan.And.in titu.de test.in addi.Specu.in rubr.Et quod habetur in cap.1.§. hoc autem notandum. in titu. qui
8 feu.da.pos. † Fortifico prædicta ex coniecturata mente testatoris,quæ colligitur ex præcedentibus partibus testamenti.l. filiabus,in princ.& l.si seruus plurium.§.fi.de leg.primo.nã testator certa credita montium reliquit dicto Bartholomæo cum hoc, quod si decederet Bartholomæus sine filijs legitimis voluit redire ad hæredes vniuersales testatoris. & sic ad Petrum filium testatoris cum hac conditione, quòd si remanerent ex dicto Bartholomęo filiæ fęminæ officiales pupillorum & hæredes testatoris prædicti daret cuilibet earum florenos mille aureos pro suis dotibus.apparet igitur testatorẽ dilexisse hæredes testatoris in his etiam quæ reliquit Bartholomæo magis quam filias Bartholomęi. non obstat id quod
9 no.per glo.& Bald.in d.§.nunc de lege.† quia respondeo qđ ibi probatur,quod neptis ex filio dicitur de descendentibus per lineam masculinam,quia descendit ex filio masculo qui est caput lineæ masculinæ, sed nos loquimur de ipsa filia, quæ non dicitur esse de descendentibus per lineam masculinam,imò dicitur esse initium lineæ fęminę, & de ea iudicandum ut de linea fęminina,vt est ostensum. Fateor quòd si ex Gabriele extaret filia & sic neptis Bartholomæi ex filio masculo,tunc non diceretur euenisse conditio, quia illa diceretur de descendentibus per lineam masculinam per not. per glo.in d.§.nunc de lege. Quo ad secundum dubium vis consistit in videndo.vtrum illa decisio Cy. & aliorum in d.aut. sed & si quis.sit vera,& in proposito decidat ꝓ domina Mea. & primò dico quòd Sal.in d.auth. sed & si quis esset contra
10 Cy.vnde dicit Sal.quod † si rex dedit castrum vni militi pro se & hæredibus ex suo corpore descendentibus, cum hoc ꝙ si decesserit sine talibus hæredibus reuertatur castrum ad dominum,licèt contingat quod miles decesserit cum primo hęrede ex suo corpore descendente,si tamen decessit primus cũ hærede extraneo.castrum debet redire ad dominum,etiam si non fuit concessio feudalis.probat ipse,quia appellatione hęredum ex suo corpore descendentium intelligitur de omnibus hæredibus in infinitum, dummodò sint ex suo corpore descendentes,ut fuit expressum.l.sciendum.& l. hęredis. ff. de verbo.signifi.Et vltra eos in proposito uoluit hoc Bald.in l.in feudum .& ibi dicit quòd si concessum est alicui & suis hæredibus proprij corporis,intelligitur de omnibus masculis descendentibus in infinitum.allegat not. per Cyn. in l. 1. in prima quęst.C.de pac.ita etiam dicit Bal.in cap.primo.qđ sit inuest.& in cap.quæ in ecclesiarum.de const. Prætereà posito quod vera esset opi.Cy.tamen dico quod si bene ponderentur verba Cyn.per ea videtur decidi casus noster in fauorem Iuliani.Nam Cyn.vult quòd si sint adiecta verba illa, ꝙ si decedas sine liberis ex tuo corpore, castrum reuertatur ad me,satis est quòd tu decesseris cum hærede qui erat de corpo
11 re tuo tempore mortis tuæ.& † ratio est,quia verba fuerunt relata ad tempus quo decedit . vnde sufficit quòd illa qualitas verificetur in tempore mortis, scilicet quod tunc habeat hæredem ex suo corpore,per l.ex facto.§.penult.ff. ad Treb. Sed vbi concedens non se referret ad tempus mortis ipsius recipientis,tunc Cy.vult quòd deficientibus hæredibus de corpore recipientis reuertatur ad concedentem dato quòd recipiens habuerit primum hęredem de corpore suo:vnde si dicat: Concedo tibi castrum,& volo quòd non deferatur hæredi nisi nato de corpore tuo:non sufficit quod primus & secundus esset de corpore,quia eis deficientibus reuertatur ad regem.allegat dictam l.peto.§.fratre. ecce ergo quòd vbi verba non sunt restricta ad tempus mortis, intelligitur nedum in primo hærede,sed in omnibus hæredibus, adeò quòd illa qualitas est necessaria in omnibus, sed in quęstione nostra testator non se restrinxit ad tempus mortis, quia non dixit si decederet Bartholomæus sine hærede masculinæ lineæ, sed dixit,si de Bartholomæo non remaneret hæres per lineam masculinam. verum est enim dicere non remanere hæredem p lineam masculinam, quia decessit Gabriel & ex eo nullus su-
12 perest de linea masculina † & ubi conditio seu dispositio est adiecta per verba habentia tractum successiuum,non sufficit momentaneum implementum.l.si quis ita legauerit.ff.de cõdit.& demon.& l.si à te.ff.si ser.ven.no.do.in d.l. si quis hęredem.Bal.in l.humanitatis.C.de impu. & alijs substit.& in l.fin.C.de indicta viduit.per Ange.& alios in l.in substitutione.ff.de vulga.& pupill.& Ange.plenè in suo consil. 34. Sed in casu nostro uerba quæ fuerunt adiecta in dicta dispositione habent tractum successiuum , vt patet in illis uerbis, non remaneret hæres per lineam masculinam, quę uerba cõprehenduntur hæredes in infinitum de linea. Prætere a illud verbum. in perpetuum &c. sine dubio est uerbum habens tractum successiuum, ergo videtur quòd ista conditio ad cõmodũ Iuliani dicatur euenisse.& per hoc est responsum ad allegata in contrariũ.hoc ẽt multũ expresse deciditur p tex.in d. l.in substitutione,in fi.ff.de vulg.& pup.secundũ unũ intellectũ,quẽ ibi ponit Bal.Io.de Imo.& Pau.de Cast. Nã in d.l.in substitutione.in prin.dr̃ ꝙ si testator substituit filio p hęc verba,quisquis mihi ex suprascriptis hæres erit,idẽ filio meo hęres esto.sufficit quò ad hoc ut admittatur ad substitutionẽ,ꝙ aliquo momento aliquis ex suprascriptis fuerit hęres testatoris licet non durauerit, sed desierit esse hęres ante euentum casus substitutionis,secus si testator duos filios hñs,s. Caium puberẽ & Luciũ impuberẽ ita substituit Lucio imduberi, videlicet si Lucius filius meus impubes decesserit, neque mihi Caius filius meus hęres erit, Seius hęres esto. Nã tũc ad hoc ut excludatur substitutio,non sufficit ꝙ Caius aliquo momẽto fuerit hęres,sed requirit̃ qđ duraverie usq; ad tp̃s,quo euenit casus substitutionis.& ratio diuersitatis inter dictos duos casus secundũ Bal.& Io.de Imo.& Pau. de Ca.ibi, qa quò ad excludendã substitutionẽ & sic ad excludendũ fauorẽ, nõ sufficit quẽ esse hęredẽ qñcunq;, sed requirit̃ ꝙ duret, ut ibi in fi.quo casu ad excludendũ & admittendũ substitutũ & sic fauorẽ sufficit ꝙ semel fuerit hęres, vt ibi in principio,ergo in proposito quo ad excludẽdos hr̃des d. testatoris a substitutione,non sufficit ꝙ aliquo momento remanserit de dicto Bartholomęo hęres per lineam masculinam, sed requiritur ꝙ duret & istud satis me ad hanc partem inclinat. Alexand.

ADDI-

ADDITIONES.

a ¶Iuliani. hic hęres testatoris qui vendicat a filia hęrede legatarii possessiones legatas tanquam finito legato.

* Si quis receperit fundum.] Attamen statutum vocans agnatos ad exclusionem fœminarum, intelligitur de agnatis masculis, non de fęminis agnatis, vt est filia fratris, & amita vt per Deci. consilio 319. columna prima, & gloss. ad dicto §. nunc de lege. procedit ubi testator vocat descendentes per virilem sexum, secus, per lineam masculinam, Rui. consi. 110. col. pen. lib. 2. Natta.

* Bal. in d. auth.] De hoc dicto meminit etiam Alex. consi. 29. circa fi. lib. 1. Natta.

b ¶Linea. ad confirmandam erroneam conclusionem præcedentem sophistica vtitur tutela quia testator non est locutus de linea descẽdentium, sed de linea masculina simpliciter, quæ incipit a patre vel primo stipite masculo. Et sicut in mathematicis linea non est seu nõ dicitur posito primo puncto tantum, sed incipit esse vel dici addito secundo continuo puncto, & tamen non incipit a secundo sed a primo puncto sicut finitur in vltimo & non in penultimo, ita & hic vbi vocamus lineam ad similitudinem elementorum mathematices, vnde hoc verbum apta metaphora mutuamur. incipit ergo linea cognationis a patre vel stipite, licet nondum dicatur linea quandiu solus est, vt ann. 1421. declaraui legens publice arborem Aureliis, præterea etiam si dixisset testator si non remaneret hęres per lineam masculinam descendentium, adhuc idem esset ꝙ filia includeretur in linea, ꝗa si neptis ex filio vel ꝓnepotis ex nepote in ea includitur vt fatetur Alex. nu. 9. multò fortius filia ipsa legatarij seu alterius sub ea conditione grauati. Et sic concludo quòd Alex. male contra filiam consuluit.

* Descendente.] Coniuncti nobis ex nostro latere, non sunt ex nostra linea, licèt sint ex linea patris, vel aui, Deci. consilio 379. 1. dub. vbi bene declarat, quomodo aliquis dicatur esse de linea alicuius. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Pretij paruitas & pactum de reuertendo arguunt simulationem & pacta insolita. num. 2.*

3 *Contractus vsurarius vt probetur, admittuntur & sufficiũt probationes, quæ in alia causa non sufficerent.*

4 *Testis non deponens de qualitatibus fundi, non probat. & numero 5.*

6 *Testibus affirmantibus plus creditur quàm negantibus.*

7 *Pignoris in contractu nunquam præscribitur.*

8 *Error iuris non causat bonam fidem quò ad præscriptionem.*

9 *Mala fides probatur per vnum testem vel indicia.*

10 *Emptor censetur malæ fidei, quando emit citra dimidiam iusti pretij.*

11 *Titulum habens ab authore malæ fidei, non præscribit.*

CONSILIVM LIIII.

Vide consi. 46. lib. 3.

Aliud Summarium.

¶Primum dubium est an pactum de retrouendendo cum minoritate pretij faciat præsumi contractum vsurarum.

¶Secundum, an pars quæ vult ꝙ sibi retrouendatur, possit excludi præscriptione temporis prædicti. & di.

¶Tertium est dubium, nunquid legatarius prędicti facientis pactum de retrouendendo vigore dicti legati, qui tenuit rem quæ debebat retrouendi, dicat͂ pręscripsisse, & dr̃ ꝙ nõ.

Circa Primum dubiũ plura pro & contra adduci possunt: verum, quia passus plurimũ tritus est, & res coram doctissimo agitur, paucis expediam. dico igitur† ꝙ
1 parvitas pretij * & pactum de reuendendo arguunt contractum simulatum, & verè fuisse contractum pignoris aliter initum in fraudem vsurarum, dato quòd non constaret emptorem esse solitum * fœnerari. hoc præcisè voluit glo. in c. conquestus, de vsuris. quę ad hoc reputatur singularis, mota per tex. in ca. ad nostram. de emptio. & vendit. vbi Papa se fundat
a dictis duabus[a] circunstantiis, videlicet ex iniustitia pretii, & pacto de retrouendendo intra certum tempus. & hoc quando resolutio contractus venditionis pendet à facultate venditoris prout in casu nostro, & hoc est quod audacter firmat Ant. de But. in c. illo vos. de pig. Idem ibi tenet Ioan. de Imo. dicens secus esse ubi facultas resolutionis contractus vẽditionis penderet à potestate emptoris, vt in casu dicti ca. illo vos. quia tunc si non concurrerent nisi dictæ duæ circunstantiæ: tunc non præsumeretur contractus simulatus & vsurarius, & ita dicit procedere opin. Cy. in l. 3. C. plus valere quod agitur. istam opin. etiam tenuit Archi. in cap. plerique 14. quæs. 3. & Hosti. Anto. de But. & Ioan. de Imo. in d. ca. ad nostram. Idem tenet do. Abb. in d. cap. conquestus. Fortificantur ex his quæ dicit Bald. in rub. C. de vsur. & fruc. lega. in fi. vbi dicit quod si vendidi tibi fundum cum hoc quod post certum tẽpus deberes mihi reuendere contractus redditur suspectus si concurrat immoderata quãtitas redituum. allegat notata per Archi. in præalleg. cap. plerique. & sic nihil aliud voluit Bal. nisi, quòd si pretium est modicum respectu valoris rei & redituum quòd tunc concurrente pacto de retrouendẽdo præsumatur contractus suspectus, hoc autem quòd pretium fuerit iniustum habito respectu ad valorem rei & ad reditus, deponunt apertè testes pro parte agẽtis producti, & ista opinio videtur magis communis, quæ etiam in dubio (cum sit magis tuta pro salute & exoneratione animarum) est amplectenda. cap. iuuenis. de sponsa. Concurrit & alia coniectura tradita per Ioan. An. in præalleg. c. ad nostram. vbi dicit quòd inter alias fraudes, quibus vtuntur fœneratores in fraudẽ vsurarum contrahentes est ista videlicet, quia vbi emunt rem aliquam cum pacto de reuendendo, nolunt quod de ipso pacto de reuendendo appareat in instrumento venditionis, sed in
c alio[c] de per se prout seruatum fuit in casu nostro. Concurrit etiam alia coniectura, quia in illo instrumento in quo ꝓmittit emptor reuendere intra certum tempus, actum est quòd
* de tali reuenditione * ad melioris gabellæ solutionem tenere
2 tur reuendens, † quæ sunt pacta insolita in veris uenditionibus, & per consequens tantò magis arguunt contractum esse simulatum, vt not. Bal. in l. emptione. C. plus valere quod agitur allegat in argumentum no. per glo. in l. si quis sub conditione. ff. de conditio. institu. & idem Bald. in l. etiam. C. de executio. rei iud. Concurrit etiam probatio testium qui dicunt quòd publicè dici audiuerunt quòd talis contractus celebratus cum domina Minotia fuerit contractus pignoris, & quòd Minotia dixit quòd mutuauerat libras ducentas Bon. super dicta possessione, vt deponunt testes agentis, maximè
3 tertius & quartus. † Nam ad probandum contractum usura
d rium, admittũtur & sufficiunt probationes,[d] quæ in alia causa, non essent omnino sufficientes propter excogitatas calliditates quæ in contractibus fęneratoriis committuntur, vt no. Ioan. An. in cap. ex literis. de iureiuran. & in cap. secundo. eo. titu. lib. 6. & Pau. de Liaza. in disputatione sua incipiente, Contra instrumentum debiti opponitur. & per Petr. de Anch. in dicto cap. ad nostram. Si ergo contractus fuit simulatus, & censetur fuisse con tractus pignoris, sequitur quòd ex tali cõtractu nullum fuit translatum dominium, nec possessio per uenditorem. l. emptor. & ibi not. ff. de aqua plu. arcen. & in proposito nostro patet in dicta l. emptione. C. plus valere quod agitur, & ibi doct. maximè Bal. non dubium ergo ꝙ potuit dictus Zacarinus uelut dominus dicti fundi agere rei vendicatione seu publiciana, cõtra possessores dicti fundi, etiam dato quòd dicti possessores habuerint causam à dicta Minotia emptrice, vt est casus secundum intellectum Io. And. in cap. cum constet. de pigno. Præterea agitur etiam per Zacarinum in dicto iudicio contra hæredes uniuersales dominę Minotiæ, & narratum est dictum Zacarinum fuisse deceptum ultra dimidiam iusti pretij, & petitur contra hæredes iustitia ministrari, & probatum est per plures testes uidelicet per quinque quòd dictus fundus erat communis æstimationis librarum quadringentarum & ultra, per quæ uerba dicitur probatum esse rem fuisse uenditam minus dimidia iusti pretii & ualuisse ultra 400. libras & in specie no. Bal. in l. secunda. C. de rescin. uend. & in aliquibus lecturis habet corruptè, ut apparet per Ioan. de Imo. in cap. penult. de emptio. & uenditio. & sic videtur quòd competat remedium l. secunda. C. de rescin. uend. s. uel quòd suppleatur Zacarino iustum pretium uel res reddatur, ut ibi & in c. cum causa. de empt. uendi. Nec obstant testes recepti & producti per partẽ
4 aduersam, quia nihil probant. † Nam primus testis interrogatus in causa scientiæ & super interrogatoriis partis aduersæ dicit quòd uidit dictum fundum semel tantum cum una domo ruinosa, & ꝙ postea nunquam uidit nec deponit se uidisse tempore quo fuit factus contractus dictę imaginarię & simulatę uenditionis, & sic cum non deponat de qualitatib.

ipsius fundi tempore venditionis, non dicitur necessario seu
concludenter probare. nam contingere potuisset, quia tempo
re celebratæ venditionis fuisset ibi nouiter ędificata pulchra
domus, quam testis tunc non vidit, cum tunc non fuerit in
fundo. hæc habentur ex no. per Bar. in l. 2. post glo. C. de re-
scin. ven. & Barto. in l. fi. C. de prædi. & omnibus rebus naui-
cu. lib. 11. Et in specie Bal. in d. l. 2. per text. in d. c. cum causa.
de emptio. & vendit. in verbo, venditionis tempore. & in ca.
cum causam quæ inter Economum, in verbo, venditionis tē-
pore, de testi. & l. si voluntate. C. de rescin. vendi. & no. Bart.
& Ange. in l. pretia rerum. ff. ad l. Falcidiam. ex his etiam pa-
5 tet † ꝙ secundus testis partis aduersæ nihil probat, quia sup
interrogatoriis partis nostræ interrogatus respondit se nesci
re an de anno venditionis dicta possessio esset broliua & be-
ne auidata, & sic patet ꝙ ignorabat qualitatem rei & reditus,
ergo non potest deponere de valore eius, vt l. pen. ff. de rebus
eorum. l. si fundum per fideicommissum. in princ. ff. de lega-
tis 1. & l. Imperator. ff. ad Treb. & not. Barto. in d. l. pretia re-
rum. & alij in locis supra, proximè allega. Tertius testis par-
tis aduersæ etiam nihil probat, patet quia dicit quòd nunquā
vidit in dicta possessione extare domum, cuius contrariū ap-
paret per instrumentum venditionis. Non obstant aliqua in-
strumenta producta per partem aduersam ad probandū valo
rem dictæ possessionis, quia illa instrumenta deponunt de
alijs temporibus, & sunt singularia, & diuersa. nec est proba-
tum quòd illę possessiones de quibus in dictis instrumentis
essent eiusdem qualitatis, cuius erat ista possessio, vnde non
probant, vt not. glo. & docto. in d. l. 2. C. de rescin. vend. & ibi
6 expressè Bal. & Ioan. de Imo. de emptio. & vendi. † Item sem-
per plus creditur testibus affirmantibus valuisse vltra libr.
400. quàm testibus negantibus tantum valuisse, vt no. glo. in
l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbi. & not. in cap. 1. de præ
scriptio. in 6. & Archid. 3. quæst. 9. nihilominus. & in specie
Bald. in d. l. 2. C. de rescind. vend. & Imo. in c. pen. de emptio.
7 & vendit. ¶ Quo † ad secundum dubium de exceptione * pre
* scriptionis, respondetur faciliter pluribus modis, & primò
quod a tempore dictæ Minotiæ non potuit inchoari præ-
e scriptio, e quia ipsa erat in mala fide, ratione dicti contra-
ctus, qui fuit & esse fingitur simulatus & sic fuit contractus
pignoris per quem contractum pignoris res retinetur no-
mine pignorantis. & nunquam currit prescriptio. l. male
agitur. C. de præscript. 30. annorum. imò si prescriberet, di-
ceretur præscribere ad commodum pignorantis. l. serui no-
mine. ff. de vsucapioni. l. 1. §. per seruum qui pignoris. & l.
pignoris. ff. de acquirē. possess. & sententia rei alienæ semper
impedit initium præscriptionis. cap. fin. de præscrip. & cap.
possessor. de regu. iur. in 6. & hoc de iure canonico quòd at-
tendendum est cum agatur de materia peccati vt in iuribus
proximè alleg. no. & dato quòd diceretur quòd domina Mi-
notia potuit ignorare dictum contractum non esse licitum,
8 potuit æstimare quòd contractus valuerit. Respondeo † ꝙ
error iuris non causat bonam fidem quò ad prescriptionem,
vt l. nunquam. in princi. & l. si fur. §. primo, & l. quemadmo-
dum. C. de agric. & censi. lib. 11. quod est verum etiam in præ
scriptione longissimi temporis, vt probat gloss. iuncto tex. in
cap. apostolicæ. de donatio. & Arch. 10. quæst. 3. quia cogno-
uimus. & Pau. de Liaza. & Ioan. de Lig. in clemen. prima. de
reb. eccle. non alie. item in dubio præsumitur scientia iuris,
nisi de ignorantia doceatur. l. leges sacratissimæ. C de legib.
& l. si hæres ab eo. in fin. ff. ad Treb. quam. l. ad hoc inducit
Bald. in l. non fatetur. ff. de confess. licèt sit verum quod faci-
lius probetur ignorantia iuris in muliere quàm in masculo,
ita dixit Barto. in l. fin. C. de iur. & fac. igno. per l. cum de in
debito. §. primo. ff. de probat. & l. si adulterium cum incestu,
§. primo. de adult. & l. prima. in fin. ff. de eden. & l. secunda.
§. fin. de iur. fi. de mala fide etiam probatur per testes, qui di-
cunt quòd Minotia dixit, ego mutuaui libras ducentas su-
per dicta possessione, licet enim pars non fuerit presens il-
li assertioni, hoc non fuit necesse ad probandum malam fi-
dem, vt not. Barto. in l. Celsus. ff. de vsucapio. dum quæ-
rit qualiter probetur mala fides. Nam mala fides proba-
9 ri potest per sola indicia, vt est text. not. ibi Bald. in l. pe-
nul. C. de euic. & not. Ang. in l. 1. C. de vsucap. transfor. & in
l. super longi. C. de presc. long. temp. Sed cui dubium qd etiā

vnicus testis facit indiciū, vt not. gl. & doc. in l. si quis. C. ad
l. Iul. maiest. & in l. maritus. ff. de quæstio. & plenè Barto. in
l. 2. §. item Cornelio. ff. de quæstio. & in l. admonendi. post
gloss. ff. de iureiu dato etiam quòd dictus contractus nō fuis
set simulatus, sed verus; tamen quia erat rescissibilis dictus cō
tractus per remedium dictæ l. secundę. C. de rescin. vendit.
10 quia deceptus fuit vendens in dimidia iusti pretij, † ideo di-
cta emptrix debet censeri malæ fidei, quando scit contractū
posse rescindi, adeo quòd non prescribitur, ita signanter de-
cidit Ioan. de Imo in cap. apostolicę. de donatio. super gloss.
in verbo, præscriptione ad hoc inducit. l. in causæ. la 1. §. in-
terdum cum seq. ff. de mino. licèt Anto. de But. in d. cap. apo
stolicæ. dicat se non recordari vbi hoc sit decisum in iure, &
non decidit. Insuper tot & tanta tempora deducenda sunt ex
forma statutorum de cursu dictæ præscriptionis à dicto tem
pore anni 1421. vsque ad tempus motæ litis quòd non esset
completa prescriptio. 30. anno. ¶ Quo autem ad præscriptio-
nem quam allegarent Gaspar & Isabeta velut possidentes iu
sto titulo, & bona fide, in qua præscriptione inter presentes
sufficeret tempus decem annorum, iuxta l. emptor. & l. pen.
C. de præscrip. long. temp. Respondetur pluribus modis, pri
mo qòod allegant habere titulum legati à dicta Minotia, quę
11 fuit in mala fide vt probaui supra. Sed † ita est quod habens
titulum ab authore malæ fidei non præscribit longo tempo
re, scilicet spatio 10. annorum uel 20. vt in aut. malæ fidei. C.
de præscri. long. temp. Prætereà nō est probatum, quo ad Ga-
sparem & Isabettā, quo tēpore decesserit Minotia. & sic quo
tempore inceperit possidere cum titu. nam lega. sumit vires à
tēpore mortis testatoris. l. à Titio. ff. de fur. l. legatum. la 2. ff.
de leg. 2. l. huic scripturæ. ff. ad l. Aquil. in princi. & plenè in
l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. & in l. si quis ita hæ-
reditatem. ff. de conditio. insti. Item obstat dictis Gaspari &
Isabetæ deductio temporum, de quibus supra dictū est. Item
ꝙ plus est, allegatus titulus legati habetur pro non titulo, qa
codicilli in quibus dicitur factum esse legatum, non sunt in
memorialibus & ex forma statutorum sunt nullius effectus,
sed ita est quod titulus reprobatus nō tribuit iustā causam p̄-
scribēdi. l. quemadmodū. C. de agri. & censi. lib. 11. & l. fi. §.
sinautem. C. communia de leg. & c. dudū. el 1. de deci. Alex.

---

## ADDITIONES.

* Qud paruitas pretij.] Quòd tria concurrere debeant, dicit Goza
di. ad l. 2. C. de pact. inter emp. & ven. num. 153. Quidam verò di-
cunt, ꝙ stantibus illis duobus potest redimere post tempus, Socin.
iun. alios referens consi. 104. lib. 3. Tiraq. de retract. fol. 825. Cagnol.
ad d. l. 2 nume. 65. Vide in materia huius responsi Alexandri. Andr.
Sicul. consi. 51. dub. 1. lib. 1. vbi tenet opinionem Alexand. hic contra
rium verò, quòd tres concurrere debeant coniecturæ, tenet Iason.
consi. 150. & 151. lib. 4. Dec. consi. 308. Et licèt non sit solutus fœnera
ri, tamen si accedit alia tertia pręsumptio, contractus est fęnerati-
tius, vel simulatus, Afflict. decisi. 40. colum. penult. Et duo sufficere
tenet idem Afflict. decisi. 65. Et quòd requiratur illud tertium ꝙ sit
consuetus fœnerari. Bald. consil. 359. hunc passum tangit, lib. 5. vbi
etiam dicit hāc sentētiam esse communem. Et vide in materia opti-
mum consilium Baldi, quod est num. 311. In quęstione Galuagni lib.
5. & adde eundem Bald. consilio 361. Verba Bartol. in fi. lib. eodem.
ubi dicit tria requiri, & duo non sufficere. & Dec. scribit consi. 648.
vbi circa principium dicit, quòd onus retrouendendi, & pactū, Non
vult teneri nisi pro suo dato & facto. faciunt rem venditam mino-
ris pretij. Vide eundem Dec. consi. 92. vbi tenet duo sufficere. Et vbi
contractus habet originem à mutuo, illa duo sufficiunt, Roma. sing.
363. Quęro an pactum. Cardi. ad element. 1. in §. cæterum. 3. quæ-
stio. de vsur. vbi etiam vult admitti in testem etiam pronexetas. Et
quòd tria prædicta requirantur, tenet Alexand. consi. 109. columna
penult. lib. 4. & 28. colum. 2. lib. 5. Et quòd duo vult Pau. Castren. ad
l. prima. C. de pignor. act. Et quòd tria Deci. ad l. rogasti. §. si tibi. ff. si
cert. peta. Hoc autem casu cognitio spectat ad iudicem ecclesiasti-
cum, non autem secularem, Iason. ad l. quoties. nota. 3. C. de iudic.
Socin. tenet quod tria requirantur, dicens hanc esse communem
opinionem consilio 236. Præstantissimè. colum. penult. lib. secundo
& latius consilio 248. Nunquid ex duabus. per totum. eodem lib.
Idem censuit Angel. Aretin. in Com. in Institu. de except. co-
lumna 23. in materia simulationis, quam tractat. Et quòd duo
sufficiant, tenet Paul. Castren. consilio 109. visa petitione præ-
dicta. libr. secondo. Vide optimum consilium Petri Anchar. nume.
257. Si prædicta sententia. In rustico autem hæc duo non fa-
ciunt præsumi contractum vsurarium, Curt. iun. ad l. si quis
maior. versicul. secunda dubitatio. quod ego intelligo quo ad
pœ-

pœnam, vt ibi ipse loquitur. Tamen idem, quod Curt. scribit Iaso. ad l. si quis id, quod not. 4. ff. de iurisd. omn. iud. Ferrat. caut. 17. Afflict. ad c. 1. num. 106. de feud. da. in vi. l. commisso. Et q̃ duo sufficiant, scribit Crauet. consil. 156. vbi plures adducit auctoritates, & dicit q̃ Consi. cismontanum sequebatur hanc opinionem. Idē dicit Ferrat. caut. prænotata. Cassad. 1. decisi. sub titu. de vsur. vbi dicit in palatio Apostolico semper ita fuisse seruatum. Et latissimè cū hac opinione transit Grammat. decisi. 76. scilicet q̃ tria requirantur Ruin. consi. 16. dub. 2. lib. 4. & q̃ duo. Parisi. consi. 55. num. 30. lib. 1. Cagnol. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & venditio. Ambros. de Vignal. ad c. salubriter. num. tertio Soci. iuncto consil. 104. libr. 3. Et q̃ tria idem Socin. consi. 50. lib. j. Grat. consi. 39 & 157. in 2. Quod requirantur tria, tradit Bald. nota. consil. 359. lib. 5. Cor. con. 4. & 346. lib. j. Pau. Cast. consi. 306. in fi. lib. 2. Natta.

* Emptorem esse solitum.] Tenet Guido Papæ q. 516. Natta.

a ¶Duabus. Idem Raph. Fulg. consi. 134. in q. versa. Io. Ana. consi. 58. Visis Barb. consi. 51. lib. j. Bertr. consi. 86. lib. j. consi. 219. Cum scribe rem. consi. 235. Pretij vtilitas. consi. 287. cum præsupponatur, lib. 2. consi. 111. ponitur in facto. lib. 3. Matth. Afflic. deci. Neap. 65. sed imò q̃ requirantur plures vt tres præsumptiones tenent Iac. de Are ti. l. j. C. plus va. quod agi. Pau. consi. 74. li. 2. Cæpol. tra. de simu. contra in 6. casu prin. Cor. consi. 346. lib. j. Alex. supra. li. 5. consi. 28. nu. 4. supra lib. 4. consi. 109. in fi. consi. 119. nu. 4. Soc. consi. 248. li. 2. & melius vt dixi consu. Parisi. S. 184. nisi tanta esset vtilitas q̃ esset lōgè intra dimidiam iusti pretij, idem q̃ tres præsumptiones requirun tur tenet Contra. tra. de contrac. q. 84. concl. 3.

b ¶Alio. quod fraudem auget. Cor. consi. 41. li. 3.

* Quod de tali reuenditione.] Vbi pacta omnia sunt in fauorem creditoris, & parum in fauorem debitoris, contractus præsumitur vsurarius, Car. ad cle. j. §. Cæterum q. 3. de vsur. vbi vult mediatoris admitti in testes, & vide Abb. consi. 77. Tria succincte col. 2. ver. Quarta coniectura. li. 1. vbi vult, q̃ contractus præsumatur vsurarius. ex eo, q̃ debitor in retrouenditione promisit soluere ouera gabellarum ad vtrunque contrahentium spectantia, & idem dicit Parisi. consi. 55. nu. 56. lib. 1. Natta

c ¶Probationes. supra lib. 2. consi. 24. consi. 52. Fel. rub. de prob.

* De exceptione.] Adde Dec. ad l. petens, col. 1. C. de pact. vbi vult, q̃ pacto de retrouendendo præscribatur. 30. ann. nisi contractus esset vsurarius, vt etiam dicit hic Alex. de qua re vide etiam And. Sic. consi. lj. dub. 2. li. 1. & tenet Ias. consi. 92. circa fi. li. 3. vbi vult, eodē modo præscribi iuri, & facultati permutandi.

d ¶Præscriptio. supra li. 2. consi. 73. & q̃ non currat in materia vsuraria plenè dixi in d. tra. vsur.

CASVS Statuto Bononiæ posito sub rubrica, de successionibus ab intestato ascendentium & collateraliū, inter cætera cauetur modo & ordine iunctis, videlicet. Agnati namq; masculi transuersales seu alter ex illis vsque ad quartum gradum inclusiuè, gradum numerando in qualibet parte nostrorum statutorum secūdum ius ciuile, præferātur omnibus fœminis transuersalibus agnatis, etiam infra dictū gradum existentibus, præterquam personæ defunctæ sororibus, vtrinque coniunctis, vel ex parte tm̄, vel filiabus fratrum masculorum personæ defunctæ similiter coniunctorum, saluis dispositis in hoc statuto, & saluo si ipse vel aliqua eorum concurrerent cum patruo seu patruis defunctæ personæ, quo casu cum eo seu eis pariter admittantur nisi in bonis peruentis, vt supra ad defunctam personam a matre vel coniuncta persona per matrem dictarum sororum vel filiarum, in quib. ius commune seruetur, & etiam prædicti agnati præferentur omnibus trāsuersalibus cognatis etiam masculis, & etiam in ius agnationis translatis, exceptis bonis quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote vel titulo lucratiuo vt dictū est à matre vel coniuncta persona per matrem defunctæ personæ in quib. ius commune seruetur, nisi filij masculi vel fœminæ vel alij liberi sororum vtrinque coniunctarum concurrerent cum fratribus matribus defunctæ personæ vtrinque coniunctis, seu eorum liberis masculis vel alter eorum, quo casu ipsi fratres vel liberi eius iu dictis bonis præferantur. ¶Modò Petrus decessit relicto Ioanne fratre patruele in quarto gradu, & Colao fratre vterino in secundo gradu. Respon. Alexáder, q̃ Ioannes præfertur & excludit Colaum, exceptis bonis obuentis defuncto à matre vel coniunctis per matrem.

## CONSILIVM LV.

Viso dicto themate & integro statuto sub rubrica, de successionibus ab intestato ascendentium & collateralium, puto casum istum esse in statuto prædicto apertissimè decisum. Nam cum statutum velit quod agnati masculi transuersales, seu alter ex illis, vsque ad quartum gradum inclusiuè, facta computatione gradum secundum ius commune præferantur omnibus transuersalibus cognati etiā masculis, & etiam in ius translati sagnationis, exceptis certis bonis quæ obuenissent a matre vel coniuncta persona, per matrem & ita est q̃ dictus Ioannes frater patruelis dicti Petri defuncti erat coniunctus dicto Petro in quarto gradu l. iurisconsultus §. quarto gradu. ff. de gradi. & instit. eod. §. quarto gradu, & dicitur agnatus, vt instit. de legitima agnato. succes. circa princip. & l. sunt autem. ff. de legiti. tuto. & non tractatur de bonis obuentis defuncto à matre vel à persona coniuncta per matrem, & dictus Colaus qui erat frater vterinus, dicto Petro, & per consequens erat sibi cognatus vt in præallegata, l. iurisconsultus, post princ. & §. cognationis, & licet hic per Iustinianum frater vterinus fuerit translatus in ius agnationis, vt l. meminimus. C. de legi. hære. tamen statutum adhuc, vul agnatos prædictos præferri cognatis translatis in ius agnationis, qui propriè non dicuntur esse agnati, vt patet in d. l. meminimus, in verbo tanquam consanguinei, quæ dictio tanquam, est nota impropriatatis, c. solitæ, & ibi gl. in verbo, tanquam, extra de ma. & obe. l. pecuniam. ff. si cer. pet. no. Bar. in

1 l. 1. in fi. princi. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdi. † Et q̃ isti translati in ius agnationis non sint propriè agnati, nec comprehendantur sub statuto faciente mentionem de agnatis, nota. Bal. in l. lege in fi. & in d. l. meminimus, C. de legib. hæredi. & in c. 1. an agnatus vel filius in vsibus feudorum & statutum hoc clarè exprimit in casu nostro. Accedit ad confirmationem prædictorum decisio Io. And. in additio. Spe. in titu. de succes. ab inte. in rub. & Bal. in l. scimus, in princ. in 7. qō.

2 C. de inof. test. vbi sequendo disputationem Iac. de Are. † dicunt q̃ si statutum disponat quod frater possit repellere sororem a successione patris, & contingat decedere auum relicta nepte ex filio præ defuncto, & nepote ex alio filio prædefuncto, nihilominus dictum statutum vendicabit sibi locum, in dicta nepte & nepote qui adinuicem sunt frater & soror patrueles, & sic frater & soror appellantur vt in d. §. quarto gradu & etiam appellatione patris de quo fiebat mentio in dicto eorum statuto comprehendebatur auus, l. iusta. ff. de verb. sign. ergo secundum eos cum verba statuti patiantur, poterit dicta neptis excludi à nepote eam dotante, & huic conclusioni conuenit etiam mens statuti secundum eos, vt agnatio cōseruetur per quam conseruatur dignitas familiæ. l. 1. §. si seruus, ff. de vent. inspi. & argum. ff. de leg. 1. l. ab omnibus, circa prin

4 cipium. † Et familia propriè consistit in agnatis l. pronunciatio & l. familiæ, ff. de ver. sig. & sic secundum eos inspecta ratione statuti, idem debet esse in dictis fratre & sorore patruelibus, q̃ est in fratre & sorore secundi gradus, quia vbi ratio statuti vel consuetudinis locum hēt, ibi etiam habere debet, locum statutum vel consuetudo l. 1. cum ibi nota. C. quæ sit long. consue. & in l. de quibus, ff. de legib. & ideo dictum statutum in §. dicti verò fratres &c. velit q̃ fratres vtrinque coniuncti, vel etiam ex parte tantum, præferantur fratribus & sororibus vterinis tātum, & sic voluit statutum inducere quod agnati, i. fratres ex latere patris tantum præferrentur fratrib. vterinis, i. cognatis, etiam in bonis quæsitis à defuncto, cuius contrarium disponebat ius commune, vt in aut. post fratres, la 1. cum glo. C. de legi. hæredi. & not. in auth. itaque C. cōmuuia de successio. apparet præsertim inspecta ratione dicti statuti q̃ intentio ipsius statuti præferentis fratres ex latere patris ipsis vterinis fuit velle etiam præferre fratres patrueles, ipsis fratrib. vterinis, vt dicunt Io. And. & Bal. in dictis locis. Ex quib. breuiter concludo dictum Ioannem præfato Colao præferri debere in successione. Alex.

## CONSILIVM LVI.

Vide supra li. 2. consi. 75. quod hic duplabatur.

Consilium 57. Lege supra, lib. 1. consi. 68. q̃ hic duplabatur.

Consilium 58. Lege s. li. 2. consi. 72. quod hic duplabatur.

## CONSILIVM LIX.

Visis verbis dicti instrumenti, & consideratis casib. contingentib. de quib. in themate, concludo breuiter in primis quod hæredes Dominici non possunt petere vltra tertiam de rebus acquisitis & appropriatis post dictū instrumentum

mentum compositionis & transactionis, & iste casus est clarè, & formaliter decisus ex verbis dicti instrumenti in ver. Itē ꝙ de omnib. & singulis bonis acquirendis in futurum per dictas partes &c.
1 † Et idem dico de reb. quæ dicti transigentes post dictam transactionem conduxissent ad longum tempus & sic acquisiuissent vtile dominium, iuxta l. j. in fi. cum l. seq. & ibi no. ff. si ager vect. vel emph. pet. & in c. 1. de inue. de regalie. fac. & l. 1. §. ꝙ autem ait, & ibi no. ff. de superfi. & intelligitur tempus decem annorum esse longum tempus, quo ad istud propositum, vt plene per glo. & do. in d. §. quod aūt ait, etiam in d. l. 1. in fi. cum l. seq. ff. si ager vecti. & in clem. 1. de ele. & no. do. in l. si filio, §. fi. ff. solu. ma. cum si. idem etiam si
2 conduxissent ad modicum tempus, † nam illud ius conductionis, & actio quæ competit pro tali conductione & obligatione veniunt appellatione bonorum l. bonorum appellatio. §. in bonis, & l. princeps bona, ff. de ver. sig. l. si legatus. §. si qs bona, ff. ad Treb. per Bar. in l. Quintus. §. argento. ff. de au. & arg. leg. Et sic illud ius conductionis debet spectare ad hæredes Dominici pro tertia parte, ex his patet ꝙ iura locationū, & conductionum factarum post dictum instrumentum debent pro tertia spectare ad hæredes Dominici, de rebus verò immobilibus acquisitis ante dictum instrumentum constat, ꝙ hæres Dominici non debet habere dimidiā ex forma eius-
3 dem instrumenti. Quantum † autem ad dictas libras centū, septem exactas aut debitas ipsis fratribus in vita Dominici, puto ꝙ seruari debeat illud ꝙ disponitur in dicto instrumento in ver. item ꝙ omnes & singuli vsusfructus & introitus recipiendi deinceps per dictas partes ex omnib. suis bonis & rebus tam mobilib. quam immobilib. vsque ad diem & tempus mortis dicti Dominici & dictæ diuisionis fiēdæ inter eos sint & debeant, ac intelligantur communes esse, prout erant ante præsentem transactionem compositionem &c. Cum ergo q̄titas librarum centum & septem, quæ præstanda erat dictis fratrib. & Dominico locatorib. per dictum conductorem occasione fructum percipiendorum, censeatur esse de fructib. qa pensiones debentur annuatim, sicut & annuatim fructus percipiuntur. l. diuortio. §. si vir. & ꝙ ibi Bal. ff. sol. mat. iuncta l. vsufructu legato. §. 1. & l. defuncta. ff. de vsufru. & expresse, in l. si nauis, ff. de rei ven. cum simi. Nec ad hoc obstat ꝙ verba prædicti capituli loquantur de vsufructib. percipiendis in bonis & reb. suis, & istæ res quæ fuerunt conductæ per dictos fratres & Dominicum, non dicebantur suæ. l. Quintus. §. argento. ff. de aur. & ar. leg. l. solum. §. meum. ff. de rei vendicat.
4 † quia respondeo ꝙ illud est verum, quando illud pronomē
a suum, profertur extra [a] dispositionem vniuersalem, vt si quis dixerit, lego argentum Mæuij vel seruos meos, vt ibi & l. seruos, cum l. seq. ff. de leg. 3. secus si in dispositione vniuersali facta per hæc verba videlicet de omnib. reb. & bonis, prout fuit in proposito, quia tunc veniunt etiam quæ non erant in dominio disponentis, & quæ non poterant vendicari, vt not. Bal. in rub. C. de ver. sig. vbi dicit ꝙ veniunt etiam ea quæ de facto tenebantur alleg. dictam l. nam ꝙ §. fi. iuncta l. cogi. in prin. ff. ad treb. quia illa verba ex reb. & bonis &c. sunt latissima verba d. l. bonorum, & l. rei appellatione. ff. de ver. sig. & istud etiam expresse voluit Bal. in l. 1 in versi. vlti. no. ff. de statu homi. Et ita etiam colligitur ex doctrina tradita per Bar. in dicto. §. argento. vbi vult ꝙ illa verba referantur etiam ad res pro quib. est nobis obligatus seu actionem habemus, vt ibi p eum, & per Ang. in præalleg. l. si legatus. §. 1. bene facit id ꝙ concludit Fede. de Senis in consi. 179. incipiente, Quidam in
5 suo testō &c. † vbi dixit ꝙ ista verba in fundis vestris &c. apposita in priuilegiis possunt verificari nō solum in fundis ad vos spectantib. ratione dominij vel quasi, sed etiam ratione iurisdictionis vel alterius subiectionis, vel curæ aut gubernationis. ad hoc inducit tex. in c. olim causam, de resti. spo. cum concordan. vt ibi plenius per eum, & si præsupponeretur ꝙ dicti fratres & Dominicus conduxissent illas res ad longum tempus, clarum est ꝙ venirent sub illis verbis in omnib. suis bonis & reb. quia dicuntur spectare ratione vtilis dominij, & quo ad vtilem rei vendicationem ad ipsos conductores, & sic stabit conclusio quod quantitas dictarum librarum centum & septem sicut & alij fructus debiti vel percepti viuente Dominico debebant in ista diuisione communicari inter omnes prædictos sicut & communicabantur ante dictum instrumentum transactionis, vt expressè continetur, in instrumento, & si aliter non appareret qualiter communicabant dictos fructus ante instrumentum transactionis, tunc dicēdum ꝙ de iure communicari & diuidi debent per capita inter præ
* dictos, vt declarat Bal. in l. 1. in 12. q. C. pro socio. * & in l. si patruus. in pe. q. C. communia vtriusque iudi. & in tractatu suo de duob. fratrib. & quia non referatur in dubium, an appareat qualiter communicabantur fructus ante dictū instrumentum, vel non, ideo in hoc non insisto.
6 † Quantum autē ad dimidiam pecuniarum quę reperiebantur in domo, & penes ipsos fratres tempore mortis Dominici, respondeo ꝙ si istæ pecuniæ fuerunt exactæ a debitorib. creatis post dictum instrumentum, vt verbo constat, tunc fertur & constat quod hæredi Dominici debetur tertia pars, quia iste casus deciditur formaliter ex verbis dicti instrumenti in ver. item ꝙ de omnib. & singulis bonis acquirendis &c. vbi autem non constaret ꝙ fuerint exactæ à debitorib. creatis ante dictum instrumentum vel post, tūc posset esse dubium cui incumbat onus probandi, an hæredi Dominici, ꝙ fuerint acquisitæ pecuniæ ante instrumētum, seu exactè à debitorib. creatis ante dictum instrumentum, an verò incumbat onus dictis fratrib. probandi ꝙ sint acquisitę post instrumentum, & ista est q̄ō quam de-
7 cidit Bal. in l. fi. §. fi. C. de ap. vbi † dicit ꝙ si testator legauit mihi vestes suas, quo casu intelligitur de vestib. quas habebat tē-
b pore testamenti, [b] non de illis quas acquisit post, vt l. si ita. ff. de au. & arg. leg. & legatarius petat vestes omnes, & dicit ꝙ oēs habebat testator tpe testamenti, hæres autem dicit ꝙ non cui incumbat onus probandi, & videtur Bal. decidere, ꝙ in-
* cumbat * actori onus probandi, quia cum ipse fundet petitionem suam ex tempore, debet tempus illud probare. l. eū actū, cum ibi no. ff. de neg. gest. l. matre. C. de proba. & in cle. si. cū ibi not. de rescr. & ita in terminis etiam decidit Lud. Rom. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de ope. no. nun. in additionibus nouis, & latius disputat ipse in l. illa. ff. de ver. obl. vbi dicit ꝙ istum passum non reperit in terminis specificatum, & tunc non fuit memor ꝙ Bal. tetigerat in d. l. fi. §. fi. & finaliter Rom. in d. l. illa. post multa argumenta pro & contra conclu-dit etiam ꝙ onus probandi incumbat actori non autem reo, mouetur maximè ex his quæ no. Bar. in l. si inter. in fin. ff. de reb. dub. & in l. 1. §. non autem. ff. de bon. pos. secundum tabu. & per no. per glo. in c. nulli dubium. 12. q. 5. & adde glo. in l. cum oportet. in prin. in verbo, eius substantia. in fi. C. de bo. quæ liberis. & glo. 12. q. 1. c. sint manifeste, & si per hæredem Dominici probaretur, ꝙ sint acquisitæ ante dictum instrumentum, tunc tales pecuniæ & omnes aliæ res mobiles, acquisitæ ante dictum instrumentum, & nomina debitorum acquisita ante dictum instrumentū remāserunt cōia, eodē modo quo erant ante dictum instrumentum, quia de hoc non reperio in instrumento prædicto fuisse dispositum, sed solū fuit dispositum de rebus immobilibus acquisitis ante dictum instrumentum, quia fuit actum ꝙ deberent Dominicus & eius hæres habere dimidiam, & similiter bene facit dispositum, ꝙ de omnib. bestijs quæ reperirentur tempore diuisionis Dominicus hēret tertiam, de alijs verò reb. acquisitis ante dictū instrumentum exceptis immobilibus & dictis bestijs nō fuit prouisum, & sic ille casus omissus remanet in dispositione, iuris communis. l. si extraneus. ff. de cond. ob causam. l. si cū dotem. in prin. ff. so. ma. & sic deberent tales res mobiles & nomina debitorum & alia acquisita ante dictum instrumentum exceptis bestijs & immobilibus esse communes & diuidi pro ea portione, pro qua erant communes ante dictum instrumētum. Qualiter autem & pro qua rata essent communes ante dictum instrumentum mihi non præsupponitur in puncto, vnde habuerit originem eorum communio nec talia præsupponuntur ex quib. mihi constare possit pro quanta parte, ad quemlibet prædictorum dicta bona ante dictum instrumen-
8 tum spectarent. † Quantum autem ad pecunias tractas post dictum instrumentum occasione fœtuum dictarum bestiarū venditarum. constat quod debent esse communes, eo modo, quo erant ante dictum instrumentum, & pro rata communionis quæ spectabat ante dictum instrumentum ad dictum Dominicum pro ea rata debet assignari dicto suo hæredi, qa hoc est decisum per illa verba instrumēti, in ver. Item ꝙ oēs & singuli vsusfructus &c. vbi est prouisum, ꝙ fructus percipiendi ex om-

ex oībus suis bonis & reb. tam immobilib. q̄ mobilibus vsq; ad diē mortis Dñici & dictæ diuisionis faciendæ sint cōmu-
9 nes prout primo erant.† Nam sub appellatione fructuum re
* rum mobilium veniunt etiam fructus* rerum mouentium, idest animalium.l.mouentium.ff.de ver.sign. & idem est, in omnibus alijs fructibus. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Extra. Adhuc idem nisi disponens habeat tantum partem in re, vt contra communem dixi in consu.Paris. §.j.gl.5.nu.18.
* C. pro socio.] Bal. ibi vult, q; illud, quod acquiritur pro cultura,& cura rerum conductarum, diuidatur per capita, quia natura societatis diuidit lucrum operarum per capita. Et ponit ibi Bal. q; in duobus fratribus venientibus ad diuisionem, quomodo diuidere debeant. Natta.
b Testamenti infra,eo.consi.171.nu.1.
* Quod incumbat.] Istud etiam Ias.tenet ad l.non solum.§.sed vt probari.ff.de ope.nou.nun.Gram.consi.1.posito post decis.nu.lviij. Nat.
* Veniunt etiam fructus.] Quod veniant pecudes, vult Spe. in tit.de fruc. & interes. §.j.ver. tertio quæritur vbi etiam dicit, appellatione mobilium,venire etiam libros, aur. & arg.de quo etiam est glo. ad l. a Diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud.Et mobilium appellatio fructus separatos à solo,& pecuniam continet numeratam, vt per Dec. consi. 381.& latissimè consi. 472. Cur.iun.consi. 183. Et q; bestiæ comprehendantur, tradit Rui. consi. 32.li.2. Et vtrum veniant fructus pendentes Rui. idem consi.134.col. pen. lib. 1. Pecuniam autem computari inter mobilia, tradunt Cy. Alberi. & Bal. ad l. ea demum. C. de collati. & Bal. ad c. 1.col.ij.si de feu. vasal.ab alio interpet. Natta.

SVMMARIVM.

1 *In obligatione requiritur quod interueniat stipulatio.*
2 *Per delegationem inducitur nouatio primi debitoris.*

CONSILIVM LX.

Fideiussio per quæ verba contrahatur.

Viso titulo quæstionis præmissæ, & duobus elegantissimis consilijs celeberrimorum dominorum consulentium expediam me paucis: qm̄ copiosè ab eis scriptū est. Concludo igitur dictum Nicolaum posse se tueri, pro dictis quinquaginta ducatis ex summis & quantitatibus per dictū Martinum datis dicto Francisco, & quod sic ostenditur, de obligatione & promissione facta per dictum Nicolaum Francisco apparet per scripturam priuatam manu Martini, cui se subscripsit dictus Nicolaus, in qua scriptura, (vt in themate narratur) apparet & continetur in effectu q; dictus Nicolaus pro dicto Martino promisit soluere florenos quinquaginta, ad terminum sex mensium, per quam promissionem ita simpliciter factam intelligitur dictum Nicolaum promisisse, vt fideiussorem, seu accessorium intercessorem Martini, omnia enim quæ conueniunt obligationi fideiussoris, videntur in-
1 teruenisse, † nam requiritur q; interueniat stipulatio.l.blanditus.C.de fideius.l.stipulationū aliæ,§.stipulatio.ff. de ver. obl.hæc.n.censetur interuenisse,quia interuenit scriptura cū verbo promitto,quæ dicitur probare stipulationem, & præsentiam partium,vt in l.1.cū ibi no.C.de contrahen.& com mi.stip. l.Titia.§.idem respondit,el 2.ff.de ver.obli.cum ibi notatis per doc.§.si scriptum inst.de inu.stipu.& pro alio ꝓmisit, vt est natura talis obligationis, vt d.l.blāditus, in verbo pro alio interuenires.insti.de fideius.in prin.& l. si pro te, ff. mandati,& post obligationem debitoris principalis ex interuallo contractam potest intercedere fideiussor l.si stipulatus sum à reo,ff.de fideius.l.si alienam C.e. ti.bene faciunt notata per glo.magistram in aut.de fideius. in prin. & in l.in personam.§.1.ff.de pac.& in l.si vero non remunerandi.§.si post creditā.ff.mā.& in l.stichū.§.si qn̄.ff.de sol.& no. in proposi
2 to Io.de Imo.in l.delegare,la 1.ad fi.ff.de noua.† Nec pōt dici q; fuerit delegatio per q̄ induceretur nouatio liberatio primi debitoris principalis.l.q̄uis §.interdum.ff.ad velle.& l.delegare,la 1.cum ibi no.& l.si rē.§.fi.ff.de noua.& in l. 3. C.e. ti.quia non apparet q; d.Nico.de mandato Martini tanq̄ debitor eius dictā promissionē fecerit vnde non pōt dici delegatio, vt est tex.cū glo.in l.quis,§.si mulier apud in verbo, ꝓ secundo ff.ad velle.& patet in §.argentariorū cū gl. in aut.de fideius.& in proposito nostro firmat Bal.in l.2.C.de exec.rei iud. & Bal.in l.frustra.C.de non nu.pe.& Ang.&Pau.de Ca. in l.qui vsumfructum.ff.de ver.obl.& Pa.de Ca.in d. l. delegare, & in l.singularia,ff.si cer.pe.& in d.§. si mulier saltem vbi in promissione facta per Nicolaū non sint adiecta illa verba, ꝓmitto loco Martini, vel vice Martini, vt declarat Bal in præalle. l. fi. de exec.rei iud.& Io.de Imo.in l.pe.ff. de præt. stip.per dictam l.delegare,& in ꝑdictis casib.saluant opi.Bar. in l.singularia,cū conc.ff.si cer.pe.s q; interuenisset delegatio
a facta à debitore de campsore[a] habente pecuniam debitoris, delegantis vel vltimò esset debitor, alias adiecta fuissent illa verba vice debitoris vel loco principalis producto per prædicta hoc et apparet sensisse Bar.p iura quæ ipse allegat, quæ in dictis casib. seu similib. loquuntur alias aūt nō vr̄ q; sit inducta nouatio interuentu nouæ personæ l.fin.C.de noua. & no.Bar.in cons.suo inc.tertius & Bar.in d.l.2.& Sal.in l.pro debito. C.de bo.aut.iud.pos.& in l.si filius,ff.ad maced.cum conc.s̄.alleg.hoc innuit manifestè tex.in d.l fi.in verbo nihil penitus nam dictio penitus,idem importat, Alex.

ADDITIONES.

a ¶Campsore infra li.7.consi.173.
* Consilium 61.Lege supra lib.ij consi.61. vbi plenius habetur. * Quādo causa agitur.] Istud idem dicit Socin. per easdem auctoritates consi.56. co.ij.li.4. & idem amplectitur Ias.ad l. 1.colum.ij.ff.de offi.asses.Adde q; vbi cā est vilium personarum,prout agricultorū,procceditur fine strepitu,&si cāæ nō sint viles gl.ad §.si tibi in aut.de mādat.prin.& est de mente glo.& Docto.ad d.aut. nisi breuiores.Et clare dicit Abb.c.j.col.pen.de libel. obla. Idem si sit de vilibus rebus, vt de fęno,& palea,vt per gl.ad d.§.si tibi. Natta.
b ¶Consilium 62. Lege correctius infra eo.li.consi. 123.

CONSILIVM LXIII.

Vide consi. 95.lib. 5.

¶Quomodo venditor tenetur specialiter certiorare venditorē de qualitate rei venditæ pp q̄ emptor fuisset minoris empturus si sciuit,& ad quid tenetur venditor si hoc non fecit. ¶Itē hoc verbū possessio, prolatū in cōtractu qūo accipiatur.

Diligenter inspectis & consideratis his q̄ in themate cōtinentur, videretur prima cōsideratione dicendū Semproniū allegare nō posse, se dūtaxat teneri ad soluendum pretium detracto quāto minoris fuisset empturus, si tpe emptionis certior factus esset dicta spetias terrarū descriptas post mediū d.scripturæ, esse de iure ecclesiæ, quò ad solutionē certi canonis & capisoldi ex plurib.† Et pri-
1 mò, quia de iure venditor tenetur spāliter certiorare emptorē de qualitate rei venditæ, pp quas emptor minoris esset empturus.l.quotæ in verbo spāliter,ff.de act.emp.pondero verbū spāliter,non.n.iurisconsultus vsus est verbo singulariter.
2 † Et aliud est demonstrare spāliter,& aliud demonstrare singulariter,& aliud demōstrare gn̄aliter l.fi.cū ibi not.C.q; cū eo.& l.si quis in princ.testi,cum ibi nota.per Bar.in ver. q̄ro quid si testōr dicat sic,cassans &c.ff.de le.3.& l.Titius,i prin. cū ibi nota.iuncta l.2.ff.de li.& posth.l.j.cum ibi nota. per Bar.in fi.ff.si qs in ius voc.non ie.no.Bar.in l.fi. C. si ꝯ ius,& in l.j.in 2.q. principali.ff.de vul.& pup.& in dictis locis hn̄t exempla euidētissima, sed satis sit vnū referre,†Nā fideiussor
3 habens priuilegium fori, puta q; non possit cōueniri nisi coram doctore suo vel rectore, vt est scholaris, nō est idoneus fideiussor de iudicio sisti, nisi spāliter renūtiaret priuilegio suo d.l.j.ff.si quis in ius voc.non ierit, si quidē renunciaret oī exceptioni q̄ opponere posset, diceretur gn̄aliter renunciasse, si autē diceret q; renuntiat oī priuilegio fori, diceretur spāliter renunciasse, absq; eo q; diceret q; renuntiat priuilegio, q; habēt scholares, q; non possint conueniri nisi corā doctore suo &c. Nam talis diceretur nō spālis sed singularis, seu indiuidua renuntiatio, vt no.Bar.&alij in d.l.1.per iura superius pręallegata.Modo in proposito in dicta scripta circa mediū dicebatur q; pro dicta possessione Titii, s. de qua facta fuerat mentio, in prin.soluebantur solidi, 27.ecclesiæ, certè hæc videtur specifica expressio illius qualitatis respectu totius possessionis, absq; eo q; in indiuidua facta fuerit expressio, q; pro qualibet particula terræ solutio, prædicta sedebat, quia illa fuisset nō specialis

ſpecialis, ſed ſingularis expreſſio, quæ non erat neceſſaria, vt
iam dixi, ſi autem dixiſſet venditor pro vna poſſeſſione mea,
vel pro quadam parte poſſeſſionis meæ ſoluitur eccleſiæ tan
tum &c. poſſet iſta nuncupari minus ſpecialis expreſſio. ¶Se
cundo pro hoc facit quia illa clauſula appoſita in medio, qua
dicebatur, ſoluitur pro dicta poſſeſſione epiſcopatui quanti-
tas ſolidorum 27.&c. debet referri tam ad ſuperius ſpecifica
ta q̃ ad inferius deſcripta.l.j. C.de li.præte.l.3.§.filius. ff. de
lib.& poſth.l.talis ſcriptura,ff.de lega.1.c.ſecundò requiris,
4 de app.†¶Tertio pro hoc quia illa verba indefinita, videlicet
pro dicta poſſeſſione ſoluitur epiſcopatui, quantitas ſolido-
rum.27.&c.æquipollenter vniuerſali c.ſolitæ,de maio.& ob.
l.ſi pluribus,ff.de lega.2. Et ſic videtur venditor ſenſiſſe de to
ta poſſeſſione, facit quod notat Bar.in l.Seiæ.§.Tyranni.ff.de
fun.inſtru.Et in l.j.ad fi.ff.de reb.dub.& in l.ſi ita,in fi. ff. de
aur.& arg.leg.Et q̀ no. Bal.in rub.C.de ver.ſig.& in l.in lega
tis,C.de leg.& in l.ſi plures C.de cond. inſer.dum allegat c.
1.§ ſi quis de manſo.de controuer.inueſt.& c.j.de cen. Quar
5 to, † quia venditor in dubio videtur vendere tantummodo,
ius quod habet in re, & ideo vlterius non tenetur, licet res
pleno iure non ſpectet ad eum,l.qui tabernas.ff.de contrahẽ.
emp.facit l.prædia,C.de loc. prædio.fiſcalium,& ibi no.Bar.
in fi.li.11.c.paſtoralis,de don.cum ſi. Sed præmiſſis non ob.
6 contrarium puto,† quia vbicunque venditor ſciens non cer-
tiorauit emptorem de qualitate rei, pp quam res vendita mi-
noris eſt,& tunc emptori ignoranti tenetur ad omne intereſ
ſe,l.j.§.j.& l.Iul.poſt prin.& l.quæro.ff.de act.empt. Si autẽ
venditor ignorauit, tenetur quanti minoris emptor fuiſſet
empturus ſi ſciuiſſet. l.quotiens de ſerui.ff.de ædi. edic. d. l.
Iul.in prin.l.Labeo libro.ff.de contrahen.emp.cum ibi not.
l.j.§.cauſa,ff.de ædi.edi.Et requiritur q̀ venditor nolens, de
prædictis teneri ſpecialiter moueat, & certiorem faciat em-
ptorem de qualitate prædicta, vt d.l.quæro,& declarat Cyn.
in d.l.1.C.de ædil.actio,& clarè non obſcurè moueat, aliter
non ſufficit l.ea quæ commendandi,§.fi.ff.de contrahen.em
pt. l.tenetur,§.fi.ff.de act emp.& no.Spe.in ti.de emp.& ven
di.§.nunc videndum,el 2. ver. quid ſi vendens & Angel.in l.
paciſci, poſt gl.ff.de pact.& Ang.& Mod.in l.ſi quis cum ali
ter ff.de ver.ob.& per Bal.poſt alios in l.1. & in l.ſi prædium
ad fi.C.de ædi.act.& Mod.in c.iniuſtum,de rer. permu. Sed
ita eſt q̀ per dictam clauſulam appoſitam in medio ſcriptæ,
prædictæ non fuit certioratus emptor ſaltem clarè & ſpeciali
ter quod petiæ terræ poſt dictam clauſulam nominatæ, ali-
quo modo eſſent de iure epiſcopatus,adeo q̀ pro eis ſolui de
beret capiſoldum, vel aliquis canon, vt oſtendam, ergo ſequi
tur venditorem teneread omne intereſſe, ſi ſciens fuit, vel
quanti minoris fuiſſet empturus emptor, ſi venditor ignora-
uit.Quod autem per dictam clauſulam non videatur certio
ratus emptor ſaltem clarè & ſpecialiter q̀ petiæ terrarũ, poſt
ipſam clauſulam ſpecificatæ eſſent ſubiectæ iuri eccleſiæ, pro
batur, quia in ſcriptura dicitur pro dicta poſſeſſione ſoluitur
7 eccleſiæ quantitas ſolidorum 27.&c.Sed † iſtud verbum poſ
ſeſſio,eſt æquiuocum,& pluribus modis accipitur,nam inter
dum accipitur poſſeſſio pro iure poſſidendi.Ita aſſumitur in
l.1.in prin.& in l. peregrè.in princ.ff.de acq.poſſ.& in c.cũ
noſtris,de conceſ.præben.& conſtat q̀ de hoc iure poſſiden-
di non ſenſit Titius,quia pro poſſeſſione ponit in ſcripta do-
mum & petias terrarum, Interdum accipitur poſſeſſio pro re
bus poſſeſſis,i.pro dominio rerum poſſeſſarum.l.2.C. de p-
ba.l.interdum ff.de ver.ſig.l.2.& ibi no.in fi.C.de ſeru. & a-
qua, 16.q.ij.poſſeſ.& ſi hoc modo accipiatur in caſu noſtro,
certum eſt quod dicta clauſula non comprehendit petias ter
rarum poſt ipſas deſcriptas,quia ſecũdum iſtum modum in-
telligendi quælibet res poſſeſſa dicitur vna poſſeſſio d.l.2. C.
de proba.cum concordan.proximè alleg.& ſic quælibet pe-
tia terræ dicitur vna poſſeſſio, ſed dicta clauſula non facit
mentionem niſi de vna poſſeſſione in ſingulari, ergo non cõ
prehendit omnes petias terrarum poſt illam clauſulam ſpeci
ficatas,l.ſi domus,in prin.& l.apud Iulianum. §.Seio. ff. de
le.1.Tertio modo poteſt accipi poſſeſſio pro fundo vel agro,
ſeu prædio poſſeſſo,vt l. q.eſt iuncta gl.j.ff.de ver.ſig.& hoc
modo patet quomodo accipiatur cõmunis vſus loquẽdi & in
telligendi facit quod no.Cy.in l.fi.& ibi etiam Bal. & Bar. in
l.vxorem.§.legauerat in fi.de leg.3.& Gu.de Cu.in l.licet.ff.
de acqui.poſ.& Ray.in l.filii.§.fi.ff.ad munici. & ſecundum
iſtum modum intelligendi conſtat, q̀ per dictam clauſulam
non comprehendantur petiæ terrarum poſt dictam clauſu-
lam deſcriptæ, quia fundus ſeu poſſeſſio hoc modo aſſum-
pta ſecundum communem vſum loquendi poteſt intelligi,
de parua poſſeſſione,& de magna, vt docet experientia, quæ
eſt efficax rerum magiſtra c.quam ſit de ele. in 6.fundus, n.
conſtituitur deſtinatione patrisfamilias l.q̀ in rerum. §.ſi qs
poſt.ff.de leg.j.l.ſi quis duas,§.ſi quis partem. ff. communia
prædio.cum ergo poſt enumeratas quaſdam petias terræ cũ
domo,eſſet adiecta illa clauſula, videlicet pro dicta poſſeſſio-
ne ſoluitur &c.apparet q̀ Titius illas petias terræ vna cum do
mo ſuperius ſpecificatas habuit pro vna poſſeſſione, & p con
ſequens non comprehenduntur aliæ petiæ terræ, vel ſaltem
negari non poteſt, q̀ non conſtet clarè, quot petias terrarum,
ſaltem in inferiori parte deſcriptas voluerit comprehendi ap
pellatione poſſeſſionis,(vt dixi) fundus & poſſeſſio poſſit cõ-
ſtitui parua & magna. Fortificantur prędicta,quia cum diuer
ſimodè poſſit accipi & intelligi illud verbum,poſſeſſio, vt di
ctum eſt ſupra ſequitur quod dicta verba ſunt æquiuoca, &
dubia l.ita fidei ff.de iure fiſ.l.quoties in ſtipulat. cum glo.ff.
de ver.obl. & ſic non eſt ſatisfactum legibus requirentib. q̀
ſpecialiter & non obſcurè venditor debeat emptorem certio
rare. Præterea† vbi verba non ſunt clara,ſed æquiuoca vel am 8
bigua, vt in caſu noſtro, prout eſt probatum ſupra, fieri debet
interpretatio,contra illum in cuius fauorem verba, vel clau-
ſula appoſita ſunt.l.veteribus ff.de pac. l.cum in l. venditio-
nis.ff.de contrahen. emp.l.ſtipulatio iſta.§ in ſtipulationibus
ff.de ver.obli.Sed illa clauſula, q̀ pro dicta poſſeſſione, ſolue-
batur eccleſiæ certa quantitas,fuit adiecta in fauorem vendi-
toris,ne ob id teneretur emptori, ergo debet contra ipſum
venditorem fieri interpretatio & hoc tanto magis procede-
ret ſi in dicta ſcripta non contineretur q̀ dicta quantitas de-
beret ſolui ſingulo anno, nam cum poſſet intelligi, de vnica
ſolutione tantum, vel occaſione remunerationis, vel de alia
cauſa, & etiam poſſet intelligi de ſolutione annua, deberet in
dubio intelligi de vnica ſolutione, vt not.Bar.in l.pen. ff.de
annuis leg.& probatur per rationem dictæ l. veteribus, & p
conſequens ſi reperiatur pro dicta poſſeſſione debere fieri ſo-
lutionem annuam, non tenebitur emptor niſi facta deductio
ne quanto minoris empturus fuiſſet, per dictam l.quot.ff.de
ædil.edic. cum ſimi.Et per ſupra ſcripta patet euidens reſpõ-
ſio ad primum argumentum allegatum in contrarium. quia
per illa verba,pro dicta poſſeſſione ſoluitur eccleſiæ &c. non
videtur facta clara & ſpecialis expreſſio quò ad petias terrarũ
ſpecificatas poſt dictam clauſulam, attento q̀ illud verbum,
poſſeſſio, poteſt diuerſimodè accipi & intelligi, vt oſtendi ſu-
pra.Non obſtat ſecundum argumentum.ſ.quod clauſula ap-
poſita in medio debet ad omnia tam præcedentia, quàm ſe-
quentia referri, quia reſpondeo primo q̀ illud verbum, pro
dicta poſſeſſione, tollit argumentum, patet.n. q̀ ſcribens ha
buit reſpectum ad antedicta ſeu ſpecificata in ſcripta, ergo nõ
ſenſit de petijs terrarum de quibus adhuc nihil dictum erat
aut ſcriptum, quia qui vnum dicit, aliud excludit l. cum præ
tor.in prin.ff.de iudi.c.nonne,de præſum. patet ergo q̀ dicta
clauſula non fuit abſolutè poſita relatiuè ad præcedentia, &
per conſequens non obſtant iura allegata in contrarium, q̀
loquuntur quando clauſula eſt abſolutè poſita. Vel ſecundò
9 reſpondeo, † quod clauſula appoſita in medio refertur[a] ad
a præcedentia, quando talis clauſula ponitur inter plures arti-
culos connexè ab vno principali dependentes d.c.ſecundò re
quiris, Secus ſi inter articulos diuerſos, vt eſt caſus in c.inqui
ſitioni,de app.Sed cum in propoſito noſtro non appareat di-
ctas petias terrarum ſpecificatas poſt dictam clauſulam eſſe
de dependentis petiarum terræ ſuperius deſcriptarum, cum
petiæ terrę poſt clauſulam nominatę poſſunt haberi loco fun
di vel agri de per ſe d.l.quod in rerum, ergo non debet refer-
ri ad ſequentia, & hæc interpretatio potius debet accipi per
rationem dictę l. veteribus inducendo, vt induxi ſupra. ¶Nõ
obſt. tertium argumentum.ſ.q̀ illa verba indefinita, videlicet
pro dicta poſſeſſioue ſoluitur &c. æquipollent vniuerſali,
& ſic videtur ſenſiſſe de tota poſſeſſione, quia reſponſio euidẽ
ter patet ex ſuperius dictis tum propter illud verbum data,
& ſic patet q̀ non fuit habitus reſpectus ad poſtea ſpecifica-
tas

tas, alias enim superuacuo expressisset reliquas petias terræ. Præterea, etiam dato, quod intelligatur de tota possessione, non sequitur, ergo comprehenduntur petiæ terræ postea specificatæ, cum tota possessio, possit appellari tota vna res possessa. l. 2. C. de proba. cum alijs supra alleg. & sic non fuit specificè, & clare facta expressio de omnibus petijs terrarum prout requirebatur de iure per d. l. quæro, cum concordan. supra allegat. Vltimò non obst. quod venditor in dubio videatur tantum vendere ius quod habet in re per l. qui tabernas ff. de contrahen. emp. quia respondeo, † quod illud est verum, quando emptor sciebat qualitatem rei vel iuris, quod habebat venditor, secus si ignorabat * quod in dubio præsumitur dicta l. Iulia, in prin. iuncta l. fi. ff. pro suo. l. verius ff. de proba. ita dixit Cy. in l. 1. C. si pignus pigno. datum sit. & Bal. in l. ex prædijs. per illum tex. cum glo. C. euict. Bal. in rub. C. de contrah. emp. in 6. q. & in l. cum alienam. C. de leg. & Bal. & Ang. in l. 1. C. qui testa. fa. pos. & Pe. Cy. Bal. & Angel. & Imo. in l. si domus. §. ff. de leg. 1. & Bal. in l. 2. C. de remis. pig. & Ang. in l. si quis emptionis, §. 1. ff. de præscrip. 30. anno. etiam Bar. in l. cum tabernam, in princ. ff. de pign. & Bal. in l. in testamento. C. ad l. Falc. vbi dicit quod in l. qui tabernas, emptor sciebat qualitatem loci, quia locus erat publicus, & ita reperitur secundum eum quod Io. scripsit ibi super verbo, in solo hanc glossellam, cum hoc esset emptori notum &c. Non ob. c. pastoralis, de dona. & d. l. prædicta, cum ibi nota. per Card. quia non loquitur in vendente nec in alienante titulo oneroso, sed in donante, quo casu verum est quod præsumitur tantum donasse ius quod hēt, per illa iura, & per l. si domus §. fi. & l. serui electione. §. fi. ff. de leg. 1. secundum Bal. & Ang. in d. l. si domus, & Bald. in d. rub. de contrah. emp. & in dicta l. cum alienam, cum simi. Ex quibus concludo venditorem saltem teneri indistinctè pro petijs terrarum descriptis post dictam clausulam, (excepta vinea,) ad quanto minoris empturus fuisset emptor, & sic ad quanto minoris communiter valeant dictæ res propter dictam qualitatem. Et si venditor sciuit, tenebitur etiam ad omne interesse per supradicta. Fortificatur [b] prædicta conclusio, l. † quod hæredes dicti emptoris agere possint contra hæredes venditoris actione ex empto, nam hoc indistinctè firmat Ang. in l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebel. vbi per illum tex. inquit & fortius, quod si venditor tradat rem obligatam emptori, non simpliciter aget de euictione ad pretium sed ad quantum interest, rem obligatam * non esse, & sic ad quantum rem minus valet, allegat notata per Bar. * in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo §. fi. ff. de ver. obl. Et dictum §. si hæres, & procedit dictum Ang. etiam quando illa res non esset purè obligata, sed sub conditione, quæ adhuc penderet, prout loquitur tex. in dicto §. si hęres & l. si seruus, in prin. ff. de conditio. fur. quia æstimatur & attenditur ille dubius euentus conditionis, & per istam decisionem colligitur decisio ad id quod in proposito reliquit indecisum Bal. in d. l. ex prædijs, in vers. sed pone quod vendo, quanto magis ergo debet posse agi in casu nostro, cum iam purificata fuit conditio dictæ obligationis per euentum casus restituendæ dotis, istud etiam expressè voluit glo. in l. qui rem, C. de euictioni. quæ concludit quod absque eo quod aliqua denunciatio facta fuerit per venditorem emptori potest agi per emptorem quod res vendita liberetur per dictam l. ex prædijs, ad idem quod no. Io. And. in addit. Spe. in tit. de empt. & vendi. §. 1. in additione quę incipit, quia iste §. &c. § Et quod no. Bal. in l. ex conuentione, in fi. C. de pact. † fortius dico, quod etiam dato quod antequam sequeretur euictio aliqua, fuisset necessaria denunciatio, & etiam dato quod in casu nostro dici posset euictionem esse sequutam, tamen omnino debet in proposito nostro agi posse, esto quod nulla denunciatio interuenerit, attento quod per instrumentum obligationis bonorum dicti mariti venditoris, constat manifestè dictam rem fuisse hypothecatam vxori, & iō si hǣdes dicti venditoris exciperent de denunciatione non facta, poterit replicari, quod eorum non interest, ex quo mulier quæ obtinuit, habebat ius ita concludit [c] Io. de Imo. in c. fi. de emp. & vend. allegat notata per glo. in d. l. nisi, & ea quæ nota. Ang. in l. decem. ff. de ver. obl. Et pro hoc etiam alia adducit, quæ causa breuitatis omitto. Idem tenuit Rapha. Fulgosi. in l. emptorem, in principio ff. de actioni. empti. dicens se de facto ita respondisse, quod vbi apparet rem fuisse euictam emptori, & notoriè constat de veritate, & iustitia euincentis, non imputatur emptori quòd non denunciauit venditori litem esse motam, ratio propter quam non potest agere emptor contra venditorem, quando denunciationem omisit, est ex eo quia præsumitur emptorē amisisse cām, potius quia nō erat bene instructus, quam ob aliam rationem. l. si fundo. §. 1. ff. de euic. sed quando constat de iustitia euincentis, cessat ista ratio, & ideo dicit quod glo. in d. l. emptorem, in prin. dum dicit quod quando requiritur denunciatio, debet referri ad casum, scilicet quando non constaret de iustitia euincentis, licèt secundum eum Bar. ibi aliter innuat, idem tenuit Ludo. Rom. in l. non solum. §. morte ff. de ope. no. nuncia. vbi ad hoc inducit no. per gl. in l. si cum quæstio. C. de euic. Ex quib. concludo ex multiplici capite constare dictos hæredes venditoris agere posse ad effectum liberationis dictæ rei emptæ denunciatione non facta, nihil obstante. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶ Refertur supra lib. iij. consi. 42. num. 7. supra lib. j. consi. 48. nu. 5.

* Si ignorabat ] Nam videtur vendere totam rem, pro vt eam demōstrat, Aret. consi. 63. In pręsenti consultatione col. pe. Natta.

b Fortificatur hic incipiebat consi. 67. supra lib. 3. vbi illud cancellaui, quia erat fragmentum ab isto consilio detruncatum.

* Rem obligatam. Sequitur Dec. alia deducens con. 281. col 3. Et nota quod cesso nomine, si est inefficax, agit emptor vt bonum fiat nomen, contra venditorem, & nihil refert non fuisse denunciatum in iudicio contra debitorem, ita Dec. consi. 102. in fi. per no. per Ale. hic. Istud tenet Rui. consi. 67. col. fi. lib j. vbi vult, quod donatarius agit de euictione absque denunciatione, & eodem modo, is, qui tenetur ad emendum, non tenetur ad id non seruatis sibi conuentis ex quo intentare possunt primam, vel aliam actionem. Natta.

* Notata per Bar. ]. Vide etiam Bar. ad l. ratio, ff. de act. empt. Natta.

c ¶ Concludit idem Alberic. d. l. emptorem. Ang. Pa. l. at qui natura, §. cum me absente, de neg. gest. Alex. l. non solum. §. morte. de op. noui nunciatio. Soc. l. ij. § voluntatem, solut. matrimo. Aegid. Belle. decisione 698. Auffre. addi. ac quæstio. Thol. 407. Felin. c. cum olim, de re iud. ca. cum Bertholdus eo. Iaso. l. si domus §. de euictione de leg. j. Hippo. Marsil. rep. rub de probati. fo. 25. Matth. Afflict. decisi. Neap. 49. & no. quod hoc casu onus probandi spectat, ad emptorem, vt volunt præfati doct. & bene, non autem tenetur venditor probare quod si fuisset interpellatus habuisset facultatem defendendi quicquid dicat Aym. consi. 83. nu. 6. vbi etiam falso pro se, Imo. Alex. aduocat, & eadem repetit Aym. consi. 179. nu. 6. * Sequitur Fel. ad c. cum Bertoldus col. 10. de re iud. sed Alex. hoc non firmat ad l. ij. §. fi. ff. solu. mat. Et in oppo. Dec. consi. 74. col. pen. Et Imo. sequitur Alex. ad l. non solum. §. morte, col. pen. Pro quo facit, quia non imputatur ad culpam alicui, si non facit id, quod factum non profuisset. l. fi. § pen. ff. quis ordo in bon. pos. seru. per quem tex. ita inquit Pau. Cast. consi. 322. Viso puncto suprascripto & dubijs. colum. ij. lib. j. & Imolam sequitur Alex. ad l. si domus. §. de euictione in fi. ff. de leg j. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla est post appellationem desertam lata.*
2 *Calculatoribus electis à iudice, non creditur sine iuramento.*
3 *Appellare quis potest viua voce, saluo iure appellandi in scriptis.*

CONSILIVM LXIIII.

Viso processu inter ser Antonium de Zanolinis vt procuratorem Ioannis quondam ser Iacobi agentem, & Alexandrum quondam Hugolini de Marano se defendentem super petitione executionis sniæ latæ per iudicem appellationis contra dictum Alexandrum, & visis statutis & his, quæ copiosè & subtiliter per aduocatos vtriusque partis allegata sunt, & literis magnifici prætoris Cæsenæ, quibus sum requisitus vt consulerem, quæ futuræ sint partes suæ, libenter assentiebam quod dominus prætor ad sententiæ executionē procederet, quia huiusmodi conclusio videbatur mihi veritati facti magis amica, & obiectis in contrarium parata erāt responsa, veruntamen vnum obstat, cui de iure resistere nequiui. Nam illa sententia cuius executio petita est, fuit lata post tempus duorum mensium à die interpositæ appellationis numerando, quo casu statutum quod incipit, statuimus, & ordi-

& ordinamus quod à qualibet sententia diffinitiua &c. di-
1 sponit quod appellatio sit ipso iure deserta, † quapropter sen
a tentia postea lata redditur nulla, [a] vt in cle. si appellationem, cum glo. in verbo appellatus, de appell. & no. Host. & Ioann. And. & alij in c. ex ratione, de app. & Bal. & Saly. in aut. ei qui C. de temp. app. & Bal. in c. fi. in ti. quo tempore miles, in vsibus feu. Et licèt statutum excipiat casum, quando staret per negligentiam iudicis & alios quoscunque casus ibi expressos, tamen ante lapsum dictorum duorum mensium, non inuenio quod steterit per iudicem, sed per partem appellantem, quia
2 † dicitur stare per partem appellantem, quousque instanter, [b]
b non interpellauit iudicem, vt causam per sententiam terminare debeat, & ei acta presentet, & sic pro parte sua adimpleat vt colligitur ex l. fi. §. illud. ibi, summa visum &c. C. de temp. app. & notat hoc Sal. in ver. quæro tex. hic dicit quod elapso &c. Et idem notat Bal. in aut. Item si appellatio eod. tit. Ang. consil. 140. incip. Quidam Matthæus, bene facit quod no. Bald. post Bar. in l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de leg. 2. & Bar. in l. mora in princ. ff. de vsuris, & quod habetur in c. j. de sup. neg. prælа. & quod no. Ant. de Bu. & Io. de Imo. in c. ex literis, de consti. & in c. cum causa, post glo. de offic. dele. Sed ante lapsum dictorum duorum mensium non fuerunt factæ dictæ protestationis & præsentata acta quæ iudex etiam petiit sibi præsentari saltem 27. die Iulij, & etiam postea, nam sententia fuit lata die 26. Maij de ann. 1458. & eadem die fuit appellatum viua voce, nec alia appellatio est mihi in scriptis præsentata seu transmissa, & etiam dato quod alia appellatio in scriptis
3 fuisset interposita intra decendium, † & diceremus tempus finiendæ appellationis incipere a die interpositæ appellationis in scriptis, vt tenent Moderni, in l. cum procurator. §. dominus. ff. de ope. no. nun. tamen adhuc intra tempus duorum mensium non essent obseruata ea quæ adimplere debebat dictus appellans circa protestationis cum præsentatione actorum, vt dixi supra, & patet ex actis, nec obstat, quod nonnulli calculatores electi retulerint die 18. Decembris quod instā-
4 tia non erat deserta, † quia illis calculatoribus electis à iudi-
c ce non erat credendum sine iuramento [c] l. comparationes. C. de fide instr. l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nup. & ibi Bal. & no. Bar. in l. Theopompus. ff. de dote prælеg. & Bartol. in repetitione. l. creditores, ad fin. C. de pign. Et no. Bar. & alij in proœmio fforum, & Bal. in l. iurisiurandum. quod ex conuentione, in prin. ff. de iureiu. Ant. de Bu. in c. veniens el 1. Et in c. finem litibus, de dolo & contu. & in c. proposuisti. de proba. & Ang. in repetitione, l. si vacantia. C. de bono. vacanti. lib. 10. & Bal. in rub. ff. de iureiur. Præterea dato, quod illi calculatores ita retulerint, tamen non appareat quod iudex hoc sequutus fuerit, non. n. iudex ita pronunciauit. s. causam appellationis non esse desertam. Et iudex potuit moueri ad non adhibendum eis fidem, vel quia non iurauerant, vel quia visum fuerit relationem non esse in iure feudatam stantib. actis & statuto prædicto. Insistit etiam plurimum vnus ex dictis,
5 dominis aduocatis vt respondeatur † an si Alexander appellauit viua voce, saluo sibi iure appellandi in scriptis, & postea intra tempus debitum appellauit in scriptis, an possit appellans dicere tempus finiendæ appellationis currere à tempore interpositæ appellationis in scriptis? Et quia istud quo ad ea de quibus sum requisitus à domino prætore non videtur necessarium, respondebo breuissimè, concludens veriorē & magis communem opinionem, videtur quòd possit appellans dicere tempus currere à die appellationis in scriptis, ita sum solitus tenere & legendo & consulendo, vt tenet Ange. in l. si quis libellos. C. de appellatio. Et etiam Salic. ibi per illum text. Et Ioann. de Imol. in l. 1. §. libelli, de appellatio. & in c. dilecto, de appellatio. Et in dicta l. cum procurator. §. si dominus. post Angel. ibi de ope. nou. nunc. Et idem tenet ibi Paul. de Cast. & Rom. Et idem tenet Anto. de Butr. & domi. Abb. in dicto cap. dilecto. Saltem quando in appellatione interposita in scriptis non repetit dicta primæ appellationis. Bene facit quod not. Ioann. And. in cap. bonæ, de appellatio. & Bald. in l. generaliter. C. de rebus credit. & in cap. fin. quo tempore miles, & dom. Abba. Modernus in capit. tua nobis, de appellatio. ad finem. adducunt docto. in dictis locis rationes plures per quas patet responsio ad ea quę in contrarium dici possent. Concludo dictam sententiam, latam per dictum iudicem non mereri executionem, & illam fuisse nullam, tanquam latam extra tempus, quo debebat causam terminare, & victum victori in expensis condemnandum. Alexander.

ADDITIONES.

a Nulla, supra lib. 3. consi. 59 num. 7.
b Instanter. Cur. senior consi. 24. in fi.
c Iuramento. dixi. in consue. Paris. §. 33. glo. 3. nu. 7.

## CONSILIVM LXV.

Lege infra eo. consi. 119. vbi correctius habetur.

## CONSILIVM LXVI.

Lege supra lib. 2. consi. 222. quod hic duplabatur.

EPITOME.

LICET sententia post recusationem lata sit nulla tamen potest confirmari per iudicem appellationis, vel nullitatis si appareat iuste lata.

## CONSILIVM LXVII.

Viso themate super quo queritur, vtrum stante dicta recusatione facta ante sententiam, & qua recusatione non obstante iudex pronuntiauit diffinitiuè, & ab eius sententia est appellatum per recusantem, an iudex appellationis possit dictam sententiam confirmare, si sibi liqueat ex actis sententiam fuisset iustam, posset primo discuti vtrum processus & sententia secutus & secuta post recusationē fuerit nul-
a lus, seu nulla, nam si non fuit nullus [a] seu nulla, cessat dubiū & non potest negari quod passus non sit dubius, tamen Inn. in c. cum speciali. de appel. tenuit quod processus & sententia valuerit, & idem tenet Spe. in tit. de recus. in j. parte, in §. qualiter vers. quid si subdelegatus & Lapus in c. iudex ab apostolica, de offic. dele. in 6. & Ang. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. & etiā Ang. in l. apertissimi. C. de iud. & ibi dicit Ang. hoc esse verum quando nondum essent electi arbitri in quos esset translata iurisdictio, & ita etiam tenet Host. in c. legitima. de appel. in 6. vt refert & sequitur dominus Dominicus de S. Gemi. in d. c. iudex ab apostolica. tamen quia alij aliter dixerūt in dictis locis, vt per Bar. in d. l. quia poterat, & per glo. in c. quot episcopi. 2. q. 6. & in c. quia suspecti. 3. q. 5. & per Ioā. And. in d. c. cum speciali. & in d. c. legitima. Sali. in d. l. apertissimi. & Ioan. de Imo. in l. quidam consulebat, de re iudi. ióne fundamentum faciant super re dubia, dico omissa ista disputatione quod etiam posito quod illa sententia fuisset nulla, tamen iudex appellationis vel etiam nullitatis, potest dictam sententiam confirmare ex actis ante recusationem factis, postquam præcesserant acta substantialia iudicii; & in prima sententia, non fuit expressus aliquis error qui dictam sententiim redderet ipso iure nullam, ita firmat Inno. & Ioan. And. in c. 1. de confir. vti. vel. inuti. & Bar. & alii in l. si expressim. ff. de app. & Bar. in l. si vt proponis, la j. C. quomodo & quando iu. vbi allegat no. per Inno. in c. cum contingat de offi. dele. & Bal. idem in l. j. in versi. quarto quæro vtrum iudex &c. C. quando prouo. & ibi etiam Sali. vbi ad hoc ponderauit no. per gl. ibi & pro hoc etiam allegant, quia videmus quod etiam possessio potest mutari de nulla in aliquam. l. cum nemo. C. de acqui. possessio. & istam opin. quæ est communis, tenet etiam Anto. de But. in c. dilecto, de app. & etiam Bart. in d. l. j. in ver. circa tertium &c. C. quando prouo.

ADDITIO.

a ¶ Nullus supra lib. 1. consi. 89. supra eo. li. consi. 12. nu. 6.

EPITOME.

NOMINA & reliqua non veniunt in legato fundi instructi. nec in legato mediæ partis bonorum mobilium.

CON-

## CONSILIVM LXVIII.

Quia consultationem hanc reputo parum dubiam, iõ
prætermissis argumentis hicinde, venio ad me-
dullam. Et dico ꝙ per illa verba adiecta in testamento testa-
* trix * videtur legasse Leonæ fundum instructum, vel saltem
fundum cum instrumento fundi, vt probatur in l. si quãdo
annotationis. C.de bonis vacan. li. 10. & ibi no. Bar. & Bal.
1 Hoc præsupposito dico † ꝙ pecunia à colono & laboratore,
debita testatrici, non videtur aliquo modo cedere legato fun
di instructi, vt videtur casus expressus in l.quæsitum. §.peto.
ff. de leg. 3. vbi si testator dicat lego fundum Cornelianum,
vti est, per quæ verba videtur legare fundum instructum, vt
l.prędia.§.pen.& l.Seiæ,§.fi.de fun.instru. non tamen in hoc
legato comprehenduntur reliqua colonorum, hoc est non ve
niunt ea ad quæ competebat defuncto actio contra colonũ,
vt d.§.peto.& huius decisionis duæ esse possunt rõnes, scdm
Ia.de Are. & Bar.ibi. Prima, quia reliqua colonorum nõ sunt
de his quæ perpetuò sunt apta esse in fundo per ea quæ infra
dicentur. Secunda est ratio, quia debita ad quæ tenetur colo
nus non respiciunt fundum nec certum patrimonium, sed
vniuersum l. fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. & l. ex
facto proponebatur, ff.de hær.insti. Secundò ad idem & simi
liter adducitur tex.in l.qui habebat §.fi.ff.de leg. 3.& ibi Bar.
ibi dum dicit tex. respondit reliqua quædam colonorum nõ
esse legata, cætera verò videri illis verbis ita vti est data &c.
Sed in casu nostro tractatur de particulari debito laboratoris
in quo similiter locum habent omnes rationes prædictæ, er-
go, &c. facit ad idem l.prædijs.in prin.eo.tit.ibi, & colonorũ
ea reliqua videntur legata quæ de reditu prædiorum &c. Ter
tiò probatur in præal.l. prædia. §.j.ff.de fund.instr. ibi, cum
plenissima testatoris erga affinem voluntas ab eo quoque ma
nifestetur, ꝙ reliqua colonorum eiusdem possessionis ad eũ
pertinere voluerit &c. vbi patet ꝙ legato fundo instructo nõ
veniunt debita colonorum nisi specialiter legẽtur, etiam si le-
gatarius sit cõiuncta persona testatoris, prout in casu nostro.
Quartò probatur, quia in legato fundi instructi, non veniũt,
nisi ea instrumenta quæ sunt apta ad culturam fundi, & quæ
sunt in fundo, vt ibi perpetuò sint. l.j.& 2.C.de ver. sig. & l.
quæsitum. §.Pap. quoque prædijs, cum multis simi.ff.de fun.
instr. sed cui dubium quod pecunia non est de istis, ergo &c.
* Quintò instrumenta fundi * enumerantur in plurib.locis, &
maximè in l. instrumenta.ff.de fun.instr. sed inter ea non re-
2 peritur connumerata pecunia, ergo &c. † Sextò ad idem. nam
in legato quantumcunque generali nunquam veniunt nomi
na debitorum.l.Caius, in prin.ff.de leg 2.l.vxorem.§.legaue-
rat, & l.quæsitum, §.j.ff.de leg. 3.& ff.de fundo instru.in l.q̃
situm §.Celsus, cum seq.& no. plenè, Cyn.in l.certi iuris, in 5.
q.C.loca.& pe.in l.seruum filij, § cum qui chirographum, ff.
de legat.j. Nec prædictis obstat tex.in l.fundo.§. fundo, ff.de
3 fundo instr. quia respondendum est vt ibi per Bar. † Septimò
probatur ex his quæ dixit Bal.in præalle.l.si quando, la j. C.
de bon.vacan.li.10.vbi dixit ꝙ si testator legat fundum, cum
integro statu, hoc est cum adiacentibus & mancipijs ac peco
ribus & fructibus, & cum instrumẽtis, & cum omni iure suo,
vt ibi dicitur in tex. ꝙ in legato venit omne instrumentũ fun
di & dominij quo dominus vtebatur dum erat in fundo, vel
instrumentum quod erat ibi gratia fundi, non autem alia quę
ibi erant ad tempus, vel quæ ibi gratia fundi non erant, vnde
secundum eum neque pensio ab inquilinis, seu colonis debi-
ta in dictis verbis continetur per dictum §.peto. nec etiã fru
ctus à fundum separati, vt ad domum reduceretur, vel qui
in funde erant negotiandi gratia, alleg.ff.de fundo instru.l.q̃-
situm, §.si fundus. cum seq. Octauò ad idem adduco, quia di-
cta testatrix legando fundum vt supra nunquam videtur le-
gare ius quod habet in aliquem laboratorem dicti fundi, si
talis laborabat sub mercede seu pro certa quota fructuum ea
dem ratione, hic est tex.in l.Seiæ, §.liberto, & l.cum de lanio
nis. §.cum de villico, & l.quæsitum. §.Alphenus, & §. seq. ff.
de fund.instr. ergo non videtur testatrix legasse ius quod ha-
bebat contra dictum laboratorem, qui laborabat sub certa
mercede vel pro certa quota fructuum. Nonò, comprobatur
nam testatrix dixit quòd possessionem seu fundum legabat cũ
omnibus ad fundum spectantibus &c. sed ad fundum nihil
dicitur spectare nisi ꝙ intra se fundus continet, vt dixit tex.
in l. fundi, in princ.ff.de ac.em. sed dictam pecuniam, seu no
men dicti laboratoris obligati fundus, intra se non continet,
ergo non dicitur de spectantibus ad fundum. Decimo & vlti-
mò, considerato ꝙ non possumus etiam dicere dictam pecu-
niam esse datam laboratori pro cultura & laboratura &c. qa
contrarium est verum, fuit enim simplex & purum mutuum
4 ad certum tempus, cuius † mutui natura est ꝙ sit & esse in-
telligatur gratuitum.l.rogasti.ff.si cer.pet.l.si tibi 10.millia.
in prin.ff.de pac.c.consuluit.de vsu. quinimò posito, ꝙ data
fuisset pro cultura, tamen non comprehenditur tale dictum
in legato, vt probaui supra & maximè cum sit instrumentum
5 fundi seu res existens in fundo. † Venio ad secundum dubiũ, 6
* an in legato bonorum * mobilium pro medietate relictorum
Leonæ comprehendatur dictum debitum saltem pro dimi-
dia. Et concludo ꝙ non, quia appellatione mobilium, nõ ve
niunt nomina debitorum. l.quam Tuberonis. §. in peculio.
ff.de pecul. l.mouentium., & ibi expresse gl.& Bar.ff.de verb.
sig.l.a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. Et propriè, in
terminis nostris in legato bonorum mobilium ꝙ non veniãt
nomina debitorum firmat Spec.in titu.de fruc. & inter.§.1.
ver secundo quæritur, & ver.seq. probatur etiam ex no. p gl.
Dy.& Bar.in l.potest.ff.de autho.tut. & expressè hoc etiã de-
terminat Bal in l.si constante §.fi.in fi.ff.sol.matr. vbi allegat
dictam l.Caius, de leg. 2.& l.vxorem, §.legauerat.& l.si cho-
rus, §.j.de leg. 3.& Bal.in c.1.in fi prin.de pace tenen. & ex-
pressius per eum in c.j.§.j.de cogn.feu.no.Iac.de Bel.& Ang.
in aut.de non alie. §.1.no.in c.2.de reb.ecc.non alie.in 6. in
verbo iura, & doc.in c.nulli, de reb.eccl.non alien.no.Bar.&
doc.in l.1.C.si aduer.transac. Et hoc maximè verũ est quãdo
actio seu nomen debitoris versatur super quantitate in gene-
re, prout in casu nostro, quia tunc semper omni casu actio,
reputatur tertia species separata à mobilibus & immobilibus
quia ipsa actio, item genus ad quod datur, sunt quid incor
porale.§. corporales, insti.de rebus cor & l.1.§. quædam. ff.
de rerum diui.& ita reperitur decidisse Lapum, alleg. 91. vt
referunt Moder.in l.si constante.§.fi.ff.sol.ma. Reperitur ẽt
a Old. [a] consuluisse ꝙ si princeps reliquit bona sua mobilia di
stribuenda in pios vsus, ꝙ non veniunt in legato pęnæ adhuc
non exactæ, quia in testamentis verba debent propriè intelli-
gi l.qui hæredi, in prin.ff.de condi.& demõ. l. non aliter.ff.
de leg. 3. sed nomina debitorum propriè dicuntur tertia spe-
cies. præalle. l. à diuo Pio. ergo &c.& ita refert Abb. Mod. in
7 c.nulli, de reb.ecc. non alie. Plus † disputando dixit Guido
de Suza.in q. sua incip. Pone qõnem de facto, statutum est in
ciuitate Pergami, ꝙ si aliquis commiserit homicidium, om-
b nia [b] bona sua mobilia & immobilia debeant confiscari, quòd
nihilominus non confiscantur nomina debitorum, quanquã
in statuto sit facta mentio de quolibet extremorum, allegat,
l.si fundus, & l.si vnus.§.1.ff.de leg. 3.& dictam l.Caius.& l.
quam Tuberonis. Ex quibus omnibus absque dubitatione cõ
cludendum videtur dictam Leonam nec in totum, nec pro
parte vocatam fuisse ad dictam actionem ex mutuo competen
tem contra dictum laboratorem, sed actionem spectare, ad
vniuersalem hæredem.

---

ADDITIONES.

* Testatrix.] Testatrix hic legauerat fundum cum omnibus ad fundum pertinentibus, vt patet infra in 9 arg & Alex concludit, non venire in legato mutuum factum colono, tametsi factum fuerit gratia colendi, vt infrà patet in 10 arg. Natta.
* Instrumenta fundi.] Adde ꝙ boues aratorij veniunt in instrumento fundi. Aret. consi. 160. dub. 7. Vbi etiam dicit, quod legato fundo, nõ venit instrumentum fundi, sed ea tantum veniunt, quæ ædibus affixa sunt. Natta.
* An in legato bonorum.] Si legatur castrum, non intelliguntur legata nomina debitorum, quamuis in castro inueniantur instrumenta, debiti, Bal. consi. 478. Verum nomina li. 4. Et in legato bonorum mobilium; vel immobilium veniunt nomina debitorum, Guid. Papæ. q. 499. Bar. consi. 1. Gilius, Petri, Bal. consi. 423. Andreas li. 3. Ias. ad d. §. in venditione. Ang. cõs. 327. Anastasius olim Venturę, per totũ. Natta.

a ¶Old. q. 218. supra li. 1. consi. 45. Andr. Tiraq in consi. Picto. titu. retra §. 50 gl. 7. n. 8. * Habeo in meo exemplari nu. 219. Incipit, Factũ tale est, Dñs Rex Fran. Et adde Ang. consi. 328 inci. Anastasius. Natta.

b ¶Omnia imò addita dictione vniuersali, hæc decisio est falsa Alc. l. j. C. de sacr. eccle. l. mouentium, de ver. sig. Tiraq. d. gl. 7. num. 20.

EPI-

EPITOME.

POTESTAS legitimandi proprie est beneficiũ, late interpretandum, sed large & ex communi vsu loquendi dicitur priuilegium.

CONSILIVM LXIX.

Perspectis his quæ in themate narrantur, & his quæ in iure accuratè & copiosè per celeberrimum dominum supra consulentem adducta sunt, cõcurro in eandem sententiam cum domino consulente per su
1 perius dicta. Fortasse† tamẽ videretur prima consideratione, in contrarium facere, quia concessio facultatis ligitimandi facta per Imperatorem dicto comiti non appellatur priuilegiũ, sed beneficium, dato, ꝙ ipsa legitimatio (quæ quidem est dispensatio) dicatur priuilegium, vnde dicta concessio potestatis legitimandi tanquam sit beneficium large interpretatur, sed ipsa legitimatio tanquam odiosa stricte interpretatur, sicut reliqua priuilegia, ita concludunt Bar. Ang. & Mod. in l. 2. in prin. ff. de ver. obl. & probari videtur per id quod habetur in c. 1. & 2. de filiis presby. in 6. iuncto eo ꝙ habetur, in c. dudum, de præben. in 6. & ꝙ ibi glo. in verbo, beneficia. & iũcto c. quamuis el j. eo. tit. & probatur in c. fi. de simo. cum gl. & ibi doc. vnde dato ꝙ decreto ducali caueatur ꝙ nulla persona habitans sub dominio præfati domini Ducis audeat vel præsumat ire vel mittere ad impetrandum, in quamuis curiã siue domini Papæ, siue domini Imperatoris, seu alterius magistratus aliquod priuilegium cuiusuis maneriei vel formæ, sine eius speciali licentia vel consensu, dicta impetratio facta per comitem cum non dicatur esse priuilegium, sed beneficium, non videtur comprehẽsa sub prohibitione dicti decre-
2 ti, quia priuilegium differt à beneficio, eo quia † in beneficiis stricte sumptis fit larga interpretatio, prout in dicta concessione potestatis legitimandi. l. fi. ff. de consti. prin. c. cum dilecti, de do. sed in priuilegiis stricte fit interpretatio. l. 1. ff. de cõsti. prin. & 3. di. priuilegia, c. porrò. de priuil. & plenè no. Ioã. An. in c. olim tibi, de ver. sig. & legitur in l. fi. ff. de const. prin. & no. Archi. in c. gratia. de rescr. in 6. & gl. in c. j. in verbo nostrum de consti. in 6. & Bar. in l. si fuerit. §. ex hoc edicto, ff. de dam. infec. cum si. Tamen ad istud potest responderi ꝙ intentio prefati Ducis Francisci in dicto decreto prohibitorio fuit comprehendere appellatione priuilegiorum istas concessiones facultatis legitimandi, quæ impetrantur ab Imperatore, hoc enim colligitur ex aliis literis suis seu ex eius rescripto, dum concessit præfato Bartholomæo Galerano quod quilibet Comes Palatinus opportunũ à Cæsarea potestate priuilegium ad legitimandum habens eo vtatur, & ipsum Iulianum legitimare, credo quod Dux talem concessionem appellat pri
3 uilegium & † ex verbis prolatis in vno actu vel scriptura declaratur quid senserit, idem disponens in alio actu vel scriptura, vt probatur in l. vxori, §. fin. ff. de leg. 3. & ibi not. Bart. Hoc etiam confirmatur ex verbis dicti decreti prohibitorii, vbi non simpliciter fit mentio de priuilegio, sed etiam subiũ
4 guntur † illa verba, cuiusuis maneriei vel formæ, quæ verba ampliant, vt venire possint ea, quæ quouis modo, etiam large possint priuilegia appellari per no. per gl. 2. cum ibi no. p Ioã. de Imo. in cle. j. de re iudica. & per no. per glo. in l. cum pœnam. ff. de arbi. in glo. 2. & per no. per Bar. in l. quanti, §. vxori in fi. ff. de aur. & arg. leg. & per Bar. in c. imperialem, in prin. in titu. de prohibi. feu. alie. per Fede. in ver. sed quid si concessum est feudum mihi recipienti pro me, & successoribus meis quibuscunque &c. & in c. in præsentia. de proba. in ver. noto tamen quòd mens hæredis &c. cum simi. sed dicta impetratio potestatis legitimandi videtur posse appellari saltẽ, large priuilegium legitimandi, quia per id conceditur potestas faciendi, quem succedere contra ius commune, & expressè Bald. in l. 1. in princip. ff. de tuto. & curato. da. ab his, appellat talem concessionem priuilegium, & est de mente Io. Andr. Anton. de Butr. & domi. Abbat. in cap. clericus §. de adul. de iudic. & Ioann. Cald. in disputatione sua incipiente. Papa concessit. Et puto etiam quòd ex communi vsu loquendi dicit concessiones appellari priuilegia, propter quod res redderetur ad hoc clarior, quia verba in vnaquaque dispositione recipiunt interpretationem à communi vsu loquẽdi, cap. vsuris, el 1. de sponsa. l. Labeo. ff. de supplend. lega. not. in l. librorum, §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3.

EPITOME.

DECIDIT ꝙ habens potestatem legitimãdi spurios & bastardos potest legitimare incestuosos, & ꝙ in legitimatione non requiritur exprimi qualitatem illegitimitatis, & malè.

CONSILIVM LXX.

Magnificus miles dominus Ioannes de Lisca filium habens legitimum & naturalem nomine dominum Sandæum, & Simonem filium eius incestuosum natum ex Cichina filia quondam Petri Germani, consanguinei dicti domini Ioannis per comitem Palatinum legitimari fecit Simonem prædictum præsente & consentiẽte dicto domino Sandæo, vt constat publico documento legitimationis, postea decessit dictus Ioannes relicto domino Sãdæo & Simone prædictis, qui eidem ab intestato pariter successerunt, deinde decessit dictus Simon relicto Anguinolpho eius filio legitimo & naturali eiusdem hæREDE vniuersali ab intestato. Quæritur an attenta dicta legitimatione, aliquid Anguinolpho obiici possit, quin in bonis allodialibus dicti Ioannis mediante, persona Simonis vel ex sua propria persona succedere possit. Item cum ipse Anguinolphus steterit, absens per plures annos, & dominus Sandæus eius patruus, vniuersam possideat hæreditatem, quid magis sibi expediat intentare, an iudicium familiæ erciscundæ, vel petitionis hæreditatis, vel remedium possessorium, præsupposito, ꝙ post mortem patris nunquam aliter possessionem apprehendit, nisi quia in domo dicti domini Ioannis remansit, & stetit post
1 mortem eius patris, Circa primum dubium videretur † prima consideratione dicendum, dictum Anguinolphum ad hæreditatem & bona aui admitti non posse, quia dicta legitimatio videtur esse inefficax vt statim dicam, ergo Simon tanquã incestuosus succedere non potuit. l. si quis incestu. & in aut. ex complexu. C. de incest. nup. & per consequens non potest venire Anguinolphus tanquam hæres patris ad hæreditatem auitam, nec etiam potest venire Anguinolphus ex persona sua propria extante filio legitimo & naturali, scilicet domino Sandæo, quia tunc sicut spurius filius non succedit. ita nepos ex ipso filio spurio, vt l. si ibi, ea enim subsistente &cæt. iuncta glo. & ibi notant docto. & Ioan. Andr. in addi. Spe. in tit. de successio. ab inte. §. j. in addi. incipiente, Accursius &c. & maximè quando talis nepos natus est ex filio incestuoso, prout in proposito, quia tunc sine dubio etiam expresè, ni-
a hil relinqui sibi posset ab auo, nullis [a] etiam extantibus legitimis, vt per Bartol. & Bald. in dicta l. si quis incestu. per il-
2 lum tex. Quòd autem legitimatio † non tenuerit, probatur quia dictus comes palatinus non habebat potestatem legitimandi incestuosos, sed simpliciter spurios & bastardos, vt patet ex inspectione dicti priuilegii, ergo succedit id qđ dixit, Bald. in cap. naturales. in fin. si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agna. vbi inquit, quod si est concessum comiti quod possit legitimare certum genus spuriorum, alios qui laborant maiori spurietate legitimare non posset, nam natura speciei, est specificare non per modum generis, alleg. l. hæres meus, §. duæ statuæ. ff. de leg. 3. Item quia secundum eum in difficilioribus princeps reddit se difficiliorem, vnde talia non vidẽtur commissa, vt no. Io. Mo. in c. j. de filijs presbyter. in 6. dicit etiam ibi Bald. quod per matrimonium ex dispensatione,
b Papæ contractum, non legitimãtur incestuosi [b] nisi de eis fiat mentio. alleg. l. Paul. aliàs incipit, eum qui cum ibi notatis per Cyn. ff. de statu hominum, & ibi not. Gulielm. Bartol. &
3 Bald. in l. si contrà, C. de nup. Nec obstat quòd † in dicto priuilegio dicatur & alios quoscunque ex damnato, seu illicito coitu, quia debet intelligi de alijs natis ex simili coitu damnato, & sic de his qui sunt similes ipsis simpliciter spuriis: non autem de magis odiosis ipsi legi, prout sunt ipsi incestuosi: Talis enim coitus est magis odiosus legi, vt patet in l. si qui incest. C. de incest. nupt. & illa dictio alios, est repetitiua similium, & non maiorum cap. sedes, de rescrip. in cle. non potest.

potest.de procu.no.in ca.qui ad agendum; eod.tit.lib.6.& in
4 l.si fugitiui,cum glo.C.de seru.fug.† Sed his non obstantibus
contrariam sententiam de iure veriorem proculdubio esse pu
to, quia per legitimationem Simonis nihil à legitimis & natu
ralibus filiis differre censetur ipse, & pari ratione Anguinol-
phus,vt in auth.quibus mo.na.effic.sui, §.& quoniam variæ.
ibi,nihil dissimilis à legitimis. & in §.reliqui. ibi. illas succes-
siones quas habent qui ab initio sunt legitimi. & in §. illud.
ibi nihil a legitimis filiis differentes. & ibi restituere naturæ
& antiquæ ingenuitati.& in §.adoptionis.& in auth.qui.mo.
5 na.effi. legi. §.liceat.† Et dato quòd facultas legitimandi per
rescriptum sit de reseruatis principi.in auth.quib.mo.na.effi.
sui. §.fin.cum ibi no.ca.per venerabilem, qui fil.sint. legi.l.1.
C.de iure au.annul.no.glo.in auth.ex complexu.C.de incest.
nup.tamen princeps talem facultatem alteri demandare pôt,
sicut potest delegare alia sibi reseruata.c.quòd translationem,
de offi.lega.l.vectigalia.ff.de publica.l.non solent.C. noua ve
ctig.& etiam priuato hanc potestatem concedere potest, vt di-
xit glo.in l.1.in verbo, potest. ff. de tut.& cur.da.ab his.per q̃
glo.dicit ibi in specie Bald. defendi priuilegia Comitum Pala
tinorum super spuriis legitimandis,& no.Bal.in l.cum filius.
ff.de test.mil. vbi ponit an possit concedi talis facultas legiti-
mandi cum potestate præiudicandi iuri filiorum legitimorũ.
& dicit quòd sic. & notatur per eundem in l. 2. C.de seruitu.
& aqua & in l.rescripta.ad fi. C.de preci.impera.offe. & in c.
domino guerram.in prin.in tit.hìc finitur lex.& in auth.præ-
tereà.C.de natura.li.& per Ant.de But. in c.per venerabilem,
6 qui fil.sint legi.† Et potuit dictus Comes Palatinus virtute au
thoritatis sibi concessæ legitimare etiam natos ex incestu,quo
niam si habet potestatem legitimandi spurios.& bastardos, se
c quitur [c] ꝙ potest legitimare incestuosos, qui spurii appellãtur,
vt in l.vulgò, in fi.& ibi glo.2.ff.de sta.ho.& no.gl.in c.nisi cũ
pridem,in verbo,manseres.de renun.& Spec.in tit.de success.
ab inte.§.1.versi.nunc de naturalium.& Bar.in l.fin. ff.de his
7 qui.vt indig.† Et tanto magis cum simus in materia in qua fie
ri debet latissima interpretatio. nam licèt ipsa legitimatio sit
odiosa.ca.1.& 2. de fil.presby.in 6.tamen concedere faculta-
d tem legitimandi dicitur esse beneficium,& latè [d] interpretan-
dum.hæc probantur in c.dudum.cum glo.in verbo,beneficia,
de præb.in 6.iuncto.ca.quamuis.el 1.eo.tit.probatur in ca.fi.
cum glo.de simo.& no.Archid.in d. c.1.de filiis presbyt.in 6.
& doc.maximè Moderni.in l.2.in prin. ff. de verborum obli-
8 gatio.† Nec fuit necesse in tali priuilegio concesso dicto Co-
miti quòd exprimeretur qualitas spurietatis, & sic incestus,
quia etiam in ipsa legitimatione in qua fit stricta interpretatio
e (vt dixi) non est necesse ꝙ exprimatur qualitas [e] spurietatis,
quando non est ex multiplici capite spurius,sed satis est expri
mere in genere de spurietate, vt no.Bald.in l.si qua illustris. C.
ad Orfi.& in l.eum qui.alias incipit, Pau. ff.de sta.homi.& in
ca.naturales,in prin.si de feu. fue.contro.inter do,& agna. &
in l.eam quam.C.de fideicom.per Ioan.And.in addi.Spec.in
rub.qui fil.sint legi.& Old.consi.247.quod incipit, factum ta
le est,quidam tex.& Anto.de Butr.in d.c.per venerabilem. &
in simi.not.Host.& Ioan.An.in cap. fin. de filiis presby.genus
enim includit omnem suam speciem.l.si vnus,in princi. ff.de
9 admi.tu.l.si duo.ff.de admi.tu.Nec obstat † quòd in dicto pri
uilegio concesso dicto Comiti dicatur dummodo ex huius-
modi legitimationibus per vos & successores vestros facien-
dis omnibus & singulis legitimis hæredibus nullum penitus
in primonio seu cæteris eorum iurib.vbique locorum præiu-
dicium generetur &c. quia respõdeo, primò quòd cum dicta
legitimatio facta fuerit viuo patre domini Sandæi, qui erat le
gitimus & naturalis, non potest dici esse facta in præiudicium
ipsius domini Sandæi, quia viuente patre non est debita hære
ditas filio.l.1.§.si quis impuberi. ff. de coll.bo.l.si quando.§.
primò,C.de inoffi.test.l.post emancipationem.& §.primò,&
ibi Bart. ff.de lib.lega.& per eundem in l.fin.ad fin.C.de pac.
& in l.is potest.ff.de acquiren.hæred. Secundò,quia consensit
huic legitimationi dominus Sandæus, vnde non legitimatio;
sed consensus suus sibi præiudicabit.l.si debitor.§.primò, & l.
si consensit.ff.quibus mo.pig.vel hyp.sol.Nec oportet aggre-
di dubium illud,videlicet an legitimatio facta ab habente po
testatem legitimandi ab Imperatore habeat vires in terris Ec-
clesiæ,quia præsupponitur quod bona sita sunt in terris Impe

10 rii.† Quò ad secundum dubium non consulo ꝙ agatur actio
ne fami.ercis.quia aduersarius negando Anguinolphum agẽ-
tem esse cohæredem,attento quòd aduersarius est ille qui pos
sidet,excluderet Anguinolphum in tali iudicio,l.1.ff.famil.er
ciscun.sed agat vel petitione hæreditatis,narrando se hæredẽ,
& aduersarium possidere,& petendo declarari se hæredem, &
aduersarium condemnari ad restitutionem hæreditatis pro
parte spectãte ad dictum Anguinolphum vnà cum fructibus
perceptis.l.item veniunt.§.fructus.ff.de peti.hæred.& l.2.C.
eodem tit.& traditur forma libellandi per Bart. in l.ex diuer-
so.§.1.in prin.ff.de rei ven.& in l.2. cum sequen.ff.de pet. hæ
redit.& in l.1.in prin. ff.de eden.& doc.in ca.2. de libe.obla.
11 Vel agat † interdicto possessorio adipiscendæ, scilicet quorũ
bonorum, in quo venit vniuersitas bonorum & rerum corpo
ralium, & per consequens accessiones sicut in petitione hære-
ditatis.l.1.ff.quorum bonorum.& no.glo.in rubr.C.quorum
bonorum.& in tali interdicto sufficient probationes, summa-
riæ quæ non sufficerent in petitione hæreditatis, vt not.in l.
1.C.quorum bonorum.& in l.1.ff.eodem titu.vbi per Bart.&
narrabit se esse hæredem domini Ioannis pro dimidia pro in-
diuiso, mediante persona Simonis defuncti & ꝙ aduersarius
possidet bona dictæ hæreditatis, & concludet eum condemna
ri ad restitutionem possessionis omnium bonorum pro dimi-
dia,& pro indiuiso vnà cum fructibus. & formam libellandi
ponit Spec.in tit.de testa.§.nunc dicendum. Non tamen sibi
competeret tale interdictum pro recuperatione possessionis
bonorum, quæ post mortem Simonis & aditionem hæredita-
tis possedisset Anguinolphus, vnde si post pupillarem ætatem
apprehendisset possessionem aliquorum bonorum hæredita-
riorum. videretur per illum actum adiuisse pariter & apprehẽ
disse possessionem, post quam apprehensam non datur in illis
bonis quorum possessio apprehensa est, interdictum quorum
bonorum, quod est interdictum adipiscendæ possessionis, post
quam iam adeptus fuerat, vt est glo.no. in c.2.de confes. in 6.
& probatur insti.de interdic.§.pro hærede, versi.ideo autem.
12 ¶ † Nec similiter haberet locum petitio hæreditatis pro tali-
bus rebus,quia post aditam hæreditatem & apprehensam pos
sessionem desinunt esse hæreditariæ,& dicuntur esse res hære
dis,non autem amplius sunt hæreditariæ,ita decidit glo. in l.
fin.& ibi expressius Bar.ff.de fidei.hæ.peti.per no.in l.1. §.ve-
teres. ff.de acquir.pos.& in l.hæres per seruum. ff. de acquir.
hæredi.¶ Sed tunc pro illis rebus quarum possessionem appre
hendisset,& à possessione postea cecidisset, competeret posses-
sorium recuperandæ seu remedium ex canone reintegranda.
3. quæstio. prima quo casu etiam veniunt fructus. l. videa-
* mus.* §.in Fauiana.ff.de vsu. ¶ Vel si vellet posset agere rei vẽ-
dicatione & publiciana iuxta. ca.Abbate sanè, de re iud.in 6.
si probare posset de aliquo titulo domini Ioannis in dictis re
13 bus. ¶ Et licet dicatur † quòd in domo hæreditaria remansit
dictus Anguinolphus non per hoc sequitur quod dicatur ap-
prehendisse possessionem reliquorum bonorum hæreditario
rum.l.3.in prin.cum ibi no.ff.de acqui.posses.no. Dyn.in c.1.
de reg. iu. in 6. & sic puto ꝙ consultius erit agere interdicto
quorum bonorum, eo modo quo dixi supra.

ADDITIONES.

a ¶ Nullis. secus in filio ex simplici spurio. vt dixi supra. libro 2.consilio 74.

b ¶ Incestuosi.& est verum quicquid dicat Pet. Anch. consil 409.dixi in consu parisi.§.122.

c ¶ Sequitur.Imò nõ sequitur.vt tenet Fran.Are.in l.si ita scriptum. in prin.de li.& posthu.Cæpo.causa.ciui.consi.vlt.facit supra,lib.3.consil.82.num.17.& infra eo.consi.129.& sic Alex.hic malè consuluit ex defectu potestatis in legitimante.

d ¶ Latè.imò vt dixi supra lib.5.consi pe.num 32.

e ¶ Qualitas.contrarium melius tenet Alex.infra eo.consi.129.& supra lib.2.consi.195.vbi dixi.

* Lege,Videamus.] Iste tex.probare videtur in illis verbis. in interdicto vnde vi,etiam fructus sunt restituendi.Et mox, Non per hoc sequitur.Dicitur possidere res in domo contentas,Bal.ad l.de his. C. de furt.sequitur Ias.ad l.3.§.Neratius.ff.de acquir.possess.Soc.consi.131.in præsenti.col.1.lib.1. Natta.

EPITOME.

PRIVILEGIVM alioquin personale censetur reale propter verbum,in perpetuum, vel si datur compensatio iusta.

E CONSI-

## CONSILIVM LXXI.

Circa hæsitationem quæ fit inter heredes Antoniæ ex parte vna, & conductores datii vini ex alia, videlicet an ad decretum concessum super taxationem hospitii olim dictæ Antoniæ seruari debeat, etiam quò ad hæredes di-
1 ctæ Antoniæ: dubium facit, † quia priuilegiũ concessum per-
a sonæ in dubio videtur esse personale,[a] vt not. per glo. in l. sordidorum. C. de excu mu. lib. 10. & in c. cum venissent. de institu. & 16. q. 1. in c. possidens. & plenè not. maximè per Io. And. in regula priuilegium, in mercur. & per legistas in l. 1. & in l. fin. ff. de consti. pecu. & in l. quia tale. ff. solu. matrimo. cum simil. ¶ Tamen in proposito nostro dico virtutem dicti decreti
b esse realem, [b] quia non sumus in dubio, sed in re euidenti ex verbis dicti decreti, quod ostenditur sic, Priuilegium quando est personale, licèt concedatur pro re seu circa rem, tamen nõ transit ad singularem vel vniuersalem successorem illius rei l. licitatio. §. fiscus, cum seq. & ibi not. Bar. ff. de publi. & d. l. 1. ff. de consti. prin. & l. priuilegia. ff. de reg. iu. & in d. c. priuilegiũ. sed ita est ꝙ virtus dicti decreti extẽditur etiam ad singulares vel vniuersales successores in dicto hospitio, vt apertè ostendunt verba ipsius decreti concessi à domino Daniele episcopo Concordiensi, & gubernatore Bononiæ, ibi dum dicit, vẽdere possis tu, aut alij quiuis eam affictu aut pensione seu iure dominii tenentes &c. Hoc etiam patet ex illa dictione in per-
* petuum, * quæ de sui vera & propria significatione denotat perseuerantiam. idem est ꝙ sine temporis præfinitione. l. purè. §. fin. ff. de do. excep. & l. 3. ff. de excep. & patet, quia vera & ꝓpria significatio est illa quæ procedit à dilucidatione seu allusione vocabuli, dummodò diffinitioni non repugnet. l. tugurii. & l. pupillus. § temerarium. ff. de verbo. signific. l. 2. §. appellata. ff. si cert. pet. no. Bar. in l. omnes populi. in 6. quæst. principali. ff. de iusti. & iur. in vers. quero. vnde sumitur ista propria significatio. & Bart. in l. liberorum. ff. de verbo. signif. in versi. 2. principaliter est videndum, sed perpetuum dicitur à perpetuo, quod est cum perseuerantia, vt attestatur Papias, cuius authoritate sæpe numero vtuntur in similibus doctores nostri: vt patet ex notatis per Archi. 8. distin. quo iure. & 7. quæst. 1. in c. episcopum. cum simili. licèt hæc dictio in perpetuum, variis modis secundum subiectam materiam quandoque accipiatur, vt in l. 1. & ibi plenè not. ff. pro soc. & in l. 2. §. hoc interdictum perpetuum, & ibi Ang. ff. ne quid in loco pub. & in l. annua. § primò, & ibi Bar. ff. de annu. leg. & in l. eum debere colonum. ff. de serui. vrba. præd. & in l. 4. ff. de procu. & 10. q. 2. in §. perpetua. cum glo. & 1. q. 1. reperiuntur. & ibi no. & in c. clericus, cum glo. de cohabi. cle. & mulie. & 70. dist. sanctorum. & not. Bar. in l. vsusfructus ciuitati. ff. de vsufructu lega. & per Bald. in tit. de pace Constan. ¶ Et licèt in supplicatione narretur ꝙ ipsa Antonia valetudine minus prospera laboraret, & filiam viro maturam haberet, tamen hæc non arguunt, quòd concessio debeat esse personalis, quia si concessio redditur realis, & sic vtilis concessio, sequitur quod hospitium erit maioris æstimationis, & plus vendi poterit, & sic pinguius poterit esse consultum Antoniæ, & eius filiæ dotandæ, nubendę.
2 ¶ Corroborantur prædicta, quia est aduertendum ꝙ † ista concessio non est proprie priuilegium immunitatis, sed est quedã compositio seu taxatio eius quod soluendum est pro datio annuo, & dictam taxationem superior decernit esse iustam seu condecentem, vt in decreto narratur, & tale decretum & concessio transiuit in contractum, videlicet quòd soluantur libræ 30. singulo anno, vt in dicto hospitio possit vendi vinum, iuxta no. per Imo. & alios in c. nouit. de iud. & per Bar. in l. quod semel. ff. de decre. ad or. facien. & l. omnes populi, in 3. quæst. principali. ff. de iusti. & iu. cum simi. & de natura contractus est quòd si transitorius ad hæredes, licèt non exprimatur. l. si pactum. ff. de proba. l. veteris. C. de contrahen. & commit. stipu. ¶ Ex quibus concludo ꝙ dicta concessio & virtus dicti decreti non est personalis. Alexand.

### ADDITIONES.

a ¶ Personale supra lib. 1. consi. 86.
¶ Realem supra lib. 4. consi. 193. num. 3.
In perpetuum.] Vbi adest hoc verbum, Perpetuum, concessio realis, Pet. Anch. consi. 327. Discutitur materia dubii. And. Sic. consil. 44. Sapienter scripsit. lib. 2. Soc. consi. 34. col. 2. lib. 3.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non tenetur ex noua obligatione vel prorogatione. numero 2. sed proinde liberatur à veteri obligatione. numero 4. 5. 6. 7.*
8 *Nouatio non præsumitur, nec fit etiam hodie ope exceptionis. nu. 10. nisi tacitè fiat ex coniecturis. num. 11.*

## CONSILIVM LXXII.

Habita opportuna consideratione super casu præmisso. & viso instrumento dicti contractus, & statuto sub rubrica quòd qui rem conductam vel pecuniam acceptam non reconduxerit, & aliis de quibus in themate, videretur prima cõ-
1 sideratione † dictum Thomam fideiussorem conueniri non posse per dictum Hieronymum creditorem, ex eo quia cum videatur tacitè facta noua concessio, & nouus contractus inter dictum magistrum Antonium debitorem principalem ex parte vna, & dictum Hieronymum & fratres creditores ex altera, maximè virtute dicti statuti disponentis quòd si quis conduxerit ad pensionem domum, vel etiam rem, vel pecuniam ad laborandum in aliqua arte, vel licito negotio, vel traffico acceperit, accipiens seu conducens teneatur ante finem temporis locationis refutare domum seu rem conductam vel pecuniam restituere vel reconducere debeat pro aliquo tempore. & si hoc non fecerit pro reconducta seu cõfirmata esse intelligatur pro tanto tempore pro quanto primo eam conduxerat si locator domus vel alterius rei vel pecuniæ voluerit &c & constat quòd dictus magister Antonius post primũ annum pro quo accepit dictam quantitatem pecuniæ ad trafficandum in arte, & exercitio fornacis, retinuit dictam quantitatem pecuniæ de voluntate dicti Hieronymi & fratrum, ꝗ confessi sunt solenniter habuisse à dicto Antonio debitã partem lucri pro biennio sequuto post dictum primum annnm, ergo post primum annum de quo loquitur instrumentum in quo est obligatio dicti Thomæ fideiussoris, non remanet obligatus dictus fideiussor, de cuius consensu & voluntate obligãdi vltra annum non apparet, vt videtur probari in l. si cũ Hermes. C. loca. & in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. eodem ti-
2 tu. Ad idem † text. in l. Labeo, in princip. iuncto. §. final. ff. de arbit. vbi si in compromisso facto ad tempus dati sunt fideiussores, & postea tempus compromissi fuerit prorogatum, sunt liberati fideiussores, si prorogationi non consenserunt. ¶ Vnde dicit Bald in l. si vnus. §. si cum reo. ff. de pact. in lectura an-
* tiqua, & etiam Ang. ibi quòd prorogatio * termini facta principali non liberat fideiussorem, sed tantummodò prorogat sibi terminum, sicut principali, per illum text. cum glo. prima. & l. fin. C. de vsur. rei iudi. & hoc intelligunt esse verum nisi fideiussor se obligasset ad tempus, vt faciunt fideiussores Castellanorum, qui se obligant pro semestri. nam licèt in Castellania remaneant Castellani per tempus prolixius, non propterea fideiussores remanent obligati, nisi prorogationi termini consenserint, per dictam l. si cùm Hermes, cum aliis supra allegatis. & idem vult Specul. in ti. de fideiuss. §. primò, versic. illud. & etiam Ioan. And. ibi in addit. & Ioan. Andr. & alii in ca. constitui. de fideiuss. & Hostien. in ca. prætereà requisisti. de appel. & Ioan. Mona. in ca. quicunque. in glo. in verbo. re integr. de senten. excommuni. in 6. & Bal. in l. tam mandatori. C. de
3 non nume. pecu. ¶ Comprobatur per † id quod habetur in l. penultim. ff. de præto. stipu. vbi si secunda obligatio facta super eodem continet longiorem dilationem quàm prima, inducitur nouatio primę saltem ope exceptionis, vnde dixit ibi glo. ꝙ si mihi nunc promisisti soluere decem in mense Maii futuro, & ante dictum mensem Maii adhuc promisisti soluere eadem decem in mense Augusti futuri, certè si post mensem Maii velim agere contra te, ex prima promissione obstabit mihi exceptio propter secundã. & cũ illa gl. transit ibi Bar. & multi alii, & sensit idem gl. in l. 2. & in l. fi. C. de noua. ergo in proposito nostro per dictam tacitam renouationem, seu reconductionem in longius tẽpus, vr̃ facta nouatio prioris obligationis saltẽ ope exceptionis. sed ita est quòd vbi prima obligatio cui

cui accessit fideiussor, est nouata per sequentem obligationē, intelligitur libertatus fideiussor, nisi ipsi secundæ obligationi nouanti accesserit fideiussoris cōsensus. l. nouatione. C. de fideiussor. & l. nouationes. ff. de noua. ergo &c. ¶ Tamen præmis
4 sis † non obst. in casu de quo quæritur, puto de iure verius ꝙ d. Thomas fideiussor possit conueniri ad restitutionem dictæ quantitatis pro rata, pro qua fideiussit. s. pro dimidia, & tanto minùs quantum esset damnū si qd̄ dicto primo anno contigisset, aut tanto minùs, quantum appareret de dicta quātitate sororis solutum fuisse. & ad ostendendū præsuppono ꝙ dictus fideiussor non solùm promisit ꝙ dictus magister Ant. debitor principalis pro dicto primo anno dictā quantitatē pecuniæ trafficaret & exerceret in dicto exercitio fornacis, verum etiā promisit in fine dicti anni restituere in dimidiam dictæ quantitatis, cum medietate lucri ex dicta operata arte secuti tantominus quantū esset dimidietas damni, si qd̄ contingeret, quēadmodum promisit ipse debitor principalis. hoc præsupposito dico quod si quæramus, an dictus Thomas fideiussor teneretur pro gestis & administratis in dicta arte pro annis secutis post dictum primum annū, & dicendum est ꝙ non, ita loquit̃ tex. in d. l. si cùm Hermes. & in d. l. item queritur. §. qui imple to. cum simili. quia quando quis promittit ꝙ Titius trafficabit per annum centum in tali arte, & ꝙ dabit partem lucri procedentis ex exercitio illius anni, dicitur esse adiectū illud tēpus ad limitandam seu finiendā obligationem: quia non vult ille fideiussor obligari quod principalis trafficabit nisi quantū est pro vno anno, & non vult obligari nisi pro lucro vnius anni: ideo pro vlteriori tempore cum effectu non obligatur absque nouo consensu in præallegatis iuribus. facit l. eum qui ita. §. q ita. el 1. ff. de verb. obli. Sed pro eo quod respicit tēpus & obligationem primi anni bene tenetur fideiussor non obstante nouo contractu. vt est gl. fi. in d. l. si cùm Hermes, quam ibi oēs se
5 quuntur. ¶ Comprobatur † ex his quæ not. Dy. & Bar. in l. Lucius, la secunda. §. Paulus. ff. de admi. tut. vbi quæritur, quid si quis assumpsit custodiam castri vsq; ad sex menses datis ꝓ his fideiussoribus, deinde ille remansit in custodia castri vltra sex menses, & castrū rationæ malæ custodiæ fuit deperditum, an fideiussores teneantur, & concludit, aut dicti fideiussores solū promiserunt seruare & custodire spatio sex mensium, & nō tenebuntur, per dictum §. Paulus. & l. secundam. §. pen. & fi. ff. de admi. rerum ad ciuita. perti. vt ēt tenet Iacob. de Are. in dicto. §. Paulus, referens fuisse quæstionē de facto Veronæ. Sed si fideiussores promiserunt dictum castrum restituere, & nunq̄ fuit restitutum, tenebuntur ad restitutionem etiā post sex mēses, secundum Dyn. & Bart. quia nunquam restituerunt, & sic nunquam satisfecerunt obligationi concernenti præteritū tēpus, pro quo extiterunt fideiussores, ergo cum in proposito nostro dictus fideiussor promiserit plura. l. se facturum, & curaturum quòd dictus Antonius exercebit & trafficabit dictā pecuniam per annum in exercitio fornacis. Item quòd restituet dictam quantitatem pecuniæ. Item cum dimidia parte lucri facti dicto anno, dato ꝙ non possit conueniri ex eo quòd fortasse non curasset, neque fecisset quòd dictus Antonius trafficasset pro illo anno in dicto exercitio dictam quantitatem pecuniæ neque etiam posset conueniri pro lucris secundi anni, etiam si terminus fuisset prorogatus. & ita loquitur Spec. Hostien. Ioan. And. Bald. Ang. & alii in locis suprà, allega. tamen à ratione sortis, & etiam a lucris primi anni, non fuit liberatus per tacitam nouam locationem, vel concessionem, aut proro
6 gationem, quia dictam sortem nūquam restituit. ¶ † Cōfirmo per text. in l. fin. C. de nouatio. vbi litera vult quòd siue in secunda obligatione contineatur maius tempus, siue minus q̄ in prima nihil penitus ex priori obligatione innouetur, nisi specialiter & expresse contrahentes priorem obligationem nouauerint. hoc idem est de mente Bal. in add. Spec. in tit. de fideius. in versic. fideiussor tenetur &c. vbi dixit, quòd fideiussor tenetur, licèt terminus soluendi prorogatus sit, per dictā l. fina. in fin. C. de vsur. rei iudi. quod dicit esse verum quando solutio erat collata in diem, secus si obligatio. l. penulti. ff. de præto. stipulatio. & d. l. si cum Hermes. Item secus si prorogatio sit facta repetita, & renouata principali promissione per modum nouationis. Ad hoc bene facit text. in d. l. nouatione
7 & idem not. Ang. in d. l. si vnus. §. si à reo. † Modò in proposito fateor quòd respectu promissionis de trafficando in dictā pecuniæ quantitatem in exercitio fornacis pro dicto primo anno, & etiam respectu promissionis lucrorum faciendorum in primo anno, illud tempus dicitur adiectum obligationi, scilicet limitandæ, quia noluit fideiussor teneri curare quod Bartholomæus trafficaret nisi pro primo anno, & noluit etiam teneri nisi pro lucris primi anni, ideo pro vlteriori tempore prorogationis factæ non tenetur, & hoc modo procedi secūdum dictum Baldi dum alle. dictam l. si cum Hermes, & dictam l. pen. sed respectu promissionis restituendæ sortis in fine anni,
a illud est tempus quòd dicitur adiectum causa differendæ[a] solutionis fauore debitoris. l. quod in diem. ff. de sol. vnde dicimus secundum communem opi. quòd tūc est nata obligatio, & actio ante diem, sed differtur exactio. l. 1. in fin. ff. quando dies vsusfr. leg. ce. l. item quia. cum glo. ff. de pac. l. cedere diē. ff. de verbo. signific. not. glo. in l. certi condictio, in princ. ff. si cert. peta. & istam distinctionem tradit Bar. in l. ita stipulatus. in versic. secundò principaliter quæritur quando committatur &c. & in l. qui hoc anno. ff. de verbo. obligatio. vnde quantum ad ipsam sortem restituendam solutio erat collata in diē. & ideo si non fuisset factus nouus contractus, nemo dubitat quòd etiam post secundum & tertium annum potuisset fideiussor conueniri ad restitutionem sortis, quæ erat soluenda in fine primi anni: sequens autem contractus ita demum obstat si fuit factus per modum nouationis, vt inquit Bal. in d. tit. de fideiusso. in addit. Spec. & Ang. in d. §. si à reo. ¶ Quòd autem
8 † fuerit factus animo nouandi, & extinguendi priorē obligationem non apparet, & non præsumitur de iure, per dictam. l. fi. Et hoc in terminis tenet Io. de Imo. Raph. Cu. & Pau. de Cast. in d. l. pen. ff. de præto. stip. maximè per dictam l. fin. quæ hoc expresse dicit. & ita etiam tenet Pau. de Cast. in l. quæ lis. ff. de verb. ob. & dicit Raph. Cu. in d. l. pe. se ita cōsuluisse. Nec ob. d. l. pe. quia illa. l. loquitur in stipulationibus prætoriis secundū præfatos doc. ibi. & vt expresse dicit tex. ibi, prætor ibi iussit secundam cautionē in longiorē diē præstari, volēs prorsus discedi à prima stipulatione, seu cautione, & sic illa lex loquitur in casu certo, sed in conuentionalib. stipulationibus in dubio non intelligitur facta nouatio, saltem hodie pro secunda obligatione continente longiorem dilationem quā prima.
9 ¶ † Nec ob. id quod ibi no. glo. quam suprà retuli, & quam ibi sequitur Bar. qa respondeo ꝙ vt dicit Io. de Imo. & Raph. Cu. illa gl. non dicit ꝙ fiet nouatio prioris obligationis per scdam continentē longiorē diē, adeò ꝙ nunq̄ possit agi cum effectu ex prima obligatione, sed solū dicit ꝙ ꝯ primam stipulationē, competit exceptio ꝑ secundam. nam hoc verū est secundum eos ꝙ obstat exceptio, si ex prima agatur durāte dilatione adiecta in secunda obligatione, quia intentio partium vr̄ fuisse ꝙ pendente dilatione longiore adiecta in secunda obligatione, non possit inquietari aliquo modo debitor, nec ēt ex prima, sed finita illa longiore dilatione poterit agi ēt ex prima, quia non intelligit̃ esse nouata, vt d. l. fi. & ideo dicit do. Raph. ꝙ illa exceptio competens cōtra primā actionē causat non ꝓpria virtute nouationis, sed virtute cuiusdā prorogationis resultantis ex illa longiori dilatione adiecta in secunda obligatione, & ita dicit esse de mente Bar. in d. l. pe. dum allegat. l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de ver. obli. & per hunc modū saluat Bar. ad oppositionem d. l. fi. & hoc ēt vult Ful. in d. l. fi. dū dicit ꝙ illud quod sentit glo. ibidē in fi. si intelligatur hodie habere locum in conuentionalibus stipulationib. esset contra d. l. fi. vt ēt dicit Pau. de Cast. in d. l. qui bis. ¶ Nec dicitur qd̄ illa l. fi. nō vetat fieri hodie nouationem ope exceptionis in casibus, in quibus olim fiebat nouatio tacitè, dato qd̄ expresse hodie non ageretur ꝙ fieret nouatio, vt dicunt quidā velle gl. in l. 2. ff. de noua. quia r̄ndeo primò ꝙ in casu nostro ēt olim non reperiebatur qd̄ in cōuentionalibus stipulationibus tacite fieret nouatio, imò potius cōtrariū. l. eū qui ita. §. pe. & l. q vsum fructum. ff. de ver. ob. nec obstat. d. l. pe. cū gl. quia. s̄. proxime
10 respondi. ¶ † Secūdò r̄ndeo ꝙ etiam dato qd̄ essemus, in casu, in quo tacite olim fieret nouatio, tamen nō est de iure verum ꝙ hodie ope exceptionis fiat nouatio, nec vlla lex est quæ hoc dicat, imò contrariū probatur in d. l. fi. in verbo nihil. quæ est vniuersalis negatiua, & in verbo penitus, quæ verba idem operantur ac si dictum fuisset nihil omninò nouari. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. iunctis not. per glo. in cle. 1. in verbo, nullius. de præben. & not. per Io. An. in c. 1. in verbo penitus.

nitus. de postu. præl. in 6. in nouella. & quod dictio, penitus, importet idem quod omninò, probatur in l. 1. iuncta rub. C. de gladiato. penitus tol. lib. 11. & no. Archid. in c. 1. de suppl. neg. præla. in 6. & vbi dictio omninò, vel æquipollens iungitur cum negatiua prout iungitur in d. l. fi. importat idem qđ nullo modo. l. in naue Saufeli. ad finem, cum gl. ff. loca. seu importat idem quod dicere sine distinctione. l. vbi autem. §. fin. ff. de verb. obl. ergo perinde est ac si in d. l. fin. diceretur nullo modo nouari vel sine distinctione non fiat nouatio: ergo nec ipso iure nec ope exceptionis. ¶ Et hanc opinionem sequitur Iaco. de Belu. in disputatione sua, quam ponit post. l. postquã liti. C. de pac. in 2. quæstio. per d. l. fi. quicquid secundum eum dixerit glo. ibi. & ita est etiam de mente Cyn. Ray. & Iac. Butr. Sali. & Fulgo. in d. l. fi. & Guli. de Cum. & Bald. in l. rescriptũ. §. si pacto. ff. de pac. & Ray. in l. si pacto quo pœnam. C. de pac. & sentit Bar. in l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cert. pet. dũ absolute vult, quod in casu in quo olim tacite fiebat nouatio, hodie non fiat, nisi expresse agatur per d. l. fi. & Io. de Imo. Rapha. & Paul. de Castr. in d. l. pen. & in d. l. 2. & Ioan. de Imo. in l. delegare. la 1. ff. de noua. & Fulg. in l. singularia. ff. si cer. pet. & est de mente gl. in l. si Sthicum. in princ. ff. de nouatio. quã
11 ad hoc ibi ponderat Raph. Cu. ¶ † Nec obstat gl. in d. l. 2. quia intentio illius glo. est quòd si hodie tacite ageretur nouatio-
b nem primæ obligationis fieri, puta ex aliquibus coniecturis:[b] tunc si ageretur ex prima, obstaret exceptio, non autem debet intelligi ꝙ in omnib. casib. in quibus olim fieret tacite nouatio, hodie etiã fit ope exceptionis: & ita declararet glo. clarius locuta in d. l. pen. in glo. magna. & ita intelligunt præfati do. in d. l. 2. & in d. l. pe. ¶ Et per ista apparet esse respõsum ad oĩa allegata in contrarium: nam iura primò allegata procedunt quando tempus fuit adiectum causa limitandæ obligationis, aliàs secus, vt suprà, declaraui, & notant doc. maxime Petr. de Anch. & Ioan. de Imo. & do. Sal. in d. c. constitutus. cum concordantiis. suprà, allega. ¶ Ad alia verò superius allegata circa fundamentum nouationis est responsum, ꝙ non sumus in casu quo facta sit nouatio & sublata prima obligatio. & ista conclusio in casu nostro vltra iuris fundamenta, videtur habere maximam æquitatem, ꝙ dicti contrahentes cum dicto Anto. qui erant minores, & non fuerunt confisi de dicto Antonio, & propterea viderunt ꝙ fideiussores debeant remanere destituti dicta obligatione fideiussoria, cui nunquàm intellexerũt renunciare, & viri periti intelligunt an de iure intelligantur liberari ex dicto nouo tacito contractu: vt apparet ex difficultatibus de quibus supra, ppea dñs Iulianus diligẽter aduertat.

ADDITIONES.

* Prorogatio.] Vide etiam Ias. ad l. lecta. 5. no. ff. si cer. pe. & Fel. ad ca. de causis. col. 3. de offi. deleg. & Alex. consi. 66. dub. 3. lib. 7. Ias. latius ad l. 1. col pe. C. de iudi. Alex. ad l. si mora. col. antep. ff. sol. ma. Natta.

a ¶ Differentiæ. tunc non liberatur fideiussor, quia non augetur sed differtur exactio. Bertran. consi. 188. duo fuerunt. lib. 1. infra lib. 7. consi. 66. num. 8. Adde Soci. consi. 61. lib. 4.

b ¶ Coniecturis. supra lib. 2. consi. 13.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio discussionis post litem cont. opponi nequit, etiã in causa appellationis.*

3 *Discussio minus solennis valet, nisi appelletur.*

4 *Statutum non valet quòd debitum non possit peti potest decem annos.*

6 *Præscriptio, si probetur, est probandum de certo initio & continuatione possessionis.*

7 *Pœna. l. 1. C. de plus peti. cessat nisi probatus sit dolus.*

8 *Procurator generalis non facit cadere dominum in pœnam.*

9 *Decretum non ligat in loco in quo non est publicatum.*

10 *Sententia valet post tempus præfixum iudici, non instantiæ.*

11 *Sententia nulla potest confirmari ex eisdem actis per iudicem ad quem.*

12 *Notarius præsumitur ex confectione quatuor instrumentorũ.*

CONSILIVM LXXIII.

In causa appellationis & litis inter Bartholomæam q. Tonij Spinelli de Burgo Tausignani appellantem ex vna, & Britiam q. Simonis Dolfi de Palazalo appellatã ex alia, mediantibus earũ procuratoribus, tangam circa ea tantummodò, quæ nouiter sunt deducta in causa appellationis, qa de gestis in causa principali alias plene scripsi vltra elegantissima consilia famosissimorũ doctorũ diffuse scribẽtium
a pro parte dictæ Britiæ.[a] ¶ Deductum est igitur & primò nouiter in causa appellationis pro parte dictæ Bartholomeæ ꝙ excussio facta pro parte Britiæ in causa principali contra And. & eius hæredes, non fuit legitima: quia cũ in instrumento essent tres rei debendi obligati insolidũ. s. Bar. An. & Mattheus antequàm deueniretur ad tertios possessores, oportuit excussionem fieri contra oẽs reos, ꝙ hoc factum non extitit, maximè cum pars aduersa conata fuerit docere ꝙ dictus Bertotius est idoneus, & soluendo. ¶ Ad hoc respondeo, primò qđ sup-
* posito ꝙ de iure requireretur excussionẽ fieri ꝯ omnes reos* debendi insolidũ, anteq̃ deueniatur ad tertios possessores, de quo me remitto ad no. per Bar. in l. 2. C. quo ordine quis conueniatur. lib. 11. vbi hoc reliquit indecisum, & ad no. p Ang. C. de pig. in auth. hoc si debitor. tamen in casu proposito hoc
1 non habet obstare. † Primò, quia non fuit opposita talis exce-
b ptio in causa principali ante lit. contest.[b] vt de iure oportet; aliàs procedit iudicium, & postea opponi non potest; vt not. Cyn. & Bal. C. de prob. in l. exceptionem: & doc. ff. de except. in l. exceptiones. la 1. & Bart. ff. de fideicom. in l. si dubitari. & omnino Bar. in l. lege prolatam, in princip C. de senten. & dicta authentica hoc si debitor, in fi. & in l. 2. C. communi diui. & in l. si mancipium. §. 1. ff. de euic. & Bal. in l. conuenticulã. de episc. & cle. tunc si exceptio, quæ debet opponi ante litem cont. & non est opposita in causa principali, non põt amplius in causa appellationis opponi. iste est text. singularis qui non est alibi in l. ita demum, & ibi omnes doc. C. de procu. ¶ Item dici potest quod nedum contra oẽs reos debendi, sed nec contra aliquem in hac causa requirebatur excussio, vt latè deduxi in allegationib. causæ principalis. ¶ Tertiò respondetur, & clarè ꝙ est productum instrumentum in causa in quo apparet ꝙ post primã obligationẽ in qua dicti tres correi erant obligati insolidum deuenerunt & renouauerũt obligationem cum eorum creditore, & conuenerunt qđ quilibet esset obligatus tm̃ pro sua rata, & non vltra, nimirũ ergo si non requirebatur excussio ꝯ oẽs reos, quia non erant obligati Bertotius & Matthæus pro rata tangente dictum Andream, & hoc non hẽt dubium. ¶ Nec ob. si dicatur quod dictum instrumentũ fuit fictitiũ & simulatũ, & in fraudem dotis dictæ Bartholomæ, quia rñdeo, ꝙ imò fuit in fauorem dotis, qa vbi primò d. Andreas poterat conueniri insolidum propter dictum instrumentum fuit liberatus ab obligatione solidi, & in dubio instrumentũ præsumitur validum, & solenne. l. cum precibus. C. de proba.
2 & l. generaliter. C. ad Velleia. † Quinimò cum in processu excussionis factæ fuerint citationes saltem generales, quæ in tali actu sufficiunt, vt dixi in causa principali, debebat dicta Bartholomæa comparere, & indicare bona dicti Bertotii, vel saltẽ
3 à dicta pronuncia super excussione appellare, † in qua excussione, licèt esset erratum, tamẽ de iure valet & tenet nisi sit ab ea appellatum, vt not. dixit Bar. in l. a diuo Pio. §. in venditione. de re iud. sequitur Bal. in auth. sed hodie. C. de act. & obl. ¶ Secundò in causa appellationis est deductum & allegatum statutum disponens quod si quis steterit per decennium qđ non petierit pecunias datas ad laborandum, excludatur à credito. nam ad hoc clarissimè respondetur plurib. modis. † Pri-
4 mò, quia statutum non valet[c] tanquam peccatum inducens,
c vt firmat Tancre. de Cor. in opere suo in 12. rubr. in q. 24. & Bart. in l. omnes populi. de iusti. & iur. Bal. in auth. ad hæc. C. de vsu, Angel. in l. 1. C. de iudi. Ioan. And. in c. 2. de excep. in 6. in regula, possessor. & do. Anto. & ibi etiam latè per d. Ioan. in c. fi. de præscr. & idem Imo. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuca. & Raph. in l. 1. ff eo. tit. & hoc non reputo expediens altius discutere, quia hæc est communis & vera sententia, quam à mille annis citra, vsus approbauit. ¶ Secundò respondeo ꝙ dictũ statutum expresse loquitur in maiore vel eius hærede maiore, sed dicta Britia fuit minor, vt est plenè deductum & probatum in iure & in facto in prima causa, ergo &c. ¶ Tertiò dictum statutum in fi. loquitur quando debitor principalis vel eius hæres iurat debitum soluisse vel sibi traditam non fuisse pecuniam, aliàs verò secus. sed in casu nostro domina Bartholomæa

vel eius heres iurat debitum soluisse vel sibi traditã non fuisse pecuniam, aliàs verò secus. sed in casu nostro domina Bartholomæa non est illa debitrix, cum qua fuit debitum contractum, nec etiam est eius hæres, ergo non potest ipsa iurare.
5 Considerauit enim statutum† quod alius quàm debitor principalis non posset nisi anceps subire periurium. l. Marcellus. ff. rerum amota. & l. videamus. §. primò, de in litem iuran. vnde cum dictum statutum sit exorbitans, & contra ius commune, & odiosum, non debet aliquo modo extendi. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrim. l. si seruum. §. non dixit prætor. de acquir. hæredi. & quod not. in l. 1. C. de his qui ante aper. tabu. & in aut. præterea. C. vnde vir & vxor. & potissimè in casu nostro, in quo domina Bartholomæa conuenitur hypothecaria,
* hoc est actione reali quà actione * qui conuenitur, non dicitur propriè debitor. insti. de act. §. primò, & glo. not. in l. Aurelius. §. Mæuia. de li. leg. not. Bald. in l. fin. C. de compen. & in l. pen. C. quod cum eo. & in l. cum necessitatem. C. de fideicom. & in l. pretium. C. de colla. bene facit quod legi. & not. maximè per doc. in l. 1. ff. si cer. pet. si ergo non est propriè debitor, ergo statutum in casu nostro non extenditur, quia loquitur de debitore, ar. l. constitutiones. ad muni. & l. 1. §. si rem de pi-
6 gno. ac. l. prospexit. ff. qui & a quibus. ¶ Præscriptio † autem iuris communis nõ habet obstare, vt latè scripsi in causa principali, potissimè cum dicta Britia fuerit minor, vt fuit aperte probatum in prima causa, nec per partem aduersam in hac causa est probatum contrarium. quinimò etiam nec in causa principali, nec in causa appellationis est probata possessio continua, saltem decem anno. nam testes dicunt ꝙ possedit a tali tempore citra. nam per hoc non est probata possessio conti-
d nua, quia oportet quòd testis [d] dicat à tanto tempore & citra, vel per totum dictum tempus, alias non probat, vt not. declarat Bar. in l. Celsus. ff. de vsu. cum concord. quod latius examinaui in prima causa. quinimò certum est quòd in teste, vt probet, attenditur redditio causæ, iuxta plene not. in l. 3. C. de testi. & in ca. cum causam. extra eodem titul. etiam si primò dixisset contenta in capitulo vera esse, vt not. Bal. in rubr. C. si ex fal. instrum. & in l. testium. de testi. Sed testes interrogati in causa scientiæ, dicunt quia viderunt & audiuerunt dictam dominam Bartholomæam locare dictam apothecam aliquibus annis, & non dicunt quot annis. ¶ Item per locationem non probatur possessio, vt est text. expressus in c. inter dilectos, ad fi. de fi. instrum. & no. glo. & doct. in ca. cum Bertoldus. de re iudi. & per doc. in ca. cùm venissent. de restitu. spol.
7 ¶ †Tertiò principaliter allegatur de nouo in causa appellationis quòd fuit pro parte dictæ Britiæ petitum plus debito, & debitum iam solutum, quod tamen non constat, & eo casu quo constaret, dicitur ꝙ in casu nostro cessat pœna tam iuris communis quàm constitutionis edita contra plus debito petentem, vel debitum iam solutum, quia per hoc non est probatus dolus plus petentis, qui in hoc requiritur. imo etiam de iure requiritur quòd probetur cautionem debiti per dolum exegisse. ista habentur clare. in l. 1. C. de plus peti. & Barto. Bald. & Sali. reprobantes glos. 1. & approbantes glos. in c. 1. de plus peti. sequitur etiam Bart. in l. qui solidum, in princ. de lega. 2. & in l. si seruus. §. bonæ. de condi. fur. & quod not. glo. in l. cum quædam. §. primò, de iurisdictio. omn. iud. ¶ Et maxime in casu nostro in quo dicta Britia habere dicitur de iure iustam causam ignorantiæ, quia petit ea quæ fuerunt facta & celebrata inter alios, & non inter ipsam, ergo & cæt. l. fi. ff. pro suo. l. qui in alterius. de reg. iur. & quod not. in l. cum filius. §. in hac. de verborum obligatio. & in l. si quis delegauerit. de nouatio. ¶ Quinimo† etiam si prædicta vera non essent
8 dico quòd cum dicta Britia nunquam per se comparuerit in iudicium ad petendum dictum debitum, sed eius procuratores tantùm, quod procurator * non intelligatur habere in mã-
* datis vt faciat vel petat aliquid propter quod dominus incidat in pœnam, vt l. si procurator. & ibi Barto. & doc. ff. de cõdi. indebi. & l. si pater ff. quæ in frau. cre. & quod not. Bal. per illum tex. in l. 1. C. de condit. ob causam. & in l. ab executore. C. quorum app. & Bart. in l. 2. §. procurator. ff. quod quisque iuris. & Spec. in titu. de procu. §. primò, vers. sed nunquid in edic. ¶ Quarto principaliter & vltimo nouiter deduxit pars aduersa in causa appellationis, quòd sententia lata in fauorem dictæ Britiæ fuit nulla, quia lata extra tempus decreti. & re-
9 spondeo prout alias his diebus in simili causa dixi. † Et primo, quia istud decretum nunquam fuit publicatum in Castro Tauxignani, vbi vigent diuersa ordinamenta ab his quæ sunt in ciuitate, & quòd fuerit necessaria publicatio in dicto loco, etiam si per alia loca fuit publicatum, allego text. in authen. vt factæ nouæ constitutiones. in princ. ibi, in prouinciis autem ex quo discretæ per me ropolitas palam factæ sunt. & circa medium. ibi, ex quo directa & palam facta est in vnaquaque metropoli, & melius probatur ibi in fin. dum dicit, omnibus faciat manifesta. & qui in hac maxime ciuitate, & ꝗ foris inhabitant. & hoc tenet d. Anton. & Ioan. de Lig. & Ioã. de Imo. in ca. 2. extra de consti. per dictum text. facit text. in c. cum infirmitas. de pœni. & remis. & quod not. Ioan. And. in cap. cum singula. in ver. perueniat. de præben. in 6. non enim potest dictum decretum ligare ignorantes. l. fin. ff. de decretis ab or. fa. & expressius in ca. vt animarum, de consti. in 6. & in ca. fi. qui ma. accu. pos. & quod not. Bal. in l. antepen. C. de legi. & not. Bar. in l. quod Nerua. ff. depos. pro hoc induco text. not. in l. fin. C. de testa. vbi consuetudo Comitatus obseruatur in Comitatu, non autem ibi obseruatur lex ciuitatis. ¶ Secun-
10 do respondeo † quòd præsupposito quòd sententia esset lata extra tempus decreti in hac causa obseruandi, quod tamen sententia tenet, sed iudex incidit in pœnam, quia decretum præfigit tempus iudici, non instantiæ. l. 1. C. vt omnes tam ciuiles. & l. properandum, in prin. & ibi hoc Barto. & doc. C. de iudi. & Bal. in c. 1. si de inuesti. inter do. & vasal. lis or. & in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. procon. & Spec. de iud. dele. §. restat. ver. ciuitatis statuto. & ibi Ioan. An. & Petrus de An-
11 char. in clemen. 1. de rest. in integ. ¶ Tertio † respondeo, & istud imponit huic obiecto silentium, quòd præsupposito quod dicta sententia fuisset nulla dicta ratione, tamen si vobis iudici constat ex actis illam fuisse æquam, debetis illam
e confirmare, [e] vt not. Bart. in l. si vt proponis. la 1. C. quomodo & quando iud. & in l. cum quærebatur in fin. ff. de re iudi. & in l. 1. in fin. C. quando prouo. & in l. si expressim. de app. & in l. iudex, de re iudi. sequitur Petrus de Ancha. in clemen. 1. de re iud. allegant Imo. in ca. cum contingat. de offi. deleg. sequitur etiam clarè do. Anto. extra de app. in ca. dilecto. cuius verba sunt hæc, sequendo Bar. in d. l. si vt proponis, quod nedum iudex coram quo petitur sententiam declarari nullam, possit etiam confirmare, sed etiam si ille pro quo est lata sententia, vellet eam fateri nullam, & eam peteret reformari & eisdem actis, quod potest hoc facere iudex omissa cognitione nullitatis. ita dicit ipse, & hoc debetis facere vos domine iudicans ad quem spectat lites dirimere. l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. peta. & l. properandum. Subdo postremo, quòd licet in causa principali esset satis plene probatum quòd ser Ioannes Vgolini de Cauina, qui fuit rogatus de testamento Ioannis producto in causa esset publicus notarius, adhuc tamen fortius & de antiquiori tempore est probatum in causa appellationis ꝑ productionem quatuor instrumentorum antiquorum, quæ confecta fuerunt a dicto ser Ioanne tanquam a publico notario, tunc succedit notabile dictum Inn. & doc. in ca. 1. de fide
12 instrum. † quòd per confectionem quatuor solennium instrumentorum quis præsumitur esse notarius. & hoc etiam sequitur Spec. in titu. de fide instru. §. restat. versic. ex præmissis facit. l. 3. ff. ad Macedo. l. Barbarius. ff. de offic. præto. & quod no. in c. consultationibus. de iure patronã. in c. nihil. de elect. cum similibus. Et ex prædictis clarè colligitur partes iudicantis esse in pronunciando male appellatum & bene iudicatum victum victori in expensis &c.

ADDITIONES.

a ¶ Britiæ. pro qua etiam consulerat Alex. & obtinuerat in prima instãtia. supra, lib. 5. consi. 8.

* Contra omnes reos.] Quòd non requiratur excusio plurium reorũ simul debendi; Bal. consil. 149. Proponitur quod ex causa depositi in fi. lib. 1. & consi. 198. Ad intelligentiam huius materiæ. li. 2. Natta.

b ¶ Contest. Pet. de Ferra in forma resp. libel. in act. hypothe. ver. exceptionem excussionis. Auffre. in addi. q. i hol. 86. la. l. naturaliter. §. nihil commune. de acqui. poss. An. Neguza. tra. pig. per 8. membro 1. nume. 34. limito in fideiussorem indemnitatis, vt dixi infra lib. 7. consil. 29. nume. 24.

c ¶ Non valet. idem supra lib. 2. consi. 138. nu. 6. sed contra tenet Raph.

Cu.consi.67.vide Fran.Balb.de præscr.2.per 3.par.prin.q.14.dixi cō
sue.Parisi.68.adde infra eo.consi.172.num.19.& latius consi.218.cō
sil.220.nu.6.cum seq.1.lib.7.consi.70.

c Qua actione.] Vide Iasonem,seu potius eundem Alexandrum sub
Iasonis nomine in com.in tit.de actio.Instit.in prin.super glo. debe-
tur. Natta.

d ¶ Testis supra lib.5.consi.lxxxix.nu.2.

e ¶Procurator.] Procurator generalis non potest facere vt dominus
incidat in pœnam calumniæ; Bart.ad l.2.§ si autem.de iura.calum.
Doct.ad l.qui bona.§.si alieno.ff.de dam.infec.& ad ca. fi.de iuram.
calum.in 6.Attamen procurator generalis facit incidere dominum
in pœnam ex actu illicito vbi dominus scit,& patitur; Iaso.ad d.l.si
procurator.limit.5.ff.de condit.indeb. Natta.

e ¶Confirmare. suprà,eod.consi.17.

## SVMMARIVM.

1 *Culpæ appellatione in dubio intelligitur de leui.*
3 *Incendium præsumitur accidisse culpa leuissima:ideo socius non*
*habet fundatam intentionem contra socium tenentem rē quæ*
*combusta est.*

## CONSILIVM LXXIIII.

Viso titulo quæstionis de qua dubitari contingit, & his
quæ abunde & solenniter scripta sunt per præstan
tissimum dominum supra consulentem celeberrimum iurecō
sultum dominum Angelum Arc. & nonnullis capitulis ꝑ par
te Nicolai de Vairo productis contra Nuptii Thutium procu
ratorem feudi fluminis frigidi, in quo sita est seria,de qua ver
titur quæstio, & attestationibus testium quinque super dictis
capitulis receptorum,quæritur an stantibus veris quæ per te-
stes deposita sunt conueniri possit nobilis vir Thutius de Bal
samo per præfatum nobilem virum Nicolaum de Vairo, ra-
tione dictæ seriæ combustæ.In quo videretur prima fronte di
1 cendum quod sic. ¶ † Ad quod ostendendum præsuppono ꝙ
præfati Thutius & Nicolaus dicūtur socii in dicto fundo, sal-
tem societate, quæ incidens appellatur ex quo fundum est cō
mune.l.cum proponas.C.pro soc.& ibi no. Bar.& doc.in l.2.
in prin.ff.commu.diui.& l.vt sit.cum ibi no.ff.pro soc. De cu
ius societatis vel etiam conuentionis natura est,ᶜvt quilibet in
re communi teneatur præstare diligentiam, & tenetur de do-
lo,lata culpa & leui,licèt non de leuissima.l.socius socio. ff. ꝓ
soc.insti.eo.§.fi.& l.pen.C.commu.diui.l.si alii.§.sed & si do
lo.& l.hæredes.§.non tantum.& ibi Bar.ff.fa.ercis.& l. si is cū
quo.& l.si conuenerit.ff.commu.diuid.& l.contractus. ff. de
reg.iur.cum simi. nam dum iura prædicta faciunt mētionem
a de culpa, in dubio intelligitur de leui,ᵃ vt l. in venditione.§.
de tempore.cum glo.in verbo,culpa.& ibi Bar.ff.de bo.auth.
iud.pos.no.Bal.in l.acceptam.in 6.q.C.de vsu.& Bal.authen.
quod locum.in versi.secundo quæro quæ culpa &c. C.de col
2 la. Sed ita est quod ille, † qui tenetur de dolo, lata & leui cul-
pa circa rem aliquam, si appareat talem rem esse incendio cō-
bustam,præsumitur combusta culpa eius qui in tali re teneba
tur præstare diligentiam,& ipsi alleganti quod sine culpa eius
res combusta est,incumbit onus probandi, vt firmat Bar.ple-
ne,& communiter doc. sequuntur in l. si quis ex argentariis.
§.an nec hæredi. ff. de eden.& nō.Cano.in ca.2. de deposi.&
Mode.vt Io.de Imo.in l.domos.ff.de leg.1.allegant.l.si vendi
ta. ff. de peri.& commo.rei ven.vbi dicitur quod incendium
regulariter nō consueuit esse sine culpa, vt ibi,& l.3. §.cogno
scit. ff.de offic. præfe.vig.facit.l.si quis fundum.§.Imperator,
cum ibi not.ff.loc.& quod no.in l.si creditor. C.de pign.act.
cum similibus. cum ergo ex parte Thutii seriam possidentis
non fuerit probata diligentia, & quod absq; eius culpa fuerit
seria concremata: ergo ratione præsumptæ culpæ tenetur si-
cut teneretur venditor reuendita apud eum combusta, d.l.si
vendita, qui venditor similiter non tenetur nisi de dolo, lata
& leui culpa.l.si vt certo.§.nunc videndū.ff.commod. Quan
to magis ergo teneri debet si præsupponamus pro parte Ni-
colai probari id quod dicunt testes præfati, scilicet ꝙ tempo-
re combustionis seria erat sine custodia, & sine aqua, & infra-
ctiuata herbis, & aliis rebus incendium fouentibus, & quod
erat locata vni presbytero nō solito seriam tenere, & ꝙ in in-
cendio seriæ culpa & defectus interuenit &c. vt plenius ex
3 lectura attestationum colligitur.¶ † Sed præmissis non obst.
in casu de quo quæritur contrariam sententiam probabilio-
rem puto.videlicet ꝙ Thutius ex incendio conueniri non pos
sit, quod probatur primo ex doctrina gloss.not.in §.fin. inst.
quib.mod.re contrah.oblig.quę aperte sentit, quòd culpa illa
quæ in dubio præsumitur adesse incendio, est culpa leuissi-
b ma. ᵇ bene facit quod not. glo. in l.cum duobus. §.damna.in
verbo,subreptum sit.ff.pro soc.sed de culpa leuissima non te-
nebatur Thutius Nicolao ratione cōmunionis, sed solùm de
leui culpa, vt probaui, supra ergo ratione culpæ præsumptæ
non potest conueniri Thutius, & hoc modo posset responde-
ri ad notata per Barto. in d.l.si quis ex argentariis.vt doctrina
eius procedat in casibus in quibus veniret leuissima culpa.vel
aliter etiam potest responderi, vt patebit ex infrà dicendis.
4 ¶†Secundo probatur: nam certum est quod si dictum incen-
dium accidisset casu fortuito, dictus Thutius non teneretur,
vt ff.pro soc.l.cum duobus.§.damna fatalia.ibi,aut incendio.
& l.si vt certo.§.quod vero.ibi,incendio.ff.commo.& l.in ra-
tione.la secunda.in prin. ff.ad l.Falci.& l.penul. ff. de incen.
rui.nau.l.cōtractus.ff.de reg.iur.l.1.§.is quoque. ff.de actio.
& ob.l.ex conducto.§.fi.ff.loca.l.quæ fortuitis. C. de pigno.
ac.l.j.C.depo.cum simi. Sed incendium prædictum reputari
debet casus fortuitus,quo ad Thutium:qa præsupponitur qd
ignis fuit immissus non in seria, sed extra seriā veniens a loco
longinquo,& remoto per tria miliaria vel circa, & fuit incen
dium insolitum,vt verbo fertur, isto enim casu reputatur in-
cendium fortuitus casus, vt not.Bal.in l.1. C. deposi.allegat.
l.fistulas.§.frumenta.ff.de contrahen.emp.Et similiter,quòd
ignis immissus ab alio,quam ab habitante dicatur casus fortui
tus.tenuit Bal.in l.pignus. C.de pigno.act.& in l.3.§.cogno-
scit.ff.de officio præfec.vigi.& ꝓbatur optimè in l. videamus.
5 §.fin.cum l.seq.ff.loca. ¶†Tertiò cōfirmo ex notatis pulchrè
per Bal. C. de pig.act.in l.si creditor.vbi dubitauit quomodo
probari poterit in incendio culpam abesse,ille qui de culpa te
nebatur: respondet ipse si probatur, vnde incēdium habuerit
originem,puta ab hostium incursu. idem dicit ipse si non po-
test apparere vtrum incendium habuerit culpam ab habitan-
tibus,vel hospitantibus; prout dicit ipse fuisse de facto in cō-
bustione hospitii Leonis:quia non apparebat vtrum incendiū
habuerit culpam ab hospitantibus, vel ab exercitore, vel fa-
mulis hospitii,quia in isto dubio non debet ferri sententia cō
tra eum cuius culpa allegatur,quia culpa non est probata.alle
gat in ar.ff.de his qui deie.vel effu.in l.si verò §.interdum. &
ita decidit Bal.in d.l.si creditor.quāquam istum passum inde
cisum reliquerit in d.l.3.§.cognoscit. ff. de offic.præfec.vig.
Sed ita est in casu nostro,quia ignoratur (vt verbo fertur)quis
fuerit incendiarius, imò minor dubitatio est in casu nostro,
quia in quæstione nostra præsupponitur constare quod incē-
dium extra seriam & à loco valde remoto ortum habuit.¶Nō
6 obst.† quòd testes dicunt quod tempore combustionis seria
erat sine custodia,& sine aqua,& infractiuata, & quòd alia se
ria ibi vicina consueuit stare cum custodia, & cum aqua, & ꝙ
intercessit culpa in incendio &c.quia ad hoc respondeo, pri-
mò quod Thutius non tenetur de omni culpa, sed solum de
dolo lata & leui culpa,vt probaui supra in princ.vnde ad hoc
vt dicatur esse probatum quod Thutius fuerit in culpa saltem
leui, oportebat capitulari & per testes probari quòd dictus
Thutius seu conductores eius omiserint facere ea quæ diligē
tes patresfamiliàs facerent circa dictam seriam, & eius custo-
diam,vel ꝙ faciebant ea quæ diligentes patresfamiliàs non fe
cissent, alias enim non dicitur probata leuis culpa. ita dicit
Bar.in l.si cui venderet.§.fin.ff.de pign.act.per illum text.vel
secundum Bar.in l. quod Nerua. ff. depo.in ver.6.principali-
ter quæro &c. iuncta q. sequenti, ad probandum leuem cul-
pam oportet articulare,& probare quod non adhibuit eam di
ligentiam, quam adhibent homines diligentes eiusdem con-
ditionis & professionis. cuius erat ille qui diligentiam non
adhibuit.alleg.l.si putator. cum sim.ff.ad l. Aquil.subdit etiā
Bart. ibi quod ad probandam leuem culpam in rebus cōmu-
nibus incidenter prout in casu nostro probatur leuis culpa
probando quod negligens non adhibuit eam diligentiam,
quam eo tempore adhibuit in rebus propriis.l.hæredes.§.nō
tantum.ff.fa.erc.Bal.etiam in l.solā.C.de testi.dicit ꝙ ad pro-
bandam leuem culpam, oportet probari per causam in hoc
inferentem, vt puta ꝙ probetur ꝙ minus diligenter quis clau
sit ostium,licèt clauserit,non tamen sicut quilibet diligēs ho-
mo clau-

mo clausisset inspecta qualitate loci vel tẽporis. Sed prędicta nedum non sunt sub forma pdicta probata per testes, sed nec fuerunt in capitulis deducta, debet ergo capitulari ꝙ quilibet diligens paterfam. eiusdem cõditionis cuius erat Thutius dictam seriam semper effracturatam tenuisset, & cum custodia, & cum aqua &c. Et quod Thutius in suis proprijs reb. nõ fuit tunc temporis tali negligentia vsus, quali vsus est circa cu
7 stodiam dictæ seriæ. ¶ † Quartò cõfirmantur prædicta ex his quæ notanter scribit Gulie. de Cugn. & Bart. in l. vt certò. §. sed interdum. ff. commod. vbi eleganter volunt, quod vbi q̃s allegat aliquem teneri de casu, eo quia culpa precessit casum, oportet eum articulare & probare, ꝙ ille casus contingit solũ propter illam culpam. & ꝙ casus aliter non potuisset contingere, nisi illa culpa interuenisset. allegat. l. non omne. ff. de statu li. Nico. ergo allegans Thutium teneri de casu incendij immisti aliunde, quàm in seria ab aliis non in seria habitantibus debebat capitulare & probare concludenter, & necessario ꝙ seria non fuisset concremata nisi præcessisset culpa Thutii in retinendo seriam infractiuatam, & sine custodia, & sine aqua. Sed istud non est probatum: ergo &c. ¶ Nec obst. quod Iulianus primus testis & Rogerius vltimus testis dicunt quod dicta seria fuit cõbusta culpa & defectu secundum videre & iudicium ipsorum: quia erat infractiuata, & sine custodia: & q̃d eorum iudicio si conductores seriæ inuenissent hoĩes qui eos iuuassent, potuissent seriam ab igne defendere &c. quia respõdeo quod isti testes non dicunt ꝙ culpa prædicta fuerit talis quæ non fuisset commissa a diligenti viro eiusdem conditionis &c. & sic ꝙ fuerit culpa leuis, de qua bene teneretur Thutius. nam potuit esse culpa leuissima. quæ fuisset commissa a diligenti vero, licèt non a diligentissimo. l. j. §. is quoque. ff. de act. & obl. l. in reb. in princ. ff. commo. & sic non dicitur talis probatio necessariò concludere de leui culpa, prout debet ca. in præsentia, de proba. l. neque. C. de proba. ¶ Præterea dicti
8 † testes non assignant rationem dicti sui per alterum ex sensibus corporis, prout debent. l. qui testamento. §. fi. ff. de testa. l. testium. C. de testa. in auth. de hære. & Falc. §. fin verò absunt. sed deponũt per verbum, videtur. Et per verbum iudicio, quo casu non probant: cum tunc non dicantur testificari, sed iudicare, vt no. Bar. in l. quid tamẽ. §. si arbiter. ff. de arb. & in trac. suo de teste. bene faciunt no. per Bal. in l. 3. in 5. quæstio. C. de testi. & per Cy. in l. testium. in 5. q. eo. tit. & quod not. Cano. in c. quoties. de testi. maximè cum testes non assignent rationem vrgentem, vt dicunt doc. in locis præalleg. ¶ Et similiter
* alius testis. s. Io. de Castro dicit quod forte non fuisset * combusta dicta seria, si aqua in ea fuisset, & fuisset effractiuata &c. nam similiter non probat iste rationibus allegatis supra cõtra
9 præcedentes testes. ¶ Alii testes † circa hoc nihil dicunt. Et prædicta duo vera, præsupposito q̃d iudicio intentando contra Thutium testes idem probarẽt, quod probarunt cõtra Nuptium Titium: quia indubitabile est quod testes examinati cõtra Nuptium Titium non citato Thutio nullum præiudiciũ faciunt Thutio. l. si vteris. & quod ibi no. doc. C. de fi. instr. & l. denuntiasse. §. fi. ibi, si condemnatus fuerit, mulier per eum non est condemnata &c. ff. de adul. & l. Lucius. secundum vnã lec. ff. de his qui not. infa. faciunt not. per Cyn. in l. j. in vlt. q. C. qui accu. & in l. si quis homicidii. C. de accu. & per Bart. in l. 2. ff. de præuaricator. & quod not. Inn. in c. causam. post medium. qui fi. sint leg. & in c. q̃m frequenter. vt lite non cont. & quod no. Bar. in l. 2. C. vbi in rem act. in versi. quæro vtrũ isto casu sententia lata contra colonum &c. & in l. peregrè. §. quibus. ff. de acquir. possess. & in l. officium. ff. de rei vendica. cum si. facit l. de vnoquoque. ff. de re iud. & C. res inter alios acta
10 per totum. ¶ Non obst. † quod ille qui de culpa tenetur circa rem quæ incendio combusta est, semper probare debet diligẽtiam suam adhibuisse: quia præsumitur in culpa per not. per Bart. in d. l. si quis ex argentariis. § penult. ff. de eden. cum concor. suprà, alleg. quia ad hoc patet multiplex responsio ex superius alleg. ¶ Primò quod verum est, quod presumuntur in culpa scilicet leuissima, vt not. glo. inst. quib. mod. re contrah. ob. in §. fin. sed Thutius non tenebatur de culpa leuissima, vt supra, est ostensum, ergo &c. ¶ Secundo respondeo, quod verũ est quòd in incendio præsumitur intercessisse culpa scilicet inhabitantium, quando in habitatione ignis ortum habuit, & hoc est quod voluit dicere text. in l. 3. §. cognoscit. ff. de offic. præfec. vig. Sed vbi apparet quod aliunde incendium ortum habuit, prout in quæstione nostra, tunc reputatur casus fortuitus. l. videamus. §. fin. iuncta. l. seq. ff. loc. & not. Bal. in l. pignus. præallega. & in d. §. cognoscit. ¶ Tertio respondeo, ꝙ vbi incendium est insolitum, similiter reputatur casus fortuitus, vt dixi. suprà, tenere Bald. in l. 1. C. depo. sed de casu fortuito certum est Thutium non teneri, ergo &c. & si quis allegaret culpam Thutii præcessisse casum, oportet quòd probet concludenter fuisse culpam, quæ non fuisset commissa a diligente paterf. eiusdem conditionis, cuius est Thutius. & quòd si illa culpa commissa non fuisset, nullo modo seria comburi potuisset, quæ nec opportunè capitulata nec probata sunt, vt latius supra deduxi. ¶ Nec etiam habet obstare si dicatur q̃d Thutius fuit in culpa locando seriam personæ non solitæ seriam tenere, quia respondeo primò, quod non est probatum quod hoc fieri consuetum sit a quolibet diligente paterf. eiusdem conditionis, cuius erat Thutius, vt declaratum est suprà. ¶ Secundò respondeo quod ad concludendum ꝙ Thutius fuerit in dicta culpa, oportebat probari per Nicolaum quod faci
* lè fuisset Thutio inuenire conductorem * seriæ solitum seriã conducere, vt probatur in l. idemq; . & ibi hoc no. Bar. & Bal. ff. pro soc. & in l. si ab hostibus. §. fi. ff. sol. mat. & in l. in bonorum. ff. de bon. poss. & in l. tutor qui repertorium. in §. penul. ff. de admi. tuto. & Bald. in l. iuris. C. qui admit. Ex quibus breuiter concludo Thutium occasione dicti incendii minimè conueniri posse.

---

ADDITIONES.

a ¶ Leui supra lib. 1. consi. 45. nu. 1.
b ¶ Leuissima. lib. 1. consi. 50.
* Quòd forte non fuisset.] Testis deponens per verbum, Forte. nõ probat; Iaf. ad l. 1. in prin. circa fi. comment. ff. de iust. & iu. Pro quo facit quia dubitanter deponit; & dubitans & ignorãs æquiparantur. l. manifestissimi. §. 1. C. de furt. & in teste ponit Spec. in titu. de teste. §. 1. versi. Item quòd testis. Natta.
* Inuenire conductorem.] Facit quod per d. l. idemq;. dicit Bar. ad d. l. tutor, qui repertorium §. pe. quem hic adducit Alexan. & sequitur Areti. consi. 31. Considerata. circa fin. Natta.

EPITOME.

¶ In diuisione non veniunt nisi quæ tunc erant propria, nec venit actio est redimendum fundum prius per diuidentes sub pacto redimendi venditum.

CONSILIVM LXXV.

Viso themate & matura dubitatione de qua quæritur, prætermissis argumentis, ad medullam accedẽs di
a co, a † ꝙ dictum prædium ante diuisionem venditum per di-
1 ctos fratres cum pacto emptoris de reuendendo & actio * di-
* ctis fratribus contra emptorem competens, non intelligitur esse deductum & deducta in diuisione prædicta, nec dicto Comiti Guidoni censetur in partem assignata. Considero enim verba instrumenti diuisionis quæ in effectu sonant quod in parte Comitis Guidonis venire intelligantur infrascripta bona, videlicet oẽs & singulas petias terrarum cuiuscunq; conditionis reperiantur fore, & esse posita in infrascriptis villis & territoriis, videlicet in territorio de Campigine &c. Itẽ quarterios qui dicuntur esse quædam vallis cum omnibus ædificiis super ipsis & quodlibet earum positis, ac cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, honorantiis & præeminentiis pertinentib. ad ipsas petias terrarum & quælibet ipsarũ ac ad quascunque valles & pascua suprascripta spectantib. & pertinentibus positis & iacentib. vt supra quæ sint & reperiantur fuisse iurisd. & proprias & propria præfati q. dñi Ia. patris ipsorum fratrum, & tempore vitæ ipsius & etiam in futurum apparebunt fuisse & esse iurisd. & proprias & propria ipsorum fratrũ, & ad ipsos quouis modo spectare & pertinere, prout latius in
2 dicto instrumento. nã † in dicta diuisione non intelliguntur venire nisi eã bona quę de p̃senti tpe diuisionis erant propria dictorũ fratrũ. nec sufficit ꝙ in pręteritũ fuerint cõia nisi de præsenti, idest tpe diuisionis fuerint & essent propria ipsorũ fratrum pp illam copulam, & positam inter illa verba, fuisse & esse, de cuius copulæ natura est quod vtrumque copula-

 tiuẽ

tinè verificetur l.si hæredi plures. ff. de cód.inst.l.si qs ita. de ver.ob.c.2.de rescr.& ꝙ illa verba, esse iuris.& proprias intelligatur de præsenti qñ diuisio facta fuit est tex.in l.certũ. ver. sed si fundũ.& ibi gl.in ver.cõfessus.ff.de confes.facit qd not. de infinito.in l.stipulationũ ali.r.in §.stipulatio.ff.de ver. ob. alias illud verbum esse, post verbũ fuisse, nil operaretur, ꝯ l.si qñ.in prin.ff.de le.j.c.si Papa, de priui.in 6.vnde illud relatiuum, quæ iunctũ verbo præsentis tpis & relatũ ad corpus incertũ, induxit taxationem, vt in terminis nřis est casus in l.nu per.ff.de le.3.sequitur ergo quod cum tpe diuisionis non esset proprium ipsorum fratrum, sed alienatum quod non com

3 prehenditur in diuisione. ¶ Pro hoc ẽt † quia verba debẽt intelligi secundũ naturã actus, qui gerit.l.si vno.in prin.ff.loc.l. si stipulatus, in prin.ff.de vsu.sed de natura & substantia diuisionis est quod res sit cõis.l.j. ff. comm.diuid.aliàs enim non diuidi potest.ar.l.decem.de ver.ob.& l.manumissiones.ff.de iust. & iu. dato quod actio cõi diuidundo possit habere locũ ad alios effectus pro re quæ non est, sed fuit cõis. l.in summa. & l.si quis putas.in prin.ff.cõi diu.& no.in l.j. e. ti.hoc ẽt inducunt verba apposita in prin.& præfationibus instři prædicti in quo dicitur ꝙ dicti fratres venire volentes ad diuisionẽ bonorum & iurium infrascriptorum cõium &c. & cõstet qd ex verbis appositis in præfationibus colligitur intentio finalis.l.si.ff.de hær.inst.l.cum hi.in prin.& ibi Bar. ff.de transl.l. regula.§.si quis.ff.de iu.& fac.ign.facit.l.itẽ qa.in fin. de pac.

4 Nec ob. † ꝙ ille qui actionem hẽt ad rem ipsam rẽ habere videtur, vt l.nemo.ff.de in inte.rest.& in l.qui actionẽ. ff. de re. iu.sed dicti fratres habebant actionem cõtra dictũ venditorẽ ad retrouendendum, ergo &c. quia respondeo, qđ in contractibus verba debẽt accipi propriè & strictè. l.quicquid astringendæ.de ver.ob.l.veterib.de pac.& in casu vero non ficto, ꝑsertim vbi est diuersitas in effectu in casu vero & ficto.l.ex ea. §.insulam.ff.de ver.ob.sed de proprio significato aliud est habere rem, & aliud est habere actionem personalẽ ad rem, quia impropriè & fictè habere dř, vt no.gl.in d.l.qui actionem. & in d.l.nemo.& ibi Bar.& patet in dictis legib.in verbo videř, quod denotat fictionem.l.j.§.deiecisse. ff. de vi & vi ar. l.3.§. ex contrario.in fi.& ibi doc.ff.de acqui.pos.not. Bar.in l.si is qui pro emptore.ff.de vsuc.Pro hoc, quia in contractu prædi-

5 cto dicitur, † proprias & propria, sed certum est quod res debita in actione personali nõ dicitur mea seu propria. l.Quintus.la 2.in §.argento.cum di.Bar.ibi, & l.scribit.in prin. ff.de aur.& arg.leg.& plenè Bal.in rub. C.de ver.sig.illud enim dř esse proprium alicuius quod iure dñij ad eũ pertinet, vt l.pro prias.C.de le.& l.proprietatis. C.de prob.& quod aliud sit rẽ esse propriam, aliud sit rem esse debitã, patet in d.l.proprias. C.de leg.iuncta l.3.§.si rem.ff.de leg.3.vbi res propria legatarij legari sibi non põt, secus in re sibi debita. ¶ † Itẽ non ob.si

6 diceretur dato qd dictum prædium non videatur assignatum in parte dicto Comiti Guidoni, tamen actio competens dictis fratrib.contra emptorem, videtur assignata pp illa verba, videlicet cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, præeminentijs pertinentibus ad ipsas petias terrarum &c. vt latius in d. instrumento, quia respõdeo & dico ꝙ illa dictio cum oĩbus &c. coniungit accessoriè vt tantummodò accedãt parti Comitis Guidonis illa iura communia quæ spectant, pertinent & accedunt ad illas petias terræ ꝗ suprà sunt assignatæ Comiti Guidoni in partem, vt expressè sonant verba illa videlicet, ad ipsas petias terrarum, & quamlibet earum &c. illa enim dictio ipsas, & illa dictio earum, sunt demonstratiuæ & relatiuæ iurium ad dictas petias terrarũ assignatas Comiti Guidoni spectantium.l.2.& l.precib cum si. C.de impub.ergo si dictũ prædium non censetur assignatum Comiti Guidoni, vt probaui, sequitur ꝙ nec actio competens ad illud.pro hoc ẽt, quia illa dictio, cum omnib.iuribus &c. cum cõiungat accessoriè, vt l. 1.& 2.ff.de pec.le.& l.1.ff.de fun.instr.& no.Bar.in l. si ita fuerit.§.quæstio.ff.manu.test.& Cyn.& Bar.in l 2. C.de verb.sig. notant doc.in c.in literis.in prin.cum simil.de rest. spol.si nõ comprehenditur suum principale idest, prædium nec ipsum accessorium, idest actio comprehenderetur, vt d.l.1.& 2.ff.de

7 pec.leg. ¶ Nec etiam obstat † verba, de quibus in dicto instrumento, dum dicitur, & ad ipsos quouis modo spectare & pertinere &c.nam per dicta verba vidẽtur assignata Comiti Guidoni etiam bona tunc debita dictis fratribus actione persona li.l.verbum illud pertinere.& ibi no. ff.de ver.sig.& not.in l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi.& per consequens vř com prehendi prædiũ, pro quo reuendendo competebat dictis fratribus actio, quia rñdeo ꝙ dictum prædiũ non erat nec est in obligatione, seu non dicebatur nec dicit esse debitum dictis

8 fratribus, quia † promisit emptor reuendere dictis fratribus,

b vnde ipsum factum, [b] idest reuendere est in obligatione, quia illud est ꝙ fuit promissum. secus si fuisset reuenditum dictis fratrib.licèt nondum traditum, quia tunc bene diceretur prædium esse debitum.l.actionum genera, in prin. ff.de ac. & ob. inst.de ac.in princ.& §.1.aliud est enim rem vendidisse, aliud promisisse vendere.l.in bonæ fidei.ff.de eo quod cer.lo.

---

ADDITIONES.

* Et actio.] Super hac eadem specie facti consultus respondit Fran. Aret consi.6.vbi idem consuluit aliis mediis. Natta.

a ¶Dico.idem hoc eodem casu consuluit Fran.Are.consi.6.vbi plenius tractat.sequitur An.Tiraq.in tra.de retrac.conuen. §.j. gl.6.nu.39.& est indubitatum in hoc casu.vbi in partem Guidonis cesserunt certa tantum prædia seu corpora ad quæ clausulę generales expresim referuntur & limitantur, secus si actum esset ꝙ ei cederent quęcunq; iura quæ diuidentes habent in tali loco vel regione, & quibuscunq; prædiis intra dictas metas sitis vt plerunque fit.

b ¶Factum.hanc rationem latè per duas co.prosequitur d.cons.6. sed sophistica est; quia reuendere intelligitur cum effectu, & non de nudo contractu, vt plenè dixi in no.intellec. super l.si hæres.ff.de actio. emp.& l.corruptionem.C.de vsuf.ideo respondendum vt supra.hęc vltima clausula nu.7.erat relata & limitata ad certa prędia seu corpora assignata Guidoni.

SVMMARIVM.

1 *Promissio etiam in testibus intelligitur per stipulationem.*
2 *Iudex ex officio potest repetere testem ambiguum.*
3 *Causa impulsiua sufficit in obligatione.*
4 *Testis vnus de promissione cum alio de confessione, probat.*
5 *Iuramentum defertur in supplementum, etiam si in causa magna, si est plus quam semiplenè probatum.*
8 *Amicitia quando repellat testem.*
9 *Agens ex mutuo vel stipulatione quid si solam confessionem probat.*

## CONSILIVM LXXVI.

Viso libello producto nomine Antonii de Furno, contra hæredes magistri Andreæ, visisq; exceptionibus dictorum hæredum & attestationibus, omissis argumẽtis propter rei euidentiam paucis quod dicturus sum absoluam, stantibus præsertim his quæ in iure eleganter deducta sunt per aduocatum actoris. ¶ Videndum est igitur primò vtrum illa promissio, de qua deponunt testes, fuerit efficax ad agendum. ¶ Secundò, posito quòd sic, an sit sufficienter probata.

1 ¶ Circa † primum concludo quod sic, primò, quia per dicta testium, quorum vnus deponit de promissione, alius de confessione promissionis videtur intelligendum esse de promissione, scilicet per stipulationem, non autem per pactum nudum, quia licèt testis deponeret quòd Titius stipulatus est à Seio decem, non probaret stipulationem nisi deponeret de interrogatione præcedenti & responsione secuta. l.1.& ibi plenè.C.de vsu.& not.Barto.in l.sciendum. ff. de verborum obligatio.tamen illud est verum quando testis deponeret per verba iuris prout est verbum, stipulatus, secus si per verba quæ adaptantur ad quid facti, vt si testis deponat quod Titius pro

a misit. [a] 10.Seio, vel quod vidit talem iudicem sic sententiasse, nam intelligetur, scilicet solenniter.ita decidit Anto. de Butr. in c.sicut, per illum text.de re iudi.idem etiam tenuit Roma. in præalle. l.sciendum.motus per l.1. C. de contrah.& cõmi.

2 stip.& per alia de quibus ibi latius per eum. ¶ Quinimò † iudex etiam ex officio posset repetere saltem illum primum testem, vt dictum suum ambiguum declararet, & sic deponere an interuenerit interrogatio, & responsio vel saltem fuisse subsecutam complacentiam stipulantis secundum quod habetur.in l.j.§.si quis simpliciter. versic.cum adiicitur.cum ibi no.p doc.ff.de ver.obl.in c.cũ clamor, de test.& no.in auth.de test.§.quia verò.in gl.mag.& no.Bar.in l.repeti. ff. de quæstio. & in l.si quis intentione. ff. de iudi.& in l.4.§. hoc autem iudicium

dicium.in 3.q.ff. de dam. infec.cum simi.¶Præterea dato, ꝙ non fuisset illa promissio facta per stipulationem: tamen dico ꝙ est efficax ad agendum: quia transmittit in contractum innominatum.promisit enim Andreas dicto Antonio dare dictas libras quadringẽtas,aut curare. ꝙ dominus Achilles eas daret,ut finem liti imponeret relaxando terras domino Christophoro,prout fecit ipse Antonius.ita deponit primus,& sic ex parte magistri Andreæ fuit contractus innominatus, do ut facias.l.naturalis.per totam.l.ff.de præscrip. verb.l.fine apud acta.cum ibi no.C.de transac. Vnde cum adimpleuerit Antonius pro parte sua contractum innominatum, vt dicti testes etiam deponunt, sequitur quod ei competit actio præscriptis verbis,præalleg.l.naturalis.§.j.& l. ex placito. cum ibi no.C.
3 de rerum permu.¶Ex his patet:† ꝙ non expedit aggredi illum articulum, an ista promissio fuerit sine causa,quia proculdubio fuit cum causa,scilicet vt finis imponeretur liti, & seu dicta bona relaxarentur per Antonium domino Christophoro nec requiritur ꝙ causa sit obligatoria, seu finalis, sed sufficit quæcunque causa persuasiua,vel impulsiua, vt declarat Bal.in l.generaliter.in 4.q.C.de non nu. pecu.& in l. pactum quod dotali.in 17.q.C.de colla.per l. creditor.§.j.ff. manda. & per
4 l.a Titio.ff.de verb.obl.¶Quo † ad secundum, scilicet an sit
b sufficienter probata dicta promissio,& videtur quod sic. [b] Primò:quia est semiplenè probatum per vnum testem de vera ꝓmissione,iuxta.l. vbi numerus.ff. de testib.& c.in omni.de testi.& per secundum testem probatum est de confessione facta parte præsente, quæ confessio si probaretur per duos testes, sine dubio faceret plenam probationem,quia nulla efficacior probatio,vel releuatio quam confessio l. cum te.C.de transa. l.fi.C.de fideic.& d.l.generaliter.facit.l.fi.ff.de interro. act.& quæ plenè no.in c.fi.de confess.secundum Inn. in c.per inquisitionem. de elec. & confessio dicitur liquidissima probatio,
5 & tales probationes † diuersæ & semiplenæ adinuicem * iun-
* gi possunt,ut in proposito nostro est text. in c.fi.de success.ab intest.quem in proposito etiam allegat Bart. in l.admonendi. ff.de iureiur.& Bal.in rub.de controuer.inuest.& in l.2.§.fin. ff.si cer.pet.& Ant.de But.in c.fi.de iureiu.& per Bart.in l.1. §.item conuentio.ff.de quæsti.& per Bal.in l. si quis ex argentariis.§.1.ff.de eden.& no.doc. in c.cum causam.de proba.& ibi plenè per do.Abb.in c.veniens. el primo. de testib. cum simi.¶Consulo tamen ꝙ iudex parte petente deferat iuramentum in defectum probationis,iuxta.l. admonendi.cum materia.¶Nec obstabat ꝙ quantitas videatur esse magna, quo casu non defertur dictum iuramentum,ut not. per gl.& doc.in d. l.admonendi.& no. gl.in c.cum sint partium.in glo.fi.de reg.
6 iur.in 6. † quia respondeo, primò ꝙ fundatam intentionem habet Antonius petens sibi deferri iuramentum ex regula.d. l.admonendi.unde si rei conuenti contra hoc opponant non esse deferendum iuramentum, eo quia dicunt causam esse magnam,seu arduam illud probare debent, iuxta.l. in exceptionib.in prin.& l.ei qui.ff.de prob. & haberent rei necesse probare qualitatem personæ Antonii esse talem quod dicta summa quadringentarum librarum reputatur magna summa, & causa ardua inspecta qualitate sua, & quod ex inspectione cõditionis dicti Antonii iudex ita haberet arbitrari.l. sed si susceperit.§.1.de iud.& no.in auth.minoris debitor. & ibi Bar. C.qui da.tut. poss.& no.glo.in corpore, vnde illa authentica sumitur.& Bar.& alii in præall.l.admonendi. & Spe.in tit.de
7 iuramenti delati.§.1.versi.vt autem instructus. ¶† Secundò respondeo ex his quæ not. Ro.d.l.admonendi, post medium, in vers.in eadem.ibi,& in delictis &c.vbi dixit ꝙ etiam in causa famosa, seu criminali & ardua in qua aliàs non defertur iu-
c ramentum,tamen [c] vbicunque iudex videt aliquid vltra semiplenam probationem facere pro actore, & videt personam actoris esse honestam, iuramentum tũc defertur actori in supplementum,ad hoc inducit tex.in c.fi.in verb.& causæ circũstantiis.de iureiuran.Sed ita est,ꝙ negari non potest, ꝙ actor non habeat aliquid vltra semiplenam probationem,vt est ostẽsum suprà,ergo omnino debet posse deferri iuramentũ. Non
8 † ob.ꝙ dicti testes asserunt se esse amicos dicti Antonii, quia vt responsum est per dominum aduocatum, oportet apparere quod sit multum amicus ad hoc, vt fides eius diminuatur, vt no.Bar.in l.admonendi, in versi. venio ad tertium & quarto.& Bal.in l.eos.C.de test.& in l.si quis.eo.ti.& ibi dicit, ꝙ
d nunquam amicitia [d] repellit testem, nisi quando ex amicitia vnius partis resultat odiositas,quo ad aliam partem, vñ amicitia quæ est virtus secundum eum non repellit testem.l. sciendum.ff.de vsur.& not. Anto.de Bu.in c.quoties. de testibus. & vbi requiritur magna amicitia vel familiaritas, vt repellatur testis,tunc necesse est, ꝙ exprimatur de magna amicitia, & familiaritate,seu exprimatur causa,ex qua hoc, comprehenditur secundum Host.& Ioan.And.in c. insinuante. de offic.del.
9 ¶Non obst.† ꝙ testis secundus deponat de cõfessione,& actor agat ex stipulatione,& sic aliud probauerit quam illud, quod deduxerit, & per consequens non possit obtinere.l. habebat. ff.de insti.c. Abbate.de re iud.in 6.& no Inn.in c.ex parte Abbatissæ.de priu.& in proposito no Spe.in ti. de teste.§.1.vers. sed pone egi. quia respondeo primò ꝙ vbi confessio induceret obligationem, ut est in contractu mutui.l.2.§.si cum ibi no.ff.si cer.pe.tunc posset procedere dictum Spe.in dicto uersi.sed pone egi.quia si ago ex numeratione, & sic ex obligatio-
e ne quæ oritur ex mutuo naturali, & probo [e] de confessione, & sic de obligatione quæ oritur ex mutuo ciuili, tunc nõ possum obtinere. Sed in aliis casibus in quibus regulariter confessio non inducit obligationem, sed probationem.l.Publia. §.fi.C.deposi.tunc sufficit per confessionem probare actum, ex quo egi in libello,secundum Nico.de Mat.& Bald.in l.generaliter.in 9.q.C.de non nu.pe.& in l.si ex cautione. in x.q. e.ti.& in l.non nudis.C.de prob.& Ang.& Io. de Imol. in l si ita stipulatus.§. Chrysogonus. de ver. obl.& Io.de Imo.in l.1. §.si quis ita.eo.ti.& Anto.de But.in c.si cautio.de fid.instrum. imò plures tenuerunt, quod etiam si agatur ex numeratione sufficiat probare mutuum per confessionem,ut not.doc.in dictis locis.& Bal.in l.1.in prin.C.de rei vxo. ac.& per eundem in l.2.§.fi.ff.si cer.pe.& Bar.in d.l.1.§.si quis ita. in fi.de verb. obl.Quinimò in proposito fuit etiam in libello facta mentio de confessione,quo casu nemo negat sufficere probationem talis confessionis etiam in mutuo,ut no. Spe.in d. versi. sed pone egi.Ant.de Bu.in præalle.c.si cautio.cum si.

ADDITIONES.

a ¶Promisit.scilicet parte præsente.& idem Matth.Affl.decis. Neapolita.120.sed de iure dicta differentia falsa est, nec probatur stipulatio,sed hodie hæc formula in dissuetudinem abijt.

b ¶Quod sic idem Cæpo.causa,ciuilium consi.3.num.10.Cur. tracta. de testi.conclu.45.Ias.l.admonendi.in lect.de iureiu.Fel.c. si cautio. de fide instr.Mat.Affl.decis.Neapoli.12.licèt contra sentiat Bald.authen.rogati.C.de test.Cor.consi.58.lib.3.& Alex.infr.e.consi.180.nume.10.inf.lib.7.consi.128.nume.8.

* Ad inuicem.] Nota ꝙ vbi adest vnus testis de facto principali, & alter de confessione præsente parte,iungũtur, quod sequitur Crau. adducens alias auctoritates consi.272.col.10.Natta.

c ¶Tamen.supr.lib.3.consi.42.in fi.

d ¶Amicitia.supr.eo consi.4.nu.8.

e ¶Probo.supr.lib.5.consi.35.

SVMMARIVM.

1 *Socius emens etiam communi nomine p̄sumitur de suo soluisse.*

2 *Mala fides impedit præscribi etiam per hæredem.nu.3.4.5.*

6 *Restitutio datur ex capite ignorantiæ.*

9 *Testamentum de aliena non nocet domino præsenti.*

10 *Verba confessionis, habuisse & recepisse, in instrumento referuntur ad tempus instrumenti.*

11 *Liber æstimi non probat contra tertium.*

12 *Fructus temporis preteriti petens tenetur ad interusurium pretij nou soluti.*

14 *Quanti interest si probatum non est,iudex ex circunstantijs taxabit.*

15 *Persona plenè est legitimanda in iudicio quantũuis summario.*

CONSILIVM LXXVII.

Viso processu inter dominam Albaxinam tanquam cõiunctam personam Ioannis filii quondam,& hæredis Fucii agentem & Matthæum filium & hæredem qnondã magistri Lippi de Baguaria se defendentem, & reconuenientem.
1 tem.¶Magna vis † huius controuersiæ consistit in uidendo, an si

an si hæredi Fucii debet consignari & relaxari p hæredes Lip-
pi dimidia dictæ apothecæ, debeat ex aduerso condemnari di
ctus hæres, seu ille qui comparet pro eo ad dimidiam pretii
soluti per Lippum pro emptione dictæ apothecæ? in quo bre
a uiter concludo [a] quod sic, vt est text. in l. cum proponas. C. p
soc. & ibi no. Bar. qui per illum text. dicit quod si vnus ex fra-
tribus emat fundum pro se & fratre suo, tamen instrumento
continetur, q pretium venditor fuit confessus habuisse & re-
cedisse à dicto fratre emente, nec dicitur ibi de cuius pecunia
propria vel communi, in dubio intelligitur de pecunia pro-
pria soluentis, ita quod emptor a fratre suo petere potest par
tem pecuniæ, si ille vult partem prædij. quod dicit Barto. ibi
esse perpetuò menti tenendum. & idem in effectu voluit Bal.
in l. pe. C. si quis alteri vel sibi. ergo dato q dictam dimidiam
apothecæ partem possit Albaxina petere nomine filii, & hære
dis dicti Fucij: tamen ex aduerso potuit procurator Albaxi-
næ reconueniri super dimidia pretij dictæ apothecæ soluti
2 per dictum Lippum. ¶ Nec prædictis obstat † exceptio præscri
ptionis longissimi temporis, iuxta. l. sicut. & l. emes. C. de pre-
scrip. 30. an. quia respondeo primò quod dictus Fucius non
b potuit incipere præscribere dum vixit propter malam fidē [b]
secundum veras & communes conclusiones, per. c. fin. cū ibi
no. de præscr. & in c. 2. de reg. iur. in 6. & non constat ex pro-
cessu mihi transmisso quod ipse tali tempore decesserit q à
tempore mortis suæ decursi sint anni. 30. adeò quod hæres
eius potuerit incipere & complere præscriptionem, & sic nō
potest hæres eius ex præsenti processu allegare quod ipse hæ
res Fucij post mortem inceperit, & compleuerit præscriptio-
3 nem 30. anno. ¶ Secundò respondeo † quod etiam dato quod
à tempore mortis Fucii esset decursum tempus 30. anno. ante
præsentem litem inchoatam; tamen non debet posse hæres
Fucij se tueri tali præscriptione, quæ dicitur nequissimum
iuris præsidium: vt in auth. vt eccle. Roma. circa medium, &
c hæres [c] non potest se tueri præscriptione, quando defunctus,
cui ipse successit, fuerat in mala fide, vt no. Ant. de Butr. & Io.
de Imo. & do. Abb. Siculus in c. si diligenti. de præscrip. & Io.
4 de Imo. in c. fi. eo. ti. quia † hæres vniuersalis tenetur exonera
re conscientiam defuncti. c. in literis. de rapt. & no. in c. fin. de
sepul. & ita etiam tenet Raph. & Lud. Roma. in l. Pōponius.
§. cum quis. ff. de acq. poss. & Pau. de Cast. in l. sequitur. §. hæ-
res. ff. de vsusca. & hoc comprobant prædicti doctores ex plu
ribus rationibus, quas breuitatis causa omitto, ex quib. osten
dunt veram non esse opinionem Dyn. & sequacium qui con-
5 trarium tenuerunt. ¶ Tertiò † respondeo q nō erat nata actio
Lippo ad prædium, nisi postquam dictus Fucius ratificauit
cōtractum dictæ emptionis factæ per Lippum communi no
mine. l. si pupilli. §. sed si ego. cum ibi not. ff. de nego. gest. &
in l. mater. cum ibi no. C. de rei vendi. & sic ante ratificatio-
nem Fucij non cepit currere præscriptio: quia nō valenti age
re non currit præscriptio. l. j. in fin. C. de annal. excep. & l. j.
C. de bon. mater. vnde mihi ex processu non constat sufficien
ter de ratificatione Fucii, saltem à tanto tempore citra quod
decursi sint anni triginta à tempore ratificationis vsque ad
6 tempus inchoatæ litis. Et posito † quod appareret de ra-
tificatione Fucii, & non appareret q de illa notitiam habuis-
set Lippus, & sic ignorasset sibi ex tali ratificatione esse acqui
sitam actionem ad dimidiam pretii contra Fucium, posset pe
d ti restitutio [d] in integrum aduersus cursum præscriptionis ex
clausula generali. si qua mihi iusta causa, vt firmat Bar. in l. j.
§. si quis aūt propter. ff. de itine. actuq; priu. & Spec. in titu. de
præscr. §. 1. versi. pone colonus. & not. gl. in l. si partem. §. 1. in
verbo, non vtendo. ff. quemad. ser. amit. & gl. in l. 1. C. de pat.
potest. & no. Ang. in l. in hæredem. aliàs est in l. auus. ff. de ca-
lum. & in l. fina. ff. si quis testa. liber esse. & Io. de Imo. in l. Pā-
tonius. ff. de acqui. hære. & dom. Abbas in c. vigilanti. de præ-
scrip. & Ioan. de Imo. in c. fina. eodem titu. & est communis
opi. faciunt no. per gl. in l. secunda. C. de iure emphyt. & per
Bar. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verbo. obl. & in l. Aemilius.
7 ff. de mino. cum similibus. ¶ Potest etiam ex alio capite † di-
ctus Matthæus peterę restitutionem in integrum incidenter
aduersus cursum dictæ præscriptionis, quatenus decursa es-
set; quia allegat in actis Matthæus nuper ad eius notitiam de
uenisse dictum instrumentum emptionis, quo mediante cō-
petit sibi facultas petēdi dictam dimidiam pretii. unde si ista
præscriptio non fuit completa in vita Lippi (quia etiam po-
sito quod Fucius decessisset de anno Mcccc. & Lippus, ut ver
bo fertur, decessit de anno Mccccliiij. vel circa, & sic præscri-
ptio triginta annorum non poterat esse tunc completa, atten-
to quod non potuit incipere nisi post mortem Fucii, ut suprà
probaui) poterit ergo ad cautelam probari tempus mortis
Lippi, & peti incidenter restitutio in integrum aduersus præ-
scriptionem ex capite ignorantiæ: quia Matthæus habet præ-
sumptam ignorantiam dicti instrumenti, vt in regula cū quis
in ius, & ibi no. de regul. iur. in sexto. & l. qui in alterius. ff. de
8 reg. iur. ¶ Item non obstat † quod in libris dicti Fucii videtur
contineri quod ipse soluerit Gaspari Dumzoli venditori di-
ctæ apothecæ pretium dictæ apothecæ, & ultra: quia respon-
deo quod libris suis in fauorem suum non datur fides. l. exē-
plo. & l. rationes. C. de probat. & plenè no. Bar. in l. admonen
di. ff. de iureiur. & in l. nuda ratio. ff. de donatio. & posito, q
aliquam præsumptionem facerent dicti libri Fucij; tamen at-
tento quod liber contradicit instrumento publico, magis cre
ditur instrumento publico. l. scripturas. C. qui potio. in pign.
habe. Et etiam aduertatur, an in partitis libris rationum dicti
Fucii sit dies, prout requiritur: nam aliàs nullam fidem facit.
l. 1. §. rationes. ff. de eden. & notat Ang. in d. l. 1. §. editiones. ff.
de eden. & Bal. C. de fide instrum. in rub. in versi. circa primū
& c. in copia enim mihi transmissa non extat dies, sed in libro
originali ipsius Fucii reperit dies & ex inspectione illius diei
appareat q Fucius soluerit dicto venditori post diem instru-
menti venditionis, illa talis solutio facta per Fucium nihil re
leuaret: quia non debuit Fucius soluere venditori, cui iam
fuerat satisfactum per Lippum, sed debuit soluere Lippo qui
vtiliter gesserat negotium Fucii, soluendo pro eo pretiū apo-
thecæ quam emerat communi nomine: & posset Fucius repe
tere à dicto Gaspare illud qd soluisset pro apotheca, tanquam
9 indebitè solutū. ¶ Nec etiam habet obstare quod † Matthæus
fuerit præsens testamento Catherinæ vxori olim Fucii, quæ
testamento disposuit quod Lippus & Matthæus eius filius va
leant, & stare possint in dicta apotheca toto tempore eorum
vitæ soluendo pensiones debitas: quia respondeo quod illa
præsentia & taciturnitas Matthæi sibi non præiudicauit, etiā
si tunc ius dictæ apothecæ spectasset ad dictum Matthæum:
casus est in l. Caius. ff. de pigno. act. & in l. Titia cum testamen
to. §. Lucio. ff. de leg. 2. quantominùs debuit preiudicare, cum
tunc Matthæus non haberet ius in apotheca, sed Lippus qui
tunc viuebat. Prætereà poterat dispositio illius testatoris sorti
ri effectum, etiam absque eo quod Matthæus videretur renū-
ciasse iuri suo, quia hæredes Fucii soluissent Lippo dictam di
midiam pretii, competebat Lippo, & Matthæo ius ex dicto le
gato. ¶ Nec etiam obstat q appareat per publicum instrumen
tum q dicti Fuccius & Lippus confessi fuerunt habuisse ad
mercandum libras centum Bon. à ser Berto de pecuniis Cal-
darini, & q in libris dicti venditoris uideatur contineri q il-
læ libræ centum peruenerint ad dictum venditorem, quasi vē
ditor eas habuerit à dicto Fucio & Lippo, quia respondeo qd
antequam factum esset instrumentum dictarum librarum cē
tum iam habuerat dictus uenditor totum dictum pretiū apo
thecæ à Lippo. ut patet ex inspectione instrumentorum, quæ
10 præualent scripturis priuatis, ut iam dixi. ¶ † Nec potest dici,
q licèt in instrumento Lippus & Fucius confiteatur habuis-
se & recepisse dictas libras centum à ser Berto, tamen potest
esse, q ante instrumentum per plures dies, & menses habue-
runt, & eas conuerterunt in causam dicti venditoris, quia re-
e spondeo q illa verba confessi fuerunt habuisse & recepisse [e]
intelliguntur probare receptionem factam fuisse tempore
instrumenti vel incontinenti ante & non ex interuallo, ut ele
ganter probat Bar. in l. post dotem, in 1. q. ff. sol. mat. & in l. si
ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obli. & ibi de hoc est
text. & gloss. & no. Bart. in l. certi condictio. §. si nummos. ff.
si cer. pet. & in l. triticum. de verb. obl. & in l. prædia. ff. de ac-
qui. poss. Prætereà posito quod etiam ita esset, scilicet q dictæ
libræ centum fuissent per Lippum, & Fucium conuersæ in
causam pretii dictæ apothecæ: tamen adhuc constat qd dictæ
libræ centum, quas ambo confessi sunt habuisse ad mercandū
fuerunt restitutæ dicto ser Berto solùm per dictum Lippum,
vt patet in instrumento producto in actis, & præsumitur qd
fuerint restitutæ de pecuniis propriis Lippi, ut in d. l. cū pro-
ponas,

ponas, & ibi no. Bar. & dixi suprà: & sic omnino Lippus esset creditor dicti Fucii in dimidia dictæ quantitatis. ¶ Nec etiam
11 obstat † si diceretur quòd reperitur, quòd dimidia dictæ apothecæ est descripta ad æstimum dicti Fucii: quia rñdeo, qđ in præiudicium tertii æstimum nullam fidem facit nisi appareat ꝙ ille tertius consenserit ꝙ ita describeretur in æstimo. l. si pater. & ibi per illum tex. no. hoc Bal. C. de act. emp. & l. censualis. & ibi doc. C. de don. & l. solennibus. & ibi Bal. & Saly. C. de rei ven. & no. Bal. in l. quidam in suo. ff. de condi. institu. Præterea dato quod fidem faceret, quod apotheca spectaret ad Fucium pro dimidia: tamen non sequitur, ergo Fucius nõ tenetur soluere pretium, solutum pro eo à magistro Lippo, vt
12 est casus in d. l. cum proponas. ¶ Nunc restat † videre vtrum posito ꝙ hæredes Fucij possint petere aliquas pensiones pro tempore præterito possit è contra hæres Lippi consequi inter esse suum ratione dictæ dimidiæ pretii non soluti per dictũ
f Fucium. & dico quod sic. [f] & hoc apertè deciditur ex nota. p gloss. communiter approbatum in l. curabit. C. de act. emp. & l. Iulianus. §. ex vendito. ff. eo. ti. vbi habetur quod si vendidi fundum. & non tradidi emptori, sed retinui fundum & percepi fructus, & emptor non interpellatus mihi nunquam dedit pretium, & postea emptor velit à me vẽditore petere fructus; potero ego loco fructuum, quos sibi dare teneor agere ad vsuras pretii, tanquam interesse. & hoc casu licitè petuntur tales vsuræ tanquam interesse etiam de iure canonico, ut not. in d. l. curabit. & in l. 2. C. de vsu. & not. gl. & doc. in c. conquestus, de vsu. & Host. in summ. de usur. §. an aliquo casu. & venit in teresse quod quis consequutus est nedum ratione damni con tingentis, sed etiam ratione lucri cessantis, ut si petens interesse erat mercator, ut no. Cy. in auth. ad hæc in pe. q. & ibi Saly. C. de vsur. & in terminis Pet. de Anch. & dominus Abb. in d. c. conquestus. & no. Bar. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. in versi. venio ad vltimam partem &c. per l. secundam in fi. ff. de eo quod cer. lo. & constat ꝙ Lippus erat mercator, vt patet ex dicto instrumento facto cum dicto Fucio, & ser Berto, & confitetur hoc domina Albaxina respondendo positionibus. Si ergo vult hæres Fucij agere ad pensiones dictæ apothecæ pro qua tenebatur soluere Lippo dictum pretium potest consequi hæres Lippi vsuras dicti pretii loco interesse.
13 ¶ Et quando † interesse non est probatum iudici; tamen iudex
g ex suo officio [g] potest illud taxare, & arbitrari ex coniecturis. l. si traditio. & ibi hoc no. Bar. C. de act. emp. & l. 1. & ibi hoc no. Cy. & Bar. in l. vni. C. de sen. quæ pro eo, quod inter. & l. semper. §. in hoc interdicto. & ibi no. Bar. ff. quod vi aut clam. ¶ Ex quibus concludo ꝙ inspectis meritis causæ iudex si condemnet Matthæum dictæ Albaxinæ, seu eius procuratori ad relaxandum hæredi dicti Fucii dictam dimidiam apothecæ: debet condemnare etiam dictam Albaxinam, & dictum procuratorem nomine dicti hæredis ad dimidiam pretii dictæ apothecæ soluti per Lippum. & similiter si condemnauit Matthæum ad aliquas pensiones præteriti temporis: debet similiter condemnare econtrà ad interesse ratione dicti pretii, non soluti taxando & arbitrando quãtitatẽ dicti interesse. ¶ Omit-
14 to plura, † quæ circa ordinem processus dici potuissent: quia in quacunque causa etiam summaria debet plenariè legitima
h ri [h] persona comparentis, vt no. Bar. in l. 2. in fi. C. de edi. diu. Adri. per ibi no. per gl. & not. Bal. in l. fi. eo. titu. in 5. quæstio. & Bal. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. & potuisset fortasse dici, ꝙ Albaxina non probauit se esse coniunctam personam dicti Ioannis prout allegauit, & fortè etiam non præstitit satisdationem cum fideiussore, quod dictus Ioannes ratum haberet iudicium secum gestum, uti tenebatur, iuxta. l. Pomponius. §. fi. cum gloss. ff. de procu. l. prætoriæ, l'ultima. cum ibi not. ff. de præto. stipul. & etiam non poterat petere dominus Albaxina condemnari Matthæum ad dandum, seu relaxandum ipsi Albaxini pro dicto Ioanne, ut fecit, quia coniunctæ personæ solui non potest. l. 2. ff. vt leg. no. caueatur. & l. 3. ff. sol. matr. & ideo Bar. in l. vero procuratori. in prin. ff. de solu. dicit quòd non procedit illa petitio facta eo modo, quo petiit dicta Albaxina, tamen in istis non multùm insisto, maximè quia potest esse quod dicta Albaxina præstitit satisdationem, & alia fecit quæ facere tenebatur, licet in actis mihi transmissis non inueniam, ideo libentius feci fundamentum super meritis causæ.

ADDITIONES.

a ¶ Concludo. supr. lib. 5. consi. 134. sup. lib. 2. consi. 78.
b ¶ Malam fidem. sup. lib. 4. consi. 99.
c ¶ Hæres. sup. lib. 5. consi. 247. sed vide. sup. lib. 1. consi. 110. in fi.
d ¶ Restitutio. sup. lib. 1. consi. 71.
e ¶ Tempore. dissentit Alcia. de præsump. reg. 3. præsum. 35. nu. 9. adde inf. lib. 7. consi. 178. nu. 4.
f ¶ Quòd sic. unde unus filiorum petens diuisionem cum fructibus à die mortis, non solum tenetur conferre pecuniam, quam receperat, à defuncto, sed etiam interusurium à die mortis, ut dixi in consu Pari. S. 123.
g ¶ Officio. sup. lib. 1. consi. 133. in fi. sup. lib. 2. consi. 37. Rom. cons. 281. Cor. consilio. 26. in fi. lib. 1. Ang. §. non solùm. insti. de verb. obl. Mari. Soc. in c. dilecti filij. de for. compe. c. 2. nu. 23. de libel. oblat. Matth. Afflic. deci. Neap. 58. nu. 8. decis. 83. nu. 6.
h ¶ Legitimari. supr. lib. 2. consi. 59. nu. 2.

EPITOME.

Ciuitas potest de iure communi imponere collectas subditis rationibus patrimonii vbicunque siti, nisi subditi pro bonis sitis in alieno territorio soluerent ibi collectas.

## CONSILIVM LXXVIII.

Circa præscriptionem, & consuetudinem iuris collectandi, & in quibus locis debeant solui collectæ, & pro quib. bonis.

1 Videretur prima consideratione, quod dictum † commune Tanxignani non possit collectare dictos possidetes bona existentia in territorio Casalis pro dictis bonis positis extra territorium Tauxignani, ut no. gloss. in l. 1. C. de mulier. & in quo lo. lib. x. & ibi Bart. in vers. tum quæro, aliqs est hic ciuis, & alibi habet possessiones. &c. & Gul. de Cug. in l. neminem. C. de sac. san. eccle. in uersic. sed venio nunc ad munera patrimonialia &c. vbi uidentur uelle, ꝙ ciuitas non possit subditos suos collectare pro bonis, quæ ipsi subditi habent extra territorium ciuitatis, non enim habet iurisdictionem extra territorium. l. fi. ff. de iuris. om. iudi. l. cum unus. ad fi. ff. de bo. auth. iud. pos. c. vt animarum. in fi. de const. in 6. ergo commune Tauxignani de iure non potest imponere collectas, etiam subditis suis pro bonis quæ ipsi habent extra territorium Tauxignani, quantominus poterit cõmune Tauxignanis collectare subditos suos, qui sunt incholæ in territorio Casali, cum clarè constet collectas forensibus, seu non subditis imponi non posse. l. rescripto. §. fi. ff. de mun. & ho. l. libertus. §. sola. ff. ad muni. & ibi no. Bar. l. cum neque & ibi no. etiam Bar. C. de inco. li. x. no. glo. in rub. C. de mun.
2 patr. li. x Secundo, † quia cum commune Tauxignani habeat contra se ius commune per ea quæ proximè dicta sunt, sequitur quod ex aliqua exactione collectarum facta per longissima tempora dictum commune Tauxignani à prædictis hominibus pro bonis suis extra territorium Tauxignani, non potuerit præscribere ius exigendi collectas pro dictis bonis, nisi commune Tauxignani aliquem de hoc titulum habuisset, vt est casus in c. 1. de præscr. in 6. & plenè not. in c. si diligenti. e. ti. in antiq. & in proposito not. Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de usu. & canonistæ in c. peruenit. de censi. nisi concur-
3 ret † cursus tanti temporis, cuius initii in contrarium memoria non existat, ut in d. c. 1. habet enim vlus tam diuturni tẽporis uim concessionis & priuilegii. c. super quibusdam. §. præterea. de verb. sig. & c. distinctio. c. contra morem. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & prædicta maximè procederent, si verum esset quod de anno. 1386. uel circa. edita fuisset, ut quidam dicunt, certa reformatio in generali consilio & parlamento communis comitatus Molæ, in qua in effectu contineretur, ꝙ homines communitatum comitatus Molæ soluere deberent collectas pro possessionibus, quas habebunt in communi illo in cuius curia sitæ erant. ¶ Sed præ-
4 missis † non obstantib. contrariam sententiam de iure probabiliorem esse puto. ¶ Et præsuppono ꝙ municipium, castrum
a & villa possunt imponere collectas [a] pro necessitatibus occurrentib. ut no. in l. 1. §. quibus. & ibi Bar. & alii. ff. quod cuiusq;

iusque vni.no.& no.Dy.& Bart.in l.3.& per illum text.ff. de ali.& ci.leg.Spe.in ti.de exec.sen.§.sequitur.vers.quid si vniuersitas,& Bar.in l.4.§.si actor,in prin.ff. de re iu. & dicit Ange.in d.l.3.in prin.se habuisse de facto Paduæ,& ita obtinuisse per gl.in auth.qui.mo.na.eff.sui.§.ex his.in verbo,persoluet.& ibi etiam no.Ang.hoc præsuppono, & moueor contra commune Casalis,in primis, quia commune Casalis nunquã in præteritum saltem à septuaginta annis citra consueuit imponere aut exigere collectas ab hominib. prædictis, de quib. in themate fit mentio pro bonis situatis in dictis villis, pro aliquibus necessitatibus occurrentibus in dicto communi Casalis. vnde aut commune Casalis volens imponere collectas vult se fundare ex dispositione iuris communis: aut ex aliqua consuetudine: aut ex dicta reformatione. ¶Si vult se fundare ex dispositione iuris communis: & tunc constat, quod homines qui non sunt sub iurisdictione communis Casalis, non possunt collectari per commune Casalis pro bonis etiam
5 existentibus in territorio Casalis: quia † collecta est munus, quod imponitur personæ pro rebus, & per consequens nõ potest imponi forensibus, ut legitur & not. in d.l. rescripto.§.fi. & in d.l.Lucius.§.sola.& dixi.s. ¶Aut commune Casalis ex dispositione iuris communis vult imponere collectas hominibus,qui sunt sub territorio Casalis pro bonis positis in territorio Casalis,& de iure communi non inficiabor, quod commune Casalis illud facere possit, nisi obstaret contraria præscriptio vel consuetudo, quæ an obstet dicetur.j. ¶Aut commune casalis vult se fundare ex aliqua consuetudine ad collectãdum dictos omnes homines,de quibus in themate fit mentio,& dico quod non potest,quia dato quod apparere posset, quod commune Casalis antea collectasset dictos homines pro dictis bonis, (quod tamen non apparet) attamen cum superuenerit contraria consuetudo, quia præsupponitur quod commune Tauxignani iam sunt anni.70. & vltra vsque ad annũ 1457.semper collectauit omnes prædicto,homines pro dictis bonis: vnde per istam contrariam consuetudinem derogatũ esset cuicunque præcedenti cõsuetudini,ut no.gl. in l.nemo. §.temporalis.ff.de reg.iur.& not. glo.& doc.in l.2.C.quæ sit lon.consue.& Io.An.in c.fi.de consue. ¶Aut commune Casalis vult se fundare ex dicta reformatioue, & non potest, dato sine præiudicio, quod appareret,illam reformationem fuisse legitimè, & solenniter editam & approbatam, quia dicta reformatio quò ad homines prædictarum villarum, & pro bonis ibidem sitis non fuit seruata, nec recepta, imò contrariũ fuit seruatum, quia commune Tauxignani semper exegit post dictam reformationem collectas per longissimum tempus à di
7 ctis hominibus pro bonis ibidem positis, & sic † illa reformatio quæ nunquam fuit recepta & obseruata, quò ad bona dictarum villarum,non habuit, & per consequens, nec habere debet obseruantiã in casu isto, ut no.gl.& doc.in c.1.de treug.& pac.per id quod habetur.4.dist.§.leges.& l.1.in fi.ff.de vetre insp.& no. Bar.in l.fi.§. sed cum antiquitas.C. de cur.fur.& Bar.in consi.inci.Iudex communis Assisij.& gloss.in l.rem
8 non nouam,& ibi Bal.C.de iud.Et in proposito † dicit Bald. in auth. omnes peregrini.C. communia de suc. quod si facta fuit quædam reformatio contraria statuto: tamen statutum ante & post fuit practicum, quod statutum erat attendendum & seruandum, cum reformatio non fuerit more vtentium approbata: quia non dicitur interruptum quod semper uiguit, allegat no.per Archi.4.di. in c.fi. & istud dictum etiam reassumpsit & sequitur Pet. de Anch. in rep.c. canonum statuta. de consti. in ver. quæro vlterius facta fuit quædam &c.facit. l.de quibus.cum mãria.ff.de legib.¶Ex his infertur quod commune Casalis ex consuetudine, vel reformatione se fundare non potest ad collectandum aliquos ex prædictis hominibus pro dictis bonis: nec etiam se fundare potest ex dispositione iuris communis, quò ad collectandum homines subditos iurisdictioni communis Tauxignani pro bonis sitis in dictis uillis.Sed commune Tauxignani de iure communi & etiam ex consuetudine prædicta potest collectare sine dubio homines suppositos iurisdictioni Tauxignani pro bonis positis in dictis villis:quia collectæ debent imponi subditis: qa est actus iurisdictionis præal.l.rescripto.§. fi. cum concord. & not.in specie.Bal.in l.data.C.qui accu.vbi ad hoc alleg. tex. cum gl. in authen.quib. mod.nat. effi.sui.§. si quis igitur ex qualibet.

9 ¶† Nec obstat si dicatur quod commune Tauxignani non debet posse collectare subditos pro bonis existentibus extra territorium Tauxignani per no. per gl. in l.j.C. de muner. & in quo loc.lib.11.& per Guil.in d.l.neminem, quia respondeo, quod imò veritas est in contrarium. hoc primò probatur authoritate gl.& doc.in d.l. quæ expressè sentit, quod subditus ciuitati potest cogi ad solutionem collectarum pro bonis sitis in alio loco,quando bona in illo loco in quo posita essent, non tenerentur,nec obligata essent ad solutionem tributorũ, & sic onerum realium, ne pro ijsdem rebus duplex onus imponeretur.sed ita est, quod bona subditorum Tauxignani posita in dictis villis non sunt obligata ad solutionem tributorum in territorio Casalis, quia prædia Italica [b] de iure non sunt tributaria.l.j.& l.fi. & vtrobique no.ff. de censi.l.de his. C.de epis.& cle.& plenè no.in l.fi.C.sine censu vel reli. & minùs etiam tenentur dicti homines communis Tauxignani pro dictis bonis suis positis in dictis villis subire collectas impo
10 nendas per commune Casalis, quia ut sæpius dictum † est, collectæ imponuntur personis pro reb.& non possunt imponi nisi subditis. & sic patet, quod dicti homines suppositi communi Tauxignani non possunt cogi subire onera in duobus locis,& per consequens possunt cogi subire collectas in eo loco,cui ipsi sunt subditi,ut est expressè de mente gl. in d.l.j. & hoc ibi expressè vult Bar.quod vbi essemus in casu, in quo de consuetudine, ciuitates aut castra imponerent collectas etiã forensibus possidentibus bona in territorio illius ciuitatis, vel castri,quod tunc quis non debet cogi soluere collectas nisi pro bonis quæ possidet in territorio suæ ciuitatis collectantis, qa pro bonis quæ ipse habet in loco alterius iurisdictionis, collectatur de consuetudine à republica illius alterius loci, in quo bona sita sunt, aliàs autem cessante dicta consuetudine dicit Bar. & Ang. in d.l.1. quod fortè posset compelli subire collectas in loco, cui suppositus est, etiam pro bonis, quæ alibi posita essent,per.l.fi.ff. de decretis ab ord. fac. vbi potest expressè superior iurisdictionem habens afficere subditum etiam extra territorium,vt ibi & l.mercatores. & ibi not. doctor.maximè Bal.C.de com. & mer.& l.2.C.de eunu.& plenè Bar.& alii in l.cunctos populos.maximè. in 8.q.C. de sum.Trin.cum concor.licèt non possit actu fieri executio in ipsis bonis vel personis extra territorium existentibus,ita loquitur.d.l.cum vnus, cum simi.in contrarium allegatis.hoc in specie firmant Ioan.
11 And.Lapus & Dominicus † in c.1.de immu. eccle.lib.6. vbi concludunt,quod si persona vel ecclesia, cui imponitur collecta, est in vno loco,vel in una diœcesi, & res vel prædia pro quib. imponitur collecta sunt in alio loco, quod illa persona,vel ecclesia in loco, in quo subdita est, cogetur ibi soluere collectas pro bonis & rebus in alio loco existentibus, quia principaliter imponuntur personis, licèt habeatur respectus ad facultates, & bona accessoriè,nam personale tanquam principale inspiciẽdum est.d.l.fi.cum simil.ff.de dec.ab ord. fac. secus autem esset in oneribus realibus, vt sunt tributa, & decimæ prædiales, quia debent solui in loco vbi res sunt. l.forma.§. si verò quis. ff.de censi.c.fi.de parochiis.& idem ad literam decidit Pau.de Leaza.in cle.1.§.sanè.de iure pa. & sequitur hoc ibi dominus Cardi.in 6.quæstio.quia in istis attenditur persona. argu.l.est verum.& l.cum neque.C. de incolis. lib.x. & idem Feder. de Senis in quæstio.146. vt referunt Lapus & Dominicus in d.c. 1.de immu.eccle.in 6.& maximè procedunt prædicta cum in proposito non simus in casu in quo dici possit, quod de consuetudine commune Casalis imponere posset collectas forensibus suppositis communi Tauxignani pro bonis positis in dictis villis,quia imò consuetudo ab annis.70. & ultra vsque ad annum 1457.fuit in contrarium, quia non per commune Casalis. sed per commune Tauxignani imponebantur collectæ
12 pro dictis bonis. ¶Ad prædicta † facit,quia commune Tauxignani percipiendo solutionem collectarum, nedum per dictum tempus 70.annorum à dictis hominibus & eorum successoribus,sed etiam per tempus 30.vel 40. annorum poterit acquirere ius exigendi dictas collectas,etiam si primò non cõpetiisset communi Tauxignani,quia ad præscriptionem sufficit dictum tempus, & bona fides præscribentis, quando ius commune non est contra præscribentem.c.primo.de præscr. ¶Et si quis diceret, quod ius commune erat contra commune Tauxignani,ergo non potuit præscribere, ut in d.c.1 Respondeo,

deo', quod illud non est verum, quò ad præscribendum contra subditos communis Tauxignani habentes bona in dictis villis: nam non est contra ius commune, quod cõmune Tauxignani posset collectare subditos suos etiam pro bonis alibi positis, vt s̃. probaui. quinimò dato ꝙ esset contra ius commune, tamen per hoc non impediretur præscribere commune Tauxignani contra commune Casalis: quia ius commune nõ erat pro ipso communi Casalis contra quod tendebat præscriptio: quia commune Casalis in ipsos homines suppositos alienæ iurisdictioni non habebat ius collectandi, ut est ostẽsum. & hoc probatur ex notatis per gl. communiter approbatam, in d.c.1.de præscrip.in 6.in gl. mag.in ver. cõclude ergo &c. dum dicit, ꝙ quando vna ecclesia petit decimas ab ecclesia, quas possidet in tertia parochia, ꝙ ibi sufficiat præscribenti bonam fidem probare: quia licet ius commune faciat contra
13 præscribentem, non tamen facit pro petente bona fides † autem præsumitur ex vsu, & quasi possessione iuris exigendi collectas per longum tempus x. vel xx. annorum, vt no. Innocen. & alij in c.2.in glo. per monachos, de rest. in integ. per l.3.§. si seruus. ff. de acqui. poss. & not. Arch. in d.c.1.de præscrip.in 6. & Io. And. in add. Spe. in tit. de teste. §. nunc uidendum in prima additione magna. in ver. item opponunt. & Ange. in l. pen. C. quibus non obl. lon. temp. præscri. & sic sine dubio cõstat, ꝙ quantum ad homines suppositos iurisdictioni Tauxignani habentes bona in dictis villis commune Tauxignani, non autem commune Casalis potest collectare. ¶Solum ergo
14 est videndum, † vtrum idem sit, quò ad homines suppositos iurisdictioni communis Casalis quod possint & debeant collectari per commune Tauxignani pro bonis, quæ habent in dictis villis, in quo breuiter dico quod si probaretur per commune Tauxignani, quod à tanto tempore, & circa commune Tauxignani collectauit communiter homines etiam suppositos iurisdictioni communis Casalis pro bonis positis in dictis villis, quod communis opinio hominum ibi conuicinorum est memoriam non extare in contrarium, quod tũc proculdubio obtineret commune Tauxignani, etiam quò ad collectandum suppositos iurisdictioni Casalis pro dictis bonis; quia vsus tanti temporis habet vim tituli dicto. c.1. de præsc.
15 & dicto. c. super quibusdam, cum concor. ¶Plus † dicit Iac. But. in l. cum de in rem verso, ff. de vsu. quod si cõmune Tauxignani allegaret titulum, puta laudum arbitratoris, quod diceretur esse titulus transactionis super hoc in fauorem communis Tauxignani latum pro dicta facultate collectandi, put in veritate prætendit commune Tauxignani, licet pro nunc non reperiatur tale laudum, & probaretur ꝙ dicti homines dictarum villarum etiam subditi terræ Casalis soluerunt per decennium dictas collectas, præsumeretur talis titulus allegatus. ita colligitur ex notatis per Iaco Butr. in d.l. cum de in rem verso per illam.l. nam quærit ipse ibi, quid si quis allegat pedagium sibi concessum fuisse à principe, & probet diuturnam præstationem pedagii, & sic per x. annos, ꝙ per hoc videtur præscripsisse contra ciuitatem, in cuius territorio colligit pedagium, per illam.l. istud vltimũ tamen non ponò pro constanti, & propterea consulo dicto communi Tauxignani, ꝙ conetur probare communem opinionem hominum in illis locis conuicinis esse, ꝙ non est memoria in contrarium, scilicet ꝙ aliquo tempore non fuerint dicti homines etiam subditi territorio Casalis pro bonis positis in dictis villis collectati ab alio, quàm à communi Tauxignani vsque ad annũ. 1457. quo autem ad homines, qui sunt sub iurisdictione communis Tauxignani habentes bona in dictis villis, non video subesse aliquod dubium quin possint collectari per dictum commune Tauxignani, vt patet ex dictis: per quæ etiam fuit specificè responsum ad omnia allegata in contrarium.

ADDITIONES.

a ¶Collectas. sup. lib. j. consi. 118. sup. lib. 2. consi. 68.

b ¶Italica. Hic Accur. in l. fi. C. sine censu vel reliq. vocat Italiam dominam prouinciarum, sed Albe. ibi dicit esse ancillarum ancillam propter bella ciuilia. nunquam tam diuturna pace floruit, quàm sub Frãcorum Imperio, seu potius authoritate & reuerentia, vt tetigi in cõsu. Paris. tit. j. in ru. nu. 27. neque enim post suppressum regnum Longobardorum præsidijs, aut armis in officio tenebantur, nec tributis, aut collationibus, aut alia tyrannica arte expilabantur, sed maiestatem Franciscam paterno affectu consulentem reuerebantur. absit tamen ut id Francorum gloriæ virtutiuè ascribam, sed Dei dono. quẽadmodum & calamitatum quibus exinde & nunc omnium miserrimè diuexabatur, non aliam existimo causam, quam peccata & malos mores hominum, quos Bal. etiam tempore suo deplorabat in l. ex omnibus. de offic. præsi.

EPITOME.

Mater succedit filio excluso fratre ex altero tantum latere coniuncto de iure communi, & in successione filij impuberis excludit fratrem consanguineum, non obstante statuto, quòd decedenti ab intestato succedant agnati exclusa matre & cognatis: quia impubes non dicitur decedere intestatus, vel ab intestato, licet intestabilis. sed in hoc vltimo Ale. malè consuluit, ut & supr. lib. 2. consi. 115. diximus.

CONSILIVM LXXIX.

Habes idem consil. de verbo ad verbum consil. 115. libr. 2. incipiendo infrà ab illis verbis prope fin. col. 2. quia non obstat statutum. licèt sint diuersi casus. Natta.

Franciscus & Bẽuenuta matrimonium contraxerunt, ex quo natus est Ioannes. decessit Bẽuenuta. Franciscus deinde secundum matrimonium cõtraxit cum Staxia, ex quo matrimonio nati sunt Marcus, Bẽuenuta, Cosma, Tadæus, & Piera, postque decessit dictus Frãciscus intestatus superstitibus dicto Ioanne ex primo matrimonio, & superstitibus dictis aliis filiis impuberibus ex secũdo matrimonio, & superstite dicta Staxia matre, & tutrice dictorum eius filiorum. qui Ioannes & dicta tutrix vnà cùm nõnullis aliis filiis cuiusdam fratris dicti Francisci ad diuisionẽ bonorum communium deuenerunt, & vnusquisque portione sibi assignata contentus remansit, & sibi adinuicem fecerunt remissionem & finem de omnib. quæ vnus ab altero petere posset cum clausulis in similib. consuetis. Demum decessit Marcus pubes factus & intestatus. Et successiuè decessit Cosma adhuc pupilla. Et deinde decessit Bẽuenuta adulta cõdito testamento, in quo dictos Thadæum, & Pieram eius fratres æquis portionibus hæredes vniuersales instituit, & uno decedente sine filiis superuiuentem substituit, & decedentib. ambobus absque filiis dictam Staxiam eius matrem eisdem substituit hæredem. deinde ad dies quatuor decessit Piera impubes & postea decessit Tadæus pupillus superstitibus, Staxia eius matre & Ioanne eius fratre ex latere patris tantum, ¶Quæritur quis præferatur in hæreditatibus dictorum filiorum, & filiarũ defunctarum: an Staxia mater, an verò dictus Ioannes stante statuto sub rubrica, quod mater & attinentes ex linea materna, non succedant filio vel filiis, quo cautum est per hæc verba: Statuimus ꝙ si quis vel si qua sine liberis ab intestato decesserit, relictis matre vel aliquo ex ascendentibus, vel descendentibus, vel transuersalib. ex linea materna, ꝙ tali defuncto vel defunctæ coniuncti ex linea paterna vsq; ad quartum gradum inclusiuè, quem gradum secundum computationem legalem volumus numerari siue sint ascendentes, siue transuersales ordine iuris inter eos seruato succedãt, matre & alijs coniunctis prædictis ex linea materna exclusis: ita tamen ꝙ is qui successerit defuncto vel defunctæ alimenta condecentia secundum consuetudinem personæ, & quantitatis hæreditatis matri existenti & honorem marito seruanti quod & filio: & quo ad secundas nuptias aliàs non transierit, & dum non transibit præstare teneatur. Quibus coniunctis ex paterna linea non extantibus prædicti defuncti hæreditas ei deferatur, cui de iure fuerit deferenda. ¶Redempto-
1 ris † suffragio inuocato, videtur prima consideratione dicendum, ꝙ excepta parte in qua potuit testari Benuenuta in omnibus præferatur Io. coniunctus ex latere patris & in secundo gradu. l. iurisconsultus. §. secundo gradu. ff. de gradi. insti. eo. ti in ver. 2. supra. 35. q. 5. ad sedem. Vnde videtur ex censura statuti casum esse cõtra matrem proculdubio decisum. Quãtum verò ad portionem, in qua potuit testari Bẽuenuta videtur quod Io. velut hæres ab intestato dicti Thadæi vltimo decedentis

cedentis ex dispositione dicti statuti debeat dictam hæreditatem Benuenutæ restituere per fideicom. dominæ Staxiæ substitutæ detracta per ipsum Io. Trebellianica. quod sic probari
2 videtur, dicta subst tutio † fuit compendiosa, quia dicta testatrix vno decedente sine filiis superuiuetem substituit, & vtroque decedente substituit matrem. l. precib. C. de impu. & aliis subst. l. Centurio, ff. de vulg. & pup. c. Raynutius. de test. Vnde Piera decedente, successit ei Tadæus, quo ad partem obuentam ex hæreditate Benuenutæ, tam vigore substitutionis, quã etiam vigore substituti. Decedente verò postea Tadæo in pupillari ætate videtur, ꝙ mater non potuerit succedere ex substitutione vulgari in his, quæ obuenerant ex hæreditate Benuenutæ, quia licet dicta substitutio compendiosa contineat vulgarem, vt firmat Iac. de Ra. Cy. Ray. Bal. & Sal. in præall. l. precib. & Bar. in præal. l. Centurio, in uer. quæro vtrum substitutio compendiosa facta per verbum commune contineat vulgarem &c. & doc. maximè Mod. in d. c. Raynutius, tamen in casu isto non potuit succedere mater Tadæo ex substitutione vulgari dato etiam ꝙ Tadæus non adiuerit hæreditatem Benuenutæ, quia cum ex forma statuti ciuitatis Imolæ, vt notum habeo, hæreditas quæcunque non adita transmittitur ad hæredes, licet Tadæus non adiuerit dictam hæreditatem, tamen transiuit ius adeundi ad hæredem suum, scilicet Ioan-
3 nem, sed † ita est, ꝙ transmissio hæreditatis non aditæ excludit substitutionem vulgarem, quia licet ille, cui facta est substitutio non sit hæres, tamen facit alium hæredem mediante transmissione, & per consequens sufficit hoc ad exclusionem substituti vulgaris. l. si paterfa. & ibi Bart. & magis communiter doct. de hær. inst. & in l. cum proponas. C. e. ti. l. j. C. de his qui ante aper. tab. & l. si quis filium. ff. de acqui. hære. & clarè firmat Bar. in l. 2. ff. de vulg. & pup. circa primum effectũ substitutionis vulgaris. & idem Bal. in l. cum antiquiorib. in 2. q. C. de iure deli. & in l. apud hostes. C. de suis & leg. & in l. Papinianus. §. 4. ff. de inoff. test. vnde si cessat substitutio vulgaris, dicta substitutio compendiosa non potest sortiri effectum nisi iure fideicom. ut in d. l. precib. cum conco. s. alle. & sic succedens ab intestato dicto Tadæo videlicet Ioannes, videtur arctari ad restituendum dictam hæreditatem dictæ Benuenutę dictæ Staxiæ substitutæ per fideicommissum detracta per dictum Ioannem quarta Treb. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam de iure probabiliorem puto, videlicet matrem in omnib. excludere dictum Ioã. quod apertè sic iure probatur. Nam primò decessit Marcus. cui de iure successerunt fratres & sorores vtrinque coniunctæ excluso Ioanne non vtrinque coniuncto, vt in authen. itaq;. C. de succes. An autem vnà cum dictis fratribus vtrinque coniunctis successerit mater Marco, certum est, quod non propter statutum prædictum, quia Marcus decessit pupillus, & intestatus. successiuè decessit Cosma impubes, cui similiter successerunt fratres & sorores vtrinque coniunctæ excluso dicto Ioanne, præalle. auth. itaque. & cum eis etiam in portione hæreditatis Cosmæ successit pariter Staxia mater, per auth. defuncto. C. ad Tert. nec eidem matri obstabat dictum statutum, quia vt j. dicam, loquitur in eo, qui decederet intestatus, sed pupillus dicitur intestabilis, non autem intestatus, ut j. probabo, ergo non vendicat sibi locum in casu nostro. ¶ Demum decessit Benuenuta testata, à qua instituti fuerunt Tadæus, & Piera, & illis decedẽtibus sine liberis fuit substituta mater. vnde aut fuit locus substitutioni vulgari, vt quia Piera, & Tadæus decesserint hæreditate Benuenutæ non adita, & certum est matrem ex substitutione vulgari admitti, quia vulgaris comprehenditur in dicta substitutione compendiosa, vt s. probaui. Aut fuit locus substitutioni fideicommissariæ propter ea, quæ adduxi in argumentis primæ partis, & tunc tota hæreditas deberet restitui per fideicommissum matri, retenta quarta Trebellianica per illos qui ab intestato essent hæredes dicti Pieræ, & Tadæi, & vt proximè probabo. mater est illa, quæ ab intestato succedit in effectu dictis Pieræ & Tadæo, ergo si qua quarta veniet detrahenda esset detrahenda per ipsammet matrem hæredẽ ab intestato in effectu dictorum vltimò decedentium. Deinde decessit Piera impubes, cui successit Tadæus vtrinque coniunctus rationibus superius allegatis. cum Tadæo etiam pariter succedit mater Pieræ per præal. auth. defuncto, quia isto casu non excluditur mater per statutum, quia, vt dixi, & statim latius ostendam, dictum statutum loquens in decedenti ab intestato, non vendicat sibi locum in pupillo, quia dicitur dece
4 dere intestabilis. vltimò decessit † Tadæus in pupillari ætate matre superstite, & Ioanne, & non est dubium, ꝙ de iure com-
* muni mater excludit Ioannem, quia non erat frater * vtrinq; coniunctus, vt in §. consequens. in auth. de hæ. quæ ab inte. & in auth. defuncto, & ibi doc. C. ad Tert. & no. gio. in l. 1. ff. de iur. & fac. ign. & Cy. in præal. auth. itaque. & Dyn. in tra. suo de succes. ab intest. & Bar. in l. 2. in prin. ff. de vul. & pup. in 5. q. in prin. ver. vlterius quæro an tacita pupillaris excludat fratrem pupilli. & Bar. in l. 1. §. filium. ff. de bo. pos. contra tab. Si ergo de iure communi mater excludit Ioã. fundata est matris
5 intentio, quia non † obstat statutum, de quo. s. in themate fit mentio, quia dictum statutum loquitur in eo, qui decedit ab intestato, sed Tadæus decessit impubes, & sic intestabilis, non autem propriè dicitur decedere intestatus, vel ab intestato,
a vt &c. [a] Ex prædictis patet euidens responsio ad allegata in contrarium, quia illa procederent si Tadæus decessisset post pupillarem ætatem, quo casu successisset ei ab intestato Ioannes ex forma statuti, sed cum decesserit ante, secus est, vt probaui. Ex quibus coucludo in omnibus potiorem esse conditionem matris excluso in totum Ioanne ante dicto. Alexan. Bononiæ legens.

ADDITIONES.

* Non erat frater.] Idem tenet Nic. de Vbal. in tract. de succes. ab intest. & Ale. consi. 80. col. 4. lib. 1. Dec. consi. 618. in fi.

a. ¶ Vt &c. duas quę sequebantur columnas non fuit opus rursus hic corrigere & excludere, quia ad verbum emendatæ habentur. supr. lib. 2. consi. 115 nu. 1. inclusiuè vsque ad fi. d. consi. ib. C. de iu. delib. vbi recurre, quia ibidem Ale. nullo mutato transcripsit.

## CONSILIVM LXXX.

Lege s. eo. consi. 55. quod hic repetebatur.

## EPITOME.

Gulielmus instituit Bedoxium filium, & si decederet sine liberis voluit quartam bonorum dari pauperibus. Bedoxius superuixit patri, & relinquens filium testamento cauit, quòd decedente suo filio ab intestato sine liberis seruentur, & executioni mandentur contenta in testamento patris sui: prout in eo continetur. nouissimè decedit filius Bedoxij intestatus sine liberis. Respon. Ale. quòd pauperes non sunt vocati, nec ex vltimo testamento, quod refertur ad primum, nec ex primo, in quo vocabantur sub conditione si Bedoxius decederet sine liberis, quę semel defecit.

## SVMMARIVM.

5 *Filius hæres præsumitur ignorare testamentum patris.*
6 *Relatio intelligitur cum omnibus qualitatibus. nu. 8. 9.*
7 *Confessio relata ad instrumentum, in quo nõ cõtinetur, uitiatur.*
10 *Dispositio non trahitur ad ignorata. nu. 13.*
11 *Relatio & extensio intelligitur in quibus potest adaptari.*
12 *Electio incerti fideicommissarij non potest fieri ante tempus.*
19 *Causa falsa obligatoria vitiat legatum.*

## CONSILIVM LXXXI.

¶ In materia vltimarum voluntatum.

Visa consultatione præmissa, & illa oportunè considerata, videretur prima facie dicendum, quartam partẽ bonorum hæreditariorum dicti olim Gulielmi primi testatoris esse inter Christi pauperes distribuendam. pro quo alle-
1 gatur & primò. † Nam cum manifestissimus est testatoris sensus, verborum interpretatio nusquam tantum valet; ut potentior sensu existat. verba fuerunt Imperatoris. in l. 3. in prin. C. de libe. præt. & habetur in l. in conditionibus primum locũ, in prin. ff. de cond. & demon. & l. 3. §. conditio. cum sim. ff. de adi. leg. Sed si quis rectè inspexerit, nil aliud videtur coniecturari posse fuisse de mente Bexodij, quam quod voluerit dictam distributionem fieri, vt colligitur ex verbis suæ vltimæ voluntatis, in qua dixit quod Gulielmo eius filio quandocunque ab

que ab intestato sine liberis decedente, mandabat contenta in testamento Gulielmi primi testantis seruari,& executioni mādari. Nam si intelligeremus Bedoxium per hæc verba voluisse quod exequerentur tantum ea, quæ Gulielmus antiquus in testamento disposuerat adimpleri simpliciter, & non in casu, quo Bexodius decederet sine liberis: sequeretur ꝙ dispositio Bedoxij fuisset superuacua,& nullius effectus attento, ꝙ Bedoxius fuerat hæres Gulielmi. vnde quicunque hæres Bedoxij absque noua dispositione tenebatur obseruare disposita simpliciter in testamento Gulielmi: quia hæres hæredis primi testatoris est hæres.l.fi.C.de hær. inst.l.j.ff. de castren.pecu.l.3.
2 ff.de peti.hære.l.paterfamilias.ff.de vul.& pup. in dubio† autem non debemus interpretari dispositionem ludibrio, & superuacuo factam esse.l. si quando. in princ.de leg.j.& c.si Papa.de priui.in 6.ne ergo inanis sit dispositio Bedoxii, oportet interpretari, ꝙ senserit contenta in testamento Gulielmi debere seruari, scilicet quo ad ea, quæ de necessitate in casu isto seruare non teneretur hæres Bedoxii: & per consequens, qd dicta distributio quartæ partis inter pauperes fieri deberet fi-
3 lio dicti Bexodii decedēte sine liberis, † ad quam distributionem non erat obligatus aliquis hæres Bedoxii ex testamento Gulielmi, ex quo decesserat Bedoxius cum liberis, dato etiam quod cum vnico decesserit. lege non est liberis, ff. de verb.sig. l.cum vxori.C. quando dies leg.ced.l.j.C.de cond.inser.& ēt dato ꝙ dictus filius Bedoxii sine liberis decesserit.l. ex facto. §.si quis autem susceperit.ff.ad Treb. & d.l.cum vxori. ¶Confirmantur prædicta, quia esto, ꝙ verba testamenti Bedoxii essent ambigua,& dubitaretur, an comprehenderent istum ca-
4 sum, videtur† quod in dubio debeat fieri interpretatio pro il-
a la parte quæ fauet piæ [a] causæ, seu distributioni pauperum.l. sunt personæ. in fi.ff. de relig. & sump. fu.l. inter pares.ff.de re iud.c.ex literis. de prob.c.fi.de re iud.& in l.in ambiguis. ff.de iu.do.iuncta.l. cum his.§. si mulier.ff. de condi.inde. Et idem videtur inferri ex testamento dictæ dominæ Iacobæ disponētis ꝙ quarta pars bonorum Gulielmi eius patris distribuatur inter pauperes & egenas personas. ¶Nec obst. ꝙ ipsa dixerit hoc disposuisse: eo quia ita ordinatum fuerat per dictū Gulielmum in eius testamento, & ꝙ virtute dicti testamenti Gulielmi ad hoc erat astricta &c. quanquam verum esset, ꝙ promissio Gulielmi circa distributionem dictæ quartæ partis non fuerit facta in casu isto qui euenit, sed solum in casu, quo contingeret Bedoxium sine liberis decedere, quia ad hoc in fauorem pauperum respondetur, ꝙ dicta falsa causa in testamento dominæ Iacobæ inserta non habet dictam eius dispositionem vitiare.l.demonstratio falsa. vers. quod autem.ff.de cond.& demon.& l.cum tale.§.falsam.el 1.eo.tit. & instit.de leg.in §. longe. ¶Sed præmissis non obst. puto in casu nostro alio non ostenso contrariam sententiam probabiliorem esse, ad quod ostendendum præsuppono ꝙ Bedoxius præsumitur habuisse ignorantiam specialiter contentorum in testamento patris non obstante, ꝙ hæreditatem patris simpliciter adiue-
5 rit.Nam communis est conclusio† qd quia filius qui est suus, & necessarius hæres patri, potest hæreditatem sibi ex testamēto delatam adire non apertis tabulis testamenti, ideo alio nō docto, non præsumatur habere scientiam specialem contentorum in testamento.l.eis qui in prouincia, & ibi not.doct. ff. si cert. pet.l.cùm hæres.& ibi no.Bar.ff. de lib. leg bene facit. l.quæsitum.ff.de acqui. rerum dom.& l.si seruus testamento. & ibi hoc firmat Ang.ff.de stip.ser.& plenè Bart. & Ang. in l. qui Romæ.§.duo fratres.in repe.ff.de verb.obl. Hoc præsupposito dico attendenda esse verba testamenti Bedoxii disponentia ꝙ decedente eius filio ab intestato sine liberis, seruarentur & executioni mandarentur contenta in testamento patris, secundum ꝙ & prout in dicto testamento eius patris con-
6 tinetur &c.nam habuit † Bedoxius relationem ad testamentū Gulielmi in genere: vnde attendi debet testamentum Gulielmi ad quod facta est relatio,& secundum illius depositionem debet intelligi & interpretari testamentum Bedoxii se ad illud referens.l.ait prætor.§.1.ff.de re iudic l.si ita scripsero.ff. de cond.& demon.l.asse toto.ff.de hær.inst.& l institutio talis.ff. de cond. inst. sed ex testamento Gulielmi non apparet distributionem istam fieri debere, nisi quando contingeret Bexodium sine liberis decedere: ergo non potest inferri ex testamento Bedoxii quartam partem debere distribui hoc casu
7 videlicet quo Bexodius cum liberis decessit. † Pro hoc in specie adduco quod voluit Bal.in l.2.C. de erro.aduo. vbi per illum tex.dicit ꝙ si reus respondendo positioni dicat: cōfiteor contenta in positione vera esse prout in tali instrumento continetur. quod si in illo instrumento non sit contenta illa positio, non habetur pro confessata, quanquam dixerit confiteor. ¶Ex quo dicto infertur vnum, quod est fortius, videlicet qd etiam dato in casu nostro ꝙ Bedoxius in specie dixisset: volo distribui quartam partem hæreditatis prout in testamento patris mei continetur, ꝙ etiam prætextu dictorum verborū non debuisset fieri dicta distributio. quantò minùs ergo in casu de quo quæritur, in quo Bedoxius in genere disposuit seruari debere contenta in testamento patris, prout in illo continetur: cum minus debeat operari generalis expressio, quam specialis.l.si quis in principio testamenti.ff. de leg.3.l. obligatione
8 generali.ff.de pig. Hoc etiam innuit illa† dictio, secundum, ꝙ in dicto testamento continetur. postquam enim apparet illud testamentum ad quod fit relatio: perinde debet haberi, ac si testamentum Gulielmi fuisset in omnibus, & per omnia specificatum in testamento Bedoxii.l.si testamentum.C. de inst. & subst.sub cond.fac.c.Abbate.de verb.sig.& declarat Bart.in
9 extra.ad reprimen.in verbo, prout. † Idem etiam indicat dictio, prout in dicto testamento &c. adiecta in testamento Be-
b doxii.nam vbi illa dictio prout, [b] refertur ad aliquid de præterito,& de illo constat, stat limitatiuè, etiam quò ad omnes qualitates.l.edita, in verb.prout.C.de eden & ibi not.Bart.& Bal.ibi in repe.Paduana & Bart.in d.extrauag.in versi.prout. & sic videtur fieri relatio ad testamentum Gulielmi cum omnibus qualitatibus suis, vt d.l.edita.& inst.de inut.stip.§.præterea.& l.fideiussor,§.qui interrogatus.ff.de interr.act.& l.fi. ff.de fideicom. lib ergo dici non potest, ꝙ virtute dictæ relationis factæ in testamento Bedoxii debeat fieri distributio dictæ quartæ partis, secundum quod Gulielmus disposuerat, quia in dispositione Gulielmi erat adiecta qualitas, scilicet qd distributio fieret, si Bedoxius decederet, sine liberis, quæ quidem qualitas cessat, & tantò magis hoc dicendum, cum præsumatur Bedoxium ignorasse, quæ & qualia essent in testamen-
10 to Gulielmi disposita, vt s.probaui.† dispositio autem regulariter ad ignorata non trahitur.l. cum Aquiliana.ff. de transa. & l.tres fratres.ff.de pac.l.mater.ff.de inoff. test.l. legitimam.
11 ff.de peti.hær. Confirmo † nam dispositio Bexodii uolentis exequi debere contenta in testamento patris secundum quod & prout in illo continetur, debet intelligi, ꝙ debeat exequi, scilicet in his in quib.executio potest adaptari, non in aliis.l. 1.§.lex Falcidia.ff.ad le.Fal.unde ibi in fi. dicunt Bart.& Ang. statuto ciuitatis cauetur, ꝙ de litib. vertentib. inter coniūctos fiat compromissum in communes consanguineos, & alio statuto cauetur, ꝙ in extraneis in omnibus & per omnia seruentur statuta loquentia de coniunctis. nam dictum secundū statutū debet intelligi in casib. & capitulis quæ possunt adaptari.& ideo de litibus vertentibus inter extraneos non fiet compromissum, quia illa verba, fiat compromissum inter communes consanguineos, non possunt adaptari ad lites vertentes inter extraneos, sed ita est, ꝙ verba Bedoxii dicentis, quod contenta in testamento patris seruentur, & exequantur prout in illo continetur &c. non possunt adaptari ad dictam distributionem quartæ partis bonorum, quia illa debebat fieri in casu, quo Bedoxius decederet sine liberis secundum formam testamenti Gulielmi, ergo ad illud capitulum referri nō debet. ¶Alia ratione ostendo, quod dicta uerba Bedoxii nō possunt ad istum casum adaptari. Nam Bedoxius disposuit seruari debere contenta in testamento patris eo tempore, quo decederet Gulielmus eius filius sine liberis. Gulielmus verò primus testator substituit pro quarta parte pauperes Christi eligendos tempore, quo Bedoxius decederet sine liberis, vnde appareret ex hoc, quod dispositiones dictorum duorum testatorum de necessitate respiciunt diuersa tempora. nam dispositio primi testantis respiciebat tempus mortis Bedoxii. Dispositio verò secundi testantis respiciebat tempus mortis vltimi Gulielmi filii Bedoxii. vnde dispositio secundi testatoris non potest aliquo modo referri, & adaptari ad substitutionem pauperū per primum testatorem ordinatam, quia alii erant pauperes Christi tempore mortis Bedoxii, quos respiciebat volūtas primi testatoris,& alii esse censentur pauperes Christi, qui erant tempore

tempore mortis filij Bedoxii, & omnino diuersi ab illis pau-
perib. qui fuerant tempore mortis Bedoxii. hoc probatur in
l. cum pater. §. à filia. ff. de lega. 2. vnde in proposito per illum
12 tex. dicit ibi Bar. & Bal. & Ioan. de Imo. † ꝙ si testator instituit
Titium hæredem, & voluit post mortem hæredis distribui bo
na inter pauperes Christi eligendos per suos commissarios,
vtrum dicti commissarii possint ante mortem hæredis elige-
c re dictos pauperes, & determinant, ꝙ non, c quia alii sunt
* pauperes Christi, qui sunt uno tpe, & alii sunt * qui sunt alio
tpe, & ideo secundum eos per talem electionem factam, ante
tps non potest fieri præiudicium existentibus alio tpe scilicet
tpe mortis hæredis, quia illi propriè fuerunt à testatore voca
ti. & hoc clarius & expressius voluit Bar. in l. post mortem. C.
de fideic. referens se pluries, ita in qõne facti respondisse. &
idem Bal. & Ang. in l. filiusf. §. diuus. per illum tex. ff. de leg. j.
& Ang. in l. ex facto. §. si quis rogatus. el 2. ff. ad Treb. & An-
ge. & Imo. in l. sed alio. §. si quis sub conditione. e. ti. & in l. sti
pulatio ista. §. inter certam. ff. de ver. obl. & refert ibi Ange. ꝙ
ita sæpe de facto consuluit. & est magis cõis conclusio, ex quo
infertur quòd impossibile censetur fuisse tpe mortis filij Be-
doxii obseruare contenta in testamento Gulielmi, quantũ ad
dictam substitutionem pauperum Christi, ergo cum ad illam
partem non possit adaptari, non debet ad eã fieri relatio. Nec
prædictis habet obstare, ꝙ mens Bedoxii testatoris à qua rece
dendum non est, videatur fuisse in ꝯrium ex eo maximè; quia
aliàs illa verba operarentur &c. vt plenius supra, deductũ est,
quia respondeo, & primò, ꝙ non possumus interpretari men-
tem Bedoxii fuisse, quod distributio dictæ quartæ partis fieri
deberet, tum quia præsuppono Bedoxium præsumptiuè igno
13 rasse contenta in testamento patris, vt supra probaui, † & per
consequens non potest allegari, quod verisimiliter voluerit
Bedoxius sentire de hac distributione fienda, cuius ignoran-
tiam habuit. ar. d. l. tres fratres. de pac. cum si. s. alle. Et si dice
retur, saltem in genere poterit hoc cogitare, scilicet quod quæ
cunque disposita per patrem in testamento deberent exequi.
ar. l. qui iure militari. ff. de testam. mili. & eorum quæ no. Bar
tol. in l. sub prætextu. la 2. in prin. C. de transac. & in l. fi. §. pen.
in prin. ff. de condi. indeb. & l. fi. in fi. C. in quibus cau. in inte.
restitu. non est necess. & in l. ab Aurelio. §. Caius. ff. de lib. leg.
Respondeo & dico quòd hoc est verum, ꝙ potuit cogitare, tã
men voluit, ꝙ exequeretur contenta in testamento secundum
quod & prout in testamento prædicti Gulielmi continebat,
& sic habuit relationem ad dispositionem Gulielmi cum om
nibus qualitatibus, vt superius est ostensum, sed in testamen-
to Gulielmi non continetur, quod Bedoxio decedente cum li
beris vocentur pauperes Christi, ergo &c. Item dicta volun-
tas Bedoxii debet referri ad ea in quibus poterat adaptari exe
cutio, sed executio non poterat adaptari ad capitulum conti-
nens substitutionem pauperum, vt probaui &c. Si enim vo-
luisset Bedoxius, quod omnino filio suo decedente sine libe-
ris quarta pars hæreditatis prædictæ distribueretur inter pau-
peres Christi, hoc expressisset. l. 1. §. sin autem ad deficientis.
C. de cad. tol. c. inter corporalia. de trausla. episco. & sic non
potest allegari, quòd de mente Bedoxii fuerit, quòd omnino
dicta distributio fieret filio eius decedente sine liberis. ¶ Nec
etiam obstat, quòd aliàs redderetur dispositio Bedoxii inuti
14 lis, quia respondeo primò, † quod postquam verba testamen-
ti Bedoxii sunt clara, nõ possumus a verbis recedere. l. ille, aut
ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. ff. de leg. 3. l. continuus. §.
cum ita. ff. de verbo. oblig. Secundò respondeo, quod talis di-
spositio Bedoxii non redditur inutilis, etiam dato, quod non
referatur ad substitutionem pauperum Christi, sed solum ad
alia relicta. Primò enim operatur, quod vbi ipse Bedoxius vel
præscripsisset, vel cœpisset præscribere aduersus aliquos lega-
tarios descriptos in testamento patris, esset interrupta præscri
* ptio, * & præscriptione illa non obstante posset ex testamen-
to Bedoxii agere quilibet legatarius. in testamento Gulielmi
descriptus. l. cum notissimi. §. sed & si quis. C. de præscrip. 30.
annorum, & in proposito declarabat Bald. in l. j. C. de furt. in
versic. sed nunquid in litera nostra &c. Operatur etiam alium
effectum dispositio dicti Bedoxii, quia dato, quòd non appa-
reret Bedoxium se immiscuisse hæreditati paternæ, & sic lega-
ta, tanquam ex testamento Gulielmi debita peti non pote-
rant, etiam posito, quòd filius in potestate esset hæres institu-
tus. l. 1. in fi. ff. vt in pos. leg. l. si nemo. ff. de test. tute. & plenè
in l. si filius qui patri. ff. de vulga. & pupil. tamen virtute testa-
menti Bedoxii peti possent. & non haberent necesse legatarij,
d aliter probare de aditione d hæreditatis Gulielmi, quod qui-
dem reputatur magnum commodum & interesse, ut not. per
gl. in l. ita tamen. §. si pater. ff. ad Treb. & per gloss. in l. si pu-
pillus. in princ. in verb. condemnare debet. ff. de noua. & in l.
penul. ad fin. C. depositi. & in l. cogi. §. 1. in verbo, defensum
iri. & ibi Ang. ff. ad treb. & Bar. in l. qui bis. ff. de verbo. oblig.
cum simi. ¶ Similiter non obstat, quòd in dubio fieri debeat
interpretatio in fauorem piæ causæ, & sic in fauorem paupe-
rum Christi, quia respondeo, quod nos non possumus in re
ambigua, quoniam verba testamenti Bedoxii certa sunt per re
lationem ad testamentum Gulielmi. l. certum. ff. si cer. peta. l.
vbi autem. §. illud. versi. sed qui vnum. ff. de verborum oliga.
l. nominatim. de condi. & demon. l. ait prætor. §. 1. de re iudi.
& sic debet attendi dispositio Gulielmi cum suis qualitatibus
vt opportunè probaui s. vnde in certis, non autem in certis
locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum
obliga. cum vulga. ¶ Postremò non obstat testamentum domi
næ Iacobæ, quia respondeo, quod Iacoba per errorem indu-
cta est ad relinquendum dictam quartam partem pauperi-
bus Christi, ut euidenter colligitur ex verbis testamenti eius
ibi dum dicit, quia ad hoc se teneri & obligari dixit ipsa testa-
trix, eo quia ita disposuerat dictus Gulielmus in suo testa-
mento, & quod ita disposuit ipsa testatrix pro exoneratione
animæ ipsius testatricis, quia ad hoc dixit se arctari ex testa-
mento dicti Gulielmi; prout latius in testamento ipsius Gu-
lielmi continetur &c. & tamen constat, quòd ex testamento
Gulielmi domina Iacoba in effectu hæres dicti Gulielmi pri-
mi testatoris non arctabatur ad hoc, quia non euenit casus
prouisus per Gulielmum, scilicet quòd decessérit Bedoxius,
15 sine liberis, de errore † autem ipsius Iacobæ dicitur consta-
re, eo ipso quod apparet ex inspectione testamenti Gulielmi
rem aliter se habere. l. si post diuisionem. C. de iur. & fac. ign.
l. de ætate. §. fin. cum gloss. ff. de interro. act. & not. in l. cum
de indebito. in princ. ff. de probat. & in l. non fatetur. C. de
confess. & per doct. in l. error. C. de iuris. & fac. igno. & in c.
16 fin. de confess. † & vbicunque causa falsa e est expressa in le-
e gato, aut erat causa non obligatoria, ut si lego tibi fundum,
quia negotia mea gessisti, vel quia in studio socius meus fui-
sti, & tunc licèt dicta causa sit falsa, legatum non uitiatur. d. l.
demonstratio, cum concord. suprà alleg. aut causa falsa erat
obligatoria, vt si lego tibi centum, quia tantundem mihi mu
tuasti, tunc talis causa falsa expressa à testatore errante vitiat le
gatum. l. 1. C. de fal. causa adiec. leg. & ibi declarat Bartol. &
Bald. in d. l. demonstratio. §. 1. in 3. quest. & in l. si cum te. ff. de
pac. & moderni. in l. si ff. de hær. insti. sed ita est, quòd dicta
causa expressa per Iacobam fuit falsa, vt patet ex inspectione
testamenti Gulielmi, attento quòd Bedoxius decessit cum li-
beris, inerat causa obligatoria, si fuisset vera, vt ipsamet testa-
trix asserit. & certum est, quod fuisset obligatoria si vera fuis
set, quia dicta Iacoba in effectu erat hæres primi testantis me
diante persona Bedoxii, & eius filii, & emanauit per errorem
dicta expressio causæ, quod probatur eo ipso, quod constat
rem aliter se habere, vt statim dixi, ergo de primo ad ultimum
remanet conclusio, quod pauperes Christi, nec ex testamen-
to Gulielmi, nec ex testamento Bedoxii, aut Iacobæ intelli-
guntur vocati.

---

ADDITIONES.

a ¶ Piæ. sup. lib. 2. consi. 121. in fi.
b ¶ Prout. sup. lib. 1. consi. 46. Deci. consi. 384. num. 4. dixi in consu. Pa-
ri. §. 5. num. 74. cum seq.
c Quod non. sup. lib. 1. consi. 2. nu. 16. Roma consi. 437.
* Et alij sunt.] Facit quia si legatur mihi vsusfructus in biennium con-
tinuum à morte testatoris, & per hæredem steterit, quo minus daret
non possum petere vsumfructum sequentis biennij, quia alius est
vsusfructus futurus, & alius præteritus, sed petam æstimationem. l.
si vsusfructus mihi. ff. de vsufru. leg. Et facit ad hoc etiam, quod no-
per Bar. ad l. si ita stipulatus essem. ff. de ver. obl. Nat.
d ¶ Additione. sup. lib. 2. consi 209. nu. 16.
e ¶ Falsa. Cor. consi. 154. lib. 2.

SVMMA-

CONSILIVM LXXXII.

Lege.5.eo.lib.consi.64.quod hic duplabatur.

SVMMARIVM.

2 *Præcarium excludit tertium possessorem, beneficio discussionis.*
7 *Vxor non censetur per metum renunciasse hypothecis in alienatione viri, nisi probentur minæ, vel verbera.*
8 *Constitutio & præcarium veram possessionem transferunt.*
9 *Titulus facit bonam fidem præsumi.*
10 *Possessio præsumitur continuata.*
11 *Authentica malæfidei, non habet locum in præscriptione hypothecæ.*
13 *Solutum potius præsumitur in liberationem hypothecæ.*

CONSILIVM LXXXIII.

Viso processu agitato coram Domino vicario castri Aurioli comitatus Imolæ inter dominam Bartholomæam, seu eius maritum pro ea in iudicio comparentem ex parte vna, & Matthæum Ioannis Scambrini ex altera, quanquam minus ordinatè confecto, videtur prima† facie dictum Matthæum condemnari debere ad restitutionem possessionis dictæ petiæ terræ, & casamenti retinendæ in causam hypothecæ per dictam dominam Bartholomæam, quoniam talis est effectus, & forma sententiæ in hypothecaria, seu Saluiano interdicto. l. si cum venditor. in princ. ff. de euiction. ff. de pigno. l. si fundus. §. in vendicatione. & ibi hoc Bart. & latè in l. rem alienam. ff. de pigno. actio. & Cyn. & Ange. & Sali. in l. cum res. C. si alie. res pigno. & extra de pigno. cap. ex literis. patet enim in hac causa actionem hypothecariam, aut Saluianum interdictum, siue ius concessum in instrumento de ingrediendo propria authoritate, & non alia remedia, nec iura intentari potuisse, per not. per gloss. & doct. in procem. C. §. tertii in verbo, easdem res. in l. si tibi. §. de pignore. ff. de pac. l. pignoris. cum simi. C. de pigno. Innocen. in capit. cum constet. de pign. & Bald. in cap. 1. de feudo dato inuicem. l. commis. iuncto eo, quod legitur & notatur in l. j. ff. & C. de Saluiano inter. & quæ not. Bartol. in l. 3. ad fin. 3. quæst. princi. C. de pigno. quæ iura competere potuisse videtur clarè constare ex 2 instrumento dotali ad me transmisso & lecto. ¶† Nec videtur obstare exceptionem oppositam excussionis non factæ, quia licèt iure cautum sit agenti hypothecaria contra tertios possessores hodie prius excutere debere, & agere personali, vel reali contra reum principalem, secundò contra fideiussores si intercesserint, tertio contra tales tertios possessores, iuxta authen. hoc si debitor. C. de pign. auth. sed hodie. de actio. & obligatio. & in cor. de fideius. §. sed neque. Illa regula fallit [a] nisi in instrumento hypothecariæ intercesserit constitutio præcarii, quia tunc agi poterit directò contra possessorem secundum Iaco. Butr. & ibi post eum Bal. per illum text. in l. fina. C. de acquiren. possessio. ibi, vel quispiam alius &c. & idē Bald. in l. j. C. de reuo. his quæ in frau. cred. & Ang. & Ioann. de Imo & Moder. in l. exitus. ff. de acquiren. possessio. & Petr. de Ancha. in d. authen. sed hodie. vnde dicebat no. Bald. C. de seruo pign. da. ma. in l. 1. quod cautela est, quod apponatur in pacto de dote restituenda præcarium, quo casu potest mulier absque alia solennitate propria authoritate possessionem directò ingredi, per l. si seruus. C. quod cum eo. notat Sali. in l. 3. C. de pig. per glo. in l. cum creditorem. ff. de fur. & ita aliàs publicè Bononiæ disputando tenui. ¶ Nec etiam obstaret secunda opposita exceptio præscriptionis, quia hodie videtur dicendum tertium possessorem habentem causam & titulum a debitore, qui scit se rem alteri obligasse, vel a quocunque alio authore obligationem scienti spatio. x. vel 20. annorum actioni hypothecariæ præscribere non posse, auth. malæfidei. C. de præscrip. long. tempor. sed solummodò per annos. 30. 3 decursos, vt ibi dicitur. ¶† Nec similiter obstaret alia exceptio opposita contra dictam dominam Bartholomeam quod plus debito petierit, & sic a debito & iure suo cadit, iuxta l. 1. C. de plus peti. cap. 1. extra eodem titu. quia pœna dictæ legis non habet locum, nisi quoties quis peccauerit in duobus, scilicet in exigendo cautionem de pluri dolosè, & in plus petendo dolo, aliàs non ita tenent gloss. & docto. in d. capitu. 1. de plus peti. & Bar. in l. si seruus. §. bonæ. ad fin. ff. de condi. fur. & in l. qui solidum. in princ. de lega. 2. & doct. omnes in d. l. 1. & maximè in casu nostro, in quo ut patet in replicationibus 3 dictæ Bartholomeæ ipsa non institit, imò iustè destitit a plus 4 petendo, & per consequens audienda, dictis iuribus. ¶† Ac etiam non obstaret alia exceptio opposita contra dictam Bartholomæam, videlicet dictum eius maritum non habere legitimum mandatum, & per consequens audiri, non debere, iuxta ea quæ habentur in l. licet. C. de procu. extra eodem capit. in nostra, cum si. quia maritus citra mandatum potest pro vxore ad lites internenire. C. de procu. l. 1. & l. maritus. l. fina. C. de pac. conuen. prius tamen præstitis solennibus cautionibus, & maximè de rato, vt dictis iuribus, quæ licèt præstitæ non fuerint, earum tamen exceptio non iuuat, quia fuit, post litem contestatam opposita. l. Pomponius. §. rati. ff. de procu. l. 1. in fin. C. de satisda. C. de proba. l. exceptionem not. in l. ita demum. C. de procura. & extra de constitu. in cap. cum Mar. 5 Ferrarien. ¶† Et prædicta maximè vera esse videntur in renūciatione facta ab vxore iuri hypothecarum in alienatione facta per maritum dicto Matthæo, quia in tali renunciatione inest tacitus metus propter reuerentiam viri, & per consequens non ligat, per id quod not. gloss. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum. & in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. soluto matrimonio in l. transactionem. C. de transactio. facit etiam quod habetur in cap. sanè. de renun. & quod not. Bald. in l. si fine. C. ad velleia. & maximè si dictæ petiæ terræ erant vltima bona in bonis mariti, quo casu nunquam valet renunciatio hypothecarum facta per vxorem, quia maritus remanet non soluendo. ita tenebat Bartol. post Iacob. de Are. in l. Mæuia. ad fin. ff. soluto matrimonio, & C. ad velleian. & in l. iubemus. & Iacob. de Bel. in auth. ut immobi. ante nupt. & Dyn. ff. de his quæ in frau. cred. in l. si pignus. ¶ Econtrà videtur dictum Matthæum fouere iustitiam, & per consequens diffinitiuè absoluendum. Et primo de iure clarum, videtur dominæ Bartholomeæ actionem non competere, quo ad illas duas tornaturas terræ venditas, & alienatas per Bartholo. olim eius maritum in dictum Matthæum cum iuri hypothecarum in instrumento producto renunciatum fuerit solenniter & cum iuramento, quam renunciationem de iure valere certissimum est. l. etiam. & l. iubemus. C. ad velleian. quod legitur & notatur in capit. peruenit. de emptio. & venditio. 6 ¶† Nec ad hoc habet obstare. id quod supra in contrarium allegabatur, videlicet dictam renunciationem non valere, quoties maritus remaneret non soluendo, quia posito, quòd ita esset, tamen prædicta fallunt, quoties iuramentum interuenit, quo casu etiam si iurans enormissimè læderetur, tenetur b iuramentum [b] seruare. patet expressè in cap. cum contingat. de iureiuran. & cap. licèt mulieres. eodem titu. lib. 6. in capi. quamuis. de pact. in 6. seruare enim semper debet, quoties seruari potest sine interitu salutis æternæ. cap. si verò. de iureiuran. not. in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. plenè in l. si quis pro eo. de fideiuss. in l. pactum, quod de do-7 tali. de pact. ¶† Nec etiam ad hoc obstat, quòd supra dictum est de tacito metu, & reuerentia, quia vt dixit Bartol. in d. §. quæ onerandæ. in l. ad inuidiam. C. quod met. cau. in l. penulti. ff. de condi. ob tur. cau. Innocen. in cap. causam matrimonii. de offic. deleg. Bal. in l. interpositas. C. de transactio. & in cap. 1. §. item sacramenta. de pace iur. firman. & Andr. & Ioan. de Imo. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. cum simi. solu. matrim. quod illud debet intelligi, quando præcesserunt c minæ [c] & verbera, quod in casu nostro non præsupponitur, & sic clarè constat ipsam exclusam à iure dictæ petiæ terræ, pro libris 44. quæ sic emptori vendita fuit. ¶ Vlterius etiam videtur dictum Matthæum absoluendum esse ab alia petia terræ & casamento, quoniam primo posito, quod titulum emptionis non quæsiuerit a vero & integro domino, quòd etiam infra discutiam, tamen videtur dictum Matthæum ex eius titulo & possessione spatio. x. annor. & vltra decursorum a tempore dictæ emptionis præscripsisse & legitimè iuri hypothecarum, quod habebat dicta Bartholomæa p l. 1. & 2. C. si aduer. cre. plenè no. C. de præscr. 30. ann. in l. cum notissimi. in prin. & in l.

in l.sicut.& C.de pign.in l.vsucapio. & in prooemio.ff.§.tertii.in versic. easdem res.institu. de actio.§. item seruiana. in versicu. nihil interest. patet enim vltra titulum etiam intercessisse traditionem possessionis vigore constitutionis præca-
8 rii, de qua in instrumento † quæ constitutio operatur veram traditionem possessionis, iuxta gloss. not. & ibi Bart. & docto. ff. de pact. in l.ab emptione.& est text. ff. de acti. emptio.in l. Iul.§. possessionem. & in authen.sacramenta.C.si aduer. ven. Bartol.& doct.in l.si is qui pro emptore.in §.5.& 6.quæst.principi.ff. de vsucap. Ioan. de Imo. in l. qui mihi donatum ad fin. ff. de donat. vnde si ad præscriptionem causandam requirebatur traditio, iuxta not.in l. Celsus.ff. de vsucap. in l. si æstimatis.ff.pro soluto.cum si. de illa constat. ¶Nec ob. si diceretur solam ciuilem possessionem translatam esse per constitu-
* tionem * præcarij.l.& habet.§.j.ff.de præca.not.in l.interdū. in prin.ff.de vsuca. eo quia illa sola sufficit ad præscriptionē, iuxta ea quæ plenè habentur in l.3.§.ex contrario. de acquir. possessio. & in cap. causam. de præscriptioni. cum concord. ¶Bona fides autem quæ in hac præscriptione requiritur. iuxta cap.si diligenti.cap.fina. de præscrip.cap.possessor. de regu. iuris. in 6. cum simi. in casu nostro ipso iure probata est,
9 †quia habens titulum præsumitur bonam fidem habere, nisi contrarium doceatur.l.penult.C.de euic. not. per glos. & docto.C.vnde vi.in l.fi.plenè Bar.in d.l.Celsus.Cy.& Bartol.in l.super longi.C.de præscrip.long.tempo. & glos.etiam instit. de vsuca.in princ.& no.in l.quemadmodum.C. de agrico. & cen.in præal.c.si diligenti.& cap.fina.& Innoc.eodem titu.in cap.vigilanti,not.in cap.1.de præscrip.in 6. caute tamen fecit dictus Matthæus bonam fidem allegare, vt patet in eius exceptionibus.quia illa nullo casu præsumitur, nisi allegetur, ut tenuit Ang.in l.eum qui.§.ii.ff.de publica.facit quod no. Bartol.in l.si adulterium cum incestu.§.idē Pollioni.ff.de adulr. & glo.in clemen.appellanti.de app.Ioan.And.in cap.2.ut lite
10 non conte.Bar.in l.j.ff.de exceptio. ¶†Requiritur etiam probatio continuatæ possessionis.ff.de vsucap.l.3.l.possessio.& l. nonnunquam.§.j.C.de præscrip. long. temp.l.2. quia ut firmat Cyn. & docto. in præalleg.l.super longi.& Bartol.in d.l. Celsus.satis probatur continuatio possessionis, si ille, qui semel possedit, se asserit nunc possidere, quia cum de suo com-
d modo tractetur, præsumitur semper & continuo possedisse, [d] per l.siue possidetis.C.de proba.cum ibi not. per glo.& doct. in l. non ignorabit. & ibi Bald.C. ad exhiben. & per eundem in l.si minorem.C.de in integ.rest.& Specu.de act.& pe.§.sequitur.& Dyn.in regula, sine possessione, lib. 6. Bald. no.in l. fi.in 15.oppo.C.de edic.diui Adri.& per do.Ant. plenè in c. cùm ad sedem.de restitu.spol.& Ioan.de Imo. post Bal. in l.si quis ita.de condi.& demon.& quod no.gl.16.q.4. volumus, ergo sequitur omni impedimento cessante dictum Matthæū tueri se posse allegato præscriptionis præsidio.¶Ad quam præscriptionem non obstat, quod suprà allegabatur per authen. malæfidei. primò quia videmur nos esse extra terminos dictę auth. non enim habuit Matthæus titulum a Bartholo. qui rē obligauerat, sed à Iacobo eius fratre, cuius mala fides in re no
11 stra nullatenus præsupponitur.¶†Præterea ut dicit Angel. in d.auth.malefidei.illa habet locum in præscriptione dominii,
e & rei immobilis, non autem [e] in præscriptione pign.& hypo. quia illa est modici præiudicii.l.fi.C.quæ res pig. est enim separata causa hypothecæ ab ipsa causa dominii, ff. de pign.l.j. §.cum prædium.& quod habetur.ff. de contrahen. emptio.l. alienatio.cum si.& ita etiam dicebat Iacob.de Aret.& Cyn.in d.auth.malæ fidei.videlicet illam tantum locum habere, quādo de dominio non de actionis præscriptione tractatur. facit quod not.doct.C.de acquiren.possessio in l.vitia. & hæc fortius procederent si iste Matthæus tenuisset & possedisset sciēte & patiente dicta Bartholomæa, quo casu nunquam habet locum.d.auth.malæ fidei, vt ibi patet, & no.Bar.ff. de acquir. possessio.in l.Pompon.§.cum quis. Item quia debet intelligi. d.auth.malæ fidei.in eo qui habet authorem talem, cui ab initio traditionis factæ ipsi authori adfuit mala fides, secus si postea superuenerit, vt docetur secundum eos in casu nostro, ꝓpter superuenientiam dictæ hypothecæ constitutæ ipsi Bartholomeæ, isto enim casu etiam non habet locum dicta auth. malæfidei secundum gloss.& ibi hoc Barto. & doct.ff.de alie.

iud.mut. causa fac.in l. item hæres.§.1. item cum hic de malafide authoris vera non ostendatur, igitur.d. auth.malæ fidei non habet locum in ficta vel præsumpta mala fide, per id, qd no. Bald.ff. de publ.in l.eum qui.§.prætor. & §. in hac. & §. publiciana.& ibi etiam Ang.Bene fateor præscriptionem tantummodò incepisse currere à tempore soluti matrimonii, inter dictam Bartholomeam, & Bar.per l.in rebus.§.omnes.C. de iur.dot. ipsi enim mulieri constante matrimonio non currebat præscriptio, eo quia agere non valebat, igitur &c.l.1. in fin.C.de anna.excep.l.si seruus.ff.de diuer.& temp. præ. plenè per Bartol.ff.de offi.præsi.in l.senatus.& Bal.C. de precib. imper.offe.in l.quoties.eius autem viri mortem, quo tempore, ignoro.¶Deducendum etiam fuisset, & est tempus minoris ætatis si a tempore venditionis factæ in dictum Matthæū nullo tempore citra fuit minor, quia tunc in ea ætate præscriptio non currebat.C. in quibus cau. in integr. restitu. non est necess.in l.fina.l.non est incognitum, quibus non obstat long.
12 temp.præscri. cum simi. ¶†Vlterius quòd dictus Matthæus sit absoluendus ostendo, nam clarum est, quòd dicta obligatio hypothecæ facta de dictis sex tornaturis &c. ipsi Bartholomeæ per dictum Bart.non valuit, nec valere potuit nisi pro dimidia, quia aliam partem dimidiam, quam pro indiuiso fertur tenuisse cum eius fratre Iacobo, non potuit illam obligare.l.j.C.si communis res pign.C. communi diuidun.l.2.l. si fratres. C. commun. vtriusque iudi.l.falso.C. de communium rerum alien.& quod not.per doct. in l.serui electione. §.Labeo.de legai.1.& in l.1.C.qui testamen.fac. poss. si ergo dictæ omnes terræ capiebant summam centum decem librarum & solu.3. prout constat ex instrumentis dictarum venditionum, ergo obligatio facta vxori extendebat se ad summam quinquaginta quinque librarum, de quibus primò priuata est pro summa librarum.44.ex renuntiatione facta per eam in venditione, quam fecit Bartol. eius maritus pro parte dictarum petiarum terræ, vt constat ex instrumento ser Antonii. ¶Item ad residuum ei ius non competit, quia confitetur se habuisse nomine dotis suæ libras quatuordecim, ut ipsamet fatetur in responsione ad positiones. nulla enim est validior probatio, quàm ipsa confessio.text.not.C. de transact.
13 in l.cum te.quæ quatuordecim libræ præsumuntur † potius à debitore solutæ ipsi mulieri in causam liberationis hypothecæ, & sic dictæ petiæ terræ venditæ postea per Iacobum, quàm in liberationem actionis personalis de dote, qua poterat ipse Bartholo. conueniri pro ea quantitate, qua vendita fuit per eum dicta prima petia terræ hypothecata, quasi dicatur soluta in magis causam obligationem, & magis pœnalem, vt probatur.ff.de solu. in l. & magis.l. in his. in princ. & l.si quid ex famosa. not. Cyn. & docto. & post gloss. C.de solu.in l.1.agat ergo mulier contra hæredes mariti, & per consequens, vt dixi, si non valet principalis obligatio hypothecæ, ergo nec pactum accessorium de ingrediendo propria authoritate in effectu.C.de legi.l. non dubium. cap. inter dilectos, de fide instrumen.l. si venditor. §. si in vendi. quibus mod.pigno. vel hyppo. solui. ¶Item ex eo, quia non constat dictam Bartholomæam probasse ea, quæ sibi incumbebant, videlicet dominium aut saltem possessionem dicti Bartholo. eo tempore, quo sibi dicta bona hyppothecauit, iuxta l. & quæ nondum.§.1.ff.de pigno.l.cum res.C.si alie. res pignocum ibi not.& plenè in l. rem alienam.ff. de pignor. actione igitur actore non probante reus venit diffinitiuè absoluen-
14 dus.C.de eden.l.qui accusare.cap.1.ut eccl. benefic. ¶†Item cum victus victori in expensis regulariter sit condemnandus nisi iustam causam litigandi habuerit.l. properandum.§. sin autem.C.de iudic.cap.finem litibus. de dolo. & contuma. & cum hic nullam iustam inueniam causam litigandi, puto ipsum condemnandum in expensis dicto Matthæo per id, quod legitur & not.in l.qui solidum.§.etiam.de leg.2. & Bal.C. de aduo.diuer.iudi. in l.j. & plenè per eum in auth. generaliter & auth. sed hodie.C. de episco. & cleri. cum concord.& per prædicta patet ad omnia in contrarium adducta clarissimè responsum esse.Subdo etiam quòd licèt, ut s.in principio dixi, non visum fuerit obstare etiam dictæ Bartholomeæ exceptionem excussionis, tamen puto ꝙ cum per statuta huius ciuitatis & communitatis & cōiter vbiq; prouisum sit omnino

excussio-

excussionem prius fieri debere, quòd tali casu seruanda erit in specie, & ad vnguem forma statuti, iuxta l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. l. qui Romæ. §. Flauius. de verborum obliga. cap. cum dilecta, de rescrip. & quod not. voluit Bald. & Imo in l. j. ff. de liber. & posthum. in l. comparationes. C. de fide instrumen. cum concord. Erunt ergo partes iudicis absoluere diffinitiuè dictum Matthæum, & victum victori in expensis condemnare, reseruato iure agendi dictæ Bartholemeæ in & contra hæredes, seu bona dicti Bartholo. olim eius mariti. nec plura pro nunc attingo, non valens melius ex hoc, tam confuso, & inordinato processu veritatem excutere. Et ita, vt suprà visum est de iure dicendum mihi Alexandro Tartagno Imolensi, minimo inter cæteros legum Doctori Saluo semper cuiuslibet saniori consilio, more Claudiano. ff. qui potio. in pigno. haben. l. Claudius Felix. & consuetudo sigillo muniui.

## ADDITIONES.

a ¶Fallit. eo. consi. 85. nu. 52.
b ¶Iuramentum. imò vt dixi sup. lib. 1. consi. 27.
c ¶Minæ. Bertr. consi. 222. Nemini dubium. lib. 2. Ias. consil. 3. lib. 1. vide Aymo consi. 49.
* Per constitutionem.] In hoc differt præcarium à constituto, quia per constitutum transfertur etiam naturalis, vt est à Decio traditum ad l. contractus. ff. de reg. iur. Natta.
d ¶Possedisse. supr. lib. 1. consi. 133.
e ¶Non autem. Oldrad. quæstione 19. Alexand. l. Pomponius. §. 1. de acquiren. possess. infr. eod. consi. 220. num. 2. Anto. Negusa. de pigno. par. 6. membro. j. num. 2.

## EPITOME.

QVANTVNCVNQVAE generalis, susceptio periculi non intelligitur si procedat facto, vel culpa locatoris.

## CONSILIVM LXXXIIII.

Ponderatis his quæ in themate narrantur, & perspectis verbis instrumenti concessionis percipiendi & exigendi datia & gabellas ciuitatis Cæsenæ de anno. 1474. factæ per magnificos dominos conseruatores & alios magistratus Cæsenæ Francisc. Masinii, & visa copia scripturæ protestationis factæ per dictum Franciscum, videretur fortasse prima consideratione dicendum dictum Franciscum petere non posse remissionem, aut restaurationem dicti damni, quia † cum susceperit in se omne periculum pestis,
1 ac sterilitatis cuiuscunque, ac etiam guerræ, seu guerrarum cuiuslibet conditionis, tam licitæ quam illicitæ, & quæ sumpta occasione a prædictis, vel a prædictorum quodlibet originem traherent, & quemcunque alium casum fortuitum, tam diuinum quam humanum, vnde propter susceptionem periculi, & casus fortuiti resultare videtur. quòd etiam si quod periculum eueniat etiam ex culpa dictæ cõitatis Cæsenæ, seu eius magistratuum prædictorum, non teneatur communitas, nisi constaret, quòd dolo dictorum regentium, seu repræsentantium communitatem factum esset per tex. no. in l. qui officii. §. fin. ff. de contrah. empt. ¶Confirmantur, quia actum fuit quòd non teneretur communitas pro damno, seu præiudicio, quod inferri contingeret dicto Francisco occasione guerræ, etiam quæ licitè inferretur contra dictam communitatem, & per consequens etiam si communitas in hoc culpam commisisset propter quam sibi guerra licitè inferretur, non posset Franciscus contra communitatem agere, & licèt dictum fuisset, quòd teneretur Franciscus de periculo guerræ, non videtur quod debeat intelligi de guerra licita inferenda communitati culpa cõmunitatis, nisi fuisset expresè actũ tam de licita, quam de illicita per l. quidam cum filium. ff. de verborum obliga. & quod ibi no. Bar. & per id, quod habetur in cap. domino guerram. in prin. hic finitur lex Corra. deinde incip. consuetu. regni. Tamen præmissis non obstantibus contrariam sententiam vt de iure veriorem sequor, quia cum de iure communi fundatam habeat intentionem suam, dictus Franciscus probato damno & impedimento prædicto, quo-
2 niam cum tale esset impedimentum, † cui poterat facto, &
* opera communitatis prouideri, si communitas * cum posset, non prouidit, quòd dictus Franciscus haberet patientiam percipiendi vsum, & exactionem dictorum datiorum, & gabellarum, tenetur ad omne damnum, & interesse, dicti Francisci, in quo interesse habenda est ratio lucri cessantis. sed si communitas facto, & opera sua prouidere non potuisset, tunc teneretur ad remissionem mercedis pro rata, vt distinguitur in l. si fundus quem. & in l. si vno. §. vbicunque. ff. loca. & in cap. propter sterilitatem, cum ibi not. maximè per doct. de loca. Constat autem ex narratis in themate, quòd communitas huic impedimento prouidere potuisset, quia ipsa communitas, seu agentes pro ea fuerunt causa dictorum impedimentorum constituendo dictas clusas, & alia faciendo, de quibus in themate, ideo dicendum est dictam communitatem teneri dicto Francisco ad omne suum interesse, quod
3 propter ea passus est. ¶† Nec verba instrumenti prædicti contrarium important, nam non euenit periculum, aut casus pestis, nec etiam casus sterilitatis, qui intelligitur susceptus per Franciscum, quia quando quis suscepit in se periculum,
a intelligitur nisi [a] illud periculum culpa alterius partis contingat, bonus tex. & ibi hoc colligunt Bartol. & Bald. in l. cum proponas. C. de nauti. fœno. qui text. decidit quæstionem istam. cum igitur impedimentum illatum Francisco circa dictum vsum perceptionis gabellarum processerit, & facto, & culpa communitatis innouantis circa dictas clusas, & alia, de quibus in themate, debet ipsa communitas teneri. ¶Confirmatur per id, quod habetur in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. vbi si vnus contrahentium aliquid alicui promittit, semper intelligitur, nisi altera pars culpam committat.
4 ¶† Ad idem adduco quod not. Bartol. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de public. in 3. quæstio. vbi concludit, quòd quãdo quis emit a communitate pedagium pro certis annis, & pro vnico pretio semel soluendo, & contingat, quòd vno anno per guerram nihil est perceptum, non debeat fieri, sibi aliqua remissio, quia videtur emisse spem, & euentum perceptionis pedagii, per l. nec emptio. ff. de contrahen. emptio. & l. si iactum rectis. ff. de action. emption. tamen dicit hoc esse verum, nisi facto, vel causa ipsius communitatis processerit guerra, puta propter inimicitias, quas habebat communitas
* iustè, vel iniustè, quia tunc * communitas teneretur ad interesse. & idem dicit Bald. in l. si ea lege. C. de vsuris. vbi idem dicit etiam si communitas poterat remouere dictam guerrã, & non remouet. & non facit, per dictam l. si fundus quem. hoc idem etiam voluit Ange. in consi. 15. incipien. Quæcunque diximus. Ecce ergo quòd etiam in casu, in quo nulla debebat fieri remissio, tamen fallit, nisi hoc processerit a facto,
5 & causa alterius contrahentis, & tantò † fortius hoc procedit in casu nostro, in quo facta fuit venditio, & concessio dicti iuris, & facultatis percipiendi datium pro vno anno, & pro pretio librarum tredecim milium soluendarum de mense in mensem, quo casu secundum veras conclusiones iudicatur, prout de contractu locationis, non prout de contractu
b venditionis propter [b] menstruam præstationem, seu solutionem faciendam, vt plenè probat, & determinat Bartol. in sua solenni disputatione incipien. Publicamus quidam. maximè per not. per gloss. in l. j. §. j. in verbo, in agendo. ff. de superfi. & in l. 1. C. de iure emphyteu. cum aliis ibi allegat per eum. & idem concludit Ang. in d. consil. & Petr. de Anchara. in d. cap. propter sterilitatem. & Sali. & Fulgo. in dicta l. j. C. de iure emphy. post Bartol. & ibi constat, quòd ex natura contractus locationis, si impeditur conductor vti frui re locata, periculum spectat ad locatorem, secundum quod traditur in l. ex conducto, in princ. & §. j. ff. loca. & in d. l. si fundus quem
6 & in d. §. vbicunque cum simil. ¶† Ex quo infero non obstare id quod habetur in d. l. qui officii. §. fina. ff. de contrahen. emp. quia respondeo, secundum quod illum text. declarat notabiliter Bar. & expressius Ang. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. vbi volunt, quod quando quis suscepit in se periculum, si prius absq; eo, q. assumpsisset in se periculũ tenebatur de casu fortuito, prout tenetur emptor post contractum vẽditionis, vt l. id quod. in prin. & l. necessario. in prin. ff. de pericu. & commo. rei vend. operabitur talis susceptio periculi, vt suscipiens teneatur de casu fortuito, contin-

gente etiam ex culpa alterius partis, dummodò dolus malus absit. & ad hoc tex. in d. l. qui officij. §. fi. & sing. secundū Ang. & Moder. in d. §. quæsitum. sed in casu nostro attento, quòd iste contractus habet instar locationis propter menstruam solutionem, vt proximè dixi, sequitur quòd periculum casus per quem impediretur patientia vtendi & fruendi, non pertinebat de iure communi ad dictum Franciscum, si in se non suscepisset periculum, vt d. l. ex conducto. & d. l. si fundum, quem. cum simi. ergo non sumus in casu. d. l. qui officii. imò non debet intelligi susceptum esse periculum casus præcedentis ex facto, vel culpa alteris partis, vt d. l. cum proponas.

7 ¶†Præterea dicti locatores, dolo non carent impediendo, quominus conductor habeat patientiam & facultatem vtendi, vt d. l. si cum fundum. ibi dum text. dicit, nec videtur abesse. &c. ff. de contrahen. empt. facit l. si procuratorem. §. dolo. & l. dolus. ff. manda. cum simi. & sic dato, quòd etiam essemus in casu, in quo loquitur text. in dicta lege, qui officii, scilicet quòd ex natura contractus periculum spectasset ad Franciscum, adhuc patet, quòd ille tex. non obstat. ¶Neque etiam obstat, quod actum fuerit in instrumento prædicto, quòd communitas non teneretur de periculo guerræ, seu guerrarum cuiuslibet conditionis & generis, tam licitè, quam illicitè, & per consequens etiam si communitas culpam commisisset propter quam guerra licitè inferretur, non posset Fran-

8 ciscus cōtra communitatem agere, †quia respondeo ꝙ non sumus in casu prædicto, quia non petit Franciscus damnum aut interesse ad satisfactionē occasione guerræ, sed sumus in alio casu, in quo non est conuentum in instrumento, quòd propter culpam communitatis non possit agi contra eam. ideo talis casus omissus habetur pro omisso, & remanet in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. & l. si cum dotem, in prin. ff. solu. mat. quo casu communitas ratione culpæ tenetur. Alex.

---

ADDITIONES.

a Si communitas.] Idem Rom. tradit consi. 178. per text. in l. si merces. §. si vicino. ff. loca. idem tradit Soci. consi. 156. colum. 1. lib. 2. adde Bal. ad l. si ea lege. in fi. C. de vsu. Natta.

2 ¶Nisi. Roma. singula. 436. tu scis. Bertach. tract. gabella. Anch. consi. 414. Ioan. Ana. consi. 74. 3. Iaso. l. j. C. de instit. & subst. Dec. c. cum inter. nota. 6. de excep. Aymo. consi. 95. num. 6.

a Quia tunc.] Idem videtur sentire Spe. in ti. de iniu. & damno dat. §. 2. versi. sed pone quòd inimicus. & faciunt notata per Bartol. ad l. si merces. §. culpæ. ff. locati. & ad l. penul. in princ. ff. solu. matrimo. & dicit Bal. ad l. falsus. col. fi. C. de fur. quod inimicitia culpæ annumeratur, quia raro est sine culpa. Et vide etiam quod tradit Bartol. ad l. creditor. colum. 2. ff. de solut. dum allegat. d. §. culpæ. Et de prædictis Aret. consi. 139. Rui. consil. 147. lib. 1. Cor. consi. 12. licèt diffusè. colum. penul. lib. 4. Natta.

b ¶Propter. supr. lib. 3. consi. 3. And. Tiraq. in consu. Parisi. §. j. gloss. 14. nume. 86.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum facit, ut tertius possessor recta conueniri possit, nec opus est prius debitum liquidari contra debitorem principalem. nu. 3. & 4.*

5 *Pactum de ingrediendo, & constitutum quomodo differunt.*

6 *Discussio cessat si creditor velit probare debitorem non esse soluendo, nec opus erit citari debitorem principalem. nu. 7.*

8 *Constitutum extendi potest etiam ad bona acquirenda.*

CONSILIVM LXXXV.

1 Ponderatis his de quibus in themate suprascripto, & omissis argumentis ad partes, breuiter puto dictum actorem debere obtinere. ¶†Præsuppono enim primo, quòd ex constituto debitoris constituentis se possidere omnia bona sua quæ obligauit, transfertur in creditorem omnis possessio, quæ erat apud debitorem, ut l. quod meo, in prin. & l. qui bona. in prin. ff. de acquiren. poss. c. cum venissent. & ibi not. doct. de rest. spo. not. gloss. in l. ab emptione. ff. de pact. & gl. & Ang. in l. 2. C. de acquiren. poss. & declarat Bartol. in l. interdum. in prin. ff. de acquir. posses. & in repe. l. creditores. C. de pign. in 2. & 4. q. & Bal. in l. quisquis. C. de dona.

2 ¶†Secundò præsuppono, quòd si dictus debitor constituens post dictum constitutum rem quam possidebat, & in dicto constituto comprehensam alteri alienet, & tradat, dicitur interuertere possessionem creditoris, & propterea etiam nulla facta excussione contra debitorem potest

a creditor recta a via ad possessionem recuperandam agere cōdictione. ex l. fina. C. de acquiren. possessio. vt probatur ibi in verbo, quispiam alius, & ibi gloss. in verbo cuiuscunque rei. iunctis not. ibi per gloss. in verbo generetur. & ibi firmant docto. & propriè in creditore, cui debitor constituisset possidere bona obligata. firmat Iaco. Butr. in d. l. fin. cum authen. ibi posita. C. de actio. & obligatio. & Ang. & Moder. in l. exitus. ff. de acquirend. possessio. & Angel. in l. 2. §. hac actione. ff. ui bono. rapto. & in d. l. fina. C. de acquiren. possess. & ibi etiam Iacob. Butr. & Bald. in l. 1. in lectur. antiqua. ff. pro soc. & in l. 1. C. de reuoc. his quæ in frau. cred. & Petr. de Anch. in d. l. fi. cum authen. ibi posita. C. de actio. & oblig. ¶Istis sic præsuppositis ad casum nostrum infero. Aut enim dictum constitutum appositum in instrumento est purum & simplex, & sine dubio fuit acquisita possessio dicto Iacobo creditori & occasione dictæ alienationis, & traditionis factæ per dictum Antonellum, incontinenti competiit & cum effectu dicto Iacobo creditori remedium. dicta l. fina. C. de acquirenda possessio. pro possessione recuperanda, nec illa lex attendit illud, nisi quòd possessio esset acquisita creditori, & postmodum interuersa per debitorem, non autem exigitur liquidari, in quantum sit creditor, quia remedium illius l. non datur pro quantitate debiti, sed pro recuperanda possessione, quæ fuit

3 acquisita creditori, ut ibi patet. & posito † quod requireretur apparere illum constituentem esse aliquo modo obligatum, non requiritur quòd illud liquidetur cum debitore principali, sed sufficit liquidari contra reum, seu possessorem contra quem agitur, ut j. ostendam. Aut constitutum habebat conditionem futuram, scilicet si & in quantum dictus Anto-

4 nellus restaret debitor, & constat† quod etiam acquisitio possessionis potuit & potest in conditionem deduci & purificata conditione acquiritur possessio. l. qui absenti. §. 1. & l. si me in vacuam. ff. de acquirend. possessio. & ad hoc, vt dicatur apparere dictam conditionem esse purificatam, idest dictum Antonellum esse obligatum, & debitorem, satis est hoc contra possessorem probari in iudicio intentato contra ipsum possessorem, licet non probetur nec liquidetur cum ipso debitore principali. hoc euidenter est de mente Bartol. in repe. l. creditores. C. de pig. in 4. principali. q. vers. item dubitatur quid de successore singulari, iuncto versic. sed pone quòd debitor

5 non solum. †vbi facit differentiam, an debitor qui obligauit bona creditori solum dedit licentiam creditori ingrediendi propria authoritate possessionem bonorum obligatorum, an verò etiam constituerit se nomine creditoris possidere. Primo casu si quæramus, an illud pactum executiuum pro acquirenda possessione & pro facienda executione iuris realis, id est obligationis pignoris possit exerceri contra singularem successorem habentem causam à debitore, & distinguitur, aut debitum non fuit liquidatum in instrumento, eo quia tale ius exequendi non fuit in esse productum, & non potest exerceri illud ius contra singularem successorem. l. si mater. §. fina. & l. iudicare. §. fina. ff. de execu. rei iudic. aut fuit in esse productum, vt quia in instrumento fuit liquidatum debitum, & tunc transit in singularem successorem. l. si superatus. §. j. ff. de pigno. Secundò verò casu, scilicet quando est appositum constitutum in instrumento, tunc vult Bart. quòd plus iuris acquiritur tunc creditori contra singularem successorem, quia tunc non facta distinctione, an debitum fuerit liquidatum vel non, potest creditor recuperare possessionem aduersus, singularem successorem intentando remedium dicta l. ex liberis. C. de acquirenda possessio. quæ est l. fina. præalleg. Ecce ergo quod in remedio dicta l. fina. non attendimus, an debitum fuerit liquidatum, an non. ¶Confirmo. Nam videmus quod creditori habenti hypothecata bona, ita demum permittitur cum effectu agere hypothecaria contra tertium possessorem dictorum bonorum, aut contra fideiussorem actione personali, si egerit prius possessorem in actione personali contra debitorem principalem, & contra

cum ex-

eum excussionem fecerit, & compertum fuerit eum non esse
soluendo, ut in §. sed neque, in auth. de fideiuss. posito in auth.
hoc si debitor. C. de pig. & in authen. præsente. C. de fideiuss.
6 †Et tamen videmus, quòd si creditor elegerit agere contra ter
* tium possessorem, & cum eo vult probare * debitum, & etiam
probare debitorem non esse soluẽdo, & sic in iudicio inchoa-
* to contra creditorem vult probare, & excussionem * bonorũ
debitoris facere, & sic ostendere bona debitoris non extare,
sufficit hoc facere in hoc iudicio contra tertium possessorem,
vt not. Bald. in l. cum testamento. per illum text. C. de testam.
ma. & Bal. & Sali. in l. 2. C. commu. diui. & Bal. in authen. con
tra rogatus. C. ad treb. & not. Ang. in d. §. sed neque Angel. &
Moder. in l. decem. ff. de verborum oblig. & Ludou. Roman.
in l. stipulatio. §. habet. in add. nouis. ff. de nou. ope. nun. & Be
ne. de Pium. in l. libertus. ff. de liber. cau. Bene faciunt not. per
7 Bal. in l. 1. C. de reuo. his quæ in frau. cre. ¶ †Nec ad substan-
tiam & validitatem dicti iudicii directi contra tertium pos-
sessorem requiritur citari debitorem principalem, quia vt di-
xit Imo. & alii. in c. fin. de maio. & obed. & clarius Bal. in l. ab
* eo. C. quomodo & quando iud. quod pro substantia * iudicii
non est citandus nisi ille contra quem dirigitur petitio, sed
pro prætensione præiudicij debent bene citari illi, quorum
interest. l. si de certa. C. si propter publ. pensita. & probatur in
l. cum miles. §. 1. ff. ex quib. cau. ma. Et illam decisionem, vt
notabilem & elegantem commendat Paul. de Cast. in l. in cõ-
cedendo. ff. de aqua plu. arcen. bene facit quod not. glo. repu.
singularis in l. de vnoquoque. ff. de re iud. in glo. 2. quæ vult,
quòd sufficit citari illum contra quem principaliter lis mo-
ta est. sed in casu nostro petitio & lis dirigitur contra posses-
sorem conuentum pro recuperanda possessione, quę est apud
eum, & non apud Antonellum, ergo sufficiat rem in iudicio
discuti & tractari contra possessorem, non dico quantum ad
hoc, vt si Iacobus obtineret sententiam contra dictum tertiũ
possessorem, possit illa in vim sententiæ vti contra dictũ An-
tonellum non vocatum in hoc iudicio per prædicta. ¶Item
negari non potest omnino verificatam esse conditionem, ex
qua verum sit dictum Antonellum omnino esse obligatum,
quia aut exercuit ministerium illud cũ dictis pecuniis, adeò
quod lucratus sit, & constat eum teneri dicto Iacobo. Aut
omnes pecunias perdidit, & tunc etiam si absque culpa per-
didisset, adhuc constat dictum Antonellum teneri saltem vs-
que ad dimidiam dicti capitalis, attento quòd pecuniæ fuerũt
datæ ad commune lucrum & damnum, vt l. 1. cum ibi nota-
tis, maximè per Bal. in 3. q. C. pro soc. ¶ Item constat etiã obli-
gatum esse dictum Antonellum, quia promisit singulo anno
dictus Antonellus reddere rationem lucri & damni, quam ra
tionem nunquam reddidit, vt in puncto narratur, & cum ex
inspectione instrumenti apparet annos plures esse elapsos, ex
quibus apparet omnino dictum Antonellum esse obligatum,
aliquo modo ex dicto instrumento, ex cuius inspectione ap-
paret eum habuisse dictas libras ducentas, ac commune lu-
crum & damnum pro dictis sex annis iam finitis, & sic in om-
nem euentum etiam si totum perdidisset, obligatur saltem ad
dimidiam, vt dixi, pro qua omnia bona sunt hypothecata, &
consequenter sibi locum vendicat dictum constitutum, siue
purum fuerit, siue conditionale. ¶Nec insisto an dictum con-
stitutum vires habuerit in bonis post dictum primum consti
tutum acquisitis, quia in themate præsupponitur esse proba-
tum quod tempore constituti Antonellus possidebat dicta bo
8 na, ad quorum possessionem agitur, † & etiam quia commu-
b nis opinio est, quod etiam habeat locum in bonis futuris [b] ac
quisitis post tempus constituti, vt not. Iacob. But. & Saly. in l.
fina. C. quæ res pigno. obliga. poss. & ita etiam est de mente
Bar. ibi, & expressius Bart. consi. 76. incip. Pater filio emanci-
pato. & Bal. in l. si quis argentum. §. sed & si quis. C. de dona-
tio. & in rubr. C. de contrahen. empt. in 21. q. & Ange. in con
si. 79. incip. Visis prædictis instrumentis. & Salic. in l. actione.
§. quod diximus. ff. pro socio. & in l. 2. de contrahen. emptio.
& Ioan. de Imo. & Ludo. Roma. in l. stipulatio hoc modo con
cepta. ff. de verborum oblig. facit l. quamuis. ff. de preca. ¶Et
ex prædictis apparet quod non obstat si dicatur, quod debuit
prius conueniri dictus Antonellus, & contra eum liquidari
de lucro & damno, antequam cõtra dictum possessorem age-
retur, vt sic sententia quæ postea feretur contra possessorem,
sit sufficiens ad faciendum quòd ipse possessor habeat regres-
sum contra dictum Antonellum authorem suum. Nam vt
ostendunt decisiones. s. allegatæ in casu nostro, in quo non
agitur ad quantitatem tanquam non debitam, sed ad posses-
sionem aduocandam, non requiritur, quod cum debitore p-
cesserit liquidatio. Et aut dictus possessor habens causam à di
cto Antonello denunciabit tempore opportuno ei litem hãc
sibi motam, requirendo eum, quòd veniat ad suscipiendam
causam in se & defendendum, & tunc si succumbat in causa
possessor habebit fundatam ex hoc intentionem suam contra
authorem suum, & contra eum obtinebit, & sic dicta senten-
tia cum actis causæ ei sufficeret contra authorem suum. Si
autem non denunciauit, neque denunciat, vt tenetur litem
esse motam, & quod veniat ad defendendum, tunc sententia
illa per quam succumberet possessor, non releuaret eum con
tra authorem suum ratione culpæ ipsius possessoris, qui non
denunciauit. & ideo sibi imputet. hæc habentur in l. emptor,
& in l. si controuersia, & in l. si parentes, & in l. empti. C. de
euic. & in l. j. C. de peri. & commo. rei ven. cum simi. Ale.

---

ADDITIONES.

a ¶Recta. Ale. d. l. exitus. supr. lib. 2. consi. 137. sup. lib. 2. consi. 70. nu. 3. consi. 73. in fi. sup. eo. lib. consi. 35. nu. 6. consi. 83. nu. 2. Franc. Cre. singul. 61. Ang. Are. in ti. de ac. §. item si quis in fraudem. & ibi Ias. nu. 77. de act. Hipp. Mar. singu. 158. Matthæus Afflic. dec. Neapoli. 139. Guido Papa consi. 109. adde infr. eod. consi. 103. nu. 9. consi. 180. nu. 4. And. ab Exea. tract. pacto. nu. 73.

* Vult probare.] Non requiritur necessario, quod citetur tertius possessor ad condemnationem debitoris principalis. Bal. ad l. in causæ. §. interdum. ff. de minorib. Natta.

* Et excussionem.] Istud de excussione tenet etiam Ale. ad l. exitus. col. 2. ff. de acquir. poss. Natta.

* Pro substantia.] De hoc dicto meminit etiam Ale. consi. 142. circa fi. lib. 5. & ad l. de vnoquoque in fi. ff. de re iud. Natta.

b ¶Futuris Ale. Soci. Ias. l. 3. §. 1. de acqui. poss. Ant. Negusa. tracta. pig. par. 2 membro. 2. nu. 3. Ale. l. fi. gl. fi. C. de pac. sentit Ang. in dispu. incip. In fulgenti. ver. sed incidenter. quod intelligendum dummodò expressim factum sit etiam de futuris, nec appareat mutatam esse voluntatem constituentis, ut per Bal. Sali. l. actione. §. renuntiare. ff. pro soc. Bal. in rub. q. 21. C. de contrahen. empt. Sal. l. 2. C. eo. licet contra communem teneat Pet. de Peru. tract. socie. part. 5. in prin.

* Quòd etiam.] Vide Alexan. latè ad l. 3. §. in certam. ff. de acquiren. possessio. Natta.

CASVS Titius & Seius habebant molendinum commune, quod pro indiuiso possidebant, Titius partem suam pro indiuiso vendidit Seio, qui dedit vnum ducatum pro arrha, & parte Pretii, dehinc ad quatuor dies, iste Titius hanc partem molendini vendidit alii nobili ignoranti de dicta venditione facta primo, in quem translata fuit possessio, & dominium per ipsum Titium venditorem, vigore constituti appositi in instrumento, & satisfactum fuit de precio ipsi Titio per hunc secundum emptorem.

SVMMARIVM.

1 *Emptor secundus prior possessione præfertur primo etiã socio.*
2 *Vendens duobus non cadit in falsum, si primus non soluit pretium.*
3 *Detentio non habetur pro traditione in eo, qui non soluit pretium.*
6 *Fides non præsumitur habita de pretio per patientiam detinendi.*
7 *Socius non præsumitur possidere, nisi pro sua parte.*

CONSILIVM LXXXVI.

* Ponderatis narratis in themate * præmisso, sen-
1 tio quod † secundus emptor est po-
tior, eo qui habet fundatam intentionem ex titulo emptionis
suæ, quantuncunque posterioris attento, quod pretium sol-
a uit, & res sibi tradita fuit, nisi [a] per priorem emptorem
probaretur rem ab ipsomet venditore, sibi prius fuisse tra-
ditam. l. quoties. C. de rei vendica. & l. siue autem. §. si duo-
2 bus. ff. de public. ¶ † Nec incidit venditor in pœnam de

qua in l.qui duobus.ff.ad legem Cor.de falsis. si primus em-
b ptor non soluit pretium : [b] vel illud non obtulit venditori,
antequam venderet secundo emptori, vt not. Odof. in l.vendi
tor ex hæreditate, per illum text.ff. de hæredi. vel actio. ven-
dita.& sequitur Bald.in cap.si frater.si de feu.fue.controuer.
inter do.& agna. & per eundem in dicta l. quoties. & in d.l.
venditor.in lectu.antiqua. Sed dictus primus emptor ex nar
ratis in themate non probauit de traditione sibi prius facta,
3 vel de aliquo quod loco traditionis habeatur. ¶†Non enim
obstat si dicatur, quòd primus emptor antequam emeret istã
medietatem, habebat aliam medietatem pro indiuiso, quam
tenebat & possidebat pro indiuiso cum isto venditore tempo
re venditionis, & sic videtur quod non requirebatur alia tra-
ditio, postquam res erat apud eum, iuxta.§.interdum, institu.
de rerum diui.& l.qua ratione.§. sciendum.ff. de acquirend.
rerum domi.& l.quædam mulier.ff.de rei vend. quia, ut etiã
fuit optimè deductum per aduocatos dicti secundi empto-
ris, id quod habetur in dictis legibus habet locum, quando
c emptor soluisset [c] pretium vel aliter * satisfecisset venditori :
* vt not.gloss.in d.§.interdum. instit. de rerum diui. nam tunc
videtur venditor consentire, quòd res sit apud emptorem ex
dicta causa emptionis, aliàs non, per id quod habetur in §.ven
ditæ. eodem titu. & istud etiam clarè voluit Angel. in l.si per
longi.C.de præscript. long. tempor. vbi dixit, quòd quando
4 emptor † reperitur in possessione rei, præsumitur quòd illã
possessionem habeat cum voluntate venditoris, si ipsi vendi-
tori emptor impleuit contractum, aliàs non, per id quod ha-
betur in l.Iulianus.§.offerri.ff.de action. empt.& est de men-
te Ange.in l.2.in fine.C.de acquirend.possessio.& Bal. in ru-
5 bric.C.de contrahenda emptione.in 19. quæstione. ¶†Hoc
etiam clarè voluit Rayne. in l. nec ex vera.C. de acquirenda
* possessio. vbi dixit * quòd aut emptor ingreditur possessio-
nem fundi pretio non soluto, & dicitur prædo, & sic non præ
sumitur facere voluntate venditoris.l.2.§. fina. cum gloss.ff.
de exceptione rei venditæ. Aut ingreditur post pretium so-
lutum, & tunc, aut venditor consensit expresè, & emptor
non est prædo : aut contradixit expresè, & tunc emptor est
prædo.l.si ex stipulatione.ff.de acquirend. possessio. Aut scit
venditor & tacet, & tunc emptor non est prædo.l.2.C. de ac-
quirend. possessio. Aut ignorat, & tunc emptor est prædo. per
dictam.l.nec ex vera.& sic patet quòd ante pretium solutum
indistinctè siue venditor sciuerit, siue ignorauerit, non intel-
ligatur quod emptor apprehendat possessionem de volunta-
te venditoris : quia non tenebatur venditor.d.l. Iulianus.§.
offerri. Bene facit id, quod notat gloss. in dicta l.2. in verbo,
vt dominum. voluit etiam Cyn.in dicta.l. nec ex vera. sequu-
tus Iacobum de Rauẽna ibi, quod etiam si pretium est solu-
tum, non intelligatur emptor iustè apprehendere possessio-
nem, si non apparet quòd hoc faciat sciente & patiente ven-
ditore, tamen quia ille non est casus noster, super eo non in-
6 sisto. ¶†Nec obstat si diceretur quòd sufficit, quod fuerit ha-
bita fides de pretio, vt præsumatur cum venditoris consensu
emptorem retinere, vt not. Ange.in dicta l. quædam mulier.
& in dubio præsumitur habita fides de pretio, vt nota. gloss.
in l.si quod vendidi.ff.de contrahend.emptio.& in l. procu-
ratoris.§.planè.ff.de trib.& in dicto §.venditæ. & nota. Cyn.
& alii docto.in l.inciuile.C. de rei vendi. quia respondeo qđ
est verum, quod quando venditor post venditionem deuenit
ad actum traditionis simpliciter factæ, videtur in dubio fi-
dem habere de pretio, ita loquuntur gloss. & doct. præalleg.
sed quando venditor non deuenit ad actum traditionis, non
præsumitur habita fides de pretio, vt probatur in l.j.§. fina.
& quòd ibi nota.ff. de exception. rei iudica. Cum ergo non
deuenerit venditor dicti molendini ad actum traditionis
dictæ suæ dimidiæ, quia ex narratis in dicto themate, hoc
non resultat, sequitur quòd non sumus in casu, quòd dici pos
sit habitam fidem de pretio, & cùm non liceat emptori pro-
pria authoritate rem emptam apprehendere, nisi habita licen
tia a venditore saltem pretio non soluto.l.si ex stipulatione.&
l.fundi.ff.de acquir.possess. non præsumitur in dubio empto
7 rem † tenuisse molendinum, nisi pro sua dimidia pro indiui-
so, quam habebat ante emptionem ipsam, & tempore ipsius
emptionis, quia aliàs deliquisset, quod non præsumitur, ut
probatur optimè, quò ad propositum nostrum. in l. meritò.
ff. pro soc. ¶Et non potest dici, quod primus emptor istam di-
midiam pro indiuiso emptam tenuerit sciente & patiente ven
ditore, & sic habetur pro tradita, iuxta dictam l.2.C.de ac-
quirend. possessio. quia ex narratis in themate hoc non col-
ligitur, imò etiam dato, quòd constaret dictum venditorem
sciuisse dictum emptorem stare in molendino, sicut prius cõ
sueuerat, non præsumeretur venditorem consensisse, quòd
emptor possideret istam dimidiam sibi venditam, quia præsu-
meretur emptorem stetisse tantum pro sua dimidia pro indi-
uiso, quam ante emptionem habebat, ne delinqueret, & con-
sequenter non potest dici, quod venditor passus fuerit empto
rem dimidiam sibi venditam possidere, ut infertur ex ratio-
ne, quam proximè dixi. Præterea in dubio cùm venditor non
recepisset pretium, & consequenter non teneretur tradere,
præsumendum esset in dubio, quòd venditor non consense-
rit consocio iu re communi aliquid facienti, quantum est ꝑ
eo quod concernit partem ipsius tacentis, per id quod habe-
tur in l.Sabinus, iuncta gloss.in verbo, poterit.ff. communi di
uid. ¶Confirmatur, quia non poterit dici, quòd tempore pri-
mæ venditionis primus emptor qui habebat partem dimidiã
pro indiuiso, diceretur tenere, & possidere aliam dimidiam
pro indiuiso pertinentem ad venditorem, quia cùm vendi-
tor possideret suam dimidiam tempore venditionis, sequere
tur quòd duo insolidum eandem rem tenere potuissent, qđ
est falsum.l.3.§.ex contrario.ff.de acquir.possessi.& l. si duo.
8 ff.vti poss.& l.si vt certo.§.si duobus.ff.commo.† & illud, qđ
d commune est, dicatur tantummodò esse meum, [d] quò ad di-
spositionem fratris meæ.l. de falso.C. de com. rerum alien.l.
serui electione.& ibi plenè nota. Bar.& alii.ff.de lega.1.& no
ta.in regula in re communi.de reg.iur. ¶Fortificantur prædi-
cta per id, quod nota.gl.in l.si conuenerit.ff.communi diuid.
quæ vult quòd etiam inter socios habentes rem communem,
si vnus vult transferre in alium partem suam, sit opus tradi-
tione sicut inter alios. Ex quibus concludo secundum empto
rem esse potiorem. Alexan. Bononiæ.

---

ADDITIONES.

* Narratis in themate.] Istud consilium Alexandri est insertum volu
mini consiliorum Francisci Curtii nu.21. Natta.
a ¶Nisi. Vel nisi probaretur secundum scienter & sic in fraudem pri-
mi emisse, quia tunc primus etiam sine discussione per fauianam re
uocaret. Bal.in rub.C.de his quæ in frau.cred Ias.§.item si quis. inst.
de act.Hyp. Marsil.l.qui duobus.ff.ad leg.Corn. de fal. Et hoc dum-
modo verè fraus facta esset primo emptori, qui erat paratus imple-
re, secus si non poterat aut nollet soluere, sed emptorem decipere,
quia tunc non habebit reuocatoriam, ut dixi in consu. Paris.titu.16.
in rub. ad fin.
b ¶Pretium. Dixi in consu. Paris.§.23. num.18. & istud consilium ha-
betur etiam inter consi.Cur.senior.consi.21.
c ¶Soluisset, inf.e.consi.33 num.6.
* Vel aliter.] Istud idem tradit Alex. consi.33. colũ.2. infra eodem
lib. Natta.
* Vbi dixit.] Vide de hoc ar.Bartolum ad l.si ex stipulatione. ad quã
Alexan.latè.ff.de acqui.poss. vbi inter cætera dicit, quòd soluto pre-
tio, vbi adest clausula, Dedit, & vendidit. potest emptor adipisci pos-
sessionem. Adde quòd idem iuris, est si addita fuit fides de pretio,
Bald.ad rubr.C.de contr.emp.q.16.quod comprobatur ex dictis An-
ge.ad l.quędam mulier.in fi.ff.de rei vendic. ad quem Alexand. infra
adducit. Natta.
d ¶Meum. Dixi in consu.Paris.§.1.gl.1.q.7.

a CASVS est talis. Contractum fuit [a] matrimonium in-
b ter quondam illustr.do.Lud. [b] Ducem Aureli. & domi
c nam Valentinam filiam illustrissimi do. Ioã.Galeacii [c] Ducis
Mediolani, pro cuius dote, & pro fundo dotali fuit tradita ci
uitas Astensis cum pertinentiis, vt constat in instrõ, seu lite-
ris super dicto contractu editis, quibus inter cætera cauetur,
quod casu, quo prædicta illustrissima.d. Valentina decederet
sine filiis & filiabus ex dicto matrimonio natis præfatus illu-
stris.d.Ludo. Dux ad restitutionem dictæ ciuitatis & pertinẽ-
tiarum teneatur. Item cauetur pacto dictis literis expresso, qđ
mortuo præfato illust.do. Duce Aurelia. dicta ciuitas Asten-
sis & eius territorium remaneat franca, & francum præfatæ
illust.do. Valentinæ & ad eius dispositionem in viduitate per
manenti sicut etiam ad secunda vota transeunti, post cuius
mortem

mortem dicta ciuitas cum territorio remaneat filiis & hæredibus dictæ illust.dom. Valentinæ,aut habentibus causam ab ea,quæ decedente sine filiis & filiabus hæredibus suis,aut relictis filiis, vel filiabus post decedentibus, sine filiis ex eis descendentibus dicta ciuitas cum pertinentiis ad prælibatum illustris.d.Ioan.Gal.& suos liberè reuertatur. Modò ex dicto matrimonio nati sunt illustris. doct. domi.Carolus primogenitus Dux Aurelian. Philippus comes virtutum. Ioan.comes Angolesmi, & Margarita comitissa de stampis dictorum domini Ludou. & Valentinæ filii legitimi & naturales. ¶Decessit prælibatus illustris.dom.Ludou. superstite præfata illustr. dom.Valentina, quæ etiam post ipsum mortua est relictis dictis filijs hæredibus & successoribus suis, illustrissimus nunc dom.Carolus primogenitus Dux Aurelian. de terra & dominio Asten. cum pertinentiis fuit inuestitus per Serenissimum nunc Imperatorem Sigismundum die 18. Septemb. anni. 1413. & regni suæ Hungariæ anno. 27. Romanorum verò quartò. Deinde post dictam inuestituram & aliquod tempus prælibatus dom.Philippus comes virtutum ordinatione, & mandato præfati dom.Caroli ducis Aurelian. transtulit se ad dictam patriam Asten.& tanquam locumtenens prælibati domin. Caroli rexit & gubernauit dictum dominium Asten. nomine & ad vtilitatem dicti domini Caroli, absque eo, quòd in dictis terra & dominio aliquod ius prætenderet, nec portionem tanquam filius & hæres præfati illust. dom. Ludouici eius patris, cum tamen esset secundo genitus eiusdem subsequenter post discessum præfati illust. domi.Philippi comitis virtutum à gubernio & regimine dictæ ciuitatis Asten. illustrissi. domin. Philippus Maria Dux Mediolani & auunculus præfati.domi. Caroli ducis Aurel. rexit & gubernauit dictam ciuitatem & dominium tanquam locum tenens præfati domi. Caroli tunc captiui detenti in Anglia, & semper suũ gubernatorem & locum tenentem nominauit. decessit prælibatus dominus Philippus comes virtutum nullis relictis filiis legitimis & naturalibus ex suo corpore natis, sed solum relictis hæredibus prædictis Carolo Ioanne & Margarita fratribus & in gradu succedendi proximioribus. mortuo præfato illustris. domi. Philippo Maria Duce Mediolani & gubernatore dictæ ciuitas Astensis, magnificus domin. Raynald.de Dresmi tanquam Gubernator & locum tenens præfati dom. Caroli rexit & gubernauit dictam ciuitatem & patriã Asten. vsque ad obitum præfati domini Caroli, qui decessit anno domini. 1464. die 4. Ianuarii, & qui toto tempore vitæ suæ, tanquã primogenitus & solus dominus dicti dominii Asten. dictam ciuitatem & dominium tenuit & possedit, & obuentiones, fructus ac emolumenta percepit, tanquam verus do-
d minus & possessor relicto domino Ludouico, [d] eius filio pupillo hærede vniuersali. ¶Ex quo themate dubitatur de infrascriptis. ¶Primò, an dicta terra cum pertinentiis sit diuisibilis, an verò pertinere debuerit Carolo primogenito. ¶Secundò (citra veri præiudicium) si sit indiuisibilis, qualiter diuidi debeat inter pupillum, patruum, & Margaritam amitam. ¶Tertiò, an primogenitus, vel filius suus prærogatiuam primogenituræ habere debeat in dicta terra. ¶Quartò, si sit diuisibilis, & dictus Philippus comes virtutum, mortuus sit sine liberis, qualiter successerint frater & soror. ¶Quintò, an filia fœmina possit succedere in dicta terra & dominio existentibus masculis. ¶An dominium ciuitatis Asten. debeat spectare iure successionis ad primogenitum de iure communi, vel ex consuetudine. Et an pater possit præiudicare filio in iure primogenituræ. Et an ciuitas illa præsumatur feudalis, vel allodialis. Et quid si in contractu fuit actum, quod transiret ad filios & hæredes, an comprehendantur fœminæ, & hæredes extranei. Et quid si secundogenitus gessit se pro locum tenente primogeniti, an videatur renunciasse iuri suo.

## SVMMARIVM.

2 *Comitatus & ducatus non diuiduntur, nec cedunt primogenito, nisi sit consuetudo.*

4 *Parentes non possunt præiudicare filio, in iure primogenituræ.*

6 *Allodium præsumitur, nisi contra probetur.*

8 *Concessio principalis intelligitur ut hæredibus.*

10 *Stipulatio facta filijs in dubio intelligitur vt hæredibus.*

12 *Concessio pro filijs & hæredibus, intelligitur etiam de hæredibus extraneis.*

14 *Gerens se pro locum tenente alterius, non amittit ius suum.*

15 *Donatio non præsumitur, vbi potest capi alia coniectura.*

16 *Iurisdictio inter plures competit cuilibet insolidum.*

## CONSILIVM LXXXVII.

Accurate pro viribus ingenij, & temporis angustia cõsideratis omnibus in themate narratis. ¶Quantum ad primum & tertium dubium pertinet, in quibus, quæritur in effectu, an dicta terra cum pertinentiis sit diuisibilis, & an ad primogenitum tantum pertinere
1 debeat, puto † breuiter concludendum terram prædictam cũ pertinentiis non pertinere insolidum ad primogenitum de iure communi, sed æqualiter & diuisibiliter spectare ad proximiores successores, iuxta.l.fi.C.de lib.præte.& in authen.in successione.C.de suis & legi.& c.mulier.cum ibi not.per docto. maximè Bal.in tit.si de feu.fue.controuer. & in cap.1. de gradi.suc.in feu. Nisi consuetudo aliter se haberet, per id, qđ habetur in c.licet.de voto.& 7.q.1.quàm periculosum, cum
2 ibi not.& in c.1.in fi.de alie. feu. ¶†Vel nisi esset feudũ marchiæ, ducatus aut comitatus, iuxta.c. imperialem.§. præterea ducatus.de prohi.feu.alie. per Fede.quo casu diuisionem non recipit, sed ad quemlibet insolidum transit, vt ibi traditur.
3 ¶†Vbi autem extaret consuetudo, quod quò ad primogenitum succederet, putarem illam seruandam, per ea quæ tradũtur in d.c.mulier, cum ibi no.per Bald.& per Bartol. in l.cunctos populos.C.de sum.Trin.& in l.cum leg.C.de episcop.& cleri. ¶Et secundum dictam consuetudinem putarem interpretanda esse dicta verba instrumenti dotalis exprimentia, quòd mortua illa domina Valentina, dicta ciuitas cum territorio remaneat filiis & hæredibus dominæ Valentinæ per ea quæ habentur in l.quòd nolit.§.qui assidua.ff.de edil.edi. & l.exceptio.C.loc.& l.domini prædiorum.C. de agri. & censi. lib.11.bene facit quod not.in l.2.ad fi.C. de bon. quæ liber. cum simi.
4 ¶†Imò si expresè voluissent dicti parentes præiudicare filio * primogenito in iure [e] primogenituræ saltem si-
* ne causa legitima non potuissent, vt expresè decidit Oldra-
e in consi.93.incip.Eleganter circa negotium.& Ioan.Andr. & alij in d.c.licet.per id quod habetur in c.requisisti. & in cap. officij.de testa.& in §. cæterum. in authen. vt cum de appell. cog.cum simi.
5 ¶†Et ideo tunc mortuo illustrissi. domin. Carolo primogenito successio transiret ad filium ipsius primogeniti, non ad fratres dicti Caroli, vt decidit clarè Bald. in l. tutela.§.fin.ff.de legi.tuto. & in cap.1. per illum text. de filiis na.ex ma.ad morga.contracto. bene facit id quod habetur in c.1.§.1.in titu.episcopum vel abbatem.cum ibi not.per Bal. & per Bald.in auth.sed & si quis.& in l.in quibus.C. de secũ. nup. ¶Circa secundum, quartum & quintum dubium, in quibus quæritur posito, quòd successio in dicta terra cũ pertinentiis sit diuisibilis, qualiter diuidi debeat inter dictum pupillum & eius patruum, & amitam, stante quòd Philippus co-
6 mes virtutum decesserit sine liberis. ¶†Et ad decisionem istorum dubiorum præsuppono, quòd dicta terra non præsumitur spectasse ad dictam dominam Valentinam iure feudi, sed vt allodium, nisi aliud probetur, vt multum latè probat Hostien.& Ioan. And.in cap.nimis.de iureiur.& Ioan. And.in c. fi.in verbo, respondere.de iud.& Ioan.And.in addi. Specu.in titu.de feu.§.quoniam.super ver.21.in additione inci. cessante &c.& Bal.in cap.1.si de feu.fue.controu.inter do. & agna. & in l.libertas.ff.de statu ho.& in cap. 1. in prin. de controu. inuest. ¶Hoc præsupposito nisi probetur, ꝙ dicta terra spectabat ad dictam d. Valentinam iure feudi, sequitur ꝙ tam masculi, quam fœminæ succedunt æqualiter ascendentibus, & transuersalibus, vt in d.l.fi. de lib. præte. & in d. auth. in successione iuncta aut.cessante.C.de legi.hær. & fœmina ẽt in iurisdictione succedit, c.dilecti.& ibi expresè no. Host.& Ioan. An.de arb.faciunt no.in l.fi.C.de arb.& in c. noua. de pœni. & rem.& in c.1.§.fœmina.cum ibi no.per Bal. in tit.per quos fiat inuest. ¶Et hæc conclusio procedit, præsupposito ꝙ præfatus illust.d. Philippus comes virtutum non videatur renũ-
7 ciasse præfato dño Carolo ius suum, vt statim probabo. ¶†Nec

prædictis obstat impetratio facta per ante dictum dominum Carolum a Serenissimo Imperatore Sigismundo, quia potest responderi primò, quod in themate præsupponitur dominũ Carolum fuisse hæredem eius patris, ac matris, ergo cum inter dictam eius matrem, & illustrissimum eius maritum fuerit in contractu dotis actum, quod post mortem ipsius dominæ Valentinæ dicta ciuitas transiret ad eius filios & hæredes, ergo non potuit dictus Carolus hæres venire contra factum defuncti. l. 2. C. si quid in frau. patro. & l. cum a matre. C. de
8 rei vend. ¶† Item dicta concessio facta per Sigismundum Imperatorem debuit intelligi facta saluo iure dictorum fratrum Caroli, quibus erat acquisitum ius ex stipulatione materna. l. quodcunque. §. si quis ita. & l. stipulatio ista §. si quis ita. ff. de verbor. obligat. l. publia. in princ. ff. deposi. & not. Bartol. in l. quod dicitur in fin. ff. de verbo. oblig. iuncto. c. super eo. de offi. deleg. & l. 2. §. si quid a Principe. ff. ne quid in loco publi. attento, quod bona illa præsumebantur allodialia, non feuda
9 lia, vt prædixi. ¶† Nec etiam obst. si diceretur quod dicta filia non deberet succedere, eo quia in instrumẽto dotali fuit actũ, quod dicta ciuitas transiret ad filios & hæredes, & sic illud masculinum filios, non comprehendat in contractibus fœminas, vt not. Archid. 17. q. 4. si quis suadente, quem communiter sequuntur doct. vnde dicit Ioan. de Imo. in cap. potuit. in fin. de loca. & in l. si ita sit scriptum filiabus. ff. de leg. 2. quod si pater recepit rem in emphyteusim pro se & filiis, non comprehendentur fœminæ. facit. l. veteribus. ff. de pac. & quod not. Bartol. in l. liberorum. ff. de verb. signifi. dum dixit, quòd in contractibus filiorum appellatione non comprehendun-
10 tur nepotes, per d. l. veteribus. ¶† Quia ad hoc respondeo, ꝙ attento, quod expresſè parentes stipulati sunt filiis, tanquam hæredibus, vt expresſè dicunt verba instrumenti iunctis not. per Bal. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. libe. cuius doctrina est communiter approbata. & etiam si expresſè non essent stipulati filiis, ut hæredibus, sed simpliciter essent stipu-
f lati filiis, adhuc intelligeretur ad filios vt hæredes [f] relatam esse stipulationem, per nota per glo. & doc. in l. si tibi decem. § si pactus. ff. de pac. & per doc. in d. l. quod dicitur. & in l.
11 Gallus. §. 1. ff. de libe. & posthu. cum concord. Sed † ita est, ꝙ si quis voluerit stipulari vni, vel aliquibus tantum ex hæredibus suis, id quod non consistat in faciendo, non acquiritur il-
g li vel illis tantum, sed omnibus [g] hæredibus. vt l. continuus.
12 §. fi. de verbo. oblig. ergo ita est in casu nostro. ¶† Secundò respondeo, quòd illa verba apposita in contractu, scilicet filiis & hæredibus, important quod non sufficiat, quod sit filius, nisi etiam sit hæres, vt etiam probatur per no. in d. §. si pactus. cum sit res de sui natura transitoria ad hæredes, ac etiam important, quod etiam comprehendantur hæredes extranei, ꝓ-
h pter illam copulam, & quæ auget, [h] & ampliat. l. ea tamẽ adiectio. ff. de leg. 3. ita concludit Ber. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posth. & declarat Io. de Imol. in d. l. quod dicitur. & in l. ex facto. ff. de hæred. instit. & in d. c. potuit. ergo si dicta verba copulant, & comprehendunt etiam hæredes extraneos, propter illud nomen, hæredibus, sequitur quòd illud nomen hæredibus, tanquam commune ad masculos & fœminas debet comprehendere etiam filiam hæredem. l. hominis. & l. j. cum ibi not. per Bartol. ff. de verborum significa.
13 ¶† Quinimò nonnulli tenuerunt, ꝙ illa verba, in contractibus prolata, scilicet pro se, & filiis seu liberis, comprehendant
i etiam fœminas, [i] vt est de mente Bal, in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius voc. & in l. 2. C. de iure emphyt. & Salice. ibidem. in 17. q. & vide Ang. in consi. 115. Tamen præcedentes respõ-
14 siones videntur tutiores. ¶† Non obstat etiam prædictis si diceretur, quòd si dictus dominus Philippus videtur renuntiasse dicto domino Carolo omne ius, attento ꝙ eius mandato accessit ad dictam ciuitatem, & illam tanquam locum tenens domini Caroli rexit & gubernauit, quia respondeo, ꝙ per hoc non videtur sibi præiudicasse & renunciasse sufficienter pro-
*] bo per id quod habetur in c. 1. §. præterea cum gl. * in ti. quibus mod. feu. amit. ubi habetur quod si ego qui debebam succedere in feudo, consentio expresſè vel tacitè patiendo, quod alius inuestiatur, mihi præiudico & sum exclusus, tamen secundum gl. ibi hoc est verum si ex certa scientia facio, sed in dubio præsumitur potius ꝙ per errorem faciam, & sic non vi
15 deor consentire, nec mihi præiudico. ¶† Secundò respondeo ꝙ dominus Philippus sibi per prædicta non præiudicauit, ꝗa
k vbi potest capi alia [k] coniectura, quam donationis vel remissionis, illa accipienda est potius, quam præsumptio remissionis & donationis. c. super hoc. de renun. l. cum de indebito. in
16 prin. de prob. l. si cum aurum. ff. de solu. sed ita est, † ꝙ quando vnus dominus ciuitatis decessit relictis pluribus filiis, & hæredibus, quilibet insolidum habet iurisdictionem & exercitium, secundum quod declarat not. Bar. in l. Pompon. aliàs incipit, si vni, in 5. q. ff. de re iud. & doct. maximè Ioan. de Im. in c. prudentiam, in prin. de off. dele. meritò erat in electione dicti domini Philippi exercere iurisdictionem, aut nomine suo proprio tantum, aut nomine dicti domini Caroli, aut nomine vtriusque, quia (ut dixi) quilibet insolidum habebat iurisdictionem & exercitium, ergo dato, ꝙ exercuerit nomine domini Caroli missus ab eo locum tenens, non sequitur ergo renunciauit suo iuri, quia attento, ꝙ etiam apud quemlibet erat exercitium insolidum, stant ista simul, quod nomine domini Caroli exercuerit iurisdictionem absque eo, quod videatur ei renunciasse ius suum, quia vnum sine altero esse poterat, & sic ex separatis & non concludentibus non recta fit il
17 latio. l. fi. ff. de cal um. c. in præsentia, de prob. ¶† Præterea, posito, ꝙ dominus Philippus gerendo se pro locum tenente domini Caroli, videretur asserere ciuitatem spectare in totum
* ad dominum Carolum, tamen per hoc non cadit * a dominio vel quasi, quod habebat in ciuitate prædicta, vt hæres matris. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquirend. possessio. l. cum falsa. cum ibi plenè not. C. de iur. & fac. igno. & præsertim absente domino Carolo. l. fina. ff. de in terro. l. fina. §. si quis absente. ff. de confess. l. absenti. ff. de dona. cum ibi not. per Bartol. & quod not. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. cum simil. ¶ Non obstat præscriptio, quia illa videtur fuisse interrupta cum non continuè possederit, ut patet ex narratis in themate, tum etiam propter illam recognitionem factam in diuisione. l. cum notissimi. §. sed & si quis. C. de præscript. 30. annor. tum etiam propter malam fidem, cum istam rem sciuisset Dominus Carolus esse hæreditariam, & inuentam in hæreditate matris, & per consequens ad omnes pertinere, ergo &c. ca pitu. fina. de rescript. & in regula possessor. Tamen propter impetrationem factam per dominum Carolum a Sigismundo Imperatore, attento quod Imperator, quo ad iurisdictio-
* nem habet fundatam * intentionem suam de vnoquoque loco, ut declarat Ioan. And. in cap. fina. de offic. archidiac. super gloss. j. & gloss. & doct. in clem. pastoralis. in verb. districtum. de re iudi. nolui subscribere, nec sigillare, quantum est pro partibus, pro quibus dominus Carolus non est hæres patris, vel matris.

---

ADDITIONES.

a ¶ Fuit anno Domini. 1389.

b ¶ Ludo. Hic erat frater Caroli. 6. filius Caroli. 5. nepos Ioannis. j. Frãcorum regum. dictus Ludoui. fuit auus Ludo. 12. regis patris populi, pro auus Francisci primi moderni regis duxit dictus Ludo. Valentinam amitinam suam, neptem Ioan. j. ex Isabella amita eiusdem Ludouici.

c ¶ Galeacij. Hic viros doctos dilexit, & fouit, & huius tempore comitatus Mediolani a Ladislao Imperatore in ducatum erectus est anno domini. 1395. vide Blondum. lib. 7. Italiæ illustratæ.

d ¶ Ludouico. Aureliorum duce, qui per obitum Caroli. 8. sine filiis fuit Rex Franciȩ sui nominis duodecimus, iustitiæ populique amantissimus, socer moderni regis.

* Præiudicare filio ] Sequitur Fel. ad c. prudentiam. col. 2. de offi. dele. & hoc est odiosum. Ale. consi. 128. col. 5. libr. 1. Et Alexandrum hic, quòd possit præiudicari, sequitur Ias. ad l. nemo potest. colum. 1. ff. de legat. 1. Nat.

e ¶ In iure. Dixi in consu. Parisi. §. 8. glo. 3. q. 3.

f ¶ Vt hæredes hȩc est vera opi. Alc. ut ipse tenuit in l. Gallus. §. quidã rectè. de liberis & posthu. l. quod dicitur. de verbo. obliga. sup. lib. 5. consi. 22. consi. 129. & hic, & bene, licèt quandoque causæ inseruiendo aliter dixerit, ut sup. lib. 5. consi. 26. sup. eod. lib. 6. consi. 31. nu. 15. & intellige quando stipulatur simpliciter filiis, & indifferenter, secus si filiis masculis, uel si filiis certi matrimonii, quia tunc patet, quod non vocantur hæredes.

g ¶ Omnibus imò in effectu illi soli, cui cautum est salua falcidia, ut dixi super d. l. continuus. §. fina. in no. intellect. in consu. Paris. §. 124.

h Alleget. sup. lib. 1. consi. 120. & bene quando concessio non est limitata ad certas personas, vel generationes, vt dixi in d. consi. 120.

i ¶ Fœmi-

i ¶Fœminas.dixi in consu.Paris.§.12.

* Cum glo.] Hanc glo.tenet Ias.consi.159.col.pen.versi.quarto principaliter.libro 2.Et de intellectu.d.§.præterea late consi.107.colum.penul.lib.4. Natta.

k ¶Alia supra lib.3.consi.114.in fin.

* Non cadit.] Adde Alexan.consi.110.Attentis narratis. colum. secunda, libro 5. vbi sentit requiri traditionem, per quam dominia rerum transferuntur. Adde quòd renunciatio ex aliquo facto non inducitur,nisi expresse dicatur, Dec. consil.452.num.21.& consil.460. num.6. Natta.

* Habet fundatam.] Licèt ciuitates præscripserint reseruata Principi, tamen subsunt Imperio, quia hanc libertatem ne subsint, præscribere non possunt,Dec.consil.307.col.3.loquens de communi Senarum.Et quòd Imperator vbique habeat fundatam intentionem,tradit Alex.consi.24.col.1.libro quinto. Natta.

## CONSILIVM LXXXVIII.

Lege supra lib.2.consi.7.quod hìc duplabatur, & est inter consilia Francisci de Curte,consi.39. Natta.

## SVMMARIVM.

4 *Extensio fit à ratione vnica & tacita. nu. 22.nec dicitur extensio sed comprehensio.*
7 *Filiæ exclusio propter masculum extenditur ad neptem.*
8 *Argumentum a rubrica generali valet.*
10 *Statutum speciale derogat generali.*
11 *Interpretatio non intelligitur sublata nisi friuola.nu.13.*
14 *Statutum excludeas sororem propter fratrem, extenditur ad patrueles.nu.15.& 16.*
19 *Matre exclusa, multò magis descendentes ex ea.*
21 *Frater transmittit ad filium beneficium excludendi fœminas.*
23 *Fœmina est agnata,sed non masculus ex ea.nu.15.*

CIRCA actuum extensionem statutorum, ꝙ mulier dotata extantibus masculis non succedat, an possint talia statuta trahi ad alios casus ex identitate rationis.& si faciunt mentionem de fratre, an veniat frater patruelis. & quid si à statuto reiicitur omnis interpretatio. & quomodo intelligatur statutum loquens de parentibus masculis, an intelligatur de agnatis tantum.

## CONSILIVM LXXXIX.

Circa primum dubium quo quæritur, an Burdota excludatur ab hęreditate dicti Petri propter existētiam socrus & Francisci dubium facit, quia cum Burdota sit in pari gradu cum fratrib.suis, debet pariter admitti in successione ab intestato.l.consanguinitatis.& l.lege 12.tab. C.de legi.hære.l.fi.C.de libe.præte.hoc etiam videtur approbari per statutum loci sub rubrica,de successione collateralium, vsque ad quartum gradum, quod statutum incipit, Quicunque ciuis &c. & disponit, quòd si quis decesserit sine liberis & sine ascendentibus ab intestato,proximiores parentes ipsius defuncti vsque ad quartum gradum, siue sint masculi siue sint fœminæ liberè & quietè habeant omnia bona defuncti. ergo cū Burdota & fratres sint coniuncti dicto Petro in tertio gradu, inspecta dispositione iuris Canonici, quæ in hac materia debet attendi,vt promissum est in alio statuto incipi. cū statuen. nam Burdota & fratres nati sunt ex fratre patruele dicti Petri defuncti de cuius successione agitur, meritò dicuntur in tertio gradu ipsi Petro attinere, vt patet 35.quæstio. 5.ad leden. & c.parentele.& ex his quæ leguntur & no.in ca.dilecto.& in ca.fi.de consan.& affi.& in §.6.insti.de grad.nam in aliquibus aliis statutis mihi transmissis videtur specialiter in cōtrarium
1 determinari,meritò tanquàm† iste est casus omissus, remanet in dispositione iuris communis.l.si extraneus. ff.de condi.ob cau.l.commodissimè.ff.de libe.& posthu. præsertim cum statuta illa sint correctoria iuris communis,& sic non extendenda.l.præcipimus C.de app.in auth.quas actiones,cum ibi no. C.de Sacrosanct.Eccles.& eo præsertim,quòd prouisum est ꝑ statuentes, quod nulla interpretatio fieri vel admitti debeat super aliquo capitulo statutorum cōmunis Senarum, sed simpliciter sicut verba iacent & posita sunt, ita simpliciter intelligantur absque vlla interpretatione, & per consequens omnis videtur esse sublata differentia, quia illa etiam appellatur interpretatio,scilicet extensiua.vt l.si faciendæ cum glo. ff.ad legem Iulia.de pari.& in l.1. ff.de legi.& in auth.qui.mo. natu. effi.legi.in princ.& qui omne dicit, nihil excludit.l.Iulianus in prin.ff.de leg.3.& c.solitæ.de maio.& obe.cum vul.bene facit in proposito quod no.Bal.in c.2.de patri.qui fil.dist.¶Tamen his non obstantib. in casu proposito videtur contrarium esse de iure verius principaliter vigore statuti sub rubrica, qđ mulier dotata ad successionem vel ad diuisionem non veniat cum fratrib.iuncta additione postea facta in c.incip.Cum statutum, sub rubrica, Quod mulier &c.& alia additione incip. Item cum statutum prædictum disponat quod prædicta mulier &c.vbi cautum est nullam mulierem dotatam de bonis communibus, quæ habet cum fratre posse venire ad successionem,vel diuisionem, vel ad communionem aliquam, & eorū omnium quæ pœnes fratrem remanserant, vel etiam acquisita fuerunt dictis fratribus.nedum ante, siue fuerit dotata viuēte patre suo, siue post mortem patris a fratrib.ipsius mulieris, vt latius in dictis statutis continetur,& præsupponitur Burdotam fuisse dotatam a dictis eius fratribus de bonis communibus.& talis vltima additio statuti quæ incipit, Item cum statutum prædictum disponat quòd prædicta mulier &c. intelligitur esse de bonis quæ alias de iure erant communia fratris & sororis & post dotationem obuenientib. hoc probatur, qa
2 dicta additio statuti sub rub. † ꝙ mulier dotata ad successionem vel diuisionem non veniat &c. debet intelligi secundum
* dispositionem illius prioris statuti, * ad cuius interpretationem venit,vt in auth.de filiis ante dot.instru. natis ad fi.colla. 3. & ca.cum tu. de vsur.sed primum statutum loquebatur de bonis communib.ergo &c. Hoc inducit illud etiam quod cōtinetur in dicta vltima additione,inquantū dicitur ibi,cumq; sit satis dubium,an mulier vt suprà dotata possit venire ad successionem vel diuisionem &c. nam diuisio non cadit nisi in reb.communib.l.1.& 2.ff.cōmuni diui.& illud verbum, scilicet diuisionem,etiam intelligitur repetitum in cōclusione di-
3 ctæ additionis,licet † lex sit specialis, tamen generaliter intelligitur.l.regula.§.si quis.& ibi no.Bar.ff.de iur. & fac.igno. bene facit.l.1.& quod ibi no.ff.ad Mace.& l.fin.ff.de hære.insti. & l.cum hi.in prin.& quod ibi Bart.ff.de transf.cum fi. & certè mihi videtur quòd illa fuerit mens & intentio statuentium explicita per verba ipsa, quamuis verba videantur aliqualiter grosso modo prolata. ¶ Corroborantur prædicta, quòd nulla alia ratione videntur statuentes moti nisi ratione agnationis & familiæ conseruandæ,quæ conseruatur per masculos & descendentes ex eis.l.2.§.primò.ff.de suis & legi.l.familię.§.primò.ff.de verbo.signifi.& insti.de legi.agna.success. circa prin. in quib.conseruandis versatur interesse publicum.l.1.§ sed si seruus.ver. publicè.ff.de ven.inspi.& quòd ista fuerit ratio dicti statuti traditur per Iaco.de Are.in sua dispu.incip. Statutū vel consuetudo per se.post alios in l.1. C. de adul. & Io.And. in addi. Spec.in tit.de succ.ab intest.in rub.& Bal. in l.fi.aliàs est in l.venia.C.de in ius voc.in l.cunctos populos.cum simi. C.de sum.Tri.& in l.fi.in prin.vnde legi.in l.fi.in fi. C.de lib.
4 præte. ¶ † Vnde sicut quando est expressa ratio in lege vel statuto etiam correctorio. fit extensio ad casum habentem eandem rationem,vt firmat & probat Bal.in auth.quas actiones. C.de Sacrosan.Eccles.& in l.fin.ff.de hære.insti. per §.ex his. in auth.de hære.ab intest.& l.milites agrum. ff.de re mili. ita etiam no.Rapha.in l.cum mulier,per illum tex.ff.solu.matri. Pau.de Cast.in l.quamuis. C.de fideiuss.vbi ad hoc quod not. gl.in cle.j.cum suis concor.de elect.& no.Raph.Cu.in l. si verò.§.de viro.solu.matri.alleg.d.l.cum mulier.& no.per Dyn. in c.fi.de reg.iur.in 6.& ita dicit esse intelligendam gl.in l.vnica.C.de his qui ante aper.tab.ita etiam tenet Paul. de Cast. in d.§.de viro.& secundum eū bene facit tex.in l.emptor. §.fi.in verbo,& ea ratione reddita. ff.de rei ven.& in l.in fideicōmisso.§.cum Pollidius. ff.de vsur.& illos text.solet secundum eū allegare Iaco.But.facit quod no.glo & Ang. in auth. vt hi qui obli.in prin.collatio.6.& no.etiam Pet.de Anch. & Inn.in c. si postquam.§.1.de elect.in 6.sic etiam debet extensio fieri qñ
a ratio non est expressa in statuto,sed est tacita. a dum tamen sit vnica,quia illa habetur tunc pro expressa, no.glo. & ibi Bald. expresè in l.quamuis. hoc vult in statutis. C. de fideicom. ita etiam not. Bald.in l.maximum vitium.C.de libe.præte,& ibi dicit esse verum,quod in tali statuto fauente masculis videtur subesse

subesse vnica ratio tantum, & propterea habetur pro expressa.l.2.ff.de liber.& posthum.l.fundus qui locatus.ff.de fundo instr.instrumentoque legato, l.si optio. ff. de optio.lega.ita e͠t vult Raph.in d.§.de viro.vbi etiam pro hoc alleg.no.per Bal. post Nico.de Mat.in auth.si qua mulier.C.ad Velleia.idem e͠t dicit Pau.de Cast.in d.l.quanuis.& in d.§.de viro. vbi propriè loquitur in statuto fauente agnatis.facit quod not. Bal.in d.l. quanuis,eod.tit.in princ.ꝙ in tali casu non dicitur fieri interpretatio extensiua sed intellectiua, per d.l.quanuis, cum glos. dum text.ibi dicit,intelligi potest.& sic intellectus & ratio ide͠ sunt.

5 ¶Istud etiam † super dictis statutis consuluit Pau. de Castro,lib.2.consi.83.incip. Præsens casus &c. vbi concludit, ꝙ stante rub. statuti quod mulier dotata non succedat extantibus masculis (prout est in casu nostro) & stante alio statuto, quòd soror dotata a fratre de bonis communib. non possit venire ad successionem vel diuisionem bonorum quę pœnes fratrem remanserunt,si de fratre vel fratribus legitimus hæres remanserit, habebit locum dicta exclusio mulieris, etiam si talis mulier fuit dotata nõ a fratrib.sed a patre viuente, adeò quod excluditur a successione paterna, licèt primum statutum non loquatur specialiter de successione paterna sed de alia. Mouetur, quia dictum statutum censetur prohibere per vnicam rationem tantùm scilicet ob conseruandas agnationes & familias.& quod illa habetur pro expressa, adeò quòd fit extensio ad alium casum habentem eandem rationem, vt dixi supra.

6 ¶†Et subdit quòd cum sit eadem ratio, tunc non dicitur fieri extensio de casu ad casum,quia secundum eum,vt inquit subtiliter Bald. in l.de quib. ff.de leg.& fuerunt originaliter verba Petri & Cyn.in l.iura. eodem titu.in lect.quando in pluribus casibus est eadem ratio, tunc vna & eadem ratio [b] decidit omnes casus non per extensionem,sed sicut genus comprehe͠dit species, sic generalis ratio diuersas species casuum emergentium. sed quãdo sunt rationes specie differentes tamen similes,tunc ista est extensio, quæ est quædam progressio de termino ad terminum,quo vltimo casu loquitur illud no. glo.in d.auth.quas actiones,nam fauor publicus & pius sunt diuersi specie, licet similes.ideo licèt l.fi.C.de Sacrosan.Eccl. quę loquitur de vtroque inquantum loquitur de pio & ecclesiastico per d.auth.quas actiones, non tamen intelligitur correcta inquantum loquitur de publico,quia esset extendere legem correctiuam de vno casu ad alium,& sic illa.glo.debet allegari, ꝙ ex paritate vel similitudine rationis non fit extensio in correctoriis, non autem debet allegari quò ad identitatem rationis & secundum prædicta dicit intelligendam esse glo.in c. fi. de temp.ord.in 6. ¶Hoc etiam videtur voluisse Cy.post Pet.in l. quod vero.ff.de le.scilicet quod vbi est eadem ratio numero, dicitur fieri extensio, sed ex virtute e͠t statuti determinatur, & ideo oritur tunc directa, licèt deficiant verba, iuxta no.per doctores.in l.prima.in princ.ff.vti poss.cum si.facit.l.nominis & rei.§.verbum ex legib. ff. de ver.sig. ¶ Bene facit vltra allegata per eum id quod no.glo.in c.si postquam, in verbo, mente.de elect.in 6.& dicit e͠t Bal.in d.l.de quibus. ꝙ vbi plura habent eandem ratione͠ licèt de vno fiat mentio, vr͠ fieri exemplariter, non restrictiuè.l.Imperium,ff.de iurisd.om.iud.ad hoc e͠t qd͠ no.Bald.in l.1.C.de interdic.& in l.illud.C.de Sacros.Eccl.& in l.si quis seruo. C.de furt.& Salyc.in l.2.C.de noxa.

7 ¶†Pro hoc etiam adducit Paul.de Cast.in d.consilio.l.his solis. C.de reuo.do.& l.de pupillo.§.si quis ipsi p̃tori. ff. de ope.no.nun. & l.filium habeo,ff.ad Macedo. & l.2. C. de indi. vidui.nam secundum eum quando statutum excludit filiam propter masculum,censetur excludere etiam neptem, allegat no.per Nic. de Mat.& Cy.in l.1.C.quæ sit lon.consue.& per Bal.in d.l.de quibus. cum si.& subdit quod tale statutum dicitur esse fauorabile,non odiosum, secundum Bal.in d.l.de quib. quia causa motiua fuit fauor agnationis,ergo debet dici fauorabile,l.qui exceptionem.in prin.ff.de condi.inde.& l.si quis nec causam. cum ibi no.ff.cer.pe. ¶Ex his ergo concludit dictum statutum decidere etiam casum,quando filia esset dotata à patre,& non a fratrib.cum sit eadem ratio.

8 ¶†Pro hoc etiam adducit aliam rationem, quæ etiã bene seruit ad casum nostrum, quia dicta rubrica,quæ habet quod mulier dotata extantib. masculis nõ succedit,est generalis, vnde potest intelligi generaliter quod non succedat patri vel matri & sic de singulis, licèt nigrum loqueretur specialiter,quod non succederet auo, patri, matri,

[c] auiæ vel auo materno, quia licitum est arguere a rubrica. [c] ff. si cer.pet.l.1.not. in l.1.C.ne fideiuss.dot.den.& in auth.nullum credentem agri.circa prin.in gl. bene facit qd͠ not.glo.in auth.de incest.nup.in prin.& in rub. C.de relig.quę gl.tangu͠t de rub.ꝙ est quandoq; generalior nigro.& dicit Io. de Imo.in rub.ff.de verbo.oblig.quòd licet dictæ glo.clarè non loquantur, tamen secundum eum videtur esse de me͠te gl. in d.auth. de incest.nup.ꝙ scilicet ex rubro possit clarè ꝑcipi aliqua certa mens & sic dispositio illa tunc habebit effectum ex vi rub. etiam dato quòd in nigro nihil diceretur. & hoc dicit Ioã.de Imo. habuisse de facto Bononiæ in quodam statuto quod in sua rubrica erat generalius nigro, & habebat orationem perfectam,nam non debet restringi per nigrum,sed potius ampliari rubrum per nigrum,vt probatur de capit.ciui.'cen.exhi.l.1. lib.11.iuncta glo.& ibi Bar.sed non posset colligi certa mens, puta quia solùm poneret materiam de qua polliceretur se dicturum, licet postea non diceret, tunc modicum aut nullum haberet effectum rubrica, ex quo certa dispositio non posset comprehendi,sed in proposito nostro duę sunt rubricæ clarè loquentes & ostendentes mentem disponentis, scilicet rubrica, quòd mulier dotata ad successionem vel diuisionem nõ veniat cum fratribus. alia rubrica, ꝙ mulier dotata extantibus masculis non succedat,nec possunt intelligi dicta statuta solu͠ in muliere dotata ab eo de cuius successione ageretur, quia co͠trarium apparet ex dictis statutis, maximè ex statuto sub rubrica, quòd mulier dotata extantibus masculis non succedat, & ex statuto sub rub.quòd mulier dotata ad successionem vel diuisionem non veniat cum fratribus, iunctis dictis duabus additionib. eiusdem statuti, vbi apparet quòd mulier dotata repellitur etiã a successione alterius quàm eius qui dotauit extantib.fratribus.

9 ¶ †Considerabat etiam in dicto consilio, ꝙ si statutum vult quòd tempore quo filia dotatur a fratrib. bona erant iam communia ipsius & fratris, tamen propter dotationem dissoluitur communio, & aufertur sibi filiæ dominium quæsitum in bonis patris per successionem. quantò fortius si ante fuit dotata, debet impediri acquisitio futura & ius succeden.arg.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alie. iur. c.quemadmodum,de iureiu. & hoc etiam postea fuit declaratum per dictam additionem statuti. Hoc etiam confirmatur ex dispositione statuti positi sub rubrica de successionibus collateralium ab intestato,quod incipit, Item statuerunt & ordinauerunt &c. vbi fratres carnales masculi ipsius defunctæ personæ,& etiam filii fratrum excludunt sorores carnales defunctæ personæ & filias ex fratre defunctę personæ, ex quo statuto infertur, quòd idem esse debeat, quando tractaretur de fratribus patruelibus succedentibus seu de filiis fratris patruelis succedere volentib. vt est casus noster modò nõ voluit excludere personas quæ sint defuncto proximiores quàm essent illæ quæ excludebantur.Specificè a statuto, quando frater vel filius fratris extaret, vt decidit specificè Bald. in l. scimus in princ.in 7.q. C. de inoffic.testa.& fuit decisio Io.An.& prosequar hoc plenius in sequenti dubio. ex quibus apparet Burdotam excludi debere per fratres. ¶Nec obstant allegata in contrarium,quia fateor quòd de iure communi Burdota non excluderetur,sed per statuta prædicta,vt superius est ostensum. ¶ Non obst. dictum statutum quod incipit, quicunque ciuis Senarum &c.quia respondeo,quòd illud statutum dum dixit saluis capitulis præcedentibus, voluit oste͠dere quòd non intendebat derogare statuto sub rubrica quòd mulier dotata extantibus masculis nõ succedebat, & statuto sub rubrica quòd mulier dotata ad successionem vel diuisionem non veniat cu͠ fratrib. per quæ statuta deciditur casus iste, vt est dictum.

10 † Præterea dicta præcedentia statuta loquuntur specialiter in casu nostro in muliere dotata,ideo talia statuta in specie loquentia præualent illi statuto incipiente. Quicunq; ciuis &c. quòd loquitur in genere, lege, vxorem.§.felicissimo de legatis tertio.lege sanctio legum. ff. de pœn.item illi statuto quò ad ad casum nostrum est postea derogatum per statutum sub rubri. de succes. colla. ab intest.per quod etiam deciditur casus noster,& in tali casu comprehenso in dicto statuto sub rub.de succes. collateralium, non intelligitur militare dictum aliud statutum incipiens,quicunque ciuis &c. l.sed & posteriores. ff.de legi.& in prima consti.C.§.quib.l.1. C.de inoffic.dona. & sunt doctrinæ doc.vbique. ¶Non obst.quòd nulla interpretatio

ratio admitti debet super aliquo c. statutorum, sed sicut simpli
citer verba iacent & posita sunt, ita simpliciter intelligi debēt
absque aliqua interpretatione, vt est per statuentes prouisum,
quia respondeo quòd etiam intelligēdo vt verba iacent, & si-
ne interpretatione casus noster est decisus contra Burdotam.
Primò ex verbis rubricæ, quòd mulier dotata nō succedat ex-
tantibus masculis, nam si illa verba simpliciter accipiuntur
prout iacent, constat Burdotam esse dotatam, & sic exclusam,
& verba talis rubricæ non inducunt decisionem. idem proba
tur ex rubrica, alterius statuti, scilicet quòd mulier dotata ad
successionem vel diuisionem non veniat cum fratribus. & ex
nigro illius statuti cum suis additionib. Prętereà quando vni
ca est ratio statuti, illa operatur, quòd vbi illa eadem ratio mi
litat, non dicatur fieri extensio seu interpretatio extensiua, vt
no. Bal. in d. l. quamuis, in prin. C. de fideiu. & not. in ca. 1. de
temp. ordi. in 6. & in d. c. si postquam. cum aliis supra allega.
& ita est in casu nòstro, ergo &c. ¶ Præterea dicta prouisio quę
11 vult ꝙ nulla fiat interpretatio &c. † intelligitur de friuola [c] se
c cundum quòd latè probat Bar. in l. omnes populi. in 6. q. prin
cipali. ad fi. ff. de iust. & iur. & no. Bal. in l. si quis filium. C. de
lib. præte. & in l. non dubium. C. de legi. saltem quando mens
est certa, vt ibi dicit Bal. qui dicit aliud esse, quando mens es-
set dubia, per ea quæ habentur in c. exiit qui seminat. §. vlti.
de verborum signific. Et in proposito nostro dicitur mēs esse
certa, ex quo vnica ratio tantum mouit statuētes, quæ pro ex-
pressa habetur, & quæ eadem militat in casu nostro, vt pro-
12 baui. † & ratio statuti dicitur esse mens statuti, vt not. Dyn.
in ca. fin. de regu. iur. in 6. probatur in l. cùm mulier. & ibi
not. Barto. ff. solu. matrimo. & Bald. in l. 1. ff. de interdic. &
in l. prima. C. quæ sit long. consuet. & in d. l. non dubium.
13 & dicit Ioan. de Imo. in l. Cæsar. ff. de publ. † quod si statuto
cauetur quòd nullo modo statutum possit interpretari nec
glossari, sed intelligi ad literam prout iacet, non per hoc im-
pedietur interpretatio restrictiua, ne quis indebite puniatur.
l. ita pudor. & per not. per Bar. in d. l. omnes populi. vnde fri-
uola & cauillosa interpretatio intelligetur reiecta non iusta
& legitima, secundum eum, allegat quod not. in c. ex parte. el
2. de offic. deleg. Alia responsio dabitur in fi. sequentis dubii.
¶ Nunc venio ad secundum dubium, quo quæritur, an Ludo-
uicus, Iacobus ac Condus & sorores eorum nuptæ & dotatæ
nati ex Mariana sorore patruele dicti Facii dictorum Socini,
Francisci, & Burdotæ excludantur cum dictis Socino & Fran
cisco, & videretur dicendum quòd non, sed quòd deberēt pa-
riter admitti ad successionem cum dictis Socino & Frācisco.
cum sint pares in gradu, vt in §. sin verò neq; fratres. in auth.
de hæred. ab intest. colla. 9. ¶ Secundò vigore dicti statuti in-
cipientis. Quicunque ciuis Senarum &c. vbi decedenti ab in-
testato sine liberis & sine ascendentib. succedere debent proxi
miores parentes vsque ad quartum gradum, siue sint masculi
siue fœminæ. ¶ Item quia vigore aliorum statutornm saltem
ex verbis sine interpretatione excludi debent præfati filii Ma
rianæ per dictos Socinum & Franciscum, & nulla interpreta-
tio in dictis statutis admitti debet ex forma statuti hoc spe-
cialiter prouidentis, vt dixi in primo dubio, ergo &c. ¶ His
tamen non obstantib. puto de iure concludendum contrariū.
Primò vigore statuti de successione collateralium ab intesta-
to, vbi fratres carnales masculi ipsius defunctæ personæ, & ēt
filii consimilium fratrum excludunt sorores carnales defun-
ctæ personæ, & etiam filias nuptas vel dotatas fratris defun-
ctæ personæ. Sed dictum statutum vendicat sibi locum etiam
quando tractaretur de fratribus seu sororib. patruelib. seu de
filiis vel filiabus ipsorum fratrum vel sororum patruelium, q
14 est casus noster ergo &c. ¶ † Et quod ita sit, decidit Bald. in l.
scimus, in princ. in 7. quæstio. C. de inoffic. test. vbi quærit, sta
tutum disponit quòd frater possit repellere sororem a succes-
sione patris dotando eam conuenienter, an idem obtineat si
auus decessit relicta nepte ex filio prædefuncto, ex alio filio
prædefuncto. qui sunt ad inuicem frater & soror patruelis, &
dubium facit secundum eum, quia statutum loquitur de fra-
tre & sorore, non de nepote & nepte. refert quod in illa q. Ia.
de Are. dicebat quòd hic nepos & neptis appellabantur fra-
tres. insti. de gradi. §. quarto gradu. & quòd auus repræsenta-
tur in appellatione patris. l. iussu. ff. de verbo. signific. & quòd
eadem ratio erat in istis quæ erat in primis filiis, & sic nepos

potest repellere neptem dotando eam conueniēter, ergo huic
nepti non debebatur aliquid nomine legitimæ, tamen debe-
bat esse contenta dote, cum verba statuti concordent & mens
non repugnet vt agnationis salua sit dignitas. l. 1. §. si seruus. ff.
de ventre inspi. & arg. l. ab omnibus. circa princ. ff. de lega. 1.
15 ¶ † Nam ratio consuetudinis vel statuti est attendenda, & vbi
ratio obtinet, ibi debet obtinere consuetudo, vt not. in l. 1. su
pra quæ sit long. consue. & ibi per Iac. de Are. & Cy. in l. publi
co. C. de adulte. & ita residet & concludit Bald. in d. l. scimus.
& istam eandem decisionem ponit Ioan. And. in addi. Spec. in
tit. de succes. ab intesta. in rub. & ibi etiam refert quòd idē te-
nuit Iaco. Butr. etiam, quando statutum cautum esset ꝙ verba
statutorum propriè & secundum vulgarem intellectum de-
bent accipi. & cum illa decisione Iac. But. transit etiam Pet. de
Ancha. in repe. c. canonum statuta, circa fi. de consti. in pe. q.
idem in terminis dicti statuti consuluit Ang. consi. 389. incip.
Totum dictum statutum totaque eius mens. vbi concludit ꝙ
statutum remouens sororem a successione fratris carnalis, ha-
b bebit locum etiam in fratre & sorore patruelibus, [d] & hoc pro
bat per plures rationes per quas ostendit hanc esse mentē sta-
tuti ratione agnationis conseruandæ, & hic concurrere maio
ritatem rationis, nec secundum eum obstat quòd casus omis-
sus remanet in dispositione iuris communis, vt in iuribus vul
16 garib. quia hoc negat ipse dicens, † quòd quanuis sit omissus
specialiter, tamen est prouisus in genere, & sufficit cogitare
vel prouidere in genere l. qui iure militari. & l. sub prætextu.
la 2. C. de transac. & ibi no. vnde non potest negari, quin sta-
tutum cogitauerit de isto casu, ex quo remouit sororem a suc
cessione fratris, quia etiam eam videtur voluisse remouere a
successione fratris patruelis, in quo est maior ratio, & minor
resultat iniquitas. vbi autem statutum diceret ꝙ frater exclu-
deret sororem, & frater patruelis vellet vigore dicti statuti ex-
cludere non sororem patruelis, sed sororem primi gradus,
fortasse non possit, quia tunc non esset tacita ratio excludendi
sororem patruelem sed sororem primi gradus, quæ est proxi-
17 mior in gradu ipso fratre patruele. † Vel si statutum diceret
quòd frater excluderet matrem vel filiam defunctæ personę,
non habebit locum in fratre patruele, qui minus est coniun-
ctus quam mater vel filia. & ita potest procedere id quod no.
Bald. in l. iubemus. §. fin. C. ad treb. & quòd no. Bar. ff. de lega.
3. in l. Lucius. §. quæsitum, cum concor. sed quando non exclu
deretur, propinquior in casu prout est casus in quo loquūtur
decisiones Iac. de Are. Ia. But. & Ioan. An. & Bal. in locis pręal
legatis, tunc si habet locum eadem ratio statuti, statutum ha-
bebit locum etiam in fratre patruele, secus vbi non haberet
locum ratio statuti scilicet circa conseruationem agnationis.
18 ¶ † Et ita potest procedere id qđ no. Bal. in c. 1. de feu. mar. dū
vult quòd statutum disponens quòd frater excludat sororē,
non habebit locum in fratre consobrino, iuxta l. iurisconsul-
tus. §. quarto gradu. ver. hi autem. ff. de gradi. & insti. de grad.
§. 4. refert tamen Bald. in d. ca. 1. quòd quidam consuluerunt
quòd dictum statutum etiam haberet locum in fratre conso-
* brino, & dicit Lud. Ro. in l. 1. C. de succes.* edic. quòd statu-
tum loquens in fratre simpliciter verificatur in fratre etiam
consobrino, si est eadem ratio vel maior, & quòd talis casus nō
dicitur venire ex extensione, sed ex mente, per no. glo. in ca. 1.
de temp. ordi. in 6. & in d. ca. si postquàm. secus si non esset ea-
dem ratio, quia tunc procedit id quod no. Bald. in d. cap. 1. de
feu. mar. cum si. sed in proposito est eadem ratio propter con
seruationem cognationis, vt dixi in primo dubio, ergo &c.
¶ Secundò confirmatur, nam si Mariana viueret, & dotata fue
rit, excluderetur a successione, vt probat rubr. alterius statuti
quæ incipit, quòd mulier dotata extantib. masculis non succe
dat, quæ rubrica potest pro decisione allegari, vt dixi in præce
denti dubio, nisi in casibus in quibus per alia statuta reperire-
tur dictam mulierem dotatam admitti. vt in casu prouiso à
statuto sub rubrica quòd neptes in succedendo conferant do
19 tes † ergo si excluderetur Mariana debent etiam excludi [e] de-
c scendentes ex ea. l. si viua matre. C. de bo. mater. §. neque in il-
lo in auth. de trien. & semis. & in l. illam. C. de colla. & l. 2. in
prin. cum ibi not. ff. si quis ali. test. prohibu. & in proposito de
clarat Bart. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. & in l. liberorum.
ff. de verbo. signific. & Cyn. in l. 2. C. quæ sit long. consuetu. &
Bal. in l. fi. C. de in ius voc. cum concor. & ita etiam demōstrat
statutum

statutum sub dicta rubrica quod mulier dotata non succedat
extantibus masculis. facit. ca. 1.§.hoc autem notandum, qui
feu.dare poss. ¶ Accedit quòd statutum sub rubrica de succes-
sionibus collateralium, quod incipit. Item statuerunt. præfert
nedum fratres carnales masculos, sed etiam filios consimiliũ
fratrum, & consimiles fratres videntur esse fratres patrueles,
quia alii nati ex eodem patre & matre dicuntur fratres, & nul
lum simile accipitur pro eodem. l. quod Nerua. ff. deposi.ca.
capitulum Sanctæ Crucis. de rescri. ergo si tale statutum vult
quòd filii fratrum patruelium excludunt filias fratris & soro
res, ac etiam filias earum, multò magis excluderent Marianã,
quæ est soror patruelis, & quæ est remotior quam esset soror
primi gradus vel filia fratris, quod statutum nunquàm debet
20 † intelligi adeò quòd contineat vel inducat absurditatem. l.
scire oportet. §. aliud. ff. de excus. tut. ¶ Vnde in proposito di-
cit Bal. in l. quod verò. ff. de legi. si statutum excludit materte-
ram, bene intelligitur excludi matertera etiam magna, quan-
uis statutum specificè de matertera magna mentionem nõ fa-
ciat, quia secundum eum verba omninò non repugnant, & ra
tio excludendi est maior in matertera magna, & maior ratio
minorem rationem includit. l. cui pacto. ff. de ser. expor. si er-
go matertera excludebatur statuto, ergo sunt exclusi descendẽ
21 tes ab ea, vt proximè dixi. ¶ † Tertiò beneficium quòd statuto
proximè allegato dabatur fratrib. saltem primi gradus porri-
gitur ad nepotes eorum. l. diuo Marco. l. milites. C. de quæstio.
l. emancipatum. ff. de sena. l. decurionum. C. de pæ. l. in quib.
C. de secun. nupt. & not. Bal. in præalle. l. liberorum. in versi.
his præmissis reducamus &c. sed Socinus & Franciscus sunt
nepotes Ludouici fratris Laurentii, a quo Laurẽtio descendit
Petrus, de cuius hæreditate agitur, ergo illud idem priuilegiũ
debet porrigi ad istos nepotes vt sicut Ludo. potuisset exclude
re sorores & filias fratris vel sororis vel descendentes ex ipsis
fœminis transuersalibus ita etiam possint Socinus & Francis-
22 cus. ¶ † Quartò, quia vnica præcisa ratio dicti statuti fuit con
seruare agnationes & familias quæ per masculos conseruant,
ideo talè statutum comprehendere dicitur absque extensione
omnes casus habentes eandẽ rationem, vt habet casus noster,
hæc probaui in proximè præcedenti dubio, ideo hic non repe
to. ¶ Ex istis apparet responsum esse ad contraria, si bene inspi
ciatur. nam non ob. ꝙ de iure communi admitti deberent pa-
riter, quia dico quòd ex dispositione statutorum præferunt,
vt est ostensum. ¶ Non obstat statutum quod incipit. Quicun
que ciuis Senarum, vbi vult quòd parentes proximiores vsq;
ad quartum gradum siue sint masculi siue fœminæ succedãt,
quia respondeo primò ꝙ posset intelligi tale statutum in pa-
* rentibus * agnatis, prout accipitur & exponitur in c. 1. & ibi ex
ponit & declarat Bal. in tit. quemad. feu. ad filiam perti. Et li-
cèt statutum dicat, siue sint masculi siue fœminæ tamen quia
23 † etiam fœminæ possent esse agnatæ, si sunt coniunctę per ma
sculum. iuxta l. inter agnatos. ff. vnde cogna. insti. de legi. agna.
suc. in princip. & §. media. cum seq. & quamuis per descendẽ-
tes ex fœminis agnatis non conseruetur agnatio, vt in iurib.
præallega. tamen in ipsis fœminis agnatis durat agnatio, meri
tò ratio agnationis considerata a statuentib. vt patet ex præ-
missis aliis statutis aliqualiter militat in fœmina agnata. Vel
& tutius potest responderi, ꝙ dato ꝙ illud statutum intellige-
retur generaliter, cum illud statutum dicit prçterquam in ca
pitulis suprascriptis, & sic concluditur quòd ab illo statuto
casus qui posset decidi per statutum sub rubrica, quod mulier
dotata non succedat extantib. masculis, quod facit ad præsens
propositum, vt supra dixi. Item dictum statutum incipiẽs, qui-
cunque ciuis. loquitur in genere, sed casus noster postea in spe
cie deciditur per statutum sub rubr. de succe. collater. ab inte-
stato, vt probaui, & specialis dispositio præfertur generali. d.
l. sanctio legum, cum simil. ¶ Non obst. quòd nulla interpreta-
24 tio † debeat admitti in statutis, quia responsio patet ex his q̃
dixi in primo dubio circa fi. & ex his quæ not. Iaco. But. in sua
dispu. quam refert & sequitur Ioan. And. in d. rub. de succes.
ab inte. & Pet. de Ancha. in d. c. canonum. vt supra retuli, & di-
cit Ray. vt refert & sequitur Pet. de Ancha. in d. ca. canonum.
ꝙ vbi est expressa ratio in statuto, non intelligitur prohibita
interpretatio per statuentes, vt ibi latè per eum, & in casu no-
stro non habetur pro expressa vt probaui, & fortificatur etiã
ista conclusio ex statuto sub rubrica, inquantum succedant a-
scendentes ibi dum dicit alia verò bona talis defunctæ perso-
næ habeant parentes masculi, vt deducam in sequenti dubio.
¶ Circa tertium verò dubium quod concernit personam Io.
Caroli, dico ꝙ posito quòd aliquis possit admitti, tamen vide-
tur quòd vigore statuti positi sub rubrica, de succes. ascenden.
quod incipit, Cum statutum. sub rubrica, Inquantum &c. &
vigore alterius statuti, de quo ibi fit mentio, scilicet positi sub
rub. inquantum succedant ascendentes ex linea materna, iun-
cto dicto alio statuto incip. Quicunque ciuis &c. non debet
admitti vltrà quàm ad quartam partem dictæ successionis de-
ductis domib. & Castellis, si extant, reliqua verò bona debent
habere parentes masculi dicti Petri vsque ad quartum gradũ
quòd interpretatur, id est agnati, vt in d. cap. 1. & ibi specificè
not. Bal. in terminis huius statuti in titu. quemad. feud. ad fi-
25 liam pertineat. † Filii verò nati ex Mariana non possunt dici
agnati in proposito. d. l. inter agnatos insti. de legi. agna. tut. in
in prin. ¶ Quinimò nec filius sororis propriè dicitur agnatus,
vt in materia statutorum non comprehẽditur inter agnatos.
l. meminimus. & ibi hoc no. Bald. C. de legi. hære. & in l. lege
12. tabu. & ibi Bald. Mod. in fi. eod. titu. & no. Bald. in ca. 1. an
agnatus vel filius. Alex. Tartag.

ADDITIONES.

* Illius prioris statuti.] Concordat text. in l. nihil. ff. de coniung. cum emanc. lib. tradit Bar. ad l. 4. §. eritq; differentia. circa fi. ff. vi bon. rap. facit regula, quòd relatum censetur esse in referente l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. cum omnibus qualitatibus suis, Bart. ad l. si quis seruũ. §. fi. ff. de lega. 2. Natta.

a ¶ Tacita supra lib. 2. consi. 24. in fi. consi. 100. supra lib. 5. consil. 34. nu. 8. Cæpol. causa cri. consil. 74. Cur. Senior consil. 75. consi. 30. vbi latè Alb. Bru. trac. de statu. exclu. fœmi. fol. 6. Ias. consi. 63. consil. 3 libr. 3. sed contra fa. Deci. consil. 679. Andr. Tiraq. rep. l. si vnquam. versic. libertis. nu. 19. C. de reuo. dona. & quæ dicam infra, eo. nu. 15.

b ¶ Eadem supra lib. 5. consi. 75.

c ¶ Rubrica supra lib. 2. consi. 190. num. 5.

d ¶ Friuola supra lib. 1. consi. 50. num. 11.

e ¶ Patruelibus, supra lib. 1. consilio 80. supra lib. 2. consi. 97. consil. 264. sed ista dicta non placent, & dico quod non est sufficiens a ratione etiam vnica & tacita vel expressa ad faciendum extensionem statuti contra ius commune. ita etiam sentit Bart. l. liberorum, de verb. sig. Bal. l. si defunctus. C. de suis & legiti. Alex. supra lib. 1. consil. 80. Ias. consi. 163. lib. 1. Anto. Rub. consi. 94. in fi. consi. 118. consi. 120. in fin.

* In l. 1. C. de succes.] Et ibi Alex. ponit. Natta.

f ¶ Excludi supra lib. 5. consi. 56.

* In parentibus.] Nota de parentibus ad vulgarem vsum loquendi, de quo est Alex. consil. 221. col. 3. infra eod. lib. de quo etiam ponit Iason ad l. 2. §. prætor ait 2. no. ff. de edendo. Hinc etiam parentela, quo vocabulo vsus est Capitolinus in Gordiano. Et de verbo parentes Decius consil. 527. colum. 2.

EPITOME.

PER tria vel quatuor instrumenta 55. annorum in quib. dicitur, Marcus filius quondam Nicolai filii quondam Modestini, probat filius Marci se esse de descendentibus Modestini.

SVMMARIVM.

1 *Confines probantur per plura instrumenta antiqua, & per cõmunem opinio. nu. 2. 3. 12.*

4 *Fama quando transfert onus probandi in aduersarium.*

5 *Filiationis quasi possessio dicitur etiam post mortem patris.*

6 *Filiatio probatur per famam, & probationem transfert in aduersarium. nu. 7. 10.*

8 *Tempus antiquum dicitur 40. vel 56. annorum arbitrio iudicis nume. 9.*

11 *Verba enunciatiua in antiquis propter aliud emissa, probant.*

13 *Iudicis est arbitrari, quę sint indicia sufficientia.*

15 *Commodum habere in consequentiam non derogat probationi nume. 16.*

20 *Publiciana quando datur contra habentem titulum.*

CONSILIVM XC.

In causa & lite inter illos de Bardellis ex vna, & Leonardum eorum aduersarium ex altera, visis dubita-

dubitationibus excellentissimi domini iudicantis, qui subtili
ingenio & copiosè quid fortasse contra illos de Bardellis ad-
duci potest in medium adduxit, tamen illis non obstantibus
puto esse concludendum prout infra dicam. ¶ Versatur igitur
principale dubium, an isti descendentes Modestini seu Petri
de Bardellis probauerint se esse de descendentibus Modesti-
ni antiqui, maximè per tria vel quatuor instrumenta cōfecta
iam sunt anni 56. vel circa, in quibus dicitur Pet. & Marcus
filii quondam Nicolai quondam Modestini, vendiderunt vel
permutauerunt dictam rem &c. & sic an dicta instrumenta
probent nunc contra Leonardum tertium possessorem bono-
rum, quæ fuerunt dicti Modestini, quòd isti agentes sint de
descendentibus Modestini, attento quod isti agentes probant
plenè se esse descendentes & hæredes dictorum Petri & Mar
1 ci. ¶ † Et ad ostendendum quòd dicatur esse probatum ꝙ isti
agentes sint de descendentibus Modestini adduco, quia do-
ctores æquiparant plura instrumenta probationis famæ vel
communis opinionis, adeò ꝙ in casibus in quibus probatio
communis opinionis vel famæ sufficeret, debeat etiam suffice
re probatio facta per talia instrumenta, ita colligitur ex not.
per glo. in c. cum olim, de censi. vbi glo. vult ꝙ instrumenta an
2 tiqua probent confines, ª & sic sicut in antiquis sufficit sola
probatio per famam, vt no. glo. in l. at qui natura. §. cum me
absente. ff. de nego. gest. quam ita intelligit Ang. in l. quidam
in suo. ff. de cond. insti. & in l. Titius. ff. qui. mod. pign. vel hy-
po. & sol. & not. Archi. 16. q. 3. in cap. inter memoratas. & ea.
causa. quæst. 7. in ca. sistentes. & Cyn. & Barto. in l. si quidem.
C. solu matr. & Inn. in ca. veniens. de verbo. signific. & Cyn.
in l. cum res in suo. de proba. & Bal. in auth. quas actiones, ad
fi. C. de Sacrosan. Eccl. & in l. cōuenticulam. C. de epis. & cle.
& in l. cum super C. de rei ven. & Bal. & Salyc. in l. proprieta-
tis. C. de proba. Bal. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. & Ant.
de Butr. in c. veniens. de verborum signifi. & Anto. de Butr. in
c. veniens. el 1. de testi. bene facit id quod habetur in ca. cum
causam. de proba. & in l. si arbiter. ff. de probat. & in l. 2. §. itē
2 Labeo, ff. de aqua plu. arcen. † & quòd dicta instrumenta etiā
æquipolleant famæ, voluit clarè Bald. Sal. & Pau. de Cast. in l.
cum aliquis. C. de iure deli. vbi quęrunt, an si reperiuntur plu
ra instrumenta in quibus dicatur, act. in tali loco, districtus
Perusii, intelligatur probari per illa instrumenta ꝙ ille locus
sit districtus Perusii, & certè quò ad ipsos inter quos sunt cō-
fecta instrumenta, nō habet dubium quòd probant. l. optimā.
C. de contrahen. & commit. stipu. sed quò ad alios, dicunt qđ
non probant nisi essent de antiquo, quia tunc inducunt pro-
bationem plenam sicut cōis opin. & expressè vult ibi Paul. de
Cast. ꝙ idē operatur ꝙ fama. & licet Bal. in d. l. cū aliquis post-
quam posuit prædicta subiungat dicēs, considera quod aut ta-
bellio aliquid scribit in instrumento circa circunstantias: &
dicendum est secūdum eum vt prędixit, aut circa qualitatem
personarum. & tunc ponit distinctionem vt ibi per eum. & sic
cum in casu nostro tractaretur de qualitate personarum, vide
retur attendendum sequentem distinctionem ibi positā per
Bald. quia respondeo ꝙ illa sequens distinctio posita ibi per
Bal. loquitur solum de veritate instrumēti quò ad easdem per-
sonas, inter quas confectum est instrumentum, vt patet in di-
stinctione sua & per iura allegata per eum, quātum autem ad
effectum probandi quo ad tertium de quo etiam supra, dixe-
rat non contradicit iam dictis. & nulla concludens rō diuersi-
tatis reddi posset quare non debeat inducere effectū famę pro
batio resultans ex instrumentis quo ad probandū confines re-
rum vel talem locū esse in tali diœcesi vel in tali territorio dñi
attento ꝙ causa probandi filiationem ēt sufficiūt probationes
per indicia, vt infra dicetur. Et sic responsio data ad dictum
Bal. in l. cum aliquis videtur sublata, dum dicebatur quod lo-
quitur in probatione confinium in qua sufficit probatio per
argumenta, & indicia, vt no. glo. in c. si Papa. de priui. in 6. vo-
lunt ergo omnes ꝙ dicta instrumenta operentur idem quod
fama, saltem vbi tractatur de eo ad cuius probationē sufficiūt
3 indicia. ¶ † Nec dicatur ꝙ Bald. in l. cum aliquis, loquitur quò
ad ipsos contrahentes tantum, quia imò loquitur quò ad ter-
tium, quia quò ad cōtrahentes, etiam si nō essent plura instru
menta antiqua, sufficerent. l. optimam. C. de contrahen. & cō-
mit. stip. & ita clarè intelligit ibi Pau. de Ca. verba Bal. & non
possunt operari illa verba ad fauorē tertii. s. dñi illius territo-
rii, in quo castrum esset situm, quin operentur in præiudiciū
alterius contrarium prætendentis. & sic Bald. loquitur in ca-
su nostro seu æquipollenti, vt dicta instrumenta adducuntur
ad fauorem contrahentium, sed ad commodum nepotū Mo-
destini, etiam quia nō essent hęredes dictorū contrahentium
vt infra ostendam, & etiam verba illa non fuerunt in dictis in-
strumentis prolata directa & principaliter ad commodū pro-
ferentium, adeò ꝙ fauor eorū non est in consideratione, vt in-
fra probabitur. modò sic, si talia instrumenta idem operantur
ꝙ fama, & nos habemus ꝙ licèt aliàs fama quandoq; plenè ꝓ-
bet, quandoque non, tñ quò ad propositū nostrū dicit Bart. in
4 l. de minore. §. si plurium. ff. de quæstio. † ꝙ fama quandoque
habet effectum ꝙ transfert onus probationis in aduersarium,
vt quando cōis opin. vel fama cōstituit aliquem in possessionē
alicuius qualitatis, vt libertatis, seruitutis, vel qualitatis simi-
lis. l. si mater. C. ne de statu defun. l. 2. C. si seruus aut libertus
ad decurio. aspir. lib. 10. idem not. Spe. in tit. de prob. §. pone.
ver. verum licet probatio &c. & Inn. in d. c. veniens, de ver. sig.
vbi hoc volunt procedere, etiam si talis fama sit in his q̄ fue-
runt a centum annis infra ergo in proposito sequitur quod ta
lia instrumenta cum probent idem quod fama, dicantur pro-
bare quasi possessionē filiationis & descendentiæ dictorū Mar
ci & Petri a Modestino, & per cōsequens transfertur onus pro
5 bandi contrarium in aduersarium. ¶ † Nec refert si dicatur ꝙ
iam erat mortuus Modestinus tempore quo facta sunt dicta
instrumenta, ergo non est tractandum de quasi possessione fi-
liationis, quia respondeo, tempore quo confecta sunt Mode-
sti esse in quasi possessione patriæ potestatis, erga dictos Mar-
cum & Petrum, quia iam erat mortuus pater. s. Modestinus an
tequam Petrus & Marcus essent in quasi possessione filiationis
seu cognationis & descendentiæ ex dicto olim Modestino, qa
etiam mortuo Modestino & Petrus & Marcus dicuntur esse
filii & descendentes Modestini & de eius familia & agnatione
vt declarat Bar. in l. si cognatis, in vlti. q. ff. de re. dub. & Pet. de
Anch. & Io. de Imo. in c. quia indicante, de testa. & Spec. in tit.
de instru. edi. §. restat. ver. pe. & in §. instru. ver. quid si ita. per.
l. pronunciatio. §. familia. ff. de verb. sign. vnde nihil repugnat
ꝙ mortuo Titio Sempronius se gerat pro filio eius, & ab om-
nibus habeatur teneatur & reputetur vt filius Titii, alias se-
queretur ꝙ si illico post conceptionem posthumi pater dece-
deret, & deinde nasceretur posthumus, ꝙ non posset dari qua
* si possessio respectu ipsius filii, & ꝙ possessio * filiationis dari
possit post mortem, est glo. in l. non ignorat. C. qui accu. non
poss. in ver. probauerit. iuncto tex. vbi glo. cum tex. vult ꝙ ma
ter etiam dicatur esse in quasi possessione maternitatis mor-
tuo filio, & illam glo. sequitur ibi Cyn. Ryn. & alii, & sic vide-
tur non bene dixisse Bal. in l. non nudis, alias non epistolis. C.
de proba. dum voluit fieri probationem filiationis morte, alte
rius ipsorum, scilicet patris. & filii, pro hoc etiam quia adhuc
possessio filiationis consideratur, quia tam ab aliis, quàm a pa-
tre fuit habitus & reputatus vt filius talis, vt per Barto. in l. 1.
quorum bonorum. & in l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt
6 sui vel alie. iur. ¶ Comprobatur prædicta, † quia si dicta instru
menta operantur idem quod fama, & constat ꝙ ad probandū
filiationem sufficit fama, vt firmat Iac. But. in l. quidam. ff. de
prob. & Ant. de But. in c. transmissæ. extra qui filii sint legi. qa
secundum eum hæc res de facili non est probabilis, vnde acci
pitur illa probatio quæ potest haberi vt ibi per eū, quod etiā
vltra allegata per eos probatur, quia sufficit probare filiationē
per indicia, ex eo quia talis probatio est difficilis, vt inquit gl.
1. ff. de prob. l. Lucius. ff. de condi. & demon. & l. si vicinus. C.
de nup. & l. filiū. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. sed vbi suf-
ficit probatio per indicia, videtur sufficere probatio per famā,
vt not. Barr. in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in 8. q. ff.
de ope. no. nunc. & sequitur Anto. de Butr. & Io. de Imo. in c.
7 si. de app. ergo per dicta instrumēta est probata filiatio. ¶ † Præ
terea dicit expressè Lapus Abbas quem sequitur etiā ibi Do.
de sancto Gemi. in ca. 1. de præscrip. in 6. quod si quæratur an
aliquo casu admittatur probatio communis opinionis quan-
do agitur de factis intra metam centum anno. adeò quòd ha-
beatur pro plena probatione. & dicit ꝙ sic, scilicet quādo agi-
tur de facto aliorum quàm contendentium in iudicio, & est
antiquum, nam talis probatio sufficit saltem ad fi. vt transferat
onus probandi in aduersarium, allegat no. per Inno. in d. c. ve
niens.

niens.de verb.sign.& alia de quib.ibi per eum.sed in casu nostro tractatur de facto aliorum quàm contendentium in iudicio, quia tractatur an Petrus & Marcus fuerint filii Modestini & etiam esset factum antiquum, vt patebit ex infra dicendis. & etiam patet ꝙ Lapus & Dominicus in d. c. 1. de præscript. accipiunt factum antiquum etiam quando est intra metam centum annorum, ergo satis expressè apparet ꝙ ista probatio secũdum eos operatur, vt transferatur onus probandi in aduersa-
8 rium. ¶ Ad prædicta † bene facit quia secundum Ant. de But. in d.ca. veniens, de testi. illud ꝙ dicitur ꝙ fama &c. vel communis opi. in antiquis sufficit pro plena probatione, habet locũ in his etiam quæ excedunt duntaxat tempus 40. anno. per no. per Inn. in d.ca. veniens.de verb. signif. & idem dicit Anto. de But. in c.quid per nouale. de verb. signif. & idem tenet Spe. in tit. de prob. §. probare. ver. & not. ꝙ præscriptio &c. Et licet nonnulli Moderni in hoc teneant contrarium, tamen non vi-
b detur posse negari, quin hoc committatur iudicãtis arbitrio,[b] quãdo dicatur antiquum, vt no. Io. An. in c. illud. de præsum. & ibi Ant. de But. & Ant. de But. in c.quoniam contra, de proba. circa medium ver. ad gl. intellectum sunt videnda tria &c. arg. l. 1. ff. de iure deli. & ca. de causis de offic. deleg. ergo dato ꝙ tempus 40. anno. non diceretur de antiquo, vt dicunt illi Moderni, tamen aliud est tempus 56. anno. de quo tractamus, & habito respectu ad communem vitam hominis, quæ videt̃
9 esse nostris temporib. breuior quàm erat antiquitus. † nec tũc videtur habere locum illa præsumptio ꝙ quis præsumatur vi-
c uere[c] per centum annos, vt gloss. nostræ dicunt si rectè rationem & cursum viuendi hodiernis temporibus inspiciamus. non video sanè quin iudex cuius arbitrio hoc committitur, debeat arbitrari hoc esse factum de antiquo, & illos Petrum & Marcum fuisse de descendentibus Modestini, attento quòd illa instrumenta fuerunt (vt arbitror) confecta in loco domicilii dictorum Petri & Marci, in quo erant verisimiliter noti ipsi & pater eorum, & si aliter veritas se habuisset, supposuissent se periculo perdendi bona quæ acquirebant vigore dictorum instrumentorum, in quibus ita nominabatur Petrus & Marcus Modestini, quia probato quòd ipsi non fuissent descendentes Modestini, non potuissent vti commodo dictorum instrumentorum nisi probassent errorem, cuius probatio plerunque difficilior est, debet ergo iudex multum adhærere his quæ verisimilia sunt l. ob carmen. §. fi. ff. de testi.
10 & plenè in c. in nostra de testi. ¶ † Iuuantur prædicta, quia si
d intelligitur esse probata quasi possessio filiationis,[d] vt dixi, sequitur ꝙ quasi possessio talis transfert onus probandi in aduersarium. l. non epistolis, cum gl. C. de proba. l. circa & l. si filius. ff. de proba. no. in c. Michael. de fil. presby. & per Cy. in d.
11 l. non ignorat. cum concor. ¶ † Et per prædicta apparet esse responsum ad l. non nudis. & l. non epistolis. cum ibi not. C. de prob. quia ibi tractatur de virtute vnius prolationis verborũ enunciatiuè factæ, propter aliud, & tunc faciunt adminiculũ, & probant vt ibi, quod tamen non haberet locum, vbi tractaretur de facto antiquo, quia tunc verba enunciatiua emissa propter aliud probant, vt no. glo. & doc. in c. cum olim. in gl. 1. de censi. & no. Ant. de Bu. in c. fi. de succ. ab intest. & in cap. quoniam contra. de probatio. & Ioan. And. in c. sine culpa, in mercu. & not. in ca. si Papa. de priui. in 6. sed in casu nostro in quo non producitur vnica expressio, producuntur plura instrumenta quæ etiam satis possunt dici antiqua & sufficientia, saltem quo ad transferendum onus probandi in aduersarium,
12 vt supra dixi. ¶ † Ex his est responsum etiam id quod dicitur ꝙ verba enunciatiua non faciunt fidem quo ad tertium, vt ꝑ Inn. in c. cum in iure. de offic. deleg. cum si. quia verum est. & præterquam ꝙ ibi concurrunt plura instrumenta quæ inducunt probationem famæ vel communis opi. & per Bal. Sali. & Modernos in d. l. cum aliquis. vel vbi agitur de probatione eorum, in quib. probatio sit difficilis, in probãda filiatione, quo casu sufficit probatio per indicia, vt not. glo. d. l. 1. ff. de proba.
13 & vbi sufficit probatio per indicia, tantum istud † committitur iudicantis arbitrio, quæ sunt indicia sufficientia, vt no. gl. & Io. An. in c. cũ in cõtemplatione, de re. iur. & Cy. in l. fi. C. de questio. & Bal. in l. 3. C. quorum ap. nõ recip. & in l. sicut. C. ad leg. Cor. de fal. arg. l. 3. §. eiusdẽ. de testi. & l. 1. §. expilatoris. ff. de effrac. vnde non mirandũ si aliis dñis iudicãtib. visum fuit arbitrandũ esse prædicta esse sufficientia indicia ad probandũ dictam filiationem, stantibus verisimilitudinib. coniecturis de quibus supra. Ad idem autem ꝙ dicebatur. l. ꝙ si verba Marci & Petri posita a notario in dictis instrumentis probarẽt & prodessent hæredibus suis, esset contra l. rationes. & l. exẽplo. C. de proba. respondeo ꝙ dicta verba non adducuntur vt pro sint Marco & Petro hæredibus eorum, sed vt prosint nepotib. aut descendentib. Modestini, etiam dato ꝙ non essent heredes
14 Marci & Petri, quia dictum feudum † receperunt Bellus & Modestinus pro se & filiis descendentibus, & sic nepotes Modestini non habent feudum hoc à Marco vel Petro sed a genere, id est ab auo. l. cum qui cum ibi not. per Bar. ff. de interdi. & releg. & no. Cy. in l. 3. C. de lib. & eo. lib. & clare Bal. in c. 1. in
15 tit. an agna. vel filius. cum concordan. † & eodem modo respõdetur ad no. in c. cum causam, de proba. ꝙ doc. ibi loquuntur, quando scriptura directè ordinabatur ad commodum ipsius scribentis vel loquentis, vt quia prælatus scribebat tale castrũ ad ecclesiam suam pertinere, non probat, etiam si sit de antiquo, nos autem loquimur in expressione verborum quæ non tendebant ad commodum loquentis directè, nam in instrumentis illius non dicitur ꝙ Marcus & Petrus dicerẽt notario, scribas ꝙ talia feuda spectant ad nos, sed dictum eorũ in consequentiam tendebat ad commodum nepotum Modestini, vn-
16 de aliud esse debet in casu isto, sicut † dicimus in legatario, qui potest testificari ad probandum solennitatem testamẽti in causa vertente inter hæredem scriptum & alium, quia principaliter non deponit circa id quod concernat commodum suum, licèt in consequentiam sic. l. qui testamento. in princ. cum ibi not. per Bar. & alios. ff. de test. & in l. omnibus. C. de testi. & in c. insuper. de test. facit. l. 1. ff. de autho. tuto. & ꝙ not. Lapus & Dominicus. d. c. 1. de præscrip. in 6. dum faciunt, an tractetur de facto ipsorum litigantium probando, an de facto tertii, q[uia] magis fauetur facilitati probationis, quando agitur de probando factum ipsorum litigantium, vt ibi per eos. Item doc. in d. c. cum causam dicunt illud esse in arbitrium iudicis, & in casu nostro cessat ratio suspicionis quod in fraudem fuerint illa verba prolata a Petro & Marco, & quia (vt dixi) si verum non dixissent, supposuissent se periculo perdendi bona, quæ acquirebant vigore illorum instrumentorum, in quib. nominabant se filios Modestini, si probatum fuisset quòd non essent filii Modestini, prout supra plerunque est difficile, & submittere se periculo probandi est habendum in consideratione, vt no. glo. in l. si pupillus. in princ. ff. de noua. & in l. ita tamen si pa-
17 ter. ff. ad Trebellia. & in l. pe. C. deposi. vnde testi. † cum alias non crederetur, quandoque creditur, scilicet quando cessat ratio suspicionis. l. non solum. §. de vno. cum ibi not. per Barto. ff. de ritu nupt. & in l. repeti. §. de quæstione. ff. de quæstio. no. in ca. postremò. de appel. cum simil. vnde illa ratio cauendi a damno suspiciendo facit cessare rationem suspicionis, & vna præsumptio tollit aliam. l. cum de indebito. ff. de proba. l. clarè. ff. de restitutio. in integr. istud autem cessabit in casu notato in d. ca. cum causam. & eodem modo responde ad not. per doc. in d. ca. cum causam. respondeo ad not. per Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua. versic. 57. cum sequen. quia est per om-
18 nia eadem ratio. ¶ † Non obst. quod not. Barto. in d. l. prima. in princ. ff. de bo. poss. secundum tal. quia ibi non constabat a quo illa verba essent prolata, & illa scriptura posita in lapidibus non erat authentica, Nos loquimur in verbis prolatis in instrumento publico scripto a notario rogato coram testibus. Præterea etiam scripturis talibus antiquis creditur quando continent aliquam enunciationem possibilem, vt not. Barto. & alii in l. monumentorum. C. de rei. & sum. fune. & Specu. in titu. de proba. §. videndum. versic. 9. & Barto. in l. 1. ff. si certum peta. & not. in d. ca. cum causam. & maximè in casu nostro, vbi concurrunt plura instrumenta. ¶ Non obst. dum respondetur ad not. per Bald. in l. cum aliquis. quòd loquuntur in facto de antiquo, & quod nos non sumus in facto de antiquo, quia ad hoc est supra multipliciter responsum, ideo non repeto. ¶ Nec obst. quòd alias posset sequi quid valde absurdum, si diceremus qd eo modo in trib. aut in quatuor instrumẽtis assererem me filium alicuius magni Ducis, & quòd inde ad centum annos vel citra successores mei possent se probare descendentes ex illo diuite, & petere eius hæreditatem, respondeo quòd ista absurditas cessat, maxime in casu nostro, si quis consideret quòd dato quòd per prædicta dixerim transferri

ferri onus probandi contrarium in aduersarium, nam aduersarius poterit probare veritatem in cōtrarium esse. vbi veritas ita se habeat, vt poterit per famam vel indicia, quæ sufficiunt in istis antiquis vt est dictum; & si non posset probare commodè, non deficeret ius, sed probatio, vt inquit text. in l. duo sunt Titii. ff. de testa. tut. & in casu nostro non est præsumptio fraudis & suspicionis, attento quòd dicti Petrus & Marcus si non fuissent filii Modestini supposuissent se periculo perdendi id quod acquirebant ex illis instrumentis, in quibus nominati sunt, vt filii Modestini. ¶ † Accedit quia illa mutatio nominis vel cognominis quæ fieret in casu prædicto quando nominarem me filium magni diuitis, cum nō essem & ad finem prædictum &c. esset delictum & crimen. l. 1. cum glo. C. de muta. nomi. l. falsi nominis. ff. ad legem Cornel. de fal. & nemo in dubio præsumitur velle delinquere. l. meri.. ff. pro soc. ca. fi. de præsumpt. cum ibi not. & sic videtur absurditas cessare, & magis procederent prædicta, si vltra prædicta instrumenta esset etiam per famam probatum quòd dicti Petrus & Marcus essent de descendentibus & filiis quondam Modestini, vt in quibusdam allegationibus deductum inuenio. nam vt supra, dixi illa sola probatio famæ sufficeret ad probandum filiationem, vt not. Anto. de Butr. in dicto c. transmissa. cum concor.

19 (at "nati sunt, vt filii Modestini. ¶ † Accedit")

20 ¶ † Quò autem ad vltimum dubium, scilicet quòd Leonardus habet titulum, & sic videtur quòd contra eum non possit actor agere Publiciana &c. respondeo, quòd illud fallit, nisi quando reus conuentus haberet causam ab eo qui a me agente rem conduxisset. hoc dico per not. per glo. in l. siue autem. §. si duobus ff. de Publicia. dum glo. dicit, si ego emi a Titio, & Titius etiam postea vendidit Seio, & Seius vendidit Caio, obtinebo in Publiciana contra Caium. & si Caius habuisset titulum ab eodem a quo ego prius habui, quia sicut ego vincerem auctorem ipsius Caii, ita debeo vincere Caium, quia author Caii seu Leonard. non potest plus transferre in eum quam ipse author in se haberet. eodem modo & multò magis in casu nostro, cum non posset author Leonardi si conduxit vel recognouit ab illis de Bardellis referre questionem dominii dictis de Bardellis, iuxta l. si quis condictionis. C. loca. nec potuisset obtinere in Publiciana contra illos de Bardellis, ita nec debet posse Leonar. ita ex allegationibus mihi transmissis possum cōiecturare rem in facto ita se habere, quia aliæ scripturæ non sunt mihi transmissæ. Vel si verum esset quod authores Leonardi habuissent casum ab authore illorum de Bardellis post concessionem & traditionem factam illis de Bardellis. vt not. per glo. in l. siue autem. §. si duobus. in glo. præallegata. Ad idē facit quod no. Ang. in l. si is qui bo. per illum text. ff. de acqui. hære. vbi dixit, quod vbi dicimus quòd ego non possum agere
* contra titu. possidentem, illud procedit, nisi ille * qui possidet tit. acquisiuisset ab eo qui nullum ius habebat, quia ille titulus non proderit, bene facit quod not. Bart. in l. cogi. in fi. C. de peti. hære. vbi videtur idem velle. & Ang. in l. Pomponius, alias incipit, si ex æquis. ff. de rei ven. ¶ Audio etiam quòd est deductum possessorium, & illud sufficeret, tamen quia non habeo libellum & acta super hoc, me vlterius non extendo, sed videant illi qui processum habent & acta, & vbi inuenient me in narratione facti defecisse rescribant & me instruant, vbi aliud in facto non concurrat propter quod habeam a prædictis reuocare animum, ero paratus subscribere & sigillare alterius rectius sentientis iudicio semper saluo, & præsertim celeberrimi & iustissimi domini iudicantis mihi maioris honorandi, qui semper æquitatem ante oculos habere consueuit, quæ in casu nostro si rectè sentio satis atque satis exuberat, eo maximè quia vbi non esset probatum istos esse de descendentibus Modestini nullis extantib. accrescent descendentib. Belli stantib. verbis inuestituræ prout stant, quod pro nunc aliter non discutio, quia causam istam non attingit. Alex. Tar. Imo.

ADDITIONES.

a ¶ Confines. supra lib. 4 consi. 12. supra lib. 5. consil. 38. nume. 11. infra lib. 7. consi. 94 in fi. Iaso. consi. 66. libro 4. Albe. Brun. consil. 34. Alex. consil. 42. Matt. Affli. decisi. Neapo. 83. infra eo. consil. 177. nu. 5.

* Et quod possessio.] Contrarium tenet Alex. consi. 25. col. pen. in fin. lib. 4. Pro quo facit quod dicitur de filio quondam Titii, Bart. & alii ad d. l. eius, qui in prin. ff. si cer. pet. Natta.

b ¶ Arbitrio. dixi in consu. Parisi. §. 5. num. 64.

c ¶ Viuere supra libro quinto, consi. 1. num. 42.

d ¶ Filiationis supra, lib. 1. consi. 2. num. 1.

* Nisi ille.] Nota quòd Publiciana datur contra possidentem cum titulo, quando titulus habitus fuit ab eo, qui nullum ius habet, idem dicendum in petitione hæreditatis. Natta.

## EPITOME.

STATVTVM quòd de damno dato stetur relationi notarij, nō habet locum si ex inspectione vel confessione accusatoris appareat de contrario.

## CONSILIVM XCI.

In causa inter Ant. de Mediolano accusatorem, & cōmune hominum villæ Viadagolæ se defendentis, profectò non video ꝙ commune vllatenus condemnari possit ad æstimationem damni seu asini de quo in accusatione. nam omne fundamentum Antonii cōsistit in relatione notarii referentis asinum fuisse vulneratum & mortuum in terra Viadagolæ & in area seu curia dicti Ant. & statutum disponit ꝙ relationi prædictæ stetur cum sacramento accusatoris, sed ita est licet statutum dicat debere stari relationi vel declaratio
1 ni alicuius, † tamen hoc semper intelligitur nisi euidenter & manifestè seu ex inspectione ipsius relationis aut declaratione contrarium probetur, quia licèt velint iura stari sententiæ a qua non fuit appellatum intra tempus debitum, quasi tunc sententia transiuerit in rem iudi. pro iustitia ipsius sententiæ præsumatur. ca. ꝙ ad consultationem, & c. cum inter. de re iudi. & in l. 1. C. de re iud. & ibi propriè dicit tex. ꝙ rebus iudica-
* tis * standum est, tamen hoc fallit, a nisi sententia contineat manifestam iniquitatem, quoniam tunc etiam si non sit error iuris expressus, nihilominus talis sententia nunquam transit in rem iudicatam, quamuis ab ea non fuerit appellatum intra tempus debitum, & sic tali sententiæ standum non est text. est not. secundum communem intellectum doc. in ca. inter cæteras. de re iudi. ¶ Vnde in proposito dicit gl. no. in c. ex conque-
2 stione, in verb. post appellationem de rest. spo. ꝙ † vbi est remota seu reiecta appellatio, non intelligitur reiecta quando sen-
* tentia * est manifestè iniqua, vnde etiam videmus ꝙ licet alias à sententia lata super possessione non possit appellari. l. 1. C. si de momenta. poss. fue. ap. tamen fallit, nisi sententia sit euidenter iniqua, secundum Bald. in d. l. 1. in ver. decimò quæro &c. bene faciunt not. per Bal. in l. 1. in princ. in ver. oppō. supra ne quis &c. ff. de ope. no. nun. & per d. Old. in consil. 106. incip. ꝙ literæ executoriæ. & per Bald. in l. 1. in princ. C. ne lice. tertio prouo. sed ita est in proposito ꝙ illa relatio est manifestè iniqua etiam ex inspectione ipsius relationis patet, quia dū notarius refert informationes quas habuit non refert ꝙ aliquis dixerit sibi ꝙ asinus fuerit vulneratus in guardiæ villæ Viadagolæ, aut ꝙ damnum sit datum in villa Viadagolę, nam solum refert ꝙ quidam Ant. io. dixit sibi ꝙ vidit dictum asinum vulneratum & mortuum in villa Viadagolæ, sed certè ex hoc non
* infertur quod asinus * fuerit vulneratus in villa Viadagolę, po-
3 tuit enim vulnerari alibi. † Cum ergo statutum velit teneri villam de damno dato in ipsa villa, oportet constare ꝙ damnum fuerit datum in villa, aliàs succumbit accusator. l. non solùm. §. sed vt probari, cum ibi plenè not. per Bar. in princ. in 1. q. ff. de ope. no. nun. ergo cum informationes quas refert habuisse dictus notarius, nihil sibi retulerint de loco in quo fuit vulneratus, sequitur ꝙ illa relatio notarii contineat ex sui inspectione manifestam iniquitatem. ¶ Nec obst. ꝙ dictus Anto. dixerit ꝙ credit dictum asinum fuisse vulneratum in terra Viadagolæ. quia testimoniū credulitatis nō est sufficiēs c. quotiens. cum ibi plenè not. de testa. & no. doc. in l. si quando. C. de test. Confirmantur prædicta, quia in dicta relatione continetur error expressus, patet quia in fi. dictæ relationis dictus notarius asserit se referre, vt supra scriptum est veridicam informationem habuisse dictum asinum fuisse vulneratum & mortuum in dicta villa & in dicta area, & tamen ex his quæ narratà sunt in ipsa relatione apparet quòd notarius non habuit veridicam informationem, quia solum audiuit ab vno deponente de credulitate, scilicet quòd credebat asinum in dicta villa fuisse vulneratum & mortuum, & constat quòd eo modo non
potest

potest dici dictum notarium habuisse informationem veridicam, quia
4 † veritas habetur ex his quæ visu percipiuntur, non autem per relationem vnius testis maximè deponentis de credulitate, ita no. Bar. in effectu in l. 1. ff. de interr. act. & in l. admonendi. ff. de iureiuran. & Bald. in l. in bonæfidei. C. de reb. cred. & doct. in ca. fi. de iureiurand.
5 † testis enim qui deponit de credulitate, non dicitur verus testis, quia non deponit de veritate, sed de credulitate. ita no. Anto. de But. in c. 3. in fi. de testi. allegat no. per glo. in l. 2. §. idem Labeo, ff. de aqua plu. ar. ergo errorem manifestum continet dicta relatio, ergo ei standum non est, per ea quæ supra dicta sunt, & per ea quæ refert Inn. in c. cum Bertoldus, in gl. in ver. concessimus. de re iudi.
6 vbi dixit quòd si † iudex dicat per A. & B. testes probatum est Titium mutuasse Seio 10. ideo condemno Seium. in 5. talis sententia erit nulla si testes illi non probabant, quia perinde est ac si esset error expressus in sententia qui vitiat. ita etiam tenet. Ant. de But. in c. ab excommunicatione, de rescri. & Ioan. de Imo. in l. qui Romæ. §. fi. de verb. oblig. & in l. ex diuerso. §. fi. ff. solu. matri. & Anto. de But. in d. c. in præsentia. de proba. vbi concordat opi. quam posuit Inno. in d. c. quoniam cōtra. & opi. quam posuit ipsemet Inn. in d. c. cum Bertoldus. & illa concordia sufficit ad propositum nostrum, quam concordiā etiam posuit Io. de Imo. in l. si is ad quem. ff. de re iud. ¶ Alia ratione principali apparet ꝙ debet absolui dictum cōmune: quia accusator respondendo positionib. confitetur ꝙ tempore quo asinus fuit vulneratus, nullus ibi aderat, nisi quædam puella quæ aderat ad custodiam dicti asini, & ex contentis in libello apparet ꝙ dictus asinus non fuit vulneratus in cortili dicti accusatoris, sed in strata publica, ergo ex forma statuti
7 villa hoc casu non tenetur. Nec obst. † si diceretur quod commune negauit contenta in libello, ergo non potest se fundare, sicut dicimus in eo qui negauit contenta in positione, vt not. Spec in tit. de deposi. §. 1. & Bar. in l. non vtique. ff. de exce. & in l. post legatum. in prin. ff. de his qui. vt indig. quia respondeo ꝙ per illam generalem negationem factam respondendo non videtur negasse omnes qualitates in ea contentas, vt not. Bar. in l. si dubitetur. §. ita demum. in fi. ff. de fideiuss. cum concor. & dato ꝙ etiam intelligeret esse negatum totū, tamen procurator vel syndicus dicti communis potest cōparere & allegare ꝙ quatenus appareat dictum asinum fuisse vulneratum in villa Viadagolæ verum est dictum asinum fuisse vulneratū in strata publica prout in petitione dicti accusatoris continetur, & quod reuocat dictus syndicus tantum aliam responsionem per se factam tanquam erroneam, & ꝙ dictus syndicus credit assertionem dicti accusatoris positam in libello inquantum dicit ꝙ fuit vulneratus in strata publica, & hoc modo poterit se fundare syndicus prædictus ex narratis in dicta petitione per dictum accusatorem, ita singulariter probat Bart. in l. post legatum, in prin. ff. de his quib. vt indig. ¶ Et pro hoc ap-
8 paret † non obstare, si dicatur ꝙ statutum velit quòd stetur relationi, non per hoc tamen est, quin si alio modo appareat quod contenta in relatione non sint vera, puta per assertionē accusatoris, nam tunc non debebit illi relationi stari, vt no. Io. But. & Bal. in l. 1. C. de re iud. & Bal. in l. 1. C. si aduer. liber. & Ang. & Io. de Imo. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infe. & Bal. in l. pe. C. de exc. tuto. & in c. 1. si de inuesti. inter do. lis ori. Pet. de Anch. in rep. c. canonum statuta. de consti. ver. vlterius quæro statuto cauetur &c. ergo per confessionem accusatoris apparet ꝙ relatio non est vera, & illa confessio accusa-
9 toris præfertur, quia † videmus quod etiam vbi aliàs cōtra præsumptionem iuris & de iure non admittatur probatio in con-
b trarium, tamen admittitur probatio per confessionem [b] partis, vt no. Cyn. & Bar. in auth. sed iam necesse. C. de don. ante nup. cum concor. ¶ Præterea (vt dixi) dicta relatio ex sui inspectione est erronea & iniusta, vnde ei non debet stari, vt pro-
10 baui. ¶ Item licèt † statutum dicat ꝙ non requiritur libellus, tamen non sequitur per hoc, ꝙ non requiratur qualisqualis petitio, quæ semper requiritur vbi aliàs non requiritur libellus, tamen statutum nō dicit quod accusator non possit sibiipsi præiudicare per confessionem suam, cui semper standum est l. cum te, C. de transa. l. fin. C. de fide. l. cum precum. C. de liberali causa. Et etiam bene aduertatur ꝙ nullus ex his à quibus accepit dictus notarius informationem dicit quòd credit vel sciat quòd asinus fuerit vulneratus in dicta area vel curia Anto. vt patet ex relatione. ¶ Præterea dictus accusator est sibi contrarius, quia in accusatione dicit quòd fuit vulneratus in strata publica, postea in positionibus seu responsionibus dicit quòd fuit in curia sua, ergo tanquam contrarius est repellendus. l. 1. C. de fruc. c. solicitudinem. de appel. ¶ Alia ratione est non potest obtinere, quia dictus Ant. accusat accusatione vulneris & damni illati in strata publica, relatio autem seu probatio facta est super vulnere & damno illato in alio loco, ergo obtinere non potest, vt decidit Bar. in l. denunciasse. §. quid tamen. alias est in §. qui vxori. §. quid tamen. ff. de adulte. in versic. 1. igitur quæro &c. ¶ Postremò non potest accusator obtinere, quia statutum vult quòd villa teneatur pro damnis datis si ignoratur a quo data fuerint, sed dictus accusator respondendo positionibus confitetur se dixisse corā fide dignis testibus quòd filius Iacobi Licii fuerat ille qui vulnerauit & interfecit dictum asinum, ergo tunc non potest dicere quòd non fue-
11 rat dictus filius quia esset contrarius, † & probatur hæc scientia ex eo quòd ipse ita extra iudiciū dixit, vt not. Bar. in l. Celsus. ff. de vsucap. in versic. quæro qualiter probetur mala fides possessoris cum tit. &c. & quòd not. glo. in l. Fulcinius. §. 2. in versi. 1. ff. ex qui. cau. in poss. ea. Et per prædicta patet ex pluribus quorum quodlibet de per se est sufficiens ad victoriam, quòd dictum commune debet absolui, & victus victori in expensis debet condemnari. Alexan.

ADDITIONES.

* Rebus iudicatis.] Ad idem facit, quia stari debet sententiæ arbitri siue æqua, siue iniqua sit, tamen manifestam arbitri iniquitatem superior potest corrigere ex officio, de primo textus est planus in l. diē proferre. §. stari. ff. de arbitris. secundum voluit Fulg. consil. 159. Seius & Augerius. in fin. Et de ar. principali ponit infra colum, sequen. Alexan. latius. Natta.

a ¶ Fallit supra, libro 3. consi. 77. num. 3.

* Quando sententia.] Idem Alexan. tenet consi. 97. colum. penul. infra eod. Dec consi. 49. fund. 5. & consi. 524. colum. fin. Aret. ad l. naturaliter. §. nihil commune col. 5. Natta.

* Quòd asinus.] Potuit adduci Pau. de Ca. ad l. pen. §. docere. ff. ne quis eum. vbi post Martin. Sylli. inquit, ꝙ si per statutum, villa tenetur pro homicidio in suo territorio commisso, & reperiatur aliquis occisus in illo territorio, non sufficit hoc ad condemnationem villæ, quia potuit occidi alibi, & eo corpus deferri.

b ¶ Confessionem. Alex. l. inter stipulantem. §. 1. de verbo obliga. l. a diuo Pio. §. si pignora. de ope. noui nunc. Hyp. Marsil. l. 1. § ad quæstionem. in fi. de quæstio. And. Alcia. trac. præsump. parte 2. nume. 5. Alex. infra lib. 7. consi. 62. num. 13.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum habens cum libera transigere potest.*
2 *Pecunia & fructus seruando non seruantur, & sine solennitate alienari possunt. nu. 3. 4. 5. & 6.*
11 *Frater potest in feudis acquirere fratri, saltem recipiēti ex causa onerosa & totum accrescit. num. 12.*
14 *Dicto cardinalis creditur.*
15 *Capituli consensus & decretum excludūt præsumptionem fraudis & læsiones. nu. 35.*
16 *Verba intelliguntur secundum naturam actus, etiam impropriando.*
17 *Pœna priuationis non habet locum, nisi vbi est expressum.*
18 *Feudum non redit ad dominum propter delictum nisi in dominum commissum, vel nisi sit delictum proditionis vel infamās damnatione secuta. nu. 19.*
21 *Feudum non amittitur propter alienationem quæ fit in consequentiam, sed requiritur alienatio volontaria & propriè sumpta, & traditio, & tunc ipso iure cadit, si tamen dominus velit. nu. 22. 23.*
24 *Patronus si euicit feudum a præscribente, non tenetur vasallo restituere. nu. 43.*
25 *Præscribitur contra laicum vasallum ecclesiæ 30. annis de iure communi. nu. 28.*
26 *Præscribi patiens dicitur fictè alienare.*
30 *Clausula, supplentes, & ex certa scientia. nu. 31. 32. 33. 41.*
37 *Dominus etiam vtilis facit fructus suos, secus in fructuario.*
39 *Concessio superioris facta spoliatori, valet vitio purgato.*
44 *Tempus petendæ inuestituræ non currit nisi a die scientiæ.*

CONSI-

## CONSILIVM XCII.

Perspectis diligenter pro viribus ingenij inuestituris hactenus factis in magnificos comites Robertum a Dalmatiis & Franciscum & Hor. Nicolaū eius nepotes de villa Sextitiæ, & eius pertinentiis vna cum quodam instrumento syndicatus capituli dictæ ecclesiæ, & quodam instrumento conuentionis celebratæ inter Abbatē sancti Petri de Nauaria ordinis Camaldulensis ex vna parte, & comitem Nauariæ ex altera, & eius confirmatione habita
a o.Ponti. Pio Secundo, & petitione producta per dominū N.episcopum ac commendatarium præfatæ ecclesiæ sancti Petri, & exceptionib. pro parte dictæ cōmunitatis Nauariæ oppositis & hæsitationib. & quæsitis inde eductis ac copioso & eleganti consilio pro parte dictæ cōitatis, superinde reddito insistam principaliter super q̄sitis illis, in quib. pondus consistere vī. reliqua verò vlterius non percurrā, eo præsertim q̄a abunde in præallegato consilio discussa sunt. ¶Vnde sup primo dubio quoq̄ritur, vtrum instrumentū syndicatus factum p̄ capitulum & conuentū dicti monasterij S. Petri valuerit, quo ad transigendū cū dictis comitib. videlicet Roberto, & eius nepotib. prout transactū fuit. vī mihi concludendū, q̄
1 sic, & maximè, † quia in dicto instrumento data fuit ḡnalis ptās cum libera expresse dictis syndicis, quæ ptās vires hēt ēt quo ad hoc.s.ad transigendum. l.mandato generali.iuncta l. procurator cui libera, & vtrobique no.ff.de proc.& in c.qui ad agendū, de proc.lib.6.& in proposito nostro, notant doc.
2 in c.contingit, de transac. † ¶Vnde pro fructib. perceptis per dictos comites ex dictis bonis super quib. transactū est, potuit fieri transactio, sine fructus essent consumpti, quo casu æstimatio, & sic pecunia pro fructibus. veniebat petenda. l.si vsusfructus mihi in biennium. ff. de vsufr.leg.l.hæres furiosus.§.fi.ff.de peti.hære.iuncta.l.in fideicommisso.§.fi.ff. de vsuf.l.eum qui in prin.& ibi no.Bar.ff.de his quib. vt indig. l.i.cum ibi no.per Cy.& alios, C.de pig. act. & declarāt Bar. & alii in l.ex diuerso.§.j.circa mediū.& etiam in fi.ff.de rei vend.& no.per gl.& doc.in l.diuortio.§.donationes.ff.solu. mat.vnde tunc in alienatione vel remissione dictæ æstimationis fructuum seu actionis competentis ad dictam æstimatio
3 nem non fuit necessaria alia superioris authoritas, quia † in alienatione pecuniæ, quæ fit per prælatum vel ecclesiā nō requiritur solēnitas decreti tanq̄ sint q̄ seruando seruari non possunt, vt no.gl.reputata sing.vbi doc.in l.1.§. fuit q̄situ.ff. ad Tre.& in aut.hi qui obli.phi.hab.res mi.§.q̄m aūt.& no. Bar.in l.si ex legati ff.de ver.obl.& in l.interdū. in prin. post prin.gl.ff.de cond.inde.& Bal.in l.si curatorē habens. C. de in inte.rest.mi.facit q̄ hr̄ in palea, eiiciens 87.dist.& in l.Aristo.§.fi.cū l.seq.ff.de iure deli.& insti.de vsuf.§.constituitur, & l.cū in plures in fi.ff.de admi.tut. vnde dicit in proposito Bal.in l.ēt.C.de fideiuss.q̄ prçlatus pōt pecuniā mutuare seu
4 alienare sine solennitate, alleg.no. in d.§.fuit quæsitū. ¶† Siue ēt fructus ipsi deberentur seu extitissent, adhuc potuit fieri alienatio & transactio super eis, quia dn̄r de reb.quç seruādo seruari non possunt, & quæ vsu consumuntur. l. si cui. & quasi per totū ti.ff.de vsufr.earū re.quæ vsu consu.& d. §.cōstituitur.& in præal.l.Aristo.cum seq.& l.is cui. §. qui legatorum.ff.vt in poss.leg.facit quod no.gl.repu. sing.in l.1.C. si aduer.vsuca.& ibi doc.& gl.& doc.in l.diuortio, §.interdū in verbo, reddet.ff.so.ma.& Ang.in l.procurator.ff.de p̄c.& q̄ no.gl.in l.procuratorē.in ver.desideramus.C.de procu. p
5 quam † vult Ang.q̄ tutor vendere pōt omne frumentum, & fructus pupilli etiam si essent tales qui vltra triennium seruari possent et si vellent ante confectum inuentariū, quia dn̄r esse res in quib.dilatio est periculū allatura, iuxta, l.tutor.quæ possunt alienari p̄ administrationē pupilli aut adulti sine solennitate, vt est dictū, ita possunt alienari per p̄dictū ecclesiæ sine solēnitate seu authoritate superioris c.nulli, cū gl.in verbo immobilia, & ibi do.de reb.eccl.nō alie.in 6.& gl.12. q.
6 2.in summa. ¶Et sicut dixi alienari † posse fructus vel pecuniā sine solēnitate, infertur q̄ idē sit in remissione vel translatione actionis cōpetentis ipsi ecclesiæ ad fructus vel pecuniē q̄a idē iudicamus p̄ ipsa actione p̄ut iudicamus de ipso ad q̄ dr̄ dari actio, vt no.gl.in aut.de non alie.gl.& doc.in l.1.C.si aduer.transac.& no.Cyn.& Bart.in l. potest pupillus ff. de auth.tuto.& in l.mouentium.ff.de verb.signifi. & Ioan. An. in addi.Specu. in titul. de fruct. & inter. §.1. in addi. inc.ali qui dicunt etiam, & in ti.de inst.edi.§.nūc verò aliqua. in addi.incip.scire debes.& doc.in d.c.nulli.& in d.c.2.de reb.eccl.non alie.in 6.& no.Bal.in l.sciendum, de cog. feu. & in c. 1.in fi.principii, de pace tenenda.& Ang.in d.§.fuit quçsitū.
7 ¶Potuit † etiam Abbas dicti monasterii, & dictus do.Io.vigore etiam mandati sibi concessi per capitulum dicti monasterii in feudum concedere præfatis comitibus dicta villa, saltem attento q̄ vt præsupponitur, erat consueta dari in feudū perpetuum, vt habetur in c.ex parte, cum ibi no.extra de feu. c.1.de clerico qui inuesti.facit c.1.Episcopum vel Abbatem & no.gl.& doc.in c.1.in prin.in ti.qui feu.da.pos.& no. in c.super rebus.de reb.ecc.non alie.& in d.c.frequens.de exc. præla.in glo.in verbo, ad mensem, & Bar.in l.fi. C.de bo.vacan.li.10.& in auth.qui rem.C.de sacros.eccl. & Bal. in l.ēt ff.sol.mat.& in auth.hoc ius porrectum, C.de sacros. eccl.& plenè ponit Io.Cald.in consi. 192.incip. Articuli super qui
8 bus. ¶Et per tantum † temporis diuturnitatem posito q̄ aliqua solennitas requireretur, præsumeretur illam interuenisse, attento q̄ præsupponitur vigore dictæ inuestituræ, illam
a fuisse possessam per annos quadraginta [a] & vltra. ita expressè decidit in quadam transactione monialium Petr. de Anc. in consi.13 6.inci.Sex consiliis.allegant no.in c. ea noscitur, de his quæ fi.à præl.& in c.innotuit, per Inn.de eo.qui fur, or.susc.& no.per Bar.in l.actor.ff.rem ra. ha. facit.l. qui in aliena.in prin.cum ibi no.per doc.ff.de acq. hær. & in l.si filius, C.de pet.hær.& in c.peruenit.de emp.& ven.& in l.cū de in rem verso.ff.de vsur.& not.Ang.& Mnder. in l.sciendum.ff.de ver.ob.& notant doc.in c.Albericus, de testi.& in c.illud.de præsump.& Cy.& alii in l.si emancipatione.C.de fide instr.& Bar.de iureiu.in l.admonendi, in ver. quæro, q̄ si reperiuntur dicta testium, & non reperitur iuramentum.
9 ¶Circa secundam † verò dubitationem in qua quæritur, q̄d iuris de dicto instrumento curationis in persona dictorum pupillorum nepotum dicti comitis Roberti, per quod fuit datus dominus Angelus Hispanus curator dictis pupillis ad lites, & sic non videtur datus ad transigendum, & ad dictam inuestituram recipiendam. dico breuiter in hoc non oportere insistere, vt mihi uisum est, quoniam duorum alterum fateri necesse est, scilicet q̄ dictis nepotibus acquisitum fuerit
* ius dicti feudi ex tempore quo appareret ratificasse, * dictam confessionem nomine eorum receptam. l.communis seruus §.1.ff.de acqui.pos.l.si ego.ff.de neg.gest.& per Bar.plenè in l.qui mihi donatum.in prin.ff.de dona.& Dyn. in consi. 15. quod pro notabili reassumpsit Bal.in c.j.ad fi.C.quando lic.
10 ab emp.disc.& idem † esset si non ipsi pupilli sed hæredes sui ratificassent, quia potuissent.l.si suis.§. si procurator. ff. rem rat.hab.& in l.si ab vno, & ibi no.doc.maximè Bal.C.de neg. gest.& no.Dy.in c.ratum, de reg.iur.in 6.& Bar.in l.bonorū.
11 ff.rem ratam hab. ¶Fortius dixit † no.Bal.in l.fi.C. res, inter
b alios acta, quod in feudis potest acquirere fratri, [b] etiam si in concessione non dicatur quod frater recedit nomine fratris sui absentis, sed satis est q̄ dicatur concedo Titio tale castrū, in feudum, ita quod habeat ipse, & fratres eius in feudum. nam hoc casu in feudis acquiretur fratri ex contractu fratris, non tam ex contractu fratris quam ex beneficio domini. ita dicunt voluisse Rofr.in sua laudabili summa feudorum, in c.j.§.sinautem vnus, in ti.qui feu.da.pos.quod reputat Bald.
12 in d.l.fi.esse valde no.& idem dicit ibi Sali. ¶ † Vel si ex dicta cōcessione nullum ius sit acquisitum dictis pupillis, vel eius hæredibus, oportet quod dicamus, q̄ tota illa concessio fuit consolidata in personam dicti comitis Roberti, quia quando ex causa onerosa, prout in proposito fit concessio in emphyteusim duobus, tunc si in persona vnius non valuit, totum accrescat alteri in cuius persona valuit. ita inquit Bar.in l. si mihi & Titio.ff.de ver.obli.quem alij ibi quantum ad propositum nostrum sequuntur per l. fundus ille ff. de contrahen.emp.& no. Cy.in l.fi.C.de inut.stip.& Bald. in auth. si quas ruinas.C.de sacros.eccl.& Sali.in l.j.in 12.q. C.quando non peten. par.& est de mente Bald. in l.vnica.§.penult. C. de caduc.tollend. præcedens tamen responsio magis placet, maximè, quia vt in tertio quæsito narratur, dicti pu
13 pilli effecti maiores iura dicti feudi, & dictam villam † per

G multos

multos annos tenuerunt & possederunt, & sic consequẽter ratificauerunt, & saltem si appareat de eorum protestatione annua illius equi promissi in inuestitura per ea quæ habẽtur in l.cum de in rem verso,cum materia.ff.de vsu. & in l.si certis annis.C.de pact.& in c.peruenit,de censi.& in c. si quis.ꝑ 30.in tit.si de feu.fue.contro.inter do.& agna.& in c. fi.cũ ibi no.per Bal.de feu.da.in vicem legis commiss. & declarat Bald.ff.de rerum diui.in l.j.in 4.q.¶Et per ea quæ dicta sunt in prima & secunda dubitatione, superuacuum est insistere, in tertia.¶Quantum vero ad quartam dubitationem in qua quæritur, posito ꝙ dicta instrumenta syndicatus dicti monasterij, & dictæ curiæ non fuerint sufficientia, an saltem transatio censeatur valida,eo ꝙ munita fuerit dictis Cardinalib. commissarijs Papæ,& interuenerunt tot notabiles viri amici vtriusque partis ꝙ postea cesset omnis præsumptio doli & læsionis,quamuis hæc dubitatio mihi redditur quasi superflua, stantibus quæ circa superiores dubitationes dicta sunt,tamẽ adhuc dico ꝙ ex hoc capite non videtur ꝙ possit allegari aliquis defectus,attento quod duo Cardinales asseruerunt sanctissimum dñm N.Vrbanum licentiam dedisse dicto Abbati vt dictum contractum faceret,prout in instrumento con-
13 licèt vniuersis. ¶Accedit † ad probandam fidem dictorum testium,quia non versimilia deponunt, tum quia non est verisimile quod Constantius mutauerit voluntatem, cum non præsumatur mutatio, nec quod fratri petenti tantum vnam equam responderit se donare equam & domum, & ortum, prout hæc deduxi in consilio. ¶Nec dicatur quod verisimilius est quod magis voluerit legare fratri quam extraneo tanquam magis dilecto,quia respondeo,quod testes non dicunt, quod legauerit,sed prætendit Bartholomæus probatum esse per dictos testes de donatione inter viuos, quæ non est verisimilis,quia nullus præsumitur donare in dubio.l.cum de indebito.in prin.ff.de proba.c.super hoc,de renun.l.si cum aurum.ff.de solu.sed relinquere hæreditatem hæredibus nō est contra iuris præsumptionem,imò est alienatio necessaria.l.ex hoc edicto.§.alienare.ff.de alien.iud.mut.cau.fact. ¶ Nec est verisimile, quod Constantius voluerit se inter viuos spoliare fere omni substantia sua,& eandem dare fratri.l.præses.cū re.C.de seruitu.& aqua.¶Vltimò extat defectus insinuationis requisitus ex forma statuti intra tempus vnius mensis, & aliter annullat ipso iure donationem,& licèt Bartholomæus obtinuerit rescriptum, quod sibi terminus statuti ad insinuandum non curreret,eo quia de donatione per scripturam non constabat,nisi a die quo de donatione per scripturæ legitima documenta appareret,& tamen post examinationem & publicationem testium est elapsus mensis,& donatio non extitit
14 insinuata,vnde dico ꝙ per hoc est exclusus. pro hoc† allego glo.in l.fi.C.de edicto diui Adri.tollen.in verbo depositionib. quæ vult ꝙ beneficium illius legis quod datur hæredi producenti scripturam testamenti non cancellatum, habet locum etiam in hærede instituto in testamento nuncupatiuo condito coram testibus,& de quo nulla fuit facta scriptura,dum modo testes illi fuerint recepti & publicati ad probādū testm̄ nā illa scriptura attestationū,sufficit acsi fuisset factū istr̄m.& illā gl.cōiter ibi approbāt doc.& dicit ibi Ang. illā esse singu-
15 larē & p eā † infert [c] vnū ꝙ dicit esse mirabile & singulare,s.ꝙ
c si ex forma statuti instra guarētigiata vel cōfessionata hn̄t executionē paratam,& contingat ꝙ de debito nō est factū instr̄m sed tn̄ per testes ꝓbari pōt debitum, & ꝙ corā iudice debitor confessus fuit debitū, vel pōt probari ꝙ notarius fecit debitori pceptum guarentigiæ, si fiat hmōi ꝓbatio per testes,& redigantur in scripturā, talis scriptura habebit dictam executionem paratam,& pro hoc ēt allegat notata per Inn.in c. fi. de fide instr.& illud dictum Ang. ēt approbaui legendo dictam l.fi.qn̄ essemus in casu in quo non obstaret, ꝙ testes lite non

contestata essent recepti, nec obstarent notata per Bart. in l. creditores, in 5. q. C. de pig. cum simil. Ex quibus concludo dictum Bartholomæum non posse se de iure ex prętensa illa donatione tueri Alexand. Tartag.

## ADDITIONES

a ¶Differentia, ꝙ vsurarius mentalis teneatur ad restitutionem, sed non symoniacus mentalis, tenent Vincen. Host. Io. And. Panor in c. consuluit de vsur. Henric. Bohic. in c. ciuitate, de vsu. glo. in c. fin. & ibi Card. Flor. de symo. Io. And. in mercu. peccatum. in fi. & ibi Phi. Fran. de reg. iur. in 6. Archi. c. si fœneraueris. 14. qõne. 3. Pet. de Anch. rep. c. peccati venia. qõne j. in fi. de reg. iur. in 6. Laur. de Rodulph. rep. d. c. consuluit q. 3. Car. Flor. in clem. vnica. in princ. qõne xxv. de vsur. Archiepiscopi. Flor. par. ij. c. 7. §. xxxv. ꝙ non teneatur restituere parti sed pauperibus verũm vt dixi in tract. vsur. super l. eos C. de vsur. tenet Paul. de Leaza. clem. j. de vsuris. Anto. But. consi. xv. Occurrentibus. Card. Flor. c. consuluit. de vsuris Ricar. in 4. senten. distin. xv. q. v. artic. v. Sco. in eadem dist. Ang. Claua. in summa. ver. Restitutio ver. vsurarius. Gabriel. in 4. senten. dist. xv. qõ. 11. dub. penul. summa Syluestri. versi. vsura. 6. q. 3.

b ¶Ecclesiæ. Felin. c. ad audientiam de rescrip. & ita tenent omnes canonistæ, exceptis Henric. Boich. in cap. j ne prælat. 6. suas, & Panor. in c. extirpandæ. Repet. §. quia verò, & fi. de præb. vbi dicunt, (& bene) hoc non esse verum in habentibus administrationem sacramentorum vel clauium, vt tradit Tho. Aqui. secunda; secundę. q. c. artic. j. in fin & omnes Theolo. & hoc esse de iure diuino immutabili prohibitum probat Gre. Nazãzenus, & habetur j. q. j. c. qui studet.

c ¶Infert. Hippo. Marsi. sing. 484.

## SVMMARIVM.

1 *Testis qui non scit plene factum, non probat.*
2 *Testes varij non probant.*
3 *Testis non potest addere nec detrahere primæ depositioni.*
4 *Testes plures singulares ratione loci non probant semiplenè.*
5 *Interrogari petens non videtur affirmare.*
6 *Laudum liquidum non potest exequi.*

## CONSILIVM XCIIII.

Viso processu inter fratrem Nicolaum de Rasponis de Rauenna agentem & spectabilem equitem dominum Narinum de Raspouis se defendentem coram tribunali potestatis & capitanei Rauennæ, & visis literis præfati domini Potestatis me requirentis, vt consulam quæ futuræ sint partes suæ in pronunciando, in dicta causa duo principaliter discernenda sunt. Vnum est, vtrum sit probata exceptio concordiæ opposita pro parte dicti Narini. Secundò posito quod non, vtrum debeat executioni mandari laudum, seu sententia arbitrorum confirmata per iudicem ad quem fuit pro parte dicti domini Narini reclamatum, prout petitum est pro parte dicti Nicolai. ¶Circa primum respondeo non esse legitimè probatum pro parte d. Narini ex pluribus. Primò, quia pro parte dicti Narini deducitur, ꝙ in dicta concordia fuit conuentum quod de terris quarum frater Nicolaus petebat dimidiam vigore laudi deberent deduci primò, & ante omnia per dictum Narinum certæ petiæ terrarum præscriptæ, in certo folio chartæ tunc lecto dicto Nicolao quæ dicebantur per ipsum Narinum non fuisse nec esse de illis possessionibus, sed Raspanorum aliunde peruentas ad Ioannem Rasponum patrem dicti Narini, & tales terræ non debent poni nec computari in mensura terrarum facienda pro exceptione laudi, & quòd in summa & quantitate terrarum, quæ debebat assignari dicto Nicolao, deberent computari vigintisex tornaturæ quæ dicebantur venditæ per dictum Nicolaum, cuidam Zardino, & ad prędicta probandum sunt pro parte rei inducti, & recepti tantum duo testes, scilicet Franciscus de Guidarellis & ser Natalis de Bononia camplor, qui in multis peccant, propter quod non probant sufficienter: nam dictus Franciscus dicit se non recordari quod tempore concordij frater Nicolaus & dominus Narinus conuenerint, quod in quantitate terrarum, quæ debebant assignari Nicolao, deberent computari dictæ tornaturæ viginti sex, & sic ipse testis nescit plenè factum concordiæ quomodo se habuerit, &
1 testis, † qui plenè [a] nescit factum non probat, vt voluit glo.
a nota. in l. Lucius, in verbo, debeant. ff. de his qui notantur.
* infamia saltem cum ista sit pars substantialis, * ipsius concordiæ. Item circa contenta in illa parte concordiæ peccant etiam dicti testes, quia Natalis dicit quod actum fuit in dicta concordia de petia terræ posita in tertia postea dicti filij deberent detrahi septem tornaturæ, sed alius testis, scilicet Franciscus asserendo contenta in capitulo esse vera, deponit in effectu fuisse actum, quod octo tornaturæ ex quatuordecim deberent deduci per dictum Narinum, tanquam illæ octo tornaturæ non fuerint communes dictorum de Rasponis, sed acquisitæ aliunde per dictum Ioannem, & sic testes prædicti ratione varietatis, & contrarietatis non probant, l. qui falsa. ff. de testibus cap. in nostra. cum ibi plenè nota. de
2 testibus, † variant etiam dicti duo testes in loco, quia Franciscus dicit fuisse factam concordiam ad banchum Natalis, sed dictus Natalis in prima examinatione dicit quod fuit in camera dominorum sapientium, ideo non probant. sicut dicimus de testibus Susannæ. 3. quæ. 9. nihilominus, & 25. qõ. 6. de parentela. & no. glo. & docto. in l. testium. C. de testi. & posito quod per multiplicationem actuum posset intelligi ꝙ vnus testis loquatur de concordia facta ad banchum Natalis. alius testis possit intelligi quod loquatur de eadem concordia repetita in camera sapientium vel contra, iuxta ea quę habentur in cap. cum tu. de testi. & in cap. nihilominus. cũ glo. superius alleg. tamen non per hoc probabunt, quia remanent omninò singulares, cap. licet causam. de probatio. cap. cum dilecti. de electio. & in proposito no. Ioan. Andr. in addit. Spec. in titu. de teste. §. iam de interrogatoriis, super versic. quid si vnus testis. ¶In tantum quod nec etiam dicerentur semiplenè probare, vt not. signanter Salic. in d. l. testium. in 9. q. quia licèt ex diuersitate & multiplicatione factorum, testes iuuari possint ne in falsum incidant, tamen nihil probant, quia quod factum ex illis de quibus testes deponunt in iudicio sit deductum, iudex ignorat secundum eum, bene facit quod no. Bald. in rub. de contro. inuest. & in l. vt iurisiurandi. C. de testi. in ver. deinde noto rationem &c. & in l. de quibus. ff. de legi. & Anto. de But. in cap. cum tu. in versi. vel secundò, &c. ¶ Non obstat etiam, si diceretur quòd dictus Natalis in secunda examinatione facta super assertis capitulis tertiæ modulæ dixit, quòd dictum concordium fuit factum primò ad banchum ipsius testis, & demum etiam eodem modo in camera dominorum sapientium, quia respon-
3 deo † quòd ipsemet testis ad instantiam dicti Narini secundo
b loco examinatus non potuit declarare & addere primæ [b] examinationi circa ea quæ dependent a primo testificatu, prout ipse fecit, vt est glo. no. in §. quia verò, in verbo, non habebit in authen. de testi. quæ est vbique ab omnibus approbata & not. glo. in cap. in præsentia. in verbo dubium, de proba. nec fuit restitutus in integrum Narinus saltem ad istud, scilicet ꝙ ipsemet testis qui fuerat examinatus, posset repeti, vel addere circa ea quæ primo testificatu dependebant, potest etiam responderi, quod vltra hoc dicti testes non probant ex alijs
4 rationibus de quibus suprà dixi. ¶ Et per prædicta † patet, dici non posse quod saltem semiplenè sit probatum concordiam, & debebat deferri Narino iuramentum in defectum semiplenæ probationis, iuxta id quod habetur in l. bonæ fidei. C. de rebus cred. & in l. admonendi. ff. de iureiu. & in c. fin. de iureiur. quia respondeo ꝙ dicti duo testes inspecta prima examinatione sunt adeo singulares ratione loci quòd nõ probant etiam semiplenè, vt apertè decidit Salic. in dicta l. testium. in 9. q. & alii, quos supra retuli, & non obstat declaratio & additio facta in secunda examinatione, quia non releuat, vt supra fuit ostensum. ¶Præterea prout continetur in scriptura producta pro parte dicti Narini sub die nona Octobris, ista est causa magna & magni valoris, in qua non venit deferendum iuramentum in defectum semiplenæ probationis, vt no. per glo. & doct. in d. l. admonendi. cum cócor. s. alleg. & no. Spe. in ti. de iur. dela. ver. si autem sit & ẽt testimonium alicuius ex dictis testibus non videtur integrum ꝓpter alios defectus de quibus s̃. dixi, ex quibus etiam vltra varietatem loci apparet eos adinuicem repugnare, igitur non est tractandum de delatione dicti iuramenti, quæ locum nõ habet quomodocunque aliquid diminuatur de fide testis, vt no. p gl. & doc. in l. j. C. qui & aduer. quos & in l. etiam matris. ff.
5 de ꝓb. & per Bar. & alios in d. l. admonendi. ¶ Non ob. † ẽt

prædictis

prędictis si dicatur quod ex deductis in interrogatorijs dicti Nicolai videtur ipse fateri dictam cōcordiā factam esse, put opponitur & asseritur pro parte dicti Narini, quia hoc caret iuris veritate, quia ille qui petit interrogari, non videtur affirmare & confiteri, vt not. Cy. in l. 2. §. quod obseruari, ver. 4. quæro in quo differant &c. C. de iura. calum. & Spec. & Ioã. And. in titu. de positio. §. 4. circa prin. & Barto. & Bal. in l. 1.
6 ff. de interroga. actio. ¶ Circa † secundum dubium an atento φ non intelligatur esse legitimè probatum de dicta cōcordia, debeat dictum laudum in sententia eius confirmatoria executioni mandari stante statuto sub ru. de compromissis faciē dis &c. Breuiter respondeo quod cùm dictum laudum non sit per se liquidum, nec etiam per probationes dicti Nicolai
c fuerit liquidatum, non potest executioni mādari, imò prius [c] debuit liquidari, quia aliter non obstante dicto statuto non meretur executionem, vt Bart. in l. 1. C. de sent. quæ sine cer. quant. & in l. proinde. §. notandum. ff. ad legem Aqui. & in l. 1. in princ. per ibi no. per gloss. ff. de edendo. & in l. 1. in fi. ff. de leg. & Bald. in l. 2. C. de execu. rei iud. & in l. cum testamēto. in fi. C. de testa. manu. & Bal. in additio. Spec. in titu. de except. in fi. in 1. parte. bene facit. l. fin. cum ibi no. C. de compē. ¶ Quòd autem laudum ipsum non sit liquidum, patet, quia in laudo declarat φ ipsi arbitri adhærentes instrumento diuisionis factæ inter dictos de Rasponis rogato per ser Franciscum de Fabris laudant quod terræ possessionis de Paradella & Sancto Stephano tam laboratiuæ quā pratiuę & boschose quæ tempore dictæ diuisionis & ante tenebantur & possidebantur per dictos de Rasponis, & quę erant communes in ter eos diuidantur hoc modo, quia Narinus & eius frater habeat dimidiam integram dictarum terrarum & φ omnes terræ prædictæ tentæ & possessæ per quamlibet dictarum partium debeant mensurari, & diuidi, vt supra firma manente diuisione iam facta de terris possessionis de Paradella inter quōdam Ioannem prædictum & dictum Nicolaum, saluo quòd si vna pars haberet plures terras quam altera de ipsius terris laboratorijs, debeat communicari inter eos & diuidi æqualiter, vt supra, & sic apparet φ in dicto laudo non sunt appositi certi confines, nec etiam in dicto instrumento diuisionis, & per consequens terræ non sunt certificatæ & liquidatæ. l. forma, in princ. ff. de censi. & l. si in rem. ff. de rei ven. meritò oportebat liquidari quæ erant illæ terrę de Paradella & Sancto Stephano, quæ tenebantur & possidebantur tempore diuisionis & ante per dictos de Rasponis in dicto instrumēto diuisionis nominatos vt communes, inter eos rite fuit exceptum pro parte dicti Narini in scriptura producta sub dicta die nona Octobris. ¶ Ex quibus concludo partes iudicantis esse in pronunciando non esse pro parte dicti Narini probatum legitimè de concordia per eum allegata, & sibi non esse deferendum iuramentum in supplementum probationis; & dictum laudum seu sententiam eius confirmatoriam nō esse exequendam tanquam non liquidatum, nec liquidatam, reseruato dicto fratri Nicolao iure liquidandi. Et vtranq; partem ab expensis absoluere, quia vterque est victus, & victor. Alexand. Tartag.

ADDITIONES.

a ¶Plenè. sup. li. 3. consi. 33. nu. 21.
* Pars substantialis.] Et sic Alex. hic sentit, quòd licet testis non plenè deponat de facto circa alia, satis est quòd plenè deponat de substantia, vnde valet dictum testis deponentis de promissione, licet non deponat de causa, vt per Ias. in l. admonendi in repetitione de iureiur. col. 77. vbi dicit dictum unius testis imperfectum, suppleri per alios testes, de quibus etiam ibi ponit Fran. Cur. col. 68. & in no. casu scribit Ias. consi. 42. col. 3. lib. 1. Natta.
b ¶Primæ. sup. li. 2. consi. 221. nu. 13.* Adde tex. in c. præterea vbi gl. * & Doct. de testi. cogen. Natta.
c ¶Prius. sup. li. 5. consi. 236. nu. 5.

CONSILIVM XCV.

Lege. sup. eo. lib. consi. 41. quod hic duplabatur.
Consi. 96. Lege. sup. lib. 2. consi. 32. quod hic duplabatur.
Consi. 97. Lege. sup. lib. 5. consi. 113. quod hic duplabatur.
Consi. 98. Lege. sup. lib. 5. consi. 10. quod hic duplabatur.

SVMMARIVM.

1 *Concessio generalis non extenditur ad personas odiosas.*
2 *Iudæi sunt ciues & vtuntur legibus loci etiam delinquendo, & non puniuntur maiori pœna quam statuti loci.*
3 *Ciuis ex priuilegio cum clausula, in omnibus & per omnia, non differt à vero ciue. nu. 6.*
7 *Immunitas concessa incolis extenditur ad Iudæos.*
9 *Adulterium cum nupta meretrice, non est punibile.*
12 *Iudæi non subsunt ecclesiæ, nisi habeat iurisdictionem temporalem in loco, nec pro blasphemiam puniuntur, nisi per iudicem secularem. nu. 13.*
14 *Iudæi non sunt personæ odiosæ, nec possunt expelli sine causa. nume. 15.*

CONSILIVM XCIX.

Visa inquisitione formata contra Abraham olim Angeli Hebræum ex eo quod carnaliter cognouit Benedictam Christianam vxorem Bartholomæi de Cultolinis & visa eius confessione & statuto loci sub rubr. de pœna cōmittentis adulterium, in quo cautum est quod si quis adulterium commiserit, in libris centum condemnetur, & visis etiā decretis apostolicis maximè Pij Secundi; videretur prima cō
* sideratione * dictum Hebræum esse pęna vltimi supplicij plectendum, & non in libris centum, vt statutum disponit, qa de iure communi pœna maioris adulterantis est pęna vltimi supplicij. l. quamuis. la 2. C. de adulterijs. l. quamuis. l. ne qs. C. de Iudæ. & Insti. de publi. iudi. §. inter illa. & dicit Salyce. in d. l. ne quis. quod licèt in muliere adulterāte sit hodie correcta pęna iuris antiqui, quia hodie non est pęna vltimi supplicij, sed vt detrudatur in monasterium, secundum qđ habetur in auth. sed hodie. C. de adulter. tamen illud in masculo nō est immutatum, imò ipse punietur pęna capitali, vt ibi per eum. nec statutum videtur hoc casu attendendum, quia statuentes non videnť intellexisse de Iudæis, qui sunt de alio gregę, quia nil ad nos de his quæ foris sunt, vt in c. gaudemus de diuor. & 16. distinc. qui syncera. & 2. quæstio. 1. multa, &
2 † quia in beneficiis generaliter concessis non videntur com
a prehendi personæ odiosæ, [a] vt l. Lucius Titius. ff. de leg. 2. q̄ ita not. summat ibi Iacob. de Are. & Barto. ergo dictum statutum reducens pęnam capitalem ad pęnam pecuniariā centum librarum, non debet comprehendere Iudæos, qui dicuntur personę infames, & propterea ab omnibus honoribus dignitatibus & officijs repellūtur. l. fina. C. de Iudæis 4. distin. nulla. 17. q. 4. constituit. & tex. in d. l. fi. eos appellat insultantes fidei nostræ. ¶ Sed præmissis non obstantib. puto contrariam opinionem omninò veriorem. Et primò, quia statuta alicuius ciuitatis, vel loci ibi seruari debent quo ad Imperium loci, sicut cessante statuto seruari debet ius ciuile Romanorū l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. & in §. omnes. cum §. seq.
3 insti. de iur. nat. & 1. dist. ius ciuile. c. ius Quiritum. † sed Iudæi dñr esse de eodem populo, & corpore ciuitatis quamuis non sint de corpore spirituali. l. Christianis. C. de paga. sacrificijs & templis & ita expresè dñt Mod. in c. Iudæi siue Saraceni. de Iudę. qui pro hoc etiam allegant id quod habetur in auth. de quæstore. in princ. ibi dum text. dicit, ciuitas nostra
* populosa est turbis diuersorum hominum.* & quod per illū text. no. Bal. in c. 1. de for. fidel. & in titu. de pace Constan. in ver. nos Romanos. & ex hoc inferunt φ statuta, quæ communiter sunt per Italiam disponentia quòd extantibus masculis
b feminę nō succedāt, habeāt locū etiam in Iudæis. [b] ¶ Pro hoc & secundò facit, quia Iudæi existentes in locis in quibus seruatur ius ciuile Romanorum, dñr esse in populo Ro. quò ad hoc vt legibus illis viuant. l. Iudęi Romano. C. de Iudęis. & not. in d. c. ius Quiritum. & plenè no. Innoc. in c. quod super his, de voto. & Io. And. in c. gaudemus, de diuor. vnde dicuntur habere in filios ius patriæ potestatis, quæ est de iure Romanorum, vt not. glo. 28. q. 1. Iudæorum. 26. q. dist. 1. cap. ius Quiritum. & not. Bald. in l. nam & ciuium. ff. de his q sunt sui uel alie. iur. firmat etiam hoc do. Card. in clem. 2. in vlt. q. de Iudęis. & est magis communis conclusio; quicquid dixe
4 rit Archi. in d. c. qui syncera. licèt † illi qui non sunt subiecti
c Imperio Romano, non habeant filios in patria [c] potestate, secun-

cundum gl.not.in §.1.instit.de pat.pot.quæ exemplificat in Francigenis,quod reputat singulare Bald.in cap.1.in titu.an maritus succedat vxori in beneficium.& in c.2.ad fi. de frat. de not.benefi.inuesti. ergo quemadmodum quando sunt in loco,in quo seruant iura populi Romani, gaudent & viuunt legibus populi Romani, eadem ratione quando sunt in alio populo viuente aliis legibus debent ipsi Hebræi viuere aliis legibus illius populi.vt d.l.omnes populi.¶Tertiò probatur quia in decreto apostolico Pij secundi in ver. & successiuè p dictam vniuersitatem etiam dicta statuta dictæ vniuersitatis, scilicet terrarum Centi, & plebis condita facta atque seruata in suo robore permaneant, & quod etiam ipsæ vniuersitates quoties eis visum fuerit illa congruè minuere,augere,mutare,& alia statuta,& ordinationes facere possint, quę omnia & singula inuiolabiliter obseruari mandauit dictus Pontifex, dummodò æqua,rationabilia,& vtilia sint vel fuerint mensæ episcopi,& ecclesiæ præfatæ dictarum vniuersitatum & officialium iurisdictioni non præiudicent,& per eũdem episcopum confirmentur,etiam iuncto alio capitulo in eodem directo apposito incipiente,Iudæi etiam. In quo prouisum est ꝙ Iudæi in terris,guardiis & districtu præfatis pro tempore morante,exemptionibus,& aliis præmissis omnibus & singulis in omnibus,& per omnia prout terrigenæ,incolæ, & habitatores præfati vtuntur & gaudent statuto pariter gaudere possint, & gaudeant in futurum &c.Cùm ergo de statutis & eorum obseruantia superius facta esset mentio,& præsupponitur ꝙ regulariter quò ad homines dictarum terrarum pœna adulterij non est nisi centum librarum Boñ. ergo ita esse debet in Hebræis qui in præmissis omnibus de quibus fit mẽ
5 tio, in dicto decreto, debent † in omnibus & per omnia haberi: quia important ꝙ nulla debet esset penitus differentia quò ad prædicta inter dictos Iudæos,& dictos terrigenas, & omnes dictarum terrarum.l.2.§.furiosus.ff.de iure codic.secundum Ang.ibi,qui reputat illum tex.esse singulariter not. pro his qui sunt assumpti in ciues Boñ.in omnibus & p omnia,quia illa verba importabunt vt actiuè & passiuè habeant omnia quæ habent veri ciues.& idem in effectu vult Bart. in l.omnes populi,de iust.& iure.in ver. sed pone,statuto caueatur ꝙ nullus &c.quem etiam sequitur Pet.de Anch.in repet. c.canonum statuta.de constitu.in ver. secundò pone statuto cauetur.& sic videtur per dictum decretum iuncto dicto statuto quòd sit decisus iste casus.& facit † ad hoc qđ no. Bald.
6 in l.3. §.hęc verba. ff.de neg.gest. vbi per illud quod ibi habetur,dixit ꝙ si statutum disponit ꝙ si quis offenderit ciuẽ, puniatur tali modo, debet intelligi de vero & naturali ciue, non autem de eo qui ad ciuilitatem est receptus per priuilegium,sicut secundum eum sunt Iudæi in ciuitate Perusii,nisi in eorum priuilegio exprimeretur, quòd omnia statuta loquentia de ciuibus,vendicarent sibi locum in personis Iudęorum.arg.l.1.§.lex Falcidia. ff.ad legem Falcidiam. ¶ Quartò
7 † pro hoc facit text.in l.spadonem.§.iam autem. ff. de excu. tu.& quod ibi per illum tex.inquit Bald.dicens quòd immu
d nitas concessa incolis certi loci extendit se ad Iudæos,[d] ita dicit se habuisse de facto.¶Accedit ꝙ not.Ange.in l.utimur.ff. de sepul.viola.& vide Barto.in l.1. ff. ad legem Iul.maie.vbi dicit quòd si alicui data est securitas pro se & sociis quòd in
* ea includeretur * etiam Hebræus socius,quia † licitum est no
8 bis cum Iudæis societatem habere atque commercium,vt patet in l.quicunque.C.de Iudæis.secundum eũ,& melius probatur,licèt ipse non alleget in cap.expostulati, & in cap.& si Iudæos.de Iudæis.licet Barto.hoc indecisum reliquerit in d.
9 l.1.ff.ad leg.Iul.ma. ¶Et tantò † magis dicendum est præfatum hebręum non esse maiori pęna afficiendum in casu nostro,in quo,vt verbo fertur, mulier ista quamuis coniugata sit,meretricio more viuit,quo casu secundum Bart. in l.quæ adulterium.C.de adulteriis, non dicitur cum ea cõmitti punibile crimen adulterii,& vt etiam tenet Ange.ibi quò ad eũ qui habet coitũ cũ ea, p l.verum. ff. de fur. & per dictã l.quę adulterium.licèt dicat esse punibile quò ad ipsam mulierem. & ita loquatur glo.in d.l.quæ adulterium.probatur etiã in l. si vxor,circa prin.& ibi no.Barto.ff.ad leg.Iul.de adul.& ita etiam not.Ang.in l.si ita ea.C.de adulteriis.vbi dicit quòd ẽt ita seruat consuetudo,s.quòd in accedente ad meritricem nuptam,non dicatur esse adulterium quò ad accedentem ad ipsam, licèt secus sit quò ad ipsam mulierem. hoc etiã tenuit Sal.in d.l.si ea. referens Dyn. ita consuluisse & probatur secundum eum in d.l.quæ adulterium,in fine.& statutum prædictum etiam hoc dicit: quia excipit mulieris publicè se pro
10 stituentes,&† dicitur publicè se prostituere meretrix, etiam si nõ resideat in lupanari, sed in quacunq; domo stet pudori suo non parcens, & unumquenque petentem causa quæstus admitens.ut l.palam.in prin.& ibi.not.ff.de ritu.nup.& tex. in c.meretrices.xxxij.quęstio.4.appellat illas meretrices qua rum turpitudo publicè uenalis est, & tex.in c.uidua.34.dist. dicit ꝙ illa est meretrix, quæ multorum libidini paret.& licèt non debeant Iudæi se immiscere cum mulieribus Christianorum.cap.nonnullis. de Iudæis: tamen non potest dici quod puniri debeant tales Iudæi tantum inquãtum punirentur si cum muliere nupta,& non meretrice se immiscuissent, per ea quæ habentur in d. l.quæ adulterium. ¶ Non obstant ea quæ fuerunt suprà in contrarium allegata, uidelicèt id qđ habetur in l.ne quis.& in l.quamuis. prçalleg.quia respondeo quòd posito quòd esset uerum quod pœna in adulterio in masculo esset pœna ultimi supplicij,in quo tamẽ multi cõtradicunt,ut per gl.& docto. in l.si quis uiduam.ff.de quæst. & in l.Claudius.ff.de his quibus ut indi. & in d.l.quamuis, tamen quoad casum nostrum dicendum non est propter statutum & decretum apostolicum,ut suprà probaui.¶Nec obstat quod statutum non debeat intelligi de hebræis: quia nihil ad nos de his quæ foris sunt,&c.Et quia in generali dispositione non debent comprehendi personæ odiosę, quoniam respondeo primo ꝙ uerba decreti prędicti tollunt hoc dictũ.
11 †Secundum respondeo ꝙ illud quod dicitur in d.ca.gaudemus,cum si.ꝙ nihil ad nos de his quæ foris sunt, intelligitur quoad spirituales pœnas: quia quoad illas ecclesia non iudicat eos:cùm non sint de ecclesia non possunt excommunicari,sed quoad alias pęnas sic.c.post miserabilem.de usur.c.postulasti.de Iudæis.Item nihil ad nos de his quę foris sunt, q̃a non possunt præcisè ad fidem compelli, sed uoluntariè sunt inducendi.45.di.c.de Iudęis.& d.c.qui syncera.& ita Host.in d.c.quod super his.de voto.& Host.in summa in titu. de Iu-
12 dæ.§.sed in quibus grauetur.ver.& sic licet. ¶†Vel posito ꝙ non sint subiecti ecclesiæ,s.vbi ecclesia non habet temporalẽ iurisdictionem, & ita procedat illa authoritas, nihil ad nos &c.tamen bene sunt subiecti principibus habentibus iurisdictionem temporalem,quia tales Iudęos punire possũt, vt d. c.postulasti,& in clem.1.eodem titu.& no.Io.And.in c.contra Christianos.de hære.in 6.& in dicto cap.gaudemus.& la
13 tè † ponit Ioan.Calder.in consil.2.sub titulo,de Iudæis. vbi examinat an pro delicto blasphemiæ commisso per Iudęum spectet ad iudicem ecclesiasticum, an solum ad secularem in
c quirere.in clemen. 1.de Iudæis.& Pet.de Anch.[c] in consi.15. incipien.Videtur prima facie,& magis communiter concludunt quod spectet ad iudicem secularem, non ad ecclesiasticum,nisi quando secularis esset negligens.vt d.ca.in nonnullis. cum si.quæ disputatio tamen hic non est necessaria, ideo
14 cam omitto.¶†Nec obstat quod Iudęi sunt personæ odiosæ,& quod consequenter generalis dispositio fauorabilis nõ debeat ad eos extẽdi,quia respondeo primò ꝙ decretum prædictum tollit obstaculum non esse verum,ꝙ dicãtur esse personæ odiosę,ut patet in d.l.spadonem.§.iam autem.& quod ibi not.Bal.vbi per illum text.dicit ꝙ in humanis actibus Iudæi nobiscum participant.Et quod Iudęus potest esse procurator Christiani, & interuenire pro eo in iudicio, hoc etiam
15 patet, † quia ut latè concludit Old.in suo consi. 64.incip.Illa uidetur &c. vbi concludit quod princeps absque legiti-
* ma * causa pacificos Iudęos,Paganos, vel similes infideles expellere nõ potest de terris suis, quia imò tenetur diligere eos inquantum sunt suæ naturæ participes, ut habetur de pęni. dist.2.charitas.in uersi.nonnulli.& uer.seq. & expellere eos sine causa est contra præcepta charitatis, ideo ꝙ ex ista charitate tenetur tempore necessitatis eis subuenire, & eleemosynas facere.42.dist.quiescamus. 16.q.1.si cupis. 86. dist.non satis.& quia scriptum est. Cœlum celi domino,terram autẽ dedit filiis hominum. & idem uoluit Oldr. licèt non ita plenè in consi.87.quod incipit,Quas not.an princeps.Et Ioan. And.in addit.Spe.in rub.de Iudæis.Bene facit tex. in l.Christianus.& quod ibi no.tradit.Bar. de sacrificijs paga. & templis.

plis.Ex quibus concludo dictum Hebræum non esse puniendum aliqua pœna vltra pęnam dicti statuti. Alex.Tarta.

ADDITIONES.

* Prima consideratione. ] Qua ueniat pœna plectendus Iudæus, qui rem habuerit cum muliere Christiana, vide Decium ad c. canonũ statuta.de constit.& uide aliud responsum Alexandri de Iudæo;qui concubuerat cum muliere non nupta inhoneste viuente consil. 13. lib.7.In his terminis etiam consultus respondit Barba. consi.63.lib. 4.quem sequitur Matthæ.Afflict.ad constit. Regni, Legum asperitatem.Qua de re etiam tradit Ioa.Bapt. Sanctoseuerinas ad l. omnes populi.col. antep.ff.de iusti.& iur.Nat.

a ¶Odiose.Cal.consi.8.de re iud.Cæpol.caut.ciui.consi. vlt.Ias.consil. 124.li.4.infrà,eo.consi.213.nu.4.

* Diuersorum hom.] Istum text.allegat etiam Bal.ad rubr. C.qui accus.non pos.circa fi.Nat.

b ¶ Iudæis.suprà,eod.consi.6.idem in casu huic simili. Alex. infrà,li. 7.consi.13.

c ¶Patriam.Albe.l.3.C.de pat.pot.Alex.l.placet.ff.de acquir.hær.l.1.§. hoc autem.ad Tre.Io.An.c.& si Iudæos.Iaso.l.frater à fratre,in lec. de condi.indeb. Benedic.rep. c. Raynutius.[ver. si absque. lib. mo- rer.2.nu.38.de testa.dixi in consu.Pari.§.117.

d ¶Iudæos.suprà li.5.consi.75.] *In oppositum facit,quia cum Iudæis non æquitas,sed rigor seruatur;gl.fi.ad c.2.de Iudæis. quamobrem non conceditur Iudęo ut moram purget,nec ipsi iuramentum defertur in supplementum probationis,vt est à Iasone traditum ad l. admonendi.ff.de iureiur.& ad l.si insulam.ff.de ver.obl.Nat.

* Includetur etiam Hebræus. ] Vide quod eleganter scripsit Fel. post And.Sic.ad c.sedes.col.7.de rescrip. Nec illud est hic omittendum, quòd Iudæus quamlibet artem exercere potest, & præscribit rem Christiani; vt per Ias.ad rubr.Digestorum.Vide etiam latè Fel. ad c.Iudæi il.2.de Iudæis.Eadem literis consignauit Cæpolla. consi.75. Pater & c. tenendo dictum Ang.infertur quòd commeatus, siue saluus conductus latè debet accipi,cum Iudæi sint odiosi; ita Dec.cõs. 51.col.2.Et quòd leges generaliter loquentes, non comprehendant in fauoribus Iudæos,tradit Sali.ad l.1.C.de Episc.aud. Vide Crauet. consil.71.col.7.ubi dicit Iudæo restitutionem competere, quod proba ex eo,quod Abbas scriptum reliquit ad ca. scilcitata circa fi. de in integ.restit.Nat.

e ¶ Anch. consi.15.& in repe.c.ea quæ.de regu.iu.in 6. Gui. Papa decisi.Delph.q.63.

* Absque legitima.] Idem tradit Aret.ad l.multum.ff.de condi.& demonst. Vide latè Cors.in trac.de reg. Po.qu. 81. vbi ponit de Regibus Hispaniæ,qui Iudæos extra regni terminos expulerunt.Natta.

## CONSILIVM C.

¶An si formata est inquisitio contra patrem & filium,& contra patrem inquiritur vt contra comitatensem: an intelligatur etiam inquisitum contra filium vt comitatensem: Et an famulus sit idoneus testis pro domino, si tempore quo testificatur,non est famulus. Et an statutum loquens de vulnerato habeat locum in vulnerante, cum modica sanguinis effusione: Respon.ad omnia affirmatiuè.

Visa inquisitione formata contra Mazonum Antoniũ, & cæteros inquisitos,de offensa lata contra Carolum de Bergolinis,& statutis in materia loquentibus, & visis subtilissimis dubitationibus curiæ inquirentis:mihi videtur quod illis non obstantibus procedat inquisitio, & dicti inquisiti non sint audiendi, nisi ad defensam personaliter compareant.¶Quoniam primò non obstat non esse intentatam illã qualitatem: videlicet filios dicti Mazoni esse comitatiuos:

1 ¶ Ad quod † ostendendum præsuppono, quod paria sunt dicere: Titius comitatiuus, & Titius de comitatu. l. sed & reprobari.§.amplius.cum gl.in verbo,Cumaneus.ff.de excusatut.cap 1.de spon.c.significante.de rescrip. 86.dist.c. Florentinum. cum gloss,& no.Barto.in l. 1. ff. ad municipa. & in l. 2.& in l.prouinciales.ff.de ver.sig.& in rub. ff.sol. mat. & in tractatu repræsa.in 7.qõ.principali,& no.etiam Barto. in l.si possessor.§.ait senatus.ff.de peti.hære.allegat tex. in d. l.1.ff. ad munici.& no.Bal.in auth.& omnino. C. ne vxor pro mari. in ver.sed hic dubitatur de alio &c. Et in l.siue possideris. C. de proba.& in d.l.sed & reprobari.in prin.& in l.1.ff.de tut. & cur.da.ab his.& Ang.in l.ciues.C.de appel.& Ant.de But. in prin. decretalium,sed in dicta inquisitione dicti filij Mazoni intelliguntur denominati, vt homines de terra Cedrichiæ comitatus Bononiæ, vt statim ostendam: ergo sunt deno-

2 minati ut de comitatu, sed vt comitatenses. Quòd autem † intelligantur ita denominati ostendo: nam qñ qualitas est adiecta circa vnum, intelligitur repetita in alio posito in eadem oratione cum copula,&, siue tractetur de augmento, siue diminutione, & seu de fauore, vel non.l.Seiæ.§. Caio, cum ibi no.magistraliter per Bar.ff.de fundo instru. leg. no. Bal.in l. si ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de verb.obl.& in l.4.§.erit que differentia.ff.vi. bo.rap. Sed in dicta inquisitione denominatus est Mazonus de terra Cedrichiæ comitatus Bononiæ, & in eadẽ oratione sunt denominati dicti Mazoni simpliciter, ergo intelligitur in persona eorum repetita illa qualitas.s.de terra Cedrichiæ comitatus Bononię,& licèt non sit

3 ibi expressa copula: † tamen soluta in dubio habet vim copulæ.l.triplici.& l.sæpe.& ibi Bar.ff.de verb.sign.Et maximè cũ sumus in libello in quo latissima fit interpretatio pro libellãte.l.si quis intentione.ff.de iudi. c.examinata.cum ibi notat. de iudi.¶ Probatur & alia ratione: quia post denominationem filiorum dicti Mazoni, incontinenti denominatur in eadem oratione Meluzinus cum illa qualitate comitatus, & de

4 dicta terra Cedrichiæ: sed ita est † quod vbi post duas personas denominatas adijcitur aliqua qualitas, illa intelligitur referri pariter ad vtranque personam denominatam. l.mulieri & Titio.ff.de condi.& demon.& ibi not.Dy. & Bar.ergo &c.

5 ¶Alia ratione † probatur: nam si pater est comitatẽsis, filius etiam quoad hoc iudicabitur comitatensis.Ita in terminis decidit Bar.in l.fi.§.penul.ibi dum dixit, fallit in casibus ibi nota.Not.quis est ille casus de comitatense &c. faciunt not.in l. assumptio,in princ.eo.tit.& in c. fi. de seruis non ordi. ergo eo ipso quod inquiritur contra pãtrem,& comitatensem, intelligitur etiam quod inquisitio eadem formata contra filios intelligatur formata, & contra comitatenses.Et per hæc videtur satisfactum primæ dubitationi. ¶Secunda est dubitatio, an posito quod illa qualitas sit intẽtata, testis ille examinatus pro

6 offensa facta capitaneo sit idoneus testis, attento † quod erat capitanei famulus? ad hoc respondeo, quod est idoneus testis ad hoc,quia temporo quo deposuit,& testificatus fuit, non erat famulus capitanei: quia debet attendi tempus quo testifica-

a tur [a] seu iurat.l.nomen.§.instrumentorum.ff.de verb.sig.& l. 3.§. lex Iulia.cum ibi not.ff.de testi.vnde Bal.in l.1.C.de epi. & cle.sequens Io.And.in c.1.de verbo.sign.lib.6.in nouella, dicit quòd si quis eo quia famulus erat alicuius,& aliquo modo prohibitus,cessabat prohibitio eo ipso quod accepit licentiam, vel sibi vltimò datam à dño vel à se petitam. hoc idem vult Bald.& Sali.in l.etiam. C.de testi. hoc idem † tenet ibi

7 Ang.& Cy.nisi appareret quod in fraudem fuisset licentiatus famulus,quod quidem apparere diceretur, si incontinenti, & non ex interuallo post licentiam redijt famulus cum eodem dño.ar.l.si ventre.§.fi.ff.de priuileg.cre.& c.officij.de elec.secundum eos.¶Pro hac conclusione etiam est tex.& ibi hoc expressè firmat Bar.in l.1.§.idẽ Nummio Iuliano. ff. de quæst. & Spe.et cla.Io.And.in tit.de teste.§.1. ver. quid si olim fuit eius clericus.&c.Idem tenet Ioann. de Imo.in ca.insinuante. de offi.deleg.& dominus Abb.Moder. in c.in literis.de resti. & sic apparet hanc esse communem opi. nec inueni do.Io.de Imo.in d.c.in literis,contrarium tenere. Quinimò dicit Ioa. And. super dicto ver. quid si olim fuit eius clericus, etiam si adhuc esset familiaris, deberet eius dictum & testimonium recipi.quando aliter res probari non posset: vt quia agitur de eo quod factum sit in domo eius.l.consensu.C. de repud. ca. ueniens.el 2.in fi.de testi.& iste est casus noster.ut ex narratis in inquisitione apparet.& per hæc satisfactum uidetur secundæ dubitationi. ¶ Nec obstat etiam id quod in 2. seu vltima dubitatione deducitur scilicet quòd per plures testes est probatum quod filius dicti Mazonis non percussit nec vulnerauit capitaneum: quia ad hoc respondeo, quod posito quod ita esset, tamen talis probatio non releuat: quia infringitur authoritate prouisionis incipiente, quoniam actio aliorum,& enorme est crimen homicidij &c. per quam prouisionem crimen homicidij etiam quando proceditur contra aliquem comitatiuum vulnerantem aliquem ciuem,non possit recipi defensio uel probatio aliqua,etiam ex officio ad fauorem inquisiti, nisi inquisitus personaliter comparuerit, & steterit detentus, aliàs omnia sint nulla. & non potest ad hoc responderi quòd sit in casu nostro formata inquisitio de percussione et uulne-

re

re cum modica sanguinis effusione: quia dicta prouisio non facit mentionem de aliqua sanguinis effusione modica vel magna, sed solum de comitatiuo vulnerante. sed ita est ꝙ in inquisitione dicitur quòd uulnerauit cum modica sanguinis effusione: nam potuit esse vulnus, quãuis aliqua ex causa sanguinis effusio non fuerit magna.
8 † licèt ergo alibi de iure cõi
b habeamus ꝙ modica[b] cutis scissura cum aliqua gutta sanguinis non dicitur vulnus cum sanguinis effusiõe, iuxta not. per Bal. in l. si pretium. circa principium. C. de ædil. actio. & in l. 1. §. sciendum. in lec. antiq. ff. de ædil. edi. & no. in c. cum illorum. de sen. excom. per Ang. in l. si pignore. §. furẽ. ff. de fur. tamen dicta prouisio nõ requirit ista. Quinimò ex forma statuti de pęna uulnerantis seu percutientis aliquem, apparet ꝙ comitatiuus offendens cum armis ciuem Bononiæ uulnerando eum cum sanguinis effusione, debet indistinctè puniri pęna statuti, siue fuerit magna sanguinis effusio, siue modica. hoc apparet ex fine illius statuti, dum dicit quod potestas poterit in quolibet casuum prædictorum pęnas minuere considerata conditione personarum, paupertate delinquentium, ac etiam qualitate criminis arbitrio boni uiri, & maximè si ex uulnere modicus sanguis exiuit, uel parua sit cicatrix remansura, vel paruum sit vulnus illatum saluo quàm in comitatiuis & terrarum laboratorib. delinquentibus contra ciues. Si enim diceremus ꝙ statutum prædictum puniens comitatiuum uulnerantem cum sanguinis effusione ciuem nõ comprehenderet vulnerantem cum modica sanguinis effusione; sequeretur ꝙ dicta particula statuti esset superuacua, quę interpretatio facienda non est. l. si quando. in prin. ff. de lega. 1. c. si Papa. de priui. in 6. Et dicta exceptio in qua datur dictum arbitrium potestati in minuendo pœnas propter modicam sanguinis effusionem, declarat & firmat regulam in casibus in exceptione illa non comprehẽsis, vt est casus noster. l. quæsitum. §. denique. ff. de fundo instruc. lega. l. nam quòd liquidæ. §. fin. ff. de penu. leg. cum simi. Reliqua suppleat summa præstantia, & doctrina dominorum iudicantium. Alexã. Tarta.

---

ADDITIONES.

a ¶Testificatur. suprà. lib. 1. consi. 5. num. 9.
b ¶Modica. suprà, lib. 1. consil. 104. in fin.

## CONSILIVM CI.

Lege. suprà. lib. 3. consi. 70. quod hic duplabatur.

## EPITOME.

IN diuisione inter Franciscum & Christophorum & Tertium fratres, actum est quòd in partem Christophori cederet id, in quo dominus Malatesta esset erga eos debitor & alligatus quacunque ratione vel causa, siue in pecunia, siue in alia re, taliter quòd amodo dictus Christophorus possit dictas pecunias aut rem petere aut exigere cum effectu à dicto domino. præfatus dominus nõ erat eis tempore diuisionis obligatus in aliquo propriè vel impropriè, nisi quod detinebat vel possidebat quædam molendina spectantia ad dictos fratres. modo Franciscus vult petere partem suam molendinorum. Respon. Alex. quòd non potest, sed totum spectat ad Christophorum, attento quòd diuidentes erant mercatores & iuris ignari. quod ego uerum puto, si aliàs portio Christophori non erat cæteris æqualis & accessione molẽdinorum reducatur ad æqualitatem; secus si aliàs erat æqualis; & hæc accessio faceret notabilem inæqualitatem, argumento horum quæ dixi. supra. li. 4. consi. 26. in fi.

## CONSILIVM CII.

Viso themate suprascripto, & instrumento diuisionis, prætermissis argumentis nõ necessarijs, puto breuiter de iure concludendum, quòd Franciscus nihil petere posset occasione dictæ partis Molendinorum, aut eius pretij habiti per dictum Christophorum a præfato Magnifico & potenti domino Cæsenæ. ad quod ostendendum præsuppono, quòd
1 † licet ille qui potest cõueniri actione reali, puta rei uendicatione quamuis strictè & propriè non dicatur obligatus, insti. de actio. §. 1. tamen largè dicitur obligatus, ut colligitur ex gl. in l. fi. in gl. 1. C. de compensa. ibi dum gl. dicit, dicitur esse in obligatione &c. & illam ibi * ad hoc ponderat Bal. & est etiam gl. insti. de actio. in princ. in verbo, quod sibi debetur. & si tu dicis etiam ille qui potest conueniri rei vendicatione, potest largè dici debitor, vt inquit Bal. in l. pen. C. quod cum eo. & probatur in generali diffinitione actionis positę insti. de actio. in prin. & ibi hoc etiam expresse vult gl. in verbo, debetur. & probatur etiam in l. creditores. & ibi gl. 1. ff. de verb. sig. Dato quod strictè non dicatur debitor, ut l. Aurelius. §. Mæuia testamento, cum gl. sing. ff. de li. leg. quem ad hoc allegat Bal. in l. cum necessitatem. C. de fideic. & in l. pactum. in 12. qõ. C. de colla. ¶Modò ad propositum in parte Christophori fuit deductum illud in quo debitor obligatus esset quacunque ratione uel causa Magnificus & potens dominus. d. Malatesta nouellus dictis tribus fratribus siue illud debitum consisteret in pecunia siue in alia re, ut patet ex uerbis dicti instrumenti diuisionis suprà. in themate relatis.
2 pondero † illa verba obligatus, & debitor quacunque ratione uel causa &c. nam ista important, vt comprehendatur etiã causa, propter quam largè præfatus dominus esset debitor & obligatus, hoc probatur per no. per gl. no. in l. 2. in gloss. parua, in verbo, quaslibet alias, iuncto tex. C. de quadr. præscrip. quæ probat quòd licet aliàs appellatione actionis propriè & stricto sumpto vocabulo non veniat officium iudicis. l. quòd si minor. §. fin. ff. de mino. l. actionum genera. ff. de act. & obc. fi. de iudi. no. glo. & Dy. insti. de act. in prin. & latè per Bar.
3 in l. 1. ff. de iuris. om. iud. tamen attento † ꝙ largo sumpto vocabulo appellatione actionis uenit officium iudicis. l. actionis uerbo. & ibi glo. ff. de act. & oblig. l. pecuniæ. ff. de verbo. sig. & no. gl. j. parua. l. 1. in prin. ff. de eden. si in aliqua dispositione sint ista verba, videlicet alia qualibet actione, seu quacunque actione, vel æquipollentia, comprehenditur officiũ iudicis quod largo sumpto uocabulo dicitur actio, ita habetur in d. l. 2. cum gl. C. de quadrien. præscr. hoc. n. operantur
4 illa verba adiuncta. ¶ Sed etiam videmus † quòd licèt si fiat simpliciter mentio de parte alicuius rei, intelligatur propriè de parte dimidia. l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verbo. sig. c. 2. §. 1. de deci. in 6. tamen fallit; nisi sit additũ illud verbum, aliqua parte seu quacunque parte, vt in cle. 1. cum glo. in uerbo, aut earum parte. de fo. comp. probatur in l. Gallus. §. in omnibus. ff. de lib. & posth. not. Bal. in c. 1. §. 1. in titu. de
5 controuer. inuest. ¶Pro hoc facit † & melius gl. reputata singularis in l. cùm pęna. ff. de arbi. in gl. fi. quæ vult quod licet aliàs si mihi euincatur res per sententiam arbitri, non possem habere regressum de euictione contra authorem meum mihi de euictione obligatum. l. si dictum. §. si compromisero. ff. de
a eui. tamen fallit[a] nisi promissum esset mihi de euictione quomodocunque euinceretur, nam tunc propter illam dictionem, quomodocunque, veniet etiam illa euictio, quæ aliàs de natura actus uel sub promissione de euictione non comprehenderetur. & no. hic Bal. & Mod. in l. si domus. §. de euictione. ff. de leg. 1. Ergo uidetur quod illa uerba, quacunque ratione vel causa, referantur etiam ad rationem uel causam inferentem præfatum Magnificum dominum esse saltem largè obligatum & debitorem dictorum fratrum, & sic operentur & augeant plus, quàm si simpliciter dictum esset quod in partem Christophori cederet illud, in quo præfatus dominus esset obligatus & debitor fratribus antedictis, & per consequens si actione reali poterat conueniri. hoc sufficit. ¶ Accedit ad prædictorum confirmationem, quia præsupponitur quod dictus magnificus dominus non reperitur aliquo modo propriè uel impropriè debitor dictorum fratrum, nisi pro dictis molendinis & eorum occasione, ergo illa verba debent de necessitate ad illud referri. l. 2. ff. de liberis & posthum. & l. fun-
6 dus qui locatus. ff. de fun. instru. & quod † in pulchra quæstione not. Bald. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in sexta quæstione ff. de verbo. oblig. ubi voluit quòd si in diuisione facta inter duos fratres diuidentes hæreditatem paternam fuit dictum quòd unus remittebat alteri omne ius quod habet uel habere sperat in dictis rebus, an illa uerba sufficiant, ut uideatur in

in dictis rebus remissum ius fideicommissi futuri descripti in testamento paterno & dicit regulariter quòd nõ: quia illa verba generalia non referuntur ad ius debitum uel debendū ex testamento, quando non appareat de scientia testamēti & cōtentorum in eo. l. de his. ff. de transact. l. 1. §. 1. ff. quemadmo. testam. aper. iunctis notatis per gl. in l. tres fratres. ff. de pact. fallit secundum Bar. nisi tempore diuisionis nulla alia causa apparebat ex qua diuidentes sperarent aliquod aliud ius habere in dictis rebus, nisi dicta causa fideicommissi futuri, q̄m
b illud videbitur remissum [b] ac si nominatim fuisset expressū, cum non essent plura iura allegat. dictam l. 2. ff. de lib. & pos.
7 ¶Bene facit † quod not. Bal. in l. liberti libertæq;. C. de oper. lib. vbi quærit, quid si filia cedat omnia iura quæ ipsa habet super bonis uel hæreditate patris, an uideatur cedere iura dotis maternæ habitæ per pactum istius filiæ, & dicere videtur quod sic, si dixit super hæreditate. secus si dixit super bonis, per no. per Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libe. hoc tñ limitat Bal. nisi nullum aliud ius haberet filia nisi do-
c tis, [c] quia tunc quantuncunque dicat ꝙ cedit omnia iura, quæ habet super bonis patris, comprehendetur illud tale ius, ne aliàs cessio reddatur nulla. alle. d. l. fundus qui locatus. ¶Nec ad hoc ob. si diceretur ꝙ potuerunt dicta uerba referri ad affictus seu ad reditus dictorum molendinorum, quos dare, & soluere debebat præfatus dñs, quia potest responderi primò ꝙ ad affictus non possunt referri dicta uerba, quia nullus præcesserat contractus locationis, vel similis cum expressione certæ mercedis, vt requiritur, iuxta. l. 2. ff. loca. & l. naturales. §. at cū
8 do. ff. de præscr. verb. & l. si olei. C. locati. † & p illam unicam & indiscretam præstationem certæ quantitatis frumenti factam domino dictorum molendinorum non probatur concessio ad affictum. l. cùm de in rem uer. cñ materia, & ibi not. Barto. ff. de usur. & no. gl. magna in fi. in l. 2. C. de iure emph. & Bart. in l. litibus. per illum tex. C. de agri. & censi. li. 11. & in l. competit. C. de præscri. 30. ann. & Guliel. de Cu. & Ange. in l. malè agitur. & in l. cùm notissimi. §. fi. eo. ti. & Bal. in l. 1. C. de fideicom. & Ang. in l. qui aliena. in prin. ff. de acqui. hære. quinimò dubitant præfati doct. in dictis locis, an sufficeret ad inducendum probationem locationis, si apparet ꝙ longo tempore soluta esset certa merces pro fundo. ¶ Et si dicatur quod saltem dicta uerba possunt referri ad fructus perceptos ex moleudinis per dictum dominum, qui veniebant restituēdi, iuxta. l. certum. C. de rei vendi. & l. & ex diuerso. in princ. ff. eo. ti. cum ibi notatis, quia respondeo quòd fructus prædicti si extabant tempore diuisionis, non debebantur iure obligationis, sed rei uendicatione peti poterant sicut & ipsa molendina. l. mater. C. de condictione ex lege. & notatur per gl.
9 & doc. in d. l. & ex diuerso. in prin. & ei qui allegaret † dictos fructus & reditus esse consumptus tempore diuisionis, incūberet onus probandi consumptionem, ut no. gloss. in l. creditor. §. si inter. in verbo negetur. ff. mã. bene facit. l. si creditor. C. de pig. act. l. si quis ex argentariis. §. fi. de eden. & quod ibi notant doc. & plene Bald. in l. expersona. C. de proba. & licet
10 † tales reditus essent commisti, non per hoc dicuntur cōsumpti, ut inquit. Bald. in l. 2. C. de fructi. & lit. expen. arg. l. in naue Saufeli. ff. loca. facit. l. Pomp. scribit si frumentum, in prin. ff. de rei vendi. & sic ad dictos fructus. de quorum cōsumptione non appareret, non possent dicta verba referri magis quàm ad molendina, cum utrunque rei vendicatione petendum esset, nec unum magis erat debitum, quàm aliud. & rei appellatio de qua in dicto instrumento gñalis est ad omnia l. 1. ff. si cer. pet. l. rei. ff. de uerbo. sig. ubi autem probaret aduersarius fructus tunc fuisse consumptos, & tunc si mala fide fuerant consumpti, adhuc ueniebant in rei vendicatione, ut per gl. in d. l. mala. si autem non malafide fuissent consumpti, tunc non uenirent petendi rei vendicatione, vt legitur & no. in d. l. mala. & in d. l. ex diuerso. & tunc istud secundùm fundamētum factum per l. 2. ff. de lib. & posth. cum alijs. suprà, allegatis esset magis dubium, & tunc tutius esset inniti primo fundamēto facto in illis uerbis quacunque ratione &c. ¶ Fortificantur prædicta ex alijs uerbis dicti instrumenti eiusdem capituli q̄ sunt ista uidelicet, & ita & taliter ꝙ amodò dictus Christophorus possit dictas pecunias aut rem petere & exigere cum
11 effectu à prælibato domino &c. nam † illud uerbum, petere, propriè adaptatur ad actionem realem. id est, rei uendicationem & similes. l. actio in personam. ff. de act. & ob. l. pecuniæ. §. actionis uerbum. ff. de uerborum significatio. & puto equidem hanc uerisimiliter fuisse mentem ipsorum diuidentium sicut Deus est. Præsertim cum dicti fratres sint mercatores, vt in instrumento dicitur, & istorū terminorum iuris sint ignari. quid enim intelliget idiota ꝙ nō dicatur debitor, nec obligatus mihi ille qui rem ad me iure dominij pertinentē possi-
12 det, vnde † uerba prolata à uulgaribus [d] debent intelligi se-
d cundum quod accipiuntur communiter a uulgaribus, vt no. gl. & doc. in l. stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de verb. obliga. vnde dicit Bal. in c. 1. in princ. de successio. feud. ꝙ uerba prolata a uulgaribus debent intelligi grosso modo, non autem prout iuristæ accipiunt. allegat. l. si cum ante. cum ibi not. per
13 Cy. C. de dona. ante nup. & notat † Bal. in tit. de pace constā. in uerbo, vobis. ubi subdit ꝙ omnis ille intellectus censetur extraneus, qui non sonat in auribus uulgi. c. ex literis, de spō. & mens potius quàm rigor verborum attendēda est. c. in his. & c. intelligentia. de verbo. sign. l. 3. C. de libe. præte. & ubi ēt probari posset de communi vsu loquēdi & intelligi, quòd ita tunc uigeret in loco secundum praticam & formam traditā per Barto. in l. Labeo. ff. de supel. leg. & in l. 2. C. de dignita. li. 10. & Bal. in l. de quibus. ad finem. ff. de legi. & in l. 2. C. si aduer. rem iudic. tunc res esset absque omni scrupulo, per l. librorum. §. quod tamen Cassius. vet. quid ergo. cum gl. in verbo, continebantur. ff. de leg. 3. & in præallegato. §. ex literis. cum si. tamen non puto illud fore necessarium, vt patet ex iā dictis. Alex.

---

ADDITIONES.

* Et illam ibi.] Idem scriptum reliquit Alex. consi. 64. col. 2. li. 3. Nat.
a Falli:. suprà. lib. 3. consi. 4. nu. 2.
b ¶Remissum. idem suprà. li. 2. consi. 287. Franc. Rip. d. §. duo fratres num. 99. sed non puto uerum, nisi se referant ad ius quod habere poterant ex testamento paterno, cuius habebant notitiam. adde not. suprà, li. 4. consi. 40. nu. 3.* Dispositio generalis, quæ solum in una
* specie uerificari potest, censetur specialis. l. si Heros. ff. de opt. leg. l. si domino. & ibi Bar. ff. de leg. 1. gl. fi. ad c. ex parte. il primo & ibi Abba. de. of. deleg. Adde tex. in l. liberorum. §. quod tamen Cassius. ibi, Qui nihil aliud præter liberos habebat. ff. de leg. tertio. Natta.
c ¶Dotis. non puto uerum in renunciatione generali bonorum paternorum, quia deducto ære alieno intelliguntur. sed bene si ageretur de venditione certi fundi paterni, & si fieret renunciatio ad remittēdum hypothecas.
d ¶Vulgaribus. suprà, lib. 1. consi. 9.

EPITOME.

ALEXANDER mediāte summa. 50. lib. cessit Gaspari omnia iura & actiones personales & reales, quas habebat et habere poterat in certa parte domus, quam possidebat contra Bartholomæum & eius uxorem & omnes alios. Respon. Alexan. quòd hæc uerba important uenditionem fundi dictæ partis domus.

CONSILIVM CIII.

Quoniam abundè scriptum & allegatum est per famosissimum dominum suprà, consulentem, ideo paucis agam. duo quidem uidentur principaliter adduci posse ad comprobandum quod prima sententia in fauorem ser Gasparis lata fuerit recta, & per consequens in causa appellationis sit confirmanda. Primum est illud qđ decidit Pe. & Cy. in l. 1. C. de ali. iu. mu. causa fa. in 4. qō. ubi quærunt, nunquid domino possidenti & detinenti rem suam
1 detur rei vend. & dicunt † quod duplex est rei uendicatio, una causalis, alia formalis. Causalis est apud dominum rei, quando rem possidet & detinet, quia causatur a domino, sed formalis non est apud eum, quia illa exigit aduersarium detinentem uel possidentem. d. l. 1. & 2. C. ubi in rem ac. Simile dicimus in usufructu, nam quandiu ius percipiendi fructus est apud dominum fundi, ipse dominus habet usumfructum causalem, sed cum alteri constituit usumfructum, ille alius habet vsumfructum formalem. l. 3. §. pen. & ibi gl. de usufru. l. si cum test. §. si fundum. ff. de excep. rei iudi. ¶† Et ex his de-
2 cidunt, an ille qui legat actiones suas uideatur legare dominium

nium seu rei ven.quā habet pro rebus suis, quas ipsemet pos-
sidet & detinet.& concludunt quod sic, per prædicta, & per
hoc inducunt.l.quod in rerum.§.1.ff.de leg.1. vbi testator le-
gauit usumfructum quem habet in prædio alieno, & postea
testator nanciscitur proprietatem fundi, licèt extinguatur v-
susfructus formalis,& efficiatur causalis,tamen debebitur le
gatario.Idem tenuit Iac.Butr.in d.l. 1. Idem etiam ibi tenet
Ray.qui dicit uerum est, quod non habet rei vendi. actu, tñ
habet eam aptitudinem ; & ita dicit se saluare gl.in l. fi.C.de
hæred.uel ac.vendic.Idem no.Dy.in regula pro possessore.in
4.qó.de re iu.in 6.& Iac.But.in d.l.fi.Idem tenet ibi & Ray.
volens talem cessionē valere.¶Pro hoc facit quia uidemus *
quod dominus manumittens seruum tribuit libertatem, &
tamen illam libertatem quam tribuit apud se non habuit.l.
manumissiones.ff.de iust. & iu.item per talem actionē realē
cessam uidetur uoluisse à se abdicare dominium & in empto
rem transferre,& sic cum uult consequens, videatur uelle an
tecedens.l.illud.ff.de acquiren.hær. l. ad rem mobilem.ff.de
3 procu.Et† ideo cum in contractibus debeat semper potius at
tendi mens quam uerba, intantùm quodetiam uerba impro-
priantur vt deseruiatur menti.vt l.insulam. ff.de præscr.ver.
c.constitutus,de reli. do. ergo cum dictus uenditor sciret se
posidere rem , & per consequens sibi non competere actio-
nem in rem,cedendo ex causa uenditionis actiones reales &
personales ad dictam rem , videtur sensisse de uenditione rei
cum realem actionem actu cedere & uendere non potuisset,
ut dixi.& sic debent impropriari uerba ut deseruiatur menti
contrahentium . non enim est uerisimile ser Gasparem eme-
re uoluisse actionem,quæ euidenter inutilis erat.l.cum de in
4 debito.in prin.ff.de proba. & quia cum † peccatum fuerit in
materia . quia realis actio cessa fuit ad rem quam possidebat
cedens,si non ualet actus eo modo quo agit, debet ualere eo
modo quo ualere potest,& sic in uim uenditionis fundi, l.si
vnus.§.si acceptilatio.ff.de pac.l.an inutilis.in prin. & ibi no
ta.ff.de accep.& semper debet fieri interpretatio quòd actus
valeat.l.quoties in stipulationibus,de uerbo. ob. c.abbate,de
verbo.signifi.& tantò magis procederent prædicta, si proba-
retur quòd pretium . i. quantitas dictarum librarum quin-
quaginta erat æquum pretium pro ualore dictæ domus cum
qualitatib. cum quib. facta est venditio. hoc probatur ex his
5 quæ no.per † gl.in l.semper in stipulationibus.ff. de reg.iur.
a cum gl.in l.1.§.1.ff.de superfi. ubi ex quantitate pretii [a] di-
gnoscitur vnus contractus ab alio, an quantitas pretii facit ut
videatur esse deductum in contractu aliquid plus , ut nota.
Bal.in l.emptorē.C.loc.in uer.Item quæro in comitatu &c.p
6 not.per glo.in d.l.1.§.1.ff.de superfi. ¶Et per hoc posset † re
sponderi ad id quod no.Bal.in l.1.C. de ali.iu. mu. causa fa.
ubi tenet quòd qui legat actiones, non uidetur legare fundū
suum , quem posidet ; quia dico quod illud posset procede
re,ubi legaret in genere actiones, unde uerba tunc debent ac
cipi in proprio & potentiori significato.iuxta.l.legatis seruis.
ff.de leg.2.l.hoc legatum.ff.de lega.3. l.3. §.hæc uerba. cum
no.ff.de neg.gest.l.1.§ fi.ff.si ager uectig. sed in casu nostro
fuit facta in specie cessio actionis realis ad domum , unde cū
tunc si diceremus non uideri translatum & uēditum esse do-
miniū seu quasi dominium, sed sola actio realis prout est in
actu,nihil censeretur esse uēditum, & actus nihil operaretur,
quod uidetur esse contra mentem partium, cum in dubio de
bet fieri interpretatio,ut actus ualeat & aliquid operetur. l.si
quando.de leg.1.cap.si Papa.de priui. in 6. unde videtur de-
bere impropriari uerba isto casu vt deseruiatur menti contra
hentium,ut superius probaui.facit.l. fundus qui locatus . ff.
de fun.instructo. ¶Prætereà efficacius probatur, nam in di-
cto instrumento dicitur ꝙ Alexander ex causa uenditionis de
dit,cessit , & transtulit omnia iura & actiones personales &
reales,quæ & quas habet in parte dictæ domus &c. conside-
randum est quòd non solùm transtulit actiones sed etiā quæ
iura habebat in dicta parte domus, sed cui dubium quòd
Alexander qui habebat dominium uel quasi uigore tituli pa-
7 terni in dicta re dicebatur habere ius in dicta re, quia† domi
nium est ius,ut patet ex diffinitione dominii, quā ponit Bart.
& doct.in l.si quis ui.§.differentia.ff.de acquiren.poss.& Bal.
in l.fœminæ.§.fi.C.de secun.nup.& Ange.in l.1. in prin. ff.de
acquir.poss. vnde si translatum est dominium, sequitur ꝙ il-
læ actiones personales reales cessæ non sunt principaliter in
contractu,sed in consequentia seu accessoriè, ut probatur in
l.per diuersas.in versi.exceptis.C.man.& expresè cauetur in
statuto.¶Et per prædicta patet dictum statutum non obstare
pluribus rationibus.primò quia ille qui cedit actionem rea-
lem in re sua quam possidet, dicitur potius transferre domi
num rei quàm cedere actiones secūdùm Petrum Cy.& alios,
quorum opinio sustentabilis est in casu nostro, ut probaui.itē
quia statutum non prohibet uēditionem rerum corporaliū,
& sic translationem dominij, imò expresè permittit illam,
& eo casu etiam permittit cessionem actionum , quia uidere
tur tunc cedi actio principalicer,& per hoc patet quòd statu
tum in princ.dum dixit quòd nullus possit cedere aliqua iu-
ra & actiones &c.non sensit de translatione dominii rerum
mobilium uel immobilium , sed de aliis iuribus a dominio
uel quasi.patet quia statutum permittit uenditionem & do-
nationem fieri posse,per quam transfertur dominiū uel qua-
si.l.ex empto.in prin.& l.clauibus.de contrahen. emp.l.sena
tus.§.donatio.de don.causa mor.l.in ædibus.§.fi.ff. de dona.
cum ergo Alexander transferendo iura sibi competentia in
dicta re uideatur etiam transferre dominium seu quasi do-
minium quod apud eum erat,quia appellatur ius, ergo sequi
tur quod ista talis translatio non est prohibita a statuto.¶Nec
ad hoc ob.si diceremus ꝙ in instrumento Alexander cessit a-
ctiones & iura,quæ & quas habet,habebat, & habere poterat
in dicta parte domus contra Bartholomæum & eius uxorem
& omnes alios ab ipso Bartholomæo habentes uel habituros
causam uel aliter qualitercunque &c. sed Alexander nō ha-
bebat ius dicti dominii contra Bartholomæum uel contra a-
lium , quia dominium erat apud ipsum Alexandrum , ergo
non debet intelligi de iure dominij,sed de alijs iuribus & a-
ctionibus,& quæ exercere potuisset Alexander contra alium,
quia ubi una determinatio refertur ad plura,debet sic intelli-
gi,ut illa omnia æqualiter determinet.l. iam hoc iure . ff. de
vulg.& pu.l.quamuis.& l.hæreditatis.C.de impu.& ali.sub.
quia respondeo quod illa uerba. uel aliter qualitercunq; &c.
tollunt argumentum , quia Alexander transtulit dicta iura
& actiones,quæ & quas haberet in dicta re contra prædictos
uel aliter qualitercunque,& sic uoluit transferre non solum
iura quæ haberet in dicta re contra alium, sed etiā iura quæ
haberet in dicta re qualitercunque. & sic etiam iura quæ non
8 cōpetebant cōtra alium.qui enim utitur dictione illa, †quali
tercunque, nihil videtur excludere uelle.l. ait prætor.in pri.
ff.de mino.¶Prætereà animaduertendum est circa illa uerba,
habere poterat.nam esto quòd ille qui cedit actionem in rē,
quam ipse posidet & detinet , non diceretur posse transfer-
re ius aliquod retenta opi.gl.in d.l.fi.C.de hære. uel act.uen.
tamen fallit,vbi uerba sunt apta comprehendere futurum,
9 ut ibi gl.sed illud † uerbum , habere poterat , trahitur etiam
ad futurum,ut l.si ita quis in testamento ,in princ.ff.de lega.
2.quia est extensiuum,ut ibi. ergo licet Alexāder possideret,
non impeditur actus,superiora fundamenta sunt tamen ma-
gis tuta,ideo illis adhæreo.¶Secundò principaliter pondero
quod ser Gaspar uigore dicti tituli possessionem apprehen-
dit dictæ rei antequam dictus Dominicus dictam possessio-
nem occuparet, unde nullitas tituli non impedit acquisitio-
nem possessionis ser Gasparis,ut l.1.§.si uir.& ibi notant om-
nes.ff.de acquiren.possessio.& latè Bald. in l.non dubium.in
10.op.C.de legi.& in terminis nostris decidit Bald. in l. 2.in
10 fin.de iurisd.omnium iud.ubi inquit,† quòd si per statutum
prohibentur possessiones alienari in non subiectos, si non su-
biecto traditur possessio transfertur in eum possessio,per d.l.
1.§.si vir.quinimò dato quòd ista possessio apud ser Gasparē
fuisset iniustissima , tamen quia eam non recognoscebat ab
ipso Dominico qui est iunior possessor uel occupator, de ne-
cessitate habet succumbere Dominicus in isto iudicio posses-
sorio uel retinendæ uel recuperandæ.l.1. §.fina.cum l. seq.ff.
uti poss.in cap.in literis,de rest.spolia.l. si quis a se fundum.
C.ad l.Iuliam de vi. & sic infertur partes domini iudicantis
esse in pronunciando bene iudicatum & malè appellatum,
etiam si dicta cessio nulla fuisset stante isto ultimo funda-
mento,quod est indubitatum.Laus Deo. Alex.

A D D I T I O N E S.

* Quia uidemus.]Quid de creditore, qui cedit omnes actiones sibi
com-

cõpetentes debitori? Dicas ex hac re inductam uideri liberationẽ, sequendo potius contrahentium intentionem, quam uerborum cor ticem, ita Alex. scribit ad l. senatus. §. fi. ff. de leg. 1. ubi tex. no. Natta.
a ¶Pretij. suprà. li. 4. consi. 26. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Res & pœna & interesse simul peti possunt.*
3 *Ecclesia & ciuitas non habent tacitam hypothecam.*

CONSILIVM CIIII.

Plura super his dubitationib. quæ ex themate suprascripto eliciuntur, eleganter scripta & allegata sunt per eximios iuris doctores dominos suprà, consulentes, uidelicet dominos Guidonem Antonium de Vesputijs, & Angelum de Nicolinis dudũ acutissimos discipulos meos, & requisitus ut in paucis dicam, quid sentio. Et circa primã dubitationem qua quæritur, an obstet exceptio cumulationis, quia opponitur pro parte dicti Nicolai ꝙ nõ potuit domina Benedicta in eadem petitione deducere & cumulare ꝙ det dictam petiam terræ insolutum pro dote & pro interesse ratione dotis non restitutæ debito tempore & pro expensis, in quib. fuerat condemnatus dictus Nicolaus in præcedenti iudicio, in quo fuit pronunciatum dictam Benedictam habe re meliora & potiora iura. Respondeo huiusmodi exceptionem non obstare. hoc probatur primò per ea quæ traduntur
1 per Bald. in l. 3. per illum tex. C. de re iudi. ubi quærit † an
* possit res & pęna accumulari * eodem libello, & respondet, aut ueniunt una & eadem actione, & tunc non est propriè cumulatio, exemplum est qñ agitur actione ui bono. rapt. nam in quadruplo inest simplum. l. 1. ff. vi bo. rap. iuncta l. hoc edicto. §. fi. cum si. ff. de pub. aut plurib. actionibus petuntur, & tunc aut à principio simul petuntur in eodem libello. & auditur agens, ut in d. l. 3. quia non potest assignari ratio quare prius procedatur in una q̃ in alia, sed si intentaretur una postea altera in diuersis libellis, tnnc posset opponi exceptio cu
a mulationem impediens, [a] secundum eum. vnde cum in proposito sint simul in eodem libello omnia deducta, procedit iudicium in casu isto sicut in illo, nam hic ratione moræ uenit dictum interesse sicut in casu dictæ. l. 2. ratione furti ueniebat pęna, & fur & morosus a pari procedunt. l. inter stipulantem. §. pe. ff. de uerbo. obl. hoc etiam bene iuuatur ex dispositione statutorum uolentium in huiusmodi causis procedi sine figura iudicii. ut bene fuit deductum per dominum primò consulentem, ideo quò ad hoc latius non dico, quia vltimum fundamentum uidetur tutissimum, ideo illi adhæ
2 reo. Circa † secundùm dubium quo quæritur, an obstet exceptio melioramentorum reficiendorum, dico ꝙ stante quod fructus percepti fuerunt per dictum Nicolaum, ut in themate narratur, ꝙ pro rata fructuum confunduntur expensæ factę in melioramentis. quatenus de ipsis melioramentis seu sumptibus & earum quantitate legitime cõstaret. l. sumptus. & l. emptor. in prin. ff. de rei uen. l. super empti. C. de euic. & quantum ad hoc ultra non scribo, quia scriptum est satis p dominos primò consulentes. ¶ Quantum uerò ad tertium dubium, quo quæritur, an obstet exceptio cessionis habitæ per dictum Nicolaum ab asserto syndico monasterii fratrum minorum, ꝙ monasterium prætendebat habere anteriorem hypothecam in dicta petia terræ uigore legati ei facti in testamẽto dicti comitis Roberti de Baptifolle de ann. 1400. plura adducta sunt egregiè per præfatos consultores, sed unum adiiciam, ꝙ uidetur esse tutissimum ad dictam cessionem excludendam, quia si quam hypothecam habebat dicta ecclesia, erat hypotheca tacita, quam habet regulariter quilibet legatarius pro quantitate sibi legata. l. 1. & 2. C. cõ. de le. l. fi. C. de sac. san. eccl. sed ita est ꝙ hypotheca quam habet dicta Bene. dicta pro dote præfertur cuilibet tacitæ hypothecæ etiã an
3 teriori in tpe. l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. & ibi not. † nec in hoc est æquè priuilegiata ecclesia, nam licet causa fiscalis & causa dotis quò ad tacitam hypothecam paribus passibus ambulent, & qui eorum est prior tpe, præferatur alteri. l. quamuis. C. de priuil. fis. tamen non sic est in ecclesia, quia sicut ci
b uitas [b] non habet tacitam hypothecam a iure, ut l. simile. ff. ad munic. no. g. & doc. in l. 2. C. in qui. cau. pig. taci. cõtraha. ita nec ecclesia habet priuilegium concessum fisco, sed a pari ꝓcedit cum ciuitate. & ideo nec tacitam hypothecam habet ecclesia in casibus in quibus priuatus nõ haberet, nec ipsam habet priuilegiatam, quia utitur iure ciuitatis. ita voluit Bald. in l. fi. C. de sac. sanct. eccl. in uer. vlterius quæro utrum ciuitas &c. & Bald. in rub. C. de priui. fisci. Sequitur ergo ꝙ dicta Benedicta in sua hypotheca etiam si esset tantùm tacita, debet in dicta petia terræ præferri dictæ ecclesiæ & habenti causam ab ea. Alex. de Imo.

ADDITIONES.

* Accumulari.] Sequitur Fel. ad c. 2. de libel. oblat. col. 16. & ibi per ipsum latè habes materiam cumulationis. Nat.

a ¶Impediens. sed remedium est ꝙ petatur augendo conclusiones in eadem instantia & per eadem media in ea deducta, iuxta no. in l. edita. ᶜ. de eden. & ita practicatur.

b ¶Ciuitas. tex. in l. 2. C. de iure recip. libr. 11. gl. pen. 2. ff. de priui. credi. Alex. l. 1. §. si hæres. in fi. ff. ad Treb. patet etiam epistola Traiani ad Pli. 2. quæ incipit, Quo iure. lib. 1. epistolarum.

SVMMARIVM.

1 *Clausula generalis tantum operatur quò ad genus, quantum specialis quò ad speciem.*
2 *Et si quid plus ualet in modica uel magna quantitate donat, excludit beneficium. l. 2. C. de rescin. uendi.*

CONSILIVM CV.

Ponderatis uerbis instrumenti uenditionis factæ per Illustrem & Excelsum Principem Nicolaum Marchionem Estensem, magnifico equiti domino Nanni de scortiis, de plurib. prædiis & terris positis in diuersis fundis & locis ibidem specificatis cum generali clausula infra scripta uidelicet. Et generaliter idem dñs Marchio uenditor dedit, uendidit, & tradidit dicto domino Nanni præsenti & ementi vt suprà, omnes alias & singulas terras aratorias, pratiuas uineas uineatas, pasculiuas & ualiuas, ac boschiuas, & sclapiuas cuiuscunque maneriei & qualitatis existentis in dictis fundis, & ad ipsum dominum Marchionem spectantes & pertinentes, & si in præsenti instrumento appositæ & specificatę non sint, si quas esse contingat de iure præfati domini uenditoris, quas uoluerunt dictæ partes pro expressis & specificatis haberi. & quæritur an uigore dictæ clausulę generalis intelligantur dominus Nannes prędictus, & successiuè eius hæredes habere titulum emptionis in petiis terrarum positis in dictis fundis, quamuis ipsæ petiæ terrarũ non fuerint aliter specificatæ, dummodo aliter constet quòd tempore dicti contractus erãt de iure dicti domini Marchionis, & ad eum petinebant. & meo iudicio casus iste non habet dubium, & proculdubio est concludendum quòd sic, prout etiam fuit egregiè conclusum & allegatum per aduocatũ di
1 ctorum hæredum in allegationib. mihi exhibitis. nam † idem operari debet clausula generalis quò ad genus, seu quò ad nõ specificata, quod operatur clausula specialis quò ad speciem. l. si duo. in fi. ff. de admi. tuto. l. omnes. C. de pręscr. 30. anno. ergo dicta clausula generalis quò ad omnes petias terrarum non specificatas & existentes de iure dicti uenditoris tribuit titulum, sicuti in aliis specificatis tribuitur titulus p spãlem expressionẽ. bñ facit tex. in l. legaui. ff. de lib. leg. & in l. si non designata. C. de fal. cã adiec. leg. & l. si sic. §. 1. ff. de le. 1. & ibi no. Dy. & Bar. & Bal. & expressius no. Spe. in tit. de loc. §. nũc aliqua. ver. 58. & ẽt probatur in l. ꝙ si in uẽdi. cum tribus seq. ff. de hære. uel acti. ven. & ibi hoc specificè determinat Bald.
2 in lectu. antiq. bene facit † id quod dicimus de eo qui conce
* dit castrum cũ ptinentiis, * vel castrum & oĩa iura q̃ ibi concedens habebat, nam licèt non sint specificatæ pertinẽtiæ uel iura; tñ ueniunt illa quæ de iure uel ex cõsuetudine erant Castro assignata, uel iura, quæ ibi concedens habebat, ut declarat Bal. in c. 1. de capita. qui curia uẽdi. &c. per ibi no per gl. & Bal. in l. a procuratore. C. man. & Io. de Imo. in l. 3. in fin. principij. ff. de acq. pos. iunctis notatis p Inn. in c. cũ ad sedẽ.

de rest.spo. ¶Nec est attendendum, an præfatus dñs Marchio spãliter statuerit an ignorauerit se in dictis fundis alias terras habere, qa satis est q̃ in gñe de eis cogitauit.s.q̃ esse poterat q̃ ibi alias terras haberet, ut clarè patet ex dictis uerbis instrumenti,& talis in genere cogitatio operatur idem ac si disponens specificam habuisset scientiam.l.qui militari.ff.de testa. mili.sub prætextu specierum.& ibi not.Cy.Bar. & alij. C.de
3 transac. ¶Nec† puto rescindi posse dictam uenditionem prætextu modicitatis pretii, etiam si propter comprehensionem dictarum terrarum non specificatarum appareret uenditorẽ esse enormiter damnificatum, & hoc propter uim alterius clausulæ in dicto instrumento appositæ, dum in eo dicitur,& si dictæ res uenditæ nunc plus ualeant uel in futurũ plus ualuerint in magna uel modica quantitate, totum illud plus quantumcunque fuerit dictus dominus Marchio uenditor titulo puræ simplicis & irreuocabilis donationis inter uiuos dedit & donauit, & pactum de non petendo fecit &c. ut de-
a clarat notabiliter Bar. [a] & alij post eum in l. si quis cum aliter.ad fi.ff.de uerbor.ob.doc.in l.2.C.de rescin.ven. & maximè Bal.ibi in 7.q.& doct.in c.pe.de emp. & uen. cum suis cõcordantiis.de quibus in locis præallegatis. ¶Nec superius dictis obstant ea quæ habentur in l. locus. ff. de acq.pos.& in l. emptor fundi.ff.pro emp.ubi si trado tibi quicquid iuris in tali fundo habeo,& dicti iuris ignorantia habeatur, nihil cen
* setur esse traditum adeò * q̃ possessio nec præscriptio uigore
4 dicti tituli locum habeat, quia†respondeo quod ibi hoc ideo est, quia erat ibi incertitudo ratione loci & quotæ, quæ incertitudo impedit possidere.l.3.§.incertum.ff.de acqui.poss.l.si fur.§.fi.ff.de vsusc.& per cõsequens impedit usucapionem. quæ sine possessione non procedit, ut in dictis iuribus. & l.sine possessione.ff.de usuc.sed facta declaratiõe & certioratione de iure dicti concedentis, tunc cessat incertitudo, & sic cessat impedimentum possidendi, meritò poterit res retineri ac possideri & dominium uigore dicti tituli non impedietur quò ad dictum dominum Nannũ seu ad hæredes,& istud est quod uoluit Spec. & doc.in locis supra allegatis, per iura superius allegata. Alex.Tartagnus.

ADDITIONES.

* Cum pertinentiis.] Hic procedit libellus, Peto quicquid possides in tali uilla; Alex.consi.187.in prin.lib.2.Nat.

a ¶Bart.& communiter sequuntur ut Fabianus tractatu emp. & uen. q.8.prin.q.4.Panta.rep.d.l.2.exten.15.sed ueriorem puto opi. Paul. d.l.si quis cum aliter.Bal.l.cum filius.§.pater.de legat.2. q̃ nec illa clausula generalis intelligatur de tanta læsione nisi probetur uenditorem sciuisse.fa.not.suprà,eod.consi.1.

* Adeo q̃.] Adde Pau.Cast.ad l.1.ff.pro empt.col.1.

EPITOME.

REFERT an concessio incipiat à mensura,& non uenit plus,an a corpore,& falsa demõstratio mẽsuræ minoris non restringit.

## CONSILIVM CVI.

Viso processu agitato super causa & lite uertente inter Andræam Budenium de Bagnacauallo ex parte vna,& Rayncrium Guarinum ex altera, attenta intricatione & inuolutione processus agitati super præcepto facto dicto Raynerio pro executione sententiæ latæ per dominum capitaneum Bagnacaualli, Suadeo & consulo dicto Andreæ, ut prætermittat uiam dicti iudicii executionis & præcepti hactenus facti, quia tutior est uia petendi executionem laudi inter dictas partes per egregios legum doctores dominos Thadæum de Borono, & dominum Antonium de Rondanellis arbitratores. Existimo enim per statutũ hoc esse prouisum, quod laudum arbitratoris mereatur executionem, prout ma
1 gis communiter prouident statuta per Italiam, licèt† de iure communi non habeat executionem, sed tũc agi debeat ex stipulatione adiecta in compromisso, ut declarat Bar. in l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro soc. & canonistæ in c. quintauallis, de iureiuran.& Sali.& in l.cum antea.C.de arbi.Laudum autem prædictum est clarum & liquidum per se, cum per illud sit condemnatus Raynerius ad dimittendum & relaxandum liberè & expeditè petiam terræ partim pratiuæ & partim syluosæ tornaturarum quatuor uel circa positam in territorio Bagnacauallo in feudis Brozardæ, iuxta ipsũ Raynerium uersus meridiẽ pro iuribus ac recomputi tabularii, & pro iuribus Baldasaris Fed.& à parte occidentali iuxta uiã Brozardæ, & a parte Septentrionali iuxta ipsum Andræam, & ad permittendum dictum Andream pacificè possidere. Solum superesse uidetur una difficultas, si pro parte Raynerii allegaretur quod non uult restituere uel relaxare dicto Andreæ intra dictos confines nisi quatuor tornaturas, an debeat audiri, an uerò teneatur relaxare totum illud quod est intra dictos confines, et si plurimũ excederetur numerus quatuor tornatusarum.& in hoc dico ueram & communem esse conclusionem quod totum id quod est intra dictos confines ue-
2 niat, non attento numero prædicto tornaturarum, † quia re-
a fert [a] aut disponens seu loquens incipit exprimere conceptũ suæ mentis à nominibus designantib. numerum uel mensuram,& tunc non uenit plus in concessione uel actu quam significetur per præcedentem numerum uel mensuram. ut si dico, concedo tibi quatuor tornaturas terræ in tali loco, an uerò incipiat a nominibus designantibus certam speciem siue corpus determinatum, licèt postea fiat adiectio mensuræ, ut concedo tibi talem fundum uel talem petiam terræ quatuor tornaturarum iuxta tales confines, prout in casu nostro, quia tunc etiam si nõ sint adiecta illa uerba uel circa, qm̃ isto casu attenduntur solum confines,& non numerus tornaturarum, siue in rei ueritate sit maior uel minor. & talis adiectio mensuræ est loco demonstrationis, quæ si falsa sit, nõ uitiat, nec minuit corpus fundi cui adiicitur, & ita determinat Oldra.in consi.196.Inci.In concessione cuiusdam. & Io. An.in addi.Spe.in ti.de emptio.& ven.§.sciendum.in fi.per l. si uenditor.in prin.ff.de actio.emp.& per not.in l.pen. §.fi. eo.tit. & l.si seruus legatos.§.qui quinque. & l. si fundum sub conditione.§.si libertus.in fi.ff.de leg.1.& l.his uerbis. §. pater. ff.de leg.3.& l.demonstratio falsa.ff.de condi. & demon.iuncta.l.si quis testamento.in prin.ff.de le.1. & idem uoluit Bal. in rub.C.de contrah.emp.in 21.q.& Sali.in l.2.eo.tit. & Pe. de Anch.in c.per tuas.de dona.& Pau.de Cast.in l.si seruum. §.si modus.ff.de actio.empt. & tantò magis hoc procedit in casu nostro. quia si non attenderentur omnes confines expressi in laudo, sed solùm numerus tornaturarum uerbo fertur, q̃ non includeretur uliqua pars terræ pratiuæ, sed sola pars nemorosa seu syluosa, cuius contrarium esse debet, ut ostendunt uerba laudi, dum in eo dicitur partim pratiuæ.bene facit glo.no.in l.si quis in fundi vocabulo.in gl. ff. de leg. 1.& sic tenetur omninò Raynerius dimittere & relaxare dictam petiam terræ usque ad iura quæ acquisiuit dictus Raynerius à Baldasare fabro, ut in laudo continetur, posito etiã quòd non teneretur relaxare usque ad iura Thomasii Gratiani loco cuius successit Bartholomæus rusticus, de quo confine fiebat mentio in sententia prius lata per dictum dominum capitaneum, quod ultimum ad præsens non aliter discutio, quia intentio Andreæ est consequi prout in laudo continetur. Laus deo.

ADDITIO.

a ¶Refert.suprà,li.2.consi.120.ubi dixi.adde suprà,li.v. consi.159.& infra,consi.seq.

## CONSILIVM CVII.

Quamuis circa primum dubium prima consideratione fortasse dicendum uideretur nõ
1 comprehendi in donatione prædicta † nisi numerum iugerũ in donatione comprehensorum per l.si uenditor hominis. in prin.& l.pe.§.fi.ff.de act.emp.& l.comprehensum.& l. Rutilia Polla.ff.de cõtrah.emp.& l.si qs testõ.in prin. ff. de leg.1. tñ ueritas & cõis conclusio doctorũ est in cõtrariũ. s.qd totum quod clauditur intra dictos confines veniat in donatione, numero iugerũ non attento, quia refert an disponens seu loquens incipiat exprimere conceptum suæ mentis a nobis designantibus numerum uel mensuram, & tunc non uenit plus in concessione

concessione quam significetur per præcedentem numerum, vel mensuram, vt si dico, cócedo tibi quatuor iugera terræ, in in tali loco, & ita loquuntur iura proxime allegata, an vero incipiat a nominibus designantibus certam speciem siue corpus determinatum, quo casu licèt adiiciatur numerus alicuius, vt concedo tibi tale feudum, seu petiam terræ quatuor iugerum iuxta tales confines, prout fuit in donatione facta a p̄fato illustrissimo duce Britanniæ dicto magistro Oliuerio, debent attendi solum confines non numerus iugerum, siue in rei varitate numerus iugerum reperiatur maior quam in donatione fuerit expressum, siue reperiatur minor, quia talis
2 †adiectio numeri mensuræ est loco demonstrationis, quæ si falsa sit, non vitiat nec minuit corpus fundi cui adiicitur. l. si fundum sub conditione. §. si libertus. l. si seruus legatus. §. qui quinque. ff. de leg. 1. l. his verbis §. pater. de leg. 3. & l. demonstratio falsa. ff. de condi. & demon. iunctis ibi nota. per Bar. in prin. in ver. quartò quæro quid in contractibus &c. & in præcedenti q̄one. designatio enim confinium rē designat, & quicquid est intus includit. l. æde sacra. §. 1. ff. de cótrah. emp. l. si fines. C. de euic. & ita distinguit Oldradus consulendo in suo consi. 196. Incip. In concessione cuiusdam. & Ioā. And. in addi. Spe. in ti. de emp. & vend. §. sciendum. in fi. vbi refert quod ita etiam tenebat dominus suus. ita etiam concludit Bal. in rub. C. de contrahen. emp. in 22. q. & Sali. in l. 2. e. ti. & Pe. de Anc. in c. per tuas. de dona. & Pau. de Cast. in l. si seruum. §. modus. ff. de act. emp. & hoc tanto magis procede
3 re debet † in donationibus principum, in quib. latissima fit interpretatio in fauorem donatarii. l. fi. ff. de consti. prin. l. si quando. C. de bo. vacan. li. 10. ca. cum dilecti. de don. & ita in proposito nostro in donatione tenet Io. de Imo. in d. cap. per tuas, & idem in simil. consuluit Lud. Rom. consi. 5. inci. Viso puncto dubiisq; resultantibus. & per hæc patet non oportere insistere circa secundum quæsitum principis, dum q̄ritur an ad hoc patrocinentur literæ generalis procuratoris principis, quoniam & si dictæ literæ magis ad fauorem dicti donatarii, quam ad eius præiudicium tendere videantur, tñ fundamētum facio principaliter in ipsis verbis donationis prin
4 cipis. ¶ † Circa tertium dubium quo quæritur, dato q̄ vna illarū petiarum habeat tantum tres confines dicatur satis certa, respondeo breuiter quod sic, per l. forma. in prin. ff. de cē. l. hac consultissima. in prin. cum ibi no. C. qui testa. face. pos sunt. l. 1. in fi. ff. de dote præleg. plenè no. Bar. in d. l. demonstratio falsa. in prin. in 7. q. & in l. libellorum. in princ. ff. de accusa. cum simi. & stantibus prædictis non expedit quartū & vltimum quæsitum attingere.

### SVMMARIVM.

1 *Venditio quicquid iuris etiam cum precario nullum ius nec possessionem tribuit, nisi de iure venditoris probetur. nu. 2.*
6 *Procurator generalis non potest facere dominum incidere, in pœnam.*
7 *Pœna legalis intelligitur si quis perseuerauerit vsq; ad sententiam, vnde etiam in causa appellationis licet desistere. nu. 8.*

### CONSILIVM CVIII.

Viso processu causæ principalis inter nobilem virū comitem Nicolaum de Cesiis agentem, & Paulū de Valerianis se defendentem. viso insuper processu causæ appellationis interpositæ per dictum Paulum appellantem, & dictum comitem appellatum ex alia, omissis non necessariis, & adhærens fundamentis quæ principaliora & tutiora eē putabo, Dico mihi videri ex actis mihi transmissis partes domini iudicis esse in pronunciando bene appellatum per omnia, & pronunciari debere absolutoriè in fauorem dicti Pauli, contra dictum comitem, ad quod moueor, primò, quia sumus in regula quæ habet q̄ actore non probante reus debet absolui. l. qui accusare. C. de eden. c. 1. vt eccle. benefi. Nā comes Nicolaus ad fundandā intentionem suā produxit instr̄m celebratū de anno 1351. in quo apparet q̄ Henricus quondā dñi Nicolai de Cæsiis confessus est habuisse a magistro Geminiano Physico fratre dicti Henrici libras quingentas, pro quibus dedit, vendidit, & tradidit d. Geminiano recipienti & ementi iure proprio omne suum ius quod eidē Henrico tūc spectabat & pertinebat in certis petiis terræ & domibus, & primò in vna petia terræ ducentarum bubulcarum, & quantumcunque sit posita in villa de Cesiis penes viam nouā, ab vno latere ducali minutariæ, a secundo hæredes quondā Petri de Cesiis mediante canale, a tertio fouea secus viam publicam earum, à quarto Bartholomæū de Cesijs, à quinto Thomasiū de Fabis à sexto illos de Lerraloitis, a septimo & ab o-
1 ctauo latere Zanellum de Ferraria Et † certè hic titulus pluribus ex causis non suffragatur in aliquo dicto comiti Nicolao, quia non dicitur in dicto instr̄o q̄ Henricus vendiderit,
a Geminiano dictā petiā terræ, sed ius [a] quod habebat in ea, p̄ quæ verba nisi aliter appareat de iure vendentis, talis titulus nihil iuris tribuit, ēt quò ad acquisitionē possessionis causæ, præscribendi propter incertitudinem, ita in terminis decidit Dy. Bar. & alii sequentes, in l. si sic. §. 1. in fi. ff. de leg. 1. per l. legaui. ff. de lib. lega. & l. 3. §. incertum. ff. de acq. pos. & probatur. in l. quod si in venditione, cum l. seq. ff. de hære. vel acti. ven. & ibi ad hoc ponderat illum tex. Bal. in lectu. anti. ita ēt decidit Old. in consi. 164. incip. Viso priuilegio inclyti regis Ludouici &c. per l. si fur. §. fi. ff. vsuca. & d. §. incertum. Idem in effectu vult Spe. in ti. de loca. §. nunc aliqua. ver. 63. in fin. per d. l. si sic. & per l. 3. & l. fi. C. de fal. cau. adie. le. & l. hanc legem. de contrah. emp. Idem vult Ang. in l. locus. per illum tex. ff. de acq. poss. Sed de aliquo iure dicti Henrici vendentis non est dictum in processu mihi transmisso, ergo nullius effectus est dictus prætensius titulus. ¶ Secunda ratione non releuat dicta emptio, quia non est probatum in processu mihi exhibito q̄ dictus Geminianus emptor fuerit de progenitoribus dicti comitis Nicolai. vt verbis relationis celeberrimi iurisconsulti domini Baptistæ adhæream, saltem taliter q̄ appareat iura hæreditaris dicti Geminiani legitimè spectare ad dictum comitem Nicolaum, imo secundum quod narratur, in positionibus dicti comitis Nicolai præfatus Geminianus, non fuit de progenitoribus dicti comitis Nicolai, licet solū de transuersalibus. ¶ Tertia rōne, quia non est probatū quod Geminianus prædictus vel hæres suus, nec ēt q̄ dictus Henricus vnquam dictā rem possederit, ergo ille titulus emptionis non tribuit d. Nicolao ēt si esset hęres Geminiani causam aliquam vendicandi aliquo remedio. l. sed si res. alias incipit cum qui. §. fi. cum l. seq. ff. de pub. l. si ager. ff. de rei ven. l. ex
2 stipulatione. ff. de acq. poss. & quod no. Spe. in d. vers. 58. † nec precarium appositum in instr̄o prædicto, aliquid operatur,
* nisi probetur * q̄ venditor tempore venditionis possideret, *
* l. quamuis. §. 1. cum glo. quam ad hoc vt ibi ponderat Ang. ff. de acq. pos. & no. Ang. in l. 2. C. eo. ti. per ibi no. & Ang. in l. quædā mulier. ff. de rei ven. & Bal. in l. 1. C. q̄n liceat ab emp. disce. & Ant. de But. in c. cum venissent. de rest. spol. & in repe. c. fi. de caus. posses. ad hoc. l. traditio. ff. de acq. re. do. cum simi. ¶ Quarta ratione excluditur dictus comes, quia semper in suis supplicationibus & ferè in omnibus scripturis productis per istum comitem allegauit ipse q̄ Paulus Valentinus, occupat bebulcas quinquaginta, quæ sunt pars vnius petiæ terræ bebulcarum ducentarum ad ipsum comitem pertinentis, sed ita est q̄ ipse comes rn̄dendo positionibus confitetur se alienasse dictas bebulcas ducentas iam sunt anni 13. vel
3 circa, sed verbum † illud, alienasse, importat q̄ omne dn̄ium quod habet, sit translatum in alium. l. alienatum. ff. de verb. sig. cū concor. de quibus ibi. ergo potest & voluit Paulus ei opponere q̄ ipse agere non pōt, tanquam oē ius sit translatū in alium. maximè cum sit probatum per testes Pauli, & ēt p̄ instrumentum reuocationis precarii ipsum Paulum possedisse & possidere. l. fi. C. de rei vend. l. cum seruum quispiam, cū ibi no. C. de ser. fugi. l. in rem. in prin. ff. de rei ven. & q̄ plenè no. per doc. in l. 2. ff. de excep. rei iud. cum sim. & fortasse de dicta alienatione est probatum per istrumētum verum, quia illud non inueni in actis transmissis, iō in instrumēto nō feci fundamētū. ¶ Quinta rōne etiam non pōt obtinere dictus comes, quia nō est probatū sufficienter q̄ ista petia terræ bebulcarū quinquaginta sit comprehensa inter confines, de quibus fit mentio in d. instrumento emptionis dicti Geminiani, imò Thomas primus testis productus per Paulum deponit quod non comprehenditur intra dictos cōfines. alii verò testes Pauli vno excepto, si bn̄ oīa eorum dicta recenseātur nō probant

quòd esset comprehensa intra dictos confines instrumenti, sed potius quòd hoc ignorant. & sic productio instrumenti tanquam ambigua & non concludens quò ad casum nostrũ non releuat. c. in præsentia. de proba. l. neque natales. C. de prob. Et stantibus prædictis apparet ꝙ relatio præfati Baptistæ, posito ꝙ illa attendi deberet, non habet releuare dictum comitem, cum non sint probata incumbentia, ut ex prædictis colligitur. ¶ Præterea in relatione dicitur ꝙ commissarius diligenter se informet de omnibus iuribus partium, quæ partes ipsæ ostẽdere uoluerunt, & maximè an bebulcæ illæ quinquaginta terrarum de quibus idem Nicolaus conqueritur in petia terræ ducentarum bebulcarum &c. apparet ergo quòd dominus Baptista uoluit haberi debere respectum non solũ ad iura specialiter expressa in dicta relatione, sed etiã ad omnia iura partium l. Iulianus. in prin. ff. de leg. 3. l. à procuratore. C. man. cum uul. & sic dato quòd dictæ bebulcæ quinquaginta comprehenderentur in dicto instrumento, illud nõ sufficeret ad uictoriã si in spectis iuribus & allegationibus Pauli appareat ꝙ non possit obtinere actor prout in proposiio, quia sufficit quòd Paulus teneat & possideat ad hoc ut excludatur comes Nicolaus a iure uendicandi, si non probat extrema necessaria. d. l. fi. C. de rei uendi. & hoc operatur illa dictio. maximè, apposita in relatione, ut no. Ia. Bu. in l. 2. §. ignominiæ. ff. de his qui no. infa. & Ant. de Bu. in cap. ab excommunicato. de rescr. & in c. in præsentia. cum concor. de renun. & qđ not. gl. in l. illud. ff. ad l. Aqui. & ita est interpretandum rescriptum principis postea rescribentis ꝙ uicarius potestatis procedat iuxta relata per dominum Baptistam ad expeditionem

4 causæ cum omni possibili celeritate, quia † rescriptum debet interpretari ut non lædat ius partis. c. super eo. de offi. dele. c. causam quæ & quod ibi singulariter no. Compost. & alii docto. post eum, de rescri. ¶ Item in relatione domini Baptistæ concludebatur quod commissarius delegandus a principe deberet se informare de iuribus partium. ut dixi, & referret. & quod illud fieret cum celerrima expeditione. ergo si fuit cõ-

5 missum uicario quòd † iuxta relata per Baptistam procederet ad expeditionem, sequitur quod intelligebatur sibi commissum quòd duntaxat se informaret de dictis iurib. partium, & referret principi, & quod illud faceret cum celerrima expeditione, per l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demon. & l. asse toto. ff. de hære. insti. & l. institutio talis. ff. de condi. instit. ergo procedendo ad sententiam diffinitiuam, non autem referendo principi excessit fines mandati, & gesta non ualuerunt. cap. cum dilecta. de rescr. c. cum olim Abbas. de offi. dele. l. diligentet. ff. manda. ¶ Omitto illud quod in inuentario facto per vxorem quondam Cambii de Fabis, & in diuisione illorum de Valentinis non sit descripta ista petia terræ, quia per hoc non sequitur quòd non potuerit esse dicti Cambii seu postea dictorum de Valentinis. l. non hoc. C. unde cog. &

6 l. ad probationem. C. loca. d. c. in præsentia. ¶ † Postremò non obstat si dicatur quòd procurator Pauli usus est instrumento falso in dicta causa, & quòd propterea dominus debet cadere a causa, quia ut disponit statutum loci uolens ꝙ si quis alieno nomine sciens falsò testes uel falsum instrumentum seu ipsis falsis testibus, uel falso instrumento usus fuerit, in centum libris condemnetur, & dominus a causa datur. & in super eadem pęna condemnetur etiam si per alium productum fuerit instrumentum falsum seu producti falsi testes. Et ipse principalis producens falsos testes uel falsum instrumentum, intelligatur sciens, nisi clarè contrarium probauerit &c. quia ad hoc respondeo, Primo ꝙ posito, sed non cõcesso, quod appareret dictum instrumentum esse falsum, tamen dictum statutum debet interpretari secundum ius commune, ne quis indebitè damnum patiatur. l. 2. C. de noxa. & ibi not. c. cum dilectus. de consue. & est optima gl. & ibi doc. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. not. Bar. in l. omnes populi. in 6. q. prin. ff. de iusti. & iur. & in l. non dubium. C. de legi. cum simi. Sed de iure communi nunquàm incidit dominus in pęnam ex aliquo malefacto procuratoris, nisi ꝓcurator ad illud malefactum habuerit speciale mandatum, uel dominus ratum habuerit. l. 3. §. si procurator. ff. quod quisq; iu. l. si procurator. in princ. & utrobique no. Bar. & alii. ff. de condi. inde. & non sufficeret si procurator haberet generale, cum libera, secundùm Barto. in d. §. si procurator. unde dicit Bart. ꝙ debet peti ꝙ dominus approbet uel reprobet productionem factam per procuratorem. Sed ita est ꝙ Paulus non constituit procuratorem specialem ad producendum dictũ instrumentum falsum, nec ratam habuit dictam productionem, imo expressè in causa appellationis dictus appellãs quatenus dicta productio procuratoris posset nocere ipsi Paulo discessit ab ea, & eam nullo modo ratam habuit. ¶ Plus dico

7 † quod etiam quando ipsemet Paulus fuisset ille qui produxisset dictum instrumentum falsum, tamen cum illa pœna ꝙ cadat a causa sit pęna legalis & est imposita a lege municipali, debet intelligi si in ea productione perseuerauerit usq; ad sententiam. & non destiterit, aliàs secus. l. in seruitutem. §. petiisse. & l. qui cum maior. §. recusasse. ff. de bonis liberto. l. Papi. §. meminisse. ff. de inoffic. testam. l. alia. C. de his qui. ut in dig. notat plenè Bar. & alii in l. amplius. non peti. ff. rẽ ra. ha. & in l. criminali. C. de iurisd. om. iud. & in l. si quis maior.* C. de transac. no. doc. in c. si diligenti. de for. compe. & sicut potuisset ante sententiam latam in causa principali desistere a productione & usu dicti instrumenti, ita & etiam potest post latam sententiam in causa principali, si à tali sententia appellatum sit & pendeat appellatio, ut est in proposito, ita notabiliter decidit Bal. in d. l. alia. C. de his qui. ut indi. in uersi. extra quæro nunquid in causa appellationis, quia appellatio rescindit pronunciatum. l. 1. in fi. ff. ad turpil. l. in ratione. §. cũ quidam. ff. ad l. Fal. & ista etiam fuit originalis decisio Cyn. in d. l. alia. in fin. licèt Bald. ibi non dicat. & idem etiam uoluit Bal. in c. 1. §. porrò. ad finem. in ti. quæ fue. prima causa bene-

8 fi. ami. ¶ Pro hoc † etiam quia in casibus in quibus mora potest purgari usque ad sententiam, ita purgari poterit in causa appellationis post primam sententiam sicut poterat in causa principali, ut no. glo. in l. 1. & ibi clarius Bar. ff. de act. em-

9 ptio. & not. Ang. in l. & si post tres. ff. si quis cau. ¶ Tertiò † respondeò, ꝙ & posito ꝙ acta producta pro parte dicti Pauli cõtinerent falsum seu essent falsa, adeò quod succedere debuisset pęna statuti, tamen si ita erat ut deducitur ꝙ acta producta pro parte dicti comitis essent falsa, ut prius fuit oppositũ pro parte dicti Pauli, sequitur ꝙ illa exceptio falsitatis opposita per procuratorem Pauli non debuit tolli replicatione falsitatis oppositæ per dictum comitem, per l. apud Celsum. §. Marcellus. ff. de doli excepti. & per not. in l. cùm mulier. ff. sol. mat. & in pari causa debuit melior esse conditio rei. l. 2. C. de condi. ob tur. cau. in c. in pari. de regu. iur. in 6. Ex quibus concludo pronunciandum esse, fuisse bene appellatum pro parte dicti Pauli, & ipsum debere absolui a petitis ꝓ parte dicti comitis, & uictum uictori in expensis cõdemnandũ.

ADDITIONES.

a ¶ Sed ius. suprà, lib. 1. consi. 28. nu. 7. suprà, li. 2. consi. 14. nu. 7. consil. 181. nu. 5. Alex. d. l. si sic. & l. locus. de acq. poss. Cor. consi. 201. li. 1. Frã. Bal. de præscr. par. 1. q. 6.

* Nisi probetur.] Fallit in antiquis, in quibus qualis qualis probatio sufficit, ita notat Soc. cõsi. 187. col. 5. lib. 2. sufficit probare, quòd post tempus contractus possedit, quia constitutum trahitur ad futura, Aflic. decis. 378. & de his Decius ad l. contractus. ff. de reg. iu. Nat.

* Possideret.] istud non requiritur inter partes contrahentes Bal. ad l. fi. q. 8. C. de edic. diui. Et per cõstitutum transfertur ciuilis, sed nõ naturalis, nisi in conspectu fundi, uel constituens habeat in fundo colonum; Alex. ad l. interdum. col. 3. ff. de acqui. pos. Nat.

* In lege, si quis maior.] Et ibi Alex. col. pen. Nat.

EPITOME.

PROCVRATORI gestori uel famulo non debetur salarium, nisi sit promissum uel sit cõsuetum.

CONSILIVM CIX.

Super eo de quo quæritur. in themate. s. an Franciscus stabilimus ciuis & notarius Ferrariẽsis constitutus procurator à magnifica domina consorte magnifici comitis Guidonis de Mugonibus ad dandas certas pecunias mercatoribus in ciuitate Ferrariæ ad exercendum & trafficandum illas in artibus & mercantiis ad honestam partem lucri & damni, prout latius in dicto mandato continetur, possit ex eo ꝙ dictas pecunias collocauerit, & illas quandoque à mercatoribus recuperauerit, petere salarium, ali-

aliquod pro labore suo. & præsupponitur quod in loco non
est consuetudo, ꝙ pro similibus detur salarium, & quòd di-
ctus Franciscus non erat pro similibus consuetus accipere sa
larium,& quòd inuentus fuisset alius qui hoc gratis facturus
1 fuisset more amicorum. † breuiter concludo quòd non, vt
probatur ex notatis per gloss. in l.j.§. aduocatos.ff. de variis,
& extraor.cog. vbi notatur quòd procurator, cui nullum pro-
* missum est salarium non potest petere * sibi salarium consti-
tui. & illam gloss. sequitur etiam Bartol. & probatur in l.qui
mutuam. §. salarium.ff.man.& in l.salarium.C.man.vbi pro-
batur, quòd ille, cui certum salarium promissum est, non po-
test petere aliquod salarium sibi taxari, multominùs, quod
nullum promissum est certum, vel incertum. istam opi. etiam
simpliciter sequitur Bald. in l. salarium.ff. mand. idem est de
mente Bar. in l. 1.§.ludi.ff.de variis & extraordi. cogni. quod
exceptis personis in illa lege nominatis, alii operantes non
possunt implorare officium iudicis, vt salarium eis constitua-
tur, sed habent necesse agere ex promissione si eis promissum
est salarium, vel si non est promissum debet attendi si consue-
uerunt alias locare operas suas, & tunc videntur locasse secũ-
dum consuetudinem, & ex locato agere potuerũt.l. exceptio.
2 C.loc.& insti.loc. in princi. ¶Hoc † idem deciditur in consi-
liis Federi.de Señ. consi. 218. incipiente Domine Federice si
non fallor.&c. & in consilio sequenti, vbi concluditur quod
si famulus stetit. ad seruitium domini aliquo tempore nulla
facta conuentione de salario, non possit petere salarium, ni
si esset consuetus locare operas suas, & dominus esset con-
suetus conducere operas ministrorum. ad primum allegat,
quia speciale est in aduocato, & in aliis specialiter enume-
ratis. in l.1.in princip. & §. ludi. de variis, & extraordinar.
cogni. ergo in contrarium est ius commune in aliis.l. 1. in fi.
ff.ad muni.l. ius singulare, & l. quod verò.ff. de legib. & alia
sunt specialia in aduocato, puta vt ex nudo pacto petere pos-
sit salarium.l.1.C.de suffra. pro hoc etiam adducit. quia quã-
do aliquis scit se non teneri & scienter de suo aliquid præstat,
videtur donare.l.cuius per errorem.ff.de regul. iur.l. Campa
nus.ff.de ope.li. ita est in proposito. ¶Quò ad secũdum aũt. s.
quando erat consuetus locare & ille conducere, quo casu di-
cit quod salarium siue merces peti potest saltem vsq; ad sum-
mam, qua dominus alicuius operam, & ministerium fuisset
conducturus, allegant in argumentum.l. si non sortem.§. li-
bertus. vers. sed hæc nunquid.ff.de cond. inde.& l. in ædibus.
in prin.ff.de don.& l.si.C.de fun. patrimo.lib.x. bene facit.l.
in summa.§.in frumento versi.& sic.ff.de cond. indebi. ¶Du-
bium tamen facere videtur illud quod not. Cyn. in l.1.in fin.
C.manda. vbi refert quod Iacob.de Aret. tenet quòd si procu
ratori nullum est promissum salarium, possit petere illud si-
bi constitui officio iudicis, sicut aduocatus, per d.l.1.ff. de va-
riis & extrard.cog. quia aduocatus est ille, qui quoquo modo
liti patrocinatur. vt in §.aduocatos.& dicit ꝙ Ia.de Are. respõ
det ad dictam l. qui mutuum.§. salarium.ff.mand. quod ibi
intelligitur de actione mandati, scilicet quod talis procura-
tor non potest petere per actionem mandati sibi constitui sa-
3 larium, sed per officium iudicis sic. ¶† Sed certè hæc opi. Iac.
de Are. non videtur vera, & est contra tex. in d.§. salarium. dũ
dicit, neque extra ordinem rectè petitur, neq; iudicio manda
ter in proposito inquit, sequutus Cyn.quod in principe suf
ficiat reuocatio & derogatio generalis facta dispositioni præ
cedenti, quæ prohibebat secundam dispositionem fieri illi
primæ contrariam. allegat.l.omnes.§.1.C.de præscript. 30.
ann.& cle.eos.de sepul.& dicit quod ita videtur tenere glo.
in l.imperiales.C.de nup.& quòd ita seruat curia Romana,
& respondet ad d.l.si quis.in prin.testamenti.prout proximè
dixi.ita etiam est de mente Fed.de Senis in consil.47.incipi.
Habita super casu prædicto collatione conuenienti. ubi dixi
quod licèt secundum priuilegium non tollat primum nisi in
secundo fiat mentio de Primo & eius derogatorijs, vt legi-
tur & no.in c.veniens.de præscrip.& in c.1.de rescri. & 28.
q.2.in summa. tamen sufficit generalis derogatio: quia di-
cit ipse, videmus quòd per sufficientia generalis derogato-
ria posita in lege uel canone, vel aliquo priuilegio derogatur
specialibus priuilegijs quantumcunq; habentibus speciales
clausulas derogatorias ad futura, ut patet in c.quia sæpe. de
elect.in 6.in c.alma.de sen.excom.in 6.c.vt officium.post me
dium.de hæret.eo.lib.& in l.1.& 2.§.nos etenim. de sepul.
21 ¶Non obstat † etiam dum dicebatur, quòd ad hoc vt per
secundas literas tollantur primæ, oportet de primis specia-
lem mentionem fieri, quia respondeo quod imò sufficit ge-
neralem de eis mentionem fieri.c.causam quæ, el 2.de iudi.
c.audita.de restit.spol. & ita videtur residere Hostien.in d.c.
2.de dolo & contu. & etiam Io.And.ibi dum dicit quod po-
test responderi ad dictum. c.secundum, de dolo & contu-
ma.quod nec etiam in genere facta erat mentio de primis li-
teris. ita etiam est de mente Io.And.in c.1. de exces. prælat.
in 6. in nouella. cuius verba retuli s. nec oportuit de aliqua
alia clausula fieri specialem mentionem, nisi quando appa-
reret illam clausulam: fuisse talem quòd si Papa Paulus de il
la habuisset notitiam, verisimiliter contrarium non dispo-
suisset secundum do.Abb.in d.c.2.de do.& contum. & c.ex
conquestione.de resti.spol.arg.c.super literis.& c.postulasti.
22 de rescrip. ¶His bene consonat † id quod dixit Pau.de Liaz.
in clem.1.de sepul.vbi uoluit quod quando verba generalia
derogatoria præcedentium actuum sunt prolata ab eo qui
specialiter derogare potuisset, sufficiant si sunt ita prolata
quod innuant uoluntatem derogantis esse talem. & hoc di-
cit esse verum, tam in contractibus, quàm in priuilegijs re-
scriptis & constitutionibus. allegat.d.c.quia sæpe.& d.c.al-
ma; & c.si motu proprio, de præben.in 6.quod autem ver-
ba apposita in dictis literis promotionum innuant volunta-
tem Papæ fuisse talem, patet ex illis clausulis per quas de ple
nitudine potestatis, & ex certa scientia, derogatur defectibus
si qui essent, & suppleuit solennitates consuetas, ut est dictũ
supra. ¶Ex prædictis infero non fore necessariam aliam pu-
blicationem & receptionem eorum, nec titulorum assignatio
nem: quia in dictis literis expresse cautum est, quod in casu
quo sequeretur mors præfati domini Pauli Romani Pontifi-
cis immediate, & eo momento intelligerentur publicati ipsi
quatuor domini Cardinales, quoad collegium dominorum
Cardinalium, & dixit exnunc in Cardinales & fratres reci-
pere prout extunc, & extunc prout exnunc, non obstantibus
23 quibuscunque solennitatibus consuetis &c. † quæ verba ope
* rantur * vt ex die mortis prædictæ intelligatur retro facta pu
blicatio, vt in clem.1, cum ibi no.de conces.præb.& in c.du
dum, & ibi expresse no.Arch.& Io.And.in nouella, de præb.
in 6,l.lecta.ff.si cert.peta.l.si ita stipulatus fuero si Titius, in
princ.& ibi Bar.ff.de uerb.obli.& l.huiusmodi.cod.ti.& ibi
dicit Ang.& alij post eum quod dicta verba.s.exnunc prout
d extunc, [d] & extunc prout exnunc operantur ut ex quolibet
dictorum temporum possit dici quod actus & dispositio su
mat effectum: pro quo allegant glo.in l.1.C.de codi.& tex.
cum glo.in clem.1, in verbo, extunc, de iure patro. & clem.
si de sepu.& l.cum quidam, in prin.ff.de vsur.& in auth.cre
dentes.C.de hære, no.etiam doc. in c.præterea. el 2. de app.
nam quando dico extunc prout exnunc, futurum trahitur ad
præsens: ita inquit Bald.in auth.contra rogatus, in prin.per

illũ tex.C.ad Treb.& no.Bal.in c.1. de mili. vas.qui cõtu.est.
& in d.l.lecta.& in l.Gallus.§.nunc de lege.ff.de lib.& posth.
& Ang.in ea.l.in prin.per illum tex.cum gl. & in d.l.1.C.de
iudi. Prouisumq; fuit tempore promotionis dictis dominis
quatuor assumptis de titulis suis, ut in dictis literis promo-
tionis apparet: vnde alia non est necessaria titulorum assigna
tio, licèt talis assignatio tunc non fuisset necessaria, vt no.Ho
stien.& Io.And.in capitulo ad deliberandum, de iudæ. ¶Per
prædictas literas promotionis etiam apparet fuisse suppletos
defectus non traditi pilei, non immissi annulli, nec oris aper
ti: quia Papa voluit supplere omnes defectus si qui essent, &
derogare omnibus solennitatibus cõsuetis & similibus, quod
facere potuit eo modo quo fecit, cum sint defectus iuris po-
sitiuis, vt suprà fuit ostensum, dum discussi de virtute illius
clausulæ supplentes omnem defectum ex plenitudine pote-
statis, ex certa scientia &c. per quæ intelligitur derogatum
his quę prouisa erant per dictam extrauagantem, ut superius
24 ostensum esse puto. ¶ † Accedit ad confirmationem præmis
sorum id quod dixit Bald.in c.1.in prin.in tit.quid sit inuest.
* in vsibus feudorum. vbi uoluit quod si Papa * dixit: assigna
mus tibi castrum cum plenitudine iuris, vel per alia verba
æquipollentia: non erit necessaria alia possessio facti: quia
apud Papam est plenitudo supremæ possessionis & suprema
potestas: allegat id quod not.16.q.5.volumus, & ar.c.capi-
tulum sanctæ Crucis. de rescrip.& id quod no. Archi.in c.si
clericus, de præb.in 6.& idem in effectu uoluit Bald.in c.fin.
de noua forma fidelitatis, & Bal.in c.ad audientiam, de præ-
25 scrip.& Ang.in l.officium.ff.de rei vendi. ¶Modus † autem
tenendus per dictos dominos, vt suprà promotos esse vide-
tur, quod coram superiore narrent ea quæ gesta sunt, asse-
rantque à peritissimis eis esse consultum dictam promotio-
nem valere, necnon eos intelligi etiam legitimè promotos ad
prædictam dignitatem & officium: & eos ut Cardinales es-
se in omnibus & per omnia habendos & tractandos. Quare
petunt super hoc iustitiam ministrari omni meliori modo,
via, iure & forma, quibus magis & melius fieri potest, cum
protestatione quod prædicta dicunt ac fieri petunt, si & in-
* quantum eis de iure liceat & non aliter. * nec alio modo. nã
per huiusmodi protestationem factam cum huiusmodi clau
sula in omnem euentum sunt tuti à pœna, de qua in dicta
extrauaganti, ut notabiliter traditur per Bald.in c.1.§.fina.
in titu.quæ fuerit prima causa benefi.amit.per id quod in si-
mili not.gloss. in l.si quidem.C.de excep.& not. domi.Abb.
in cap.fin.de feu.& ego etiam sub eadem protestatione ita di
co & consulo.

ADDITIONES.

a ¶Dominis. pro quibus in hac eadem causa pariter latè consuluit Cor.consi.188.lib.3.

b ¶Supplementes.supra lib.1.consi.79.nu.8.suprà, lib.2.consi.195. nu.18.suprà, eo.lib.consi.92.nu.30.

* Valebit donatio.] Sequitur Alex.ad l.quanquam. C.de testam.mili. & ad l.Centurio.col.6.ff.de vulg.& pup.Iacobin.in inuest.in verbo, princeps.circa fi. Nat.

c ¶Sufficiet.uide suprà, lib.4. consi.7.

* Verba operantur.] Idem dicit Alex.ad d.l.huiusmodi per easdẽmet auctoritates. Adde Ias.consil.145.col.3.lib.2.& ponit Alex. ad l.1. C.de condi. Nat.

d ¶Extunc.Alex. d.l.huiusmodi.l.1.C.de condi.Gemi.cap.dudum.de præb.in 6.Cur.Senior. consi.47.nu.25.Feli.c.licet causam.de prob. Ant.Negusa.tra.pig.parte.2.membro.

* Si Papa.] Adde etiam, quòd Papa solo uerbo creat prælatos, etiam absque literis gratiæ, quæ fiunt ad probandum tantum & etiam ex sola electione acquiritur ius electo, ut per Ias.consi.145.lib.2. ubi in simili facti specie consultus respondit.

* Et non aliter.] Nota protestationem additam uerbis, non aliter, nec alio modo. excusare à pœna, quod tamen non firmat Alex.consi.3. col.2.lib.1.Ias.ad rub.sol.mat.in 2.lect. Nat.

EPITOME.

CREDITOR habet fundatam intentionem in hypothecaria, eo ipso quod bona detinebantur per prætorem.

## CONSILIVM CXII.

Hoc cõs. mutatis noibus ponit Alex.plenè de verbo ad ver bũ in apostil.ad Bar.ad l.rẽ alienã.ff.de pignor.actio. Natta.

VISO

Viſo quodam inſtrumento deſcriptionis bonorum fa-
ctæ per ſer Io.de Belinzona,& viſis nonnullis atte
ſtationib.teſtium tam receptorum in fauorem domini Geor
gij de Graſſis, quàm etiam in fauorem Franciſci & fratrum
de Medicis,quæritur vtrum ſtante quòd dominus Georgius
eſſet creditor dicti Ioannis Picini,& haberet obligata omnia
bona & iura dicti teſtatoris, poſſit conſequi creditum ſuum
ſuper dictis bonis de quibus in deſcriptione prædicta: & pu
to quod ſic. Ad quod oſtendendum præſuppono quòd dicti
de Medicis non poſſunt negare quòd dicta bona in dicta de
ſcriptione contenta non fuerunt reperta in domo habitatio-
nis dicti Ioannis & penès ipſum : quia hoc probatur per in-
ſtrumentum dictæ deſcriptionis & conſignationis factæ per
dictum ſer Ioannem de Belinzona penes dictos de Medicis
promittentes ea reſtituere cui vel quibus venient de iure re-
1 ſtituenda . nam † verba dicti inſtrumenti, etiam ſi enuncia-
a tiua ſint, probant contra eum cum quo [a] confectum eſt di-
ctum inſtrumentum.l.optimam.C.de contrahen.& commi.
ſtipula.l.quidam.ff.de proba.l.Publia.§.fin.ff.depoſi.nam cū
in principio dictæ deſcriptionis ſit narratum dicta bona eſſe
de bonis dicti Ioannis ſeu penès eum exiſtentibus, & rece-
ptis in dicta domo habitationis,eiuſdem , & poſtea ſubiun-
gitur, quæ quidem bona fuerunt repoſita penès dictos de
Medicis, confitentes ſe ea habere, & promittentes ea reſti-
2 tuere &c. illud † relatiuum quæ, & illud relatiuum ea,facit
relationem præcedentis ſeu antecedentis cum omnibus ſuis
qualitatibus, vt declarat Bar.ff.de leg.2.in l.ſi quis ſeruum.
§.fina.in verſicu.ſed quæro teſtator reliquit alia parte bono-
rum &c.per l.à filio.§.teſtator.cum ſeq. ff.de ali.& ciba. leg.
& not.etiam Bar.in l.1.in prin.ff.de receptator.& in l.1. in fi.
ff.ſi familia fur. fe.dicatur & ſic videntur dicti de Medicis fa
teri bona illa fuiſſe de bonis dicti Ioannis ſeu penes eum exi-
ſtentibus & in domo habitationis eiuſdem repertis : quæ
qualitates important dicta bona fuiſſe in dominio vel quaſi
dicti Ioannis ſeu ab eo poſſeſſa.l.2.§.in locum. ff.de relig. &
ſump.& fu.l.bonorum appell.§.in bonis.& l.penès.ff.de ver
3 bo.ſign.& dato † quòd referrentur etiam ad bona quæ deti-
nebantur per dictum Ioannem , tamen ex detentione præſa-
b mitur poſſeſſio,[b] vt no.glo.7.q.1.Pontifices. & colligitur ex
no.per gl.in l.ob maritorum.C.ne vxor pro marito.quam ad
hoc allegat Ang.in l.qui vias.§.1.ff.de dam.infect.& no.Inn.
in c.cum olim.de priuileg. & Ioan.An.in c.2. vt lite pend.&
Paul.de Leaza.in commento.c.in literis.de reſtit.ſpol.& Bal.
in tit.de pace conſtan.in verbo recuperauerat quoquomodo.
& in d.l.2.C.vbi in rem act.& in ſua diſputatione incipiēte.
Accuſatus de vi turbatiua.& eſt de mente Bar. in l.ſtipulatio
iſta,§.hoc quoque.poſt gl.ff.de verb.oblig.& Ioan.de Imo.in
l.à diuo Pio.§.ſi ſuper.ff.de re iud.& ad confirmationem eo
rum quæ probantur per dictum inſtrumentū, adductæ ſunt
etiam probationes factæ per teſtes productos pro parte dicti
domini Georgij. hoc præſuppoſito oportet videre, an ſuffi-
ciat dicto domino Georgio probaſſe, vt ſuprà ſaltem de poſ-
ſeſſione dicti Ioannis Picini,ſ.quod poſſederit dicta bona, vt
probatur per dictum inſtrumentum deſcriptionis in quo ar
ticulo varie loquuntur glo.& doct.in l.rem alienam.ff.de pi-
gno.actio. & in l.cum res.C.ſi res alie.pign.data ſit,cum ſuis
concordantiis,tamen omiſſis diſputationibus dico quòd quā
4 tum ad caſum noſtrum † ſufficit probare de poſſeſſione dicti
Ioannis Picini,hoc oſtendo ex notatis per Bart.in l.rem alie-
nam,in uer.ſed cōtra hoc ſi debitor poſſidebat &c.vbi dixit,
quod qñ omnia bona debitoris ſunt obligata creditori, & de
bitor poſſidebat rem , ſi eam non deſijt poſſidere quamuis
reperiatur per alium detineri : tamen per hypothecariam ad
uocabitur dicta poſſeſſio aduerſus detinentem : quia illud
5 ius poſſeſſionis debitoris fuit obligatum creditori , ſed † ita
eſt quod dictus Ioannes Picinus non deſierat poſſidere dicta
bona,quamuis eſſent de mandato principis depoſita ſeu in
c ſequeſtrum [c] poſita apud dictos de Medicis cauſa cuſtodiæ,vt
l.intereſſe,cum ibi no.per Iacob.de Aretio,& Bar.ff.de acqu.
poſſ.& not.per gl.& doct.in c.examinata,de iudi.& latè pro-
bat Cyn. poſt antiquos in l.unica. C.de prohibita ſequeſtra.
& Bar.in l.licet.ff.depoſi.& notant doct.in clem.1.de ſeque-
6 ſtra.poſſ. ¶Item † ſufficit domino Georgio docere ꝙ dictus
Ioannes Picinus debitor. ſuus poſſederit dicta bona ; ad hoc
ut ipſe dominus Georgius creditor habens hypothecata bo-
na omnia dicti debitoris poſſit, per vtile interdictum poſſeſ-
ſorium Saluianum aduocare dictam poſſeſſionem bonorum
poſtea conſignatorum apud dictos fratres de Medicis, vt no-
tabiliter declarat Bar.in d.l.rem alienam , & etiam in uerſic.
item opponitur contra prædicta,nam ſi debitor &c.& in l.1.
C.de precario & Saluiano interdi.per l.1.§.1.ff.de Saluia.in-
terdi.quinimò ſecundum Dyn.in §.item ſeruiana. inſtitu.de
act.& glo.& Sal.in d.l.cum res.ſufficit in hypothecaria indi
d ſtinctè apparere quòd debitor bona fide poſſederit.[d] quia res
quæ bona fide poſſidetur in bonis noſtris eſſe dicitur. l.ſer-
uos.ff.de leg.3.& d.l.bonorum.§.in bonis. & pro victoria in
hypothecaria ſufficit apparere,quòd res fuerunt in bonis de-
bitoris.l.& quæ nondum.§.quòd dicitur.ff.de pi.& quilibet
7 †poſſeſſor præſumitur bonæfidei in dubio,quādo antiquior
poſſeſſor contrarium non allegat, ut probat Bart.in l.Celſus.
ff.de uſuca.& Ang.in l.ſuper longi.C.de præſcri. lon.temp.
& Bal.in ſua diſputatione incipiente.Accuſatus de ui turba-
tiua.Ant.de But.in c.ſi diligenti,de præſcr.per c.1.de preſcr.
in 6.facit quod no.Bar.in l.cōmuni diui.§.inter prædones.
8 ff.communi diui.¶Item † ſufficit apparere quòd dicta bona
eſſent pignori obligata ſeu pignorata dicto Ioanni Picini,ad-
hoc ut potuerunt hypothecari & obligari per Ioannem Pici-
num generaliter dicto domino Georgio.l.debitor. §.fi.ff.de
pigno.¶Ex quibus omnibus apparet negari non poſſe, quin
remedium competat dicto Georgio agere contra dictos de
Medicis ad reſtitutionem , ut ſuprà. ¶Nec prædictis obſtant
aliquę atteſtationes teſtium productorum pro parte docto-
rum de Medicis : quia non deponunt concludenter in oppo
ſitum eorum quæ continentur in dicto inſtrumento, & eo-
rum quæ deponuntur per teſtes domini Georgij,prout de iu
re concludenter oportet deponere teſtes ad hoc ut probent.
c.in præſentia, de proba.l.neque natales.C.de prob.cum uul
garibus nam licet teſtes illorum de Medicis dicant quòd di-
ctum ſedimen in quo mutuabant Ioannes Picinus,ſpectabat
iure utilis dominij ad dictos de Medicis, non per hoc negat
quin conduceretur ſeu habitaretur per dictum Ioannem , vt
continetur in ſcriptura dictæ deſcriptionis, & prout depo-
nunt teſtes domini Georgij . & licèt dicti teſtes dicant quòd
dictum ſedimen etiam ſpectabat ratione naturalis poſſeſſio-
nis ad dictos de Medicis, non per hoc infertur quòd non cō
duceretur nec habitaretur per dictum Ioannem Picinum. nā
9 locator † dicitur per colonum uel inquilinum poſſidere na-
turaliter,l.ſi colonum.& ibi not.& l.ſi de eo.§.1.ff.de acqui.
poſſ.ſed inquilinus ipſe ſeu colonus aut conductor non dici
tur poſſidere ſed detinere.l.certè.§.is qui. ff.de preca. & l.1.
cum ibi not.C.communia de vſufr. & ſic dato quod fecerint
dicti de Medicis expenſam in ædificando & meliorando di-
ctum ſedimen,vt probant teſtes : talis expenſa ſpectabat ad
eos & non ad conductorem.l.ex conducto.in princ. & l.pen.
in princ.ff.loca.Et quamuis teſtes illorum de Medicis dicant
quod in dicto ſedimine erat unus locus & utenſilia dictorū
de Medicis, iſtud per hoc non contradicit inſtrumento de-
ſcriptionis bonorum : quia etiam in eo circa finem deſcribū
tur quædam vtenſilia & locus tanquam bona, quæ dicuntur
10 eſſe dictorum de Medicis . † & non ſufficit teſtes dicere, ꝙ
bona mobilia ſeu utenſilia quæ ſunt ſeu fuerunt in domo do
ctorum fratrum de Medicis ſint dictorum fratrum niſi ſe re
ferant ad qualitates & ſigna ſeu demonſtrationes bonorum
deſcriptorum in dicto inſtrumento: quia potuerunt eſſe alia
bona tempore dictæ deſcriptionis diuerſa ab illis quæ ante
uel poſtea fuerunt, ut probatur in cap. auditis, de præſcri.
cum ibi notatis per Ioan. An. dum ibi ponit quæſtionem de
eo qui conduxit equum, ut iret ad certum locum, & equus
mortuus eſt in uia naturaliter ut dicebatur, locator equi pe-
tebat emendam equi,conductor verò probauit per illos qui
ſecum erant, quòd equus quem equitauit, die tali mortuus
erat naturaliter.certè non debuit obtinere conductor : quia
licet probauerit unum equum quem equitauit eſſe mortuū:
tamen non probauit quod equus qui eſt mortuus, eſſet ille-
met quem conduxerat ab emptore, vnde talis probatio non
11 releuat ut ibi. ¶†Præterea teſtes deponunt quòd audierint à
dictis fratrib. de Medicis & à Securſo ꝙ dicta bona de quib.
deponunt,erant ipſorum de Medicis, quæ probatio tāquam
de

de auditu in talibus non releuat.l.testiū.C.de testi.& ibi no.
& in §.si verò absunt.in auth. de hær.& fal. & plenè in c.tam
literis.de testi.& 2 5.q. 5.hoc videtur.ubi not. Arch.post glo.
12 Et ad † probandum talia bona fuisse dictorum de Medicis, re
quiritur quòd testes etiam non interrogati reddant rationē
dicti sui inferentem quòd ipsa bona essent sua, ut quia depo-
nant de titulo acquisitionis, vt declarat Inno.in c.cum cau-
sam,quæ inter Archiepiscopum.de testib.& legistæ in l.3.C.
de testi. & Bar.in suo tractatu de teste,cum suis cōcor.hoc au
tem non fecerunt testes dictorum de Medicis. Et licet aliqui
testes dictorum de Medicis dicant quòd suo comprehende-
re & cognoscere pignora & bona de quibus in dicta descri-
ptione processerunt ex pecunijs dictorum de Medicis, hoc
non releuat ex eo quia testes dicunt quòd non viderant iam
per dictos de Medicis numerari pecunias aliquas dicto Ioan-
ni Picino, & nullam rationem nec etiam concludentem as-
signant, sed deponunt ex auditu, quòd non sufficit, ut dixi.
¶ Quinimo dato quòd dicta pignora processerint ex pecunijs
dictorum de Medicis: tamen non per hoc sequitur quòd pi
gnora recepta pro dicta pecunia mutuata spectant ad dictos de
13 Medicis: quia † ad hoc ut ex dicto mutuo & receptione pi-
gnorum facta per Ioannem Picinum esset acquisita aliqua
actio dictis de Medicis, requirebatur quòd appareret quòd
nomine dictorum de Medicis Ioannes Picinus mutuauerit,
& pignora illa omnia eorum nomine receperit, aliàs secus
ut l.solutum.§.per liberam.cum gl.ff.de pig.act.& l.si habē-
tis.cum ibi no.C.si cer.pet.facit l.si ex ea,cum si.C.de rei vē.
Quod autem dictus Ioannes Picinus visus fuerit recipere di
cta omnia pignora nomine dictorum de Medicis, & pecu-
nias pro quibus data sunt illa pignora mutuare nomine di-
ctorum de Medicis, hoc non dicunt testes si bene inspicia-
tur, nam potuit esse quòd mutuabat suo nomine & pigno-
* ra recipiebat suo nomine.* prout in dubio præsumitur, quā-
tum ad hoc ut ius ex illo contractu acquiratur ipsi contrahē
ti.l.& magis.ff.de sol.l.pap.ff.mand.etiam si præcessisset mā-
datum dictorum de Medicis factum dicto Ioanni Picino de
mutuando omnibus & de recipiendo pignora, ut probatur
in l.rex ex mandato.ff.de acquir.rerum dom.& in l.pignori.
§.fin.ff.de vsuca.& l.3.§.1.ff.de iud.sol.& l.post mortem.§.
1.ff.quando ex facto tuto.& no.Bar.in l.qui mihi donatum.
ff.de dona.post medium.in ver.sed quæro quid in dubio. &
Barto.in l.post dotem.ff.solu.matr.& Bald.in rub.C.de con-
trahen.empt.in 15.q. & no. do. in l.qui in aliena.§.si is qui.
ff.de acqui.hær.& Ang.in l.si pupilli.§.1.ff.de neg.gest.cum
14 si.imò † non crederetur testibus si dicerent quòd successiuè
per dicta tempora quibus ibi stetit Ioannes Picinus ad mu-
tuandum non potuisset mutuare & pignora recipere, nisi no
mine illorum de Medicis, quin ipsi vidissent & audiuissent
tanquam fategentes probare negatiuam non probabiliter cō
tentam, per c.cum ecclesia, cum ibi no.per Inn.de causa pos.
& expresse Cy.in l.actor.C.de proba.in 3.q.ad fi.& idem ibi
Bal.& Dy.& Bar.in l.1.§.hoc interdi.ff.de iti.actu.pri.& Bal.
in c.1.in fi.de cōtenti.inter me & dominum.& in l.cum hi.
§.1.ff.de transa.& in c.si quis per triginta.in tit.si de feu.fuc.
contro.inter do.& agna. ¶ Nec obst.quod nonnulli testes depo-
nant quòd audierunt Ioannem Picinum protestari & affirma
re quod mutuauerat nomine dictorū de Medicis, & quòd exer-
cebat banchum fœneratitium nomine eorum, & quod dicta pi-
15 gnora & bona pertinebant ad dictos de Medicis: quia † re-
spondeo quòd non apparet, quod talis confessio Ioannis Pi
cini fuerit facta ante tempus dicti instrumenti descriptionis
bonorum, nec ante tempus obligationis bonorum factæ per
Ioannem Picinum dicto domino Georgio: unde talis con-
* fessio * debitoris non potuit præiudicare creditori, id est di-
cto domino Georgio, cui ante erat acquisitum ius.l.scriptu-
ras, cum glo.in verbo decernimus.l.si superatus. ff.de pign.
l.& repetita.& ibi no.Bar.ff.de fi.instr.& Spec.in tit.de obli.
& sol.§.1.versi.sed quid ecce. Et si quis sit testis qui depone-
ret quod ante tempus instrumenti descriptionis bonorum seu
ante tempus obligationis bonorum factæ domino Georgio
confessus fuerit Ioannes Picinus se mutuare nomine dictorū
de Medicis, & de pecunijs eorum & eorum nomine pigno-
ra recepisse (quod tamen non est) attamen euidens est, quòd
duo non reperiuntur contestes hoc deponentes & asserentes
illam confessionem factam præsente Francisco & Gulielmo
de Medicis, prout requiritur ad hoc ut talis confessio & pro
batio releuet.l.fi.ff.de interr.ac.l.certum.§.si quis absente. ff.
de confes.iuncta.l iurisiuran.C.de testib.& c.in omni. de te-
stib. Ex quibus apparet testes dictorum de Medicis, non esse
impedimento præfato domino Georgio.

---

ADDITIONES.

a ¶ Cum quo.& contra omnes eius singulares successores. Soci.consi.
11.consil.13.consil.82.lib.3. Areti.consil.112. ad fin. Aymo.consil.29.
nume.1.

b ¶ Possesio. Bald.authen.ei qui iura..C.de bon.auth.iud.pos.suprà,
lib.1.consi.51.in fin.

c ¶ Sequestrum. dixi in consuetu.Parisien.§.1.gl.4.nu.16 & §.77.

d ¶ Possederit.infrà eod.consi.115.

* Suo nomine.] Hunc articulum latè explicat Alex.ad d.l.qui aliena.
§.1.vbi idem concludit, quod hic videlicet quòd in dubio videa-
tur facere proprio nomine, & quòd mandāti detur actio contra mā
datarium.tamen dominium rei mandant non acquiritur.per d.l.res
ex mandato.ff. de acqui.pos.& d.l.pignore.§.fi.ff.de vsucap.quæ le-
ges sunt singulares. Nat.

* Talis confessio.] Idem Alex.tradit consi.ult.col.3 lib.7. Feli.ad c.2.
col.3.de fide instr.Pau.Cast.ad l.Seia ff.ad Velleia. Bal.ad l.scriptu-
ras.col.1.C.qui pot.in pig.ha.Confessio tamen auctoris præiudicat
singulari successori, si ante quàm aliquod ius sit ei quæsitum, fue-
rit facta; Io.And.in addi.Spec.in titu.de teste.§.nunc tractemus. in
addi.magna.Aret.consi.36.Casus.col.2. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Lex; Si quis argentum.§.fi. habet locum nedum in donatione simplici, sed etiam ob causam de futuro, uel causa mortis remuneratoria.nu.5.6.8.& 9.*

7 *Extensio fit ad casum sub larga significatione comprehensum, etiam in correctorijs, vbi ratio est expressa.*

11 *Causa vbi est terminanda de æquitate; non potest obijci pactū esse nudum.*

12 *Taciturnitas præsentis habet uim taciti pacti.*

15 *Scriptura non potest per alium absentem quandocunque ratificari viuo scribente.*

17 *Instrumenti mentionem faciens, præsumitur de contentis in eo certus.*

18 *Consensus, vt eius de cuius hæreditate pactum est, potest accedere ex interuallo.*

19 *Conditio impossibilis non uitiat, sed vitiatur modus.*

20 *Contractus sustinetur ex licita, non attenta turpi causa.*

21 *Sententia sustinetur ex causa vera uel pertinente.*

22 *Donatio ob causam valet sine insinuatione.*

CONSILIVM CXIII.

Perspectis his quæ narrantur in themate, viden-
dum est principaliter de viribus & va-
liditate dictæ donationis factæ per dictum Gulielmum Al-
berti, & de viribus illius conuentionis societatis seu commu
nis bonorum celebrare inter eos, prout in chyrographo ma-
1 nū Gualdinelli continetur, in quo † concludo, omnes dictas
conuentionis valere & efficaces vires habere. & præsuppono
primò, quod quando dono tibi aliquid ob causam de futuro,
prout donauit dictus Gualdinellus Alberto, etiam si in dona
tione non interuenerit stipulatio aliqua: tamen donationi
standum est, nec locus est pœnitentiæ, tam respectu dona-
tionis quam etiam respectu eorum quæ deuenerunt in pacto
apposito iuxta donationem, si tale pactum concernit com-
modum donatarij uel commodum utriusq;. ista probantur
in l.Aristo, circa princ.ff.de donat.& in l.quæsitum.ff.de ser.
expor.& no.in l.2.eo.tit.& declarant Bar.& alij in l.fi. de cō
di.ob causam. ubi etiam ostendit talem contractum donatio
nis in casu prædicto esse contractum nominatum mistum cū
2 contractu innominato, & ibi † vbicunque contractus nomi-
natus est mistus cum innominato: tunc non est locus pœni-
tentiæ, ut ultra præallegata probat subtiliter text.in l.si sic.in
§.si tibi.ff.de act.emp.secundum Bald.in l.quamuis.in fin.C.
3 de transf.act.† & ex simplici conuentione continente dona-
tionem quāuis interuenerit stipulatio oriretur hodie actio.
4 l.si quis argentum.ad fi.C.de don.Et pactum † appositum iu
xta talem donationem vestitur cohærētia contractus, & parit
actio-

4 actionem.* l.in bonæ fidei.& in l.petens.C.de pac.& in l.iurisgentium.§.quinimò.ff.de pac.& in proposito no.specificè gl.in l.2.C.de euict.quam quantum ad propositum nostrũ
a sequuntur ibi magis communiter[a] doct.& no.doct.in l.Aristo.§.Labeo.ff.de dona.præsertim in casu nostro habita relatione ipsius pacti continentis donationem ad alia pacta adiecta iuxta donationem resultet contractus innominatus do vt des, secundum no.per Cyn.in l.2.& sic etiam secundum opinionem Cy.in casu nostro, cuius actio quãuis verius sit quod etiam si non resultaret cõtractus innominatus nihilominus pactum producat actionem & vestitur cohærentia cõtractus, si pactum contineat aliquid quod possit esse ad commodum eius, in cuius fauorem factus est principalis contractus, ut
5 no.omnes in legibus suprà alleg. ¶ Et quamuis † dicta donatio fuerit ob causam de futuro: tñ secundum magis ueras cõclusiones etiam in ea habet locum dispositio.d.l.si quis argẽtum.§.fi.s.vt ex tali conuentione continente donationẽ oriatur actio etiam absque interuentu stipulationis, & consequẽter uestiatur pactum illi appositum cohærentia contractus hoc patet: quia videmus quod dispositio.d.l.si quis argentum.habet locum etiam in donatione causa mortis, ut not. gl.& doct.in l.cum pater.§.Mæuio.ff.de leg.2.& in l.2.C. de iu.do.& Cy.in l.fi.C.de do.cau.mor.& Bar.& Moder.in l.1. ff.de don.cau.mor. & Bal.in l.executorẽ.C.de exec.rei iud.& in l.cum uirum.C.de fideicom.& in l.cum hi.in princi. ff.de transact.& in l.vnica.§.sinautem aliquid sub conditione. C. de cad.tol.& in l.si quidẽ.C.de act. & obli.& in l.si donationis.C.de contrah.emp.& in l.2.de leg.1.& in l.1. C.de don. cau.mor.& in auth.ex testamento.C.de collat. & insti.de dona.in §.aliæ.Ang.in repetitione.l.si certis annis.in princi.C. de pact.& in sua disputatione incip.Astensis miles.& in l.cũ ex causa.ff.de re iudi.& in d.l.si quis argentum.§.fi.& ibi etiã hoc tenet Sal.& Io.de Imol.in l.in edibus.§.1.ff.de don.& sic
6 est communis opin.& tamen constat † quòd donatio causa mortis non est pura & propria donatio sed ob causam. l.1.& l.si filiusfa.ff.de dona. ¶ Cõprobatur, quia in d.l.si quis argentum.§.fina.est expressa ratio in lege. nam text. ibi dicit cum enim in arbitrio cuiuscunque sit hoc facere quod cõstituit: oportet eum minimè ad hoc prosilire, vel eum ad hoc venire properauerit, non excogitatis actibus suum propositum defraudare, tantamq; in deuotionem quibusdam quasi legi
7 timis protegere velamentis &c.† Sed ita est quod saltem ubi ratio scripta est in lege, tunc etiam si illa lex esset correctoria, fit extensio ad casum qui larga significatione uocabuli inspecta potest comprehendi sub casu expresso in lege, ut not. gl.in clem.1.in ver.eligatur.de ele. videas ibi no.per Paul.de Liaz.& est de mente Bart.in l.libera.ff.de verbo.signi.in ver. his præmissis redeamus &c.& est glo.& ibi Ang. no.in auth. ut qui obli.§.iuxta primum in verbo, ad curationem. & patet ex not.per glo.in cle.auditor, in verbo, beneficio.de rescri.cũ multis aliis gl.& authoritatibus quas plenè tradit An.de Bu. in c.fi.de consuetu.in prima & 12.fallentia, quam ibi ponit in materia extensionis, & Ioan.de Imo.in l.si verò.§.de viro. ff.solu.matr.in secunda fallentia, quam ibi ponit circa extensionem faciendam in correctorijs, & Moderni in capi.1. de temp.ordi.in 6.faciunt not.per Bald.in auth.quas actiones. C.de sacrosan.eccle.& in l.maximum uitium.C.de lib.præ-
8 te.& in l.quamuis.C.de fideicommis.ergo † dispositio.d.l.si quis argentum.§.fin. videtur extendenda ad dictam donationem ob causam.quæ quidem saltem largo sumpto vocabulo appellatur donatio.l.1.ff.de donatio.l.cum veterum.& in auth.eo decursum.& in auth.dos data.C.de dona. ante nup. cum si.& saltem cum in casu nostro in tali extensione agatur de fauore & conseruatione donationis, non autem de odio infringendæ donationis, prout contingit in casu de quo per glo. & doc. in l.Aquilius.ff.de dona. cum si. vbi tractatur an sicut infringitur donatio simplex propter defectum insinua-
9 tionis, ita infringatur ob causam. ¶ † Nec obstat quod not. Barto.in l.iurisgentium.§.quinimò. ff.de pac.vbi dixit quod dispositio dictæ l.si quis argentum, non haberet locum, quãdo dixi quod tibi donaui: quia mihi seruiuisti, & sic non haberet locum in donatione seu conuentione continente donationem factam ob causam de præterito, sed ubi fit ob causam de futuro, prout est in casu nostro, & tunc dico ꝙ bene tunc habet locum dispositio dictæ l.si quis argentum, ut patet in donatione causa mortis, ut ipsemet Bar.& communiter doc. tenent in locis superius allegatis, quinimò secundum Ioã.de Imo.in l.in ædibus.§.ex rebus.ff.de dona.& Fulg. in d.§.quinimò.non videtur quod opi.posita per Bar.in d.§.quinimò. possit procedere, inquantum ipse uult quod in donatione remuneratoria non habeat locum dispositio dictæ l.si quis argentum.§.fi.quia secundum præfatos doctores, eadem & ma-
b ior ratio esse videtur in donatione remuneratoria, [b] ut donãs debeat obligare ex conuentione simplici & nuda quàm qñ non est remuneratoria. Item, quia si ut dixi suprà dicta lex si quis argentum, habet locum in donatione causa mortis, quæ etiam plerunque fit causa remunerationis. l.nec adiecit.ff.p soc.apparet quod illud quod dicit Barto.in §.quinimò.non procedit.& quod uerius est illud quod ipse tenet in d.l.1.ff. de don.causa mor.cum si.& hanc opi. quod d.l.si quis argẽtum, habeat locum nedum in donatione causa mortis, sed ẽt in alia donatione ob causam, firmat Io.Fab.in §. aliæ.insti. de don.quia etiam ille dicitur donatio. allegat dictam l.cum veterum, & notata per gl.in d.§.Mæuio.facit quod not.Bal.post Cyn.in authen.eo discursum.C.de do.ante nup. ¶ Nec obstat
10 † ꝙ remuneratio pacto nudo ꝑmissa tunc demum peti potest, qñ transit in nomen salarij.l.1.C.de suffra.& no.in l.salariũ. ff.man. quia illud procedit quando non in uim contractus donationis celebratur, sed simplicis promissionis.& ubi essemus in terris ecclesiæ non esset opus hac inuestigatione, cum secundum omnes conclusiones ex pacto nudo oriatur de iure canonico actio, iuxta plenè tradita.in c.1.de pact. prætereà
11 ubi † causa esset cognoscenda & terminanda de æquitate[c] nõ
c potest allegari quod conuentio fuerit facta pacto nudo, ut signanter tradit Bar.in l.Quintus.ff.manda.& Bald.in l.si pro eo.C.man.ad fi.& Sal.in l.placuit.C.de iudi.bene facit quod singulariter no. Ant.de But.in c.quæ in ecclesiarum. de consti.in uer.uenio ad tertium &c.per ibi not.Inno. unde inquit Bal.in c.super debilitate.de offi.deleg.in prima lectura illius decretalis quod bona fides plurimum requiritur in his qui plurimum negotiantur, & ꝙ quo ad eos non differt pactum nudum à stipulatione, alleg.l.1.circa prin.ff.de constit.pec.& §.argentariorum.in auth.de fideius.& sic vult quod ubi causa cognosci seu terminari debet ex bona fide, sufficeret pactũ nudum. ¶ Vnde cum ut verbo fertur præsens causa coram cõ
* missarijs tractetur si habent arbitrium * terminandi de æquitate, cessat omnis disputatio, prout habere intelliguntur arbitratores habentes potestatem cognoscendi & pronunciandi etiam de facto, ut per Bald.in l.necquicquam.§.de plano. ff. de offi.procon.& Bar.in consi.incip. Punctus quæstionis vertentis &c.& quòd arbitrator debeat pronunciare secundum æquitatem, & sic in hoc differat à iudice, tenet expressè Ioã. de Imo.in c.quintauallis, de iureiu.in prin.4.differentiæ inter arbitrum & arbitratorem, per ea quæ not. in l.si de meis. §.recepisse.ff.de arbi.& ita etiam vult Ange.in l.1.C.de præscrip.30.ann.in versic. item si causa est commissa arbitratori &c. & quidam habent hoc ibi in lecturis Bald.ut ego habeo.& ex hoc remanet clarum, quod non haberent obstare quod non interuenerit stipulatio: cum res tractatur coram habentibus potestatem arbitratorum. ¶ Verbo etiam fertur, quod dictum chirographum & contenta in eo facta fuerunt
12 à præsente præsenti, † & sufficit præsentia Alberti, etiam ta-
* centis: quia illa taciturnitas habet uim * taciti pacti & cõsensus, ut declarat Cyn.Bart.& alij in l.1.C.de pac. per l.tale pactum, in prin.ff.de pac. ¶ Præterea scriptura interueniens supplere ẽt defectum præsentiæ Alberti.l.nec ambigit. & l.si aliquid.C.de do.l.Labeo.ff.de pact.& quòd not.Bart.in l.nuda ratio.& in l.absenti.ff.de don.& sufficeret quod etiam ex interuallo postea Albertus assensisset contentis in ea. quia quã-
13 uis † interuallum uitiet stipulationem: tñ non uitiat alias cõuentiones.l.si stipuler.§.fi.cum glo.ff.de uerb.obl. & probat Ant.de Bu.in c.uno.de lit.contest.dum quærit, an rñsio facta libello ex interuallo impediat litis contestationem, saltem si ante ratificationem factam per Albertum, quæ saltem comprehenditur ex tempore apprehensiponis tenutæ bonorum acceptæ per dictum Albertum dictus Gulielmus nondũ mutauerat propositum suum dicto chyrographo descriptum, &
14 in dubio † non præsumitur mutatio uoluntatis. l.cum tacitum

tum.ff.de prob.l.cum hic status,post prin.& ibi no. Bar.ff.de
15 do.inter uir.cum sim.¶Et secundum Ant.† de But.in c.fi.de confes.quod si facta est scriptura etiam parte absente, sufficit
d quòd per absentem [d] sit ratificata uiuente scribente. & Bald. in l.unica.in uer. 2.oppono &c.C. de confes.dicit quòd quã doque potest ratificari. ¶Istis sic præsuppositis uidendum est an ea quæ obiiciuntur contra chyrographum & conuentiones in eo contentas,habeãt obstare.& omissis non necessarijs
16 mihi uidetur quòd non. In primis enim † opponitur quòd in dicto chyrographo continetur pactum de hæreditate uiuẽtium.s.patris & matris dictorum Gualdinelli & Alberti certo modo diuidenda,quod pactum uidetur à iure reprobatũ, quando fit sine consensu ipsorum uiuentium de quorum hæreditate disponitur,per l.fi.C.de pact.l.ex eo.& ibi no. C.de inut.stipu. ad hoc respondeo primò, quòd quò ad bona materna nullo modo ꝓcedit obiectio,quia mater mortua erat. ¶Quantum autem ad hæreditatem patris.s.Marcabruni, respondeo primò quòd Marcabrunus postea consensit & approbauit dictum chyrographum tempore quo emancipauit Albertum, & in instrumento emancipationis fit mentio de dicto chyrographo: & ibi est registratum de uerbo ad uerbum.vnde licèt requiratur in similibus scientia & certioratio.l.in repudianda,& quod ibi no.& doc.ff.de acquir.hære. l.mater.ff.de inoff.testam.& l.de his.ff.de transa.l.legitimã, cum sim. ff.de peti.hæred. tamen dico quòd hoc casu dictus
27 Marcabrunus intelligitur fuisse certioratus: † quia ubicunque ab aliquo disponente fit mentio de instrumento aliquo, præsumitur quòd ipse de eo & contentis in eo habuerat sciẽtiam: ita patet ex notatis per Bar.in l.qui Romæ,§.duo fratres,in 4.& 5.q.ff.de uer.obl.& clarè no.Bal.in c.1.in ti.Imperator Lotharius,in vsibus feudorum circa medium,in versic.iuxta hoc quæro &c.per l.1.C.de pact.iuncta d.l.de his. ¶Prætereà ut inquit Arch.7.q.1.in c.præsentium. & do.cõmuniter in c.pe.de confir.uti.uel inuti.ubicunque inseritur in confirmatione Papæ tenor transactionis confirmatæ uel alterius actus, Papa uidetur tunc ex certa scientia confirmare propter dictum tenorem insertum.ar.c.1.& cap.ueniens, de transact.tertiò cum sit insertus tenor chyrographi in actu dictæ emancipationis Alberti celebratæ per Marcabrunum,sequitur quòd dicitur apparere de certa scientia Marcabruni.
28 ¶Et quòd † dictus superueniens consensus Marcabruni confirmet dictam conuentionem, quatenus potuisset prius dici inualida,firmant Bald.& Sal.in præallegata.l.fin. C.de pact. argu.l.fi.C.ad Mace.& l.si fundus.§.1.de pig.nam communiter dicimus,quòd ubi actus non subsistit ratione deficientis consensus alicuius, tunc semper ualidatur actus per consensum superuenientem.l.si autem plures.& ibi Bart.ff.de aqua plu.arc.l.ratum.ff.de solut.& no.in l.1.de reb.eccl.non alie. in 6.& plenè in l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acqui.hære.per doc.& in c.cum consuetudinis,de consuc.maximè per Ant.de But.ibi qui respondet ad aliqua, quæ prima facit uidentur in contrarium adduci posse. nec dicatur quòd antequam Marcabrunus approbaret dictam donationem ꝙ Gualdinellus reuocasset suam donationem factam Alberto: quia uerbo fertur, quòd de tali reuocatione non constat saltem sufficienter per duos idoneos testes, & qui sint contestes, ut de iure requiritur, iuxta.l.in omni.de testib. & c.licèt causã.
29 de prob.¶Secundò potest † responderi, quòd quamuis ipsa principalis conuentio de diuidenda certo modo hæreditate uiuentis non ualeat: tñ donatio per me facta tibi sub hoc modo seu ob hanc causam, videlicet quod debeas hæreditatem talis uiuentis mecum communicare,non uitiatur, sed uitia-
e tur ipse modus,[e] adeò ꝙ ego qui dono, si nolo agere ad modum implendum,non debeo audiri: ita est de mente gl.reputatæ singularis in d.l.cum donationis.C.de transac. secundũ Ang.in l.impossibilis.ff.de uer.ob.bene facit.l.dictam. cum ibi not.C.de cond.ob cau.vnde colligit Bal.in d.l.cum donationis.ꝙ licèt conditio impossibilis uitiet contractũ.l.non solùm.ff.de act.& obli.& d.l.impossibilis,tñ secus est in modo impossibili:quia non uitiat contractum. & expresè tenet ibi Bal.& Sal.quod donatio facta sub modo illo impossibili & reprobato à iure non uitietur,sed uitietur modus, & in dubio dispositio intelligitur facta sub modo,non sub conditione.l. quæro.§.inter locatorem.ff.loca.no.Cy.in l.cum quis. C.de iur.& fac.ign.in ver.modò ueniamus ad secundam speciem. Bar.in l.causa mota,in prin.& ibi etiam alij.C.de transa. hoc dico: quia fit differentia an actus fiat sub conditione reprobata, an sub modo reprobato, ut not.in d.l.cum donationis. ¶Potest etiam aliter responderi: videlicet ꝙ dicta donatio fuit facta saltem ad duplicem causam,vna fuit quòd bona obuentura ex hæreditate patris & matris cõicentur cum Gualdinello,alia fuit causa quòd omnia bona undecunque acquirẽ-
20 da per dictos fratres essent cõia: ergo licet † vna causa sit turpis.s.prima,& sit à iure reprobata,tñ ex quo secunda causa est a iure permissa,non debet uitiari contractus donationis, sed
f sustinetur ex secunda.[f] hoc probari uidetur per id quod singulariter decidit Inn.in simili in c.in præsentia, de renũ.ubi uoluit.quod licet sentẽtia lata ex falsa causa consistente in iure reddatur nulla.l.qui testamento.ff.de excu.tu. tñ si sententia lata sit ex duabus causis,quarũ vna erat vera,alia falsa in iure,sustinebitur sententia ex causa quæ erat uera, licet ubi alia tantum fuisset expressa,sententia esset uulla.allegat in arg. id quod habetur in c.Abbate.de uer.sig.& ita etiã no.Io And.in c.cùm inter.de re iud.& communiter sequũtur doct.ubique.
21 ¶†Pro quo etiam bene facit tex.no.in c.per tuas,qui filij sint le.per quem ibi An.de Bu. ponderat probari, quod si iudex mouetur ex duabus causis ad ferendam sententiam, quarum una facit ad causam,alia non: sustinetur sententia ex ea quæ facit ad causam,vbi aliàs redderetur nulla si una tantum nõ faciens ad causam fuisset expressa.ca.ex parte.& c.dilectus,de conces.præben.& ita etiam dicit An.de Bu.in c.excommunicato.de rescrip.per tex.in d.c.per tuas. quem adhoc singularem reputat ita etiam tenet dominus Abb.Sicu. in c.sicut,de re iud.& in d.c.ex parte.& Io.de Imo.in l.si is ad quẽ.ff.de acqui.hæ.bene facit quod no.glo.fi.in l.pen.C.si ex fal.instr.& quod no.Ia.Bu.in l.1.§.ignominiæ.ff.de his qui notã.infam.
* & constat quòd actus * sententiæ est quidam quasi cõtractus. l.3.§.idem scribit.ff.de pecul.¶Confirmo per id quod no. Iaco.de Are.& Ray.in l.si plagij.ff.de uerb.obli. ubi limitando illam l.volẽtem,quod promissio facta ob turpem causam nõ ualeat, procedit nisi illa causa turpis esset accumulata alteri causæ.s.donationis: quia tunc promissio non uitiabitur ꝑ accumulationem causæ turpis.ar.l.si patronus.ff.de dona. & hoc sequitur Io.de Imo.in d.l.si plagij. ubi pro hoc etiam allegat illud dictũ Inn.in præallegato.c.in præsentia,& dicit illud esse singulare & communiter incognitum legistis,facit ẽt id quod no.Bal.in d.l.cum donationis.ad fi.¶Et per ista satis videretur comprobari hęc responsio,licèt nonnulli Moderni aliter sentire videantur, nil boni allegantes, nec de prædictis mentionem facientes.attamen resideo principaliter in prima responsione non ponens cætera pro constanti: cum non expe
22 diat & prima sufficiat. ¶†Non obstat etiam si contra dictam donationẽ allegaretur defectus insinuationis si excedat summam quingẽtorum aureorum,iuxta l.si quis pro redemptione.ad fi.C.de don.quia respondeo quòd cum facta fuerit ob cãm uel causas,quarum saltem aliquæ erat efficaces,nõ requiritur insinuatio,saltem qñ erant causæ de futuro & onerosæ tendentes ad diminutionẽ patrimonij dicti Alberti seu eius bonorum,maximè futurorum,& hoc per l.Aquilius, cũ glo. sua ualde no.ff.de don.ibi sequuntur doc.& l.fin.ad fi.cũ authẽ.ibi posita.C.de do.ante nup.& l.1.in prin.C.de iure do. & firmat Old.in consi.139.incip.Ad habendam &c.in nouo quæsito.& Io.An.in add.Spec.in tit.de instr. edi. §.porrò. & Guli.de Cu.in l.illud.C.de sac.san.eccl.& Bal.in l.2.ad fi.C. ne liceat pot.& in l.si cũ mihi.ff.de dolo.& in l.3.C.qui bo. ced.pos.& in l.& si mortis.C.ad le.Fal.& in l.fin.in lec.antiq. ff.de exercito. & Ang.post gl.in §.illud.in auth.ut fratrum filij.& Alb.de Ros.& Sal.in l.fi.C.de pac.ubi refert Sal ic.se ita cum pluribus consuluisse:& ita consulit latè Ang.cõs.179.inci.Visis instrumentis &c.& Ange.in l.sancimus.C.de don. & in d.l.fi.C.de iure do.& in d.l.fi.C.de do.ante nup. & Sal.in auth.eo decursum.& in dictis locis Ange.& Sali.respondent uarijs modis ad dictam.l.C.de iure doti.& l.fina.C.de dona. qui per argumentum à speciali uidebantur facere in contrarium,quorũ responsiones breuitatis causa omitto,præsertim cum ista sit communis opi.a qua in iudicando non est recedendum,ut traditur in locis uulgaribus. ¶Non obstat etiam. l.donatio. C.de dona. quia illud procedit qñ donatio esset

facta

facta ob causam non onerosam, prout in casu nostro: ut puta, dono tibi ut emas tibi librum, uel ut ascendas Capitolium, seu sub conditione si Imperator uenerit in Italiam, tūc requiritur insinuatio, & ita respondet Io. de Imo. in d. l. Aquilius. & per Bal. in l. si tibi. ff. si certum pet. Ex quibus omnibus cōcluditur, ꝙ dictus Albertus agere potest contra Gualdinellū, ut sibi det, & assignet, & tradat dimidiam pro indiuiso prędij & affictuum assignatorum per dictum Marcabrunum ipsi Gualdinello in instrumento emancipationis tunc situatorū in uilla Colza de Colzadi & eius pertinentijs, & ad communicandum cum dicto Alberto pro dimidia pro indiuiso omnia bona quæ post dictum chyrographum ipse Gualdinellus acquisiuisset, iuxta l. si quis societatem, cum ibi not. ff. pro socio. & facta dicta communicatione & assignatione posset Albertus consequi & obtinere sibi dimidiam assignari pro diuiso, si constaret quòd culpa Gualdinelli siue eius uxoris non posset in communione persistere cum Gualdinello iuxta contenta in dicto chyrographo.

ADDITIONES.

* Et parit actionem.] Nec isto casu locus est pœnitentiæ Bar. ad l. fin. in fin. ff. de cond. ob causam. Nat.

a ¶Communiter, imò ubique solet reprobari, quia contractus donationis uestitur iure speciali, quod non extenditur, licet huiusmodi tricas meritò praxis explosit.

b ¶Remuneratoria idem Alex. d. §. quinimò. & est uerius, licèt Ias. ibi nu. 19. malit sequi opinionem Bar.

c ¶Aequitate. suprà lib. 5. consi. 80. nu 12.

* Si habent arbitrium.] Si compromissum est factum, ut iudicetur de æquitate, non obstat exceptio pacti nudi, ita Ludo. Rom. ad rub. de arbit. col. 2. quem Alex. potuisset allegare. & tangit Dec. ad l. legem. C. de pac. Nat.

* Habet uim.] Idem dicit Alex. alias auctoritates adducens ad l. 1. in fine comment. ff. de pact. Ias. ad rub. ff. de uerb. obl. col. 2. & latè Dec. ad rub. C. de pact. Nat.

d ¶Absentem, dummodo ad eum sit directa uelut epistola, uel modo scripta sit per eius debitorem. suprà lib. 4. consi. 91. num. 1. * Vide Fel. ad c. 2. col. 6. de fide instrum. ubi mentionem facit dicti Antonij Butriensis, & censet, scripturam operari etiam mortuo scribente. Et Antonium But. refert & sequitur Ias. in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. colum. 54. dum tractat materiam epistolę. Franciscus autem Curt. ad eum locum nihil tangit. Et quòd non possit mortuo scribente, acceptari, tradit Rui. consi. 131. col. 3. lib. 1. Nat.

e ¶Modus. Paul. Ias. & alij in d. l. cum donationis. Alci. l. si maiores. C. eo. licet Cor. consi. 255. lib. 4.

f ¶Secunda. Io. An. in mercu. c. in pari causa. & ibi Phil. Fran. de regu. iur. in 6. Hip. Marsi. sing. 617.

* Quod actus.] Quòd sententia, sit quasi contractus, dicit Bar. ad l. furioso. ff. de re iud. Nat.

## EPITOME.

PATER obtulit in iudicio se de suo soluturum tam Francisco quàm Iacobo absentibus & quibuscūque alijs creditoribus filijs docentibus de debito & absque aliquibus exceptionibus. Respon. Alex. quod est obligatus etiam absentibus & sine discussione.

## CONSILIVM CXIIII.

Viso processu inter Bernardum & fratres filios quondam Bononij aliàs dicto Bastone de Pergamo agētes, & magistrum Leonardum Petri Francisci de Funo se defendentem, visisque allegationibus seu consilijs utriusque partis, in quibus hincinde copiosè & eleganter allegatum est, breuiter puto concludendum partes iudicis esse in condemnando dictum Leonardum in quantitate petita: quia constat per instrumentum publicum productum in actis quod Bar. filius dicti Leonardi de anno 1466. confessus fuit ex causa societatis se esse debitorem dicti Bononij in quantitate ducatorum 283. & ex alia publica scriptura constat quòd de anno 1469. die 10. Aprilis dictus Leonardus coram iudice pro tribunali sedente dixit & obtulit se paratum soluere & satisfacere, tam Francisco Iacobi quàm quibuscunque alijs creditoribus olim Bartholomæi prædicti filij, dummodò ipse legitimè ostendat de iuribus eorum, & hoc absque aliquibus exceptionibus, de bonis proprijs ipsius Leonardi, vt plenius

1 in scriptura continetur. quæ † quidem oblatio facta per di-

a cta uerba futuri temporis, continet promissionem.[a] patet in d. l. pactum. circa princip. ff. de pollicita. ibi dum text. dicit offerentis solius promissum &c. & in l. de pollicitationibus, in uerbo, obtulit. ff. de pollicita. facit. l. quidam. ff. de constit. pecu. non enim refert an dicatur promitto, an alia æquipollentia verba proferantur ex quibus de mente appareat, instit. de uerbo. obligat. §. 1. uersi. sed hæc solennia. cap. in his, & in

2 c. intelligentia, de uerb. signi. † & licet regulariter requiratur præsentia alterius partis uel alicuius recipientis pro eo. lege consensu. in princip. ff. de act. & obl. cum ibi not. & in l. 1. in fin. ff. de contrahen. empt. l. absentem. cum ibi not. ff. de don. l. fina. ff. de interr. act. l. certum. §. si quis absente. ff. de confes.

b cum sim. tamen fallit in promissione facta incertæ[b] personæ, quæ aliquid factura sit pro implemento contractus: quia tūc neque absentia partis neque interuallum impedit dictam ꝓmissionem transire in contractum, dummodo antequam huiusmodi promissio sit facta reuocetur per promittentem, cōpareat alia pars & acceptet huiusmodi promissionē seu oblationem, & amittere uelit id quod sibi in actu ex tenore dictæ promissionis: sicut quando fit proclama quòd quicunque uult emere talē rē compareat in tali loco ad emendum intra tale tempus & plus offerenti dabitur. nam si quis intra illud tempus compareat & offerat, obligatur statim ei ille, qui proclamari fecit: quia proclamando quòd plus offerenti dabitur: videtur contrahere cum incerta persona, hoc est cum illo qui plus offert, quo promittente contractus est perfectus, sicut qn̄ quis proijcit pecuniam populo, videtur velle donare occupanti. l. qua ratione. §. fin. ff. de acquir. rer. domin. uel quando quis habet rem pro derelicto. l. quod seruus. ff. de stipu. seruo. & quando quis incipit publicè tenere hospitium, obligatur ad hospitandum eum qui postea per plures dies venit. l. 1. ff. fur. aduer. nau. cau. & sic non requiritur quod à principio interuenerit præsentia illius personæ quæ postea comparet & acceptat ac adimplet. ita in effectu inquit Bart. in l. si tempora. C. de fid. instr. & iure hastæ fisc. lib. 10. & in l. licitatio, in prin. ff. de public. quem alij doc. in dictis locis se-

* quuntur. & Bald.* in l. fi. C. de condi. ob causam. Sic fuit in

3 proposito dictus Leonardus † in iudicio. & sic in loco publico in quo præsumitur quod interfit multitudo hominum. l. in donationibus, & ibi not. C. de donat. l. omnium. C. de testa. & obtulit velle satisfacere non solum Francisco Iacobi, sed etiam quibuscunque aliis creditoribus dicti olim Bartosui filij sine exceptione de proprijs bonis ipsius Leonardi, dummodo ostenderit legitimè de iuribus suis: & sic uoluit obligari illis qui ostenderent de iuribus suis legitimè & pro parte filiorum & hæredum dicti Bononij. fuit etiam ante productionem libelli productum coram iudice instrumentum debiti præsente procuratore dicti Leonardi ut patet in actis, & postea fuit productus libellus, & acceptata fuit dicta obligatio seu promissio dicti Leonardi, utpatet ex inspectione libelli. non video quid repugnet quominùs sit perfectus dictus contractus, quem cum incerta persona contrahere uoluit dictus Leonardus, cum fuerit adimpletum pro parte filiorum dicti Bononii, id quod in sua oblatione expressit dictus Leonardus, & quòd pro certo improbè facere videtur Leonardus uolendo post dictam acceptationem infringere, id quod sua uoce dilucidè protestatus est. l. generaliter. C. de non nu. pe. l. generaliter. §. si quidem. C. de reb. cred. c. per tuas, de ꝓb. Accedit quia sumus in causa in qua cognoscēda & terminanda summariè, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta procedendū est: ut patet ex tenore statuti sub rub. in quib. cau. extraor. procedat. & ex tenore cōmissionis apostolicæ productæ in actis.

4 & † in talibus causis non ita attenditur & curatur præsentia partis, sicut in aliis: vnde dicit singulariter Bar. in extrauaganti, ad reprimendum. in uer. figura iudicii, ad fi. quòd licet sententia lata pro absente non citato non ualeat. l. furioso. ff. de re iud. & no. in l. quæsitum. eo. tit. & in l. ea quæ. in glo. 1. quomodo & quando iud. no. doc. in c. causam, de iud. tamen fallit in dictis causis, in quibus proceditur extraordinariè, ut suprà dixi, & ita etiam dicit Pet. de Anc. in clem. sæpe. de verb. sig. ¶Non ob. si dicatur ꝙ non constat quòd tempore dictæ litis mortuus esset dictus Bononius, & quod non constat quod dicti filii eius se immiscuerint hæreditati paternæ: quia respondeo

ſpondeo quòd conſtet de morte prædicti Bononij, ut etiam
fatetur Leonardus in ſuis poſitionibus in poſitione incipien.
Item quòd poſt mortem dicti Baſtoni, &c. etiam ſi hodie adi
5 retur hæreditas ſufficeret: † quia ius ſuperueniens actori ex
cauſa de præterito conualidat iudicium.l.ſi rem. §.fina.ff.de
pig.act.l.ſi mandauero tibi.ff.mand.& in propoſito not. Cy.
& Bald.in l.hæres quandoque.ff.de acquiren.hæredit.¶Præ-
6 tereà † ſumus in cauſa in qua proceditur ſummariè & ſine
figura iudicij, & ſola facti ueritate inſpecta, quo caſu ſuffi-
cit quomodocunque probetur, & conſtet actori deberi id
quod petitur, etiam ſi probet deberi ex alia cauſa quam ex ea
* quæ * deducta eſt in libello ſeu petitione, ut conſuluit Anto.
de Butr. in conſi.incip.Viſo dicto puncto. & Ludou.Rom.in
conſi.20.per ea quæ not.Ioan.Andr.in addit.Spec.in titu.de
act.& pet.§.ſequitur.ſuper verſi.hoc quoque & bene faciunt
not.per Barto.in l.Aemilius Largianus, ad fin.ff.de mino. &
quæ not.per Anto.de But.in c.2. in princip.de iur. cal. cum
ſim.vnde etiam ſi non egiſſent tamquam hæredes, Bononij,
& nunc oſtenderent ſe eſſe hæredes, ſufficeret multò magis
in caſu noſtro in quo egerint tanquam hæredes Bononij po-
ſito quod tempore inchoati iudicij nondum eſſent hæredes.
¶Præterea Bernardus adultus filij dicti Bononii geſſit ſe pro
hærede patris: quia die, 25. Menſis Maii ratificauit omnia
geſta per dictum ſer Euangeliſtam de inſula qui nomine ip-
ſius Bernardi tanquam hæredis in iudicio produxit dictam
petitionem contra dictum Leonardum, & ſic talis actus qui
fieri non potuit citra ius & nomen hæredis, induxit immi-
ſtionem hæreditatis.l.pro hærede.§.Pap. & l.gerit, cum ibi
7 not.ff.de acquiren.hæred.¶Nec obſtat,† quod habebat adul
tus prædictus curatorem ſine cuius authoritate non potuit ſe
immiſcere.l.cum quædam.C.de adminiſtr.tuto. & not.in l.
potuit.C.de iur.delib.iuncta l.ſi curatorem habens. C.de re
ſtit.in integ.quia ad hoc reſpondetur, quod ſi aliud non ap-
paret de datione curatoris dati Bernardo quam ex teſtamēto
patris, illud non obſtat quia in teſtamento non poteſt dari
curator.l.1.ff.de confir.tut.l.curatorem.C.de neg.geſt. unde
potuit adire Bernardus ac ſi curatorem non habuiſſet, quo ca
ſu per ſe adire poteſt, ut not.gloſſ.& doct.in l.impuberibus.
ff.de acquiren.hæred.& probatur in d.l.ſi curatorem habēs:
& not.Dy.Ang.& alii in l.1.§.fuit quæſitum, poſt gloſſ.ff.ad
Trebel.& ubi ea quæ geſta ſunt, fuiſſent geſta etiam per per-
ſonam minus legitimam non in fauorem minoris poſſunt va-
lere.l.non eo minus.C.de procur.tamen ad cautelam poteſt
adiri hæreditas, & talis aditio producatur. & ſi lapſæ eſſent
dilationes, poteſt peti reſtitutio in integrum ad probandum
ratione minoris ætatis. l.minor vigintiquinque annis omiſ-
ſam.ff.de minor.cap.auditis, & ibi not.de reſtitut.in integr.
8 Non obſtat † etiam ſi allegetur de exceptione excuſſionis fa-
ciendæ prius contra hæredes dicti Bartholomæi: quia re-
ſpondetur, quòd in cauſa prædicta in qua ſola facti ueritate
inſpecta proceditur, non attenduntur ea quæ ſunt de apici-
c bus iuris, [c] ut inquit Bald.in l.clarum.C.de author.præſtan.
per l.ſi fideiuſſor.§.quædam, & quod ibi not. ff.manda.ſed
iſta exceptio quòd prius interuenire debuerit aliud iudicium
contra hæredes Bartholomæi quàm intentaretur iſtud iudi-
cium contra illum Leonardum dicitur eſſe de apicibus iu-
* ris, * ut colligitur ex not. per gloſſ. ualde nota. in l.ſi manci-
pium.§.1.ff.de euic.& ibi hoc in terminis noſtris traditur
per Bald.in apoſtillis ſuis. ¶Præterea dictus Leonardus obtu
lit ſe ſoluturum abſque exceptione, & Papa etiam mandat
quod debitores dictorum hæredum Bononii cogātur ad ſol-
uendum omni mora & exceptione ceſſante, & reiectis dila-
tionibus moratoriis, quæ uerba important ut Papa intelliga
tur derogaſſe exceptionibus dilatoriis, ut not. uoluit Hoſti.
Ioann.Andr.& communiter canoniſtæ in cap.ex parte. el
2.de officio delega. quia illæ cenſentur eſſe modici præiudi-
cii.arg.l.quoties.C.de precibus Imperatori offeren. ſed illa
exceptio excuſſionis eſt dilatoria ut not. Cyn. poſt antiquos.
in authent.preſente.in 8.q.C.de fideiuſ.& in l.exceptionem.
& ibi etiam Bald.C.de probat.& Barto.in l.exceptionem. ff.
de except.& Ange.in d.l.ſi mancipium.§.1.ff.de euictio.
9 ¶Poſſent † etiam agentes, ſi volunt talem excuſſionem face-
re pendente iſto iudicio, ut per Bald.in l.cum teſtamento.C.
de teſtamen.manu.& in authen.contra rogatus in fin. C.ad
Trebel.& in l.1.C.de reuoc.his quæ in fraud.cred.& Angel.
in l.decem.ff.de uerborum oblig. & in §.ſed neque. in auth.
de fideiuſſ.cum ſimil.facit.d.l.ſi rem.§.fina.& vbi oporteret,
etiam poſſet reſtitui in integrum actor ad faciendam dictam
excuſſionem per ea quæ habentur in d.l.minor.25.ann. ſed
non eſt neceſſarium per prædicta. & quod dictus Leonardus
uoluit tranſactionem facere per quam videtur fateri debi-
tum.l.quoniam.ff.de iis qui notan.infam.poſſet actor petere
in hoc iudicio incidenter per reſtitutionem in integrum, ut
pronuncietur haberi pro tranſacto eo modo quo uoluit di-
ctus Leonardus tranſigere, prout deponunt teſtes. text. eſt
valde nota.cum gloſſ.& ibi Barto.in l.ſi ex cauſa.§.nunc vi-
dendum.ff.de mino.ſed iſtud non eſt neceſſarium: quia per
dictam obligationem factam per dictum Leonardum die 10.
Aprilis eſt fundata intentio agentium: & per hoc patet non
obſtare ea quæ in conſiliis aduerſæ partis tanguntur: quia
illa non concernunt fundamenta quæ ſuprà deducta ſunt, &
maximæ ea quæ traduntur per Bar.in d.l.ſi tempora.& in d.
l.licitatio.ex quibus concludo, ut ſuprà.

---

## ADDITIONES.

a ¶Promiſsionem.nudam pollicitationem.d.l.pactum.Alex.hic in totum malè conſuluit per not.in l.poſtquam liti. C.de pact. & ſuprà lib.3.conſi.111.nu.7.

b ¶Incertæ. ſed non eſt ante contractus quam perſona certa ſit & mutuus conſenſus.quòd autem in actionibus publicis primi offerentes non ſtatim liberentur per ſecundos iuxta opinionem Bar.in d.l.licitatio, in prin.quæ practicatur, ratio eſt, quia ſinguli offerentes cenſentur ſinguli ſub conditione ſi ſupremi idonei inueniantur emere, ut eſt de forma & natura licitationis ut dixi in conſu. Pari.titu.17.in dub.

* Et Bald.] Dic quòd eſt in l penultima, quæ incipit, Pecuniam. Et ſequitur hæc Alex.ad l.1.§.1.ff.de uerb.obli.ubi Salice. & recentiores ſcribentes. Nat.

* Quàm ex ea, quæ.] Iſtud idem dicit Alex.ad l.ſi ita.§.Chryſogonus col.6.de uerb.oblig.allegans eadem, quæ hic.Sed dicit Iaſ.ad l.certi conditio.§.ſi nummos.col.6.ſi cer.pet.quòd non reperit in uolumine iſtud conſilium D.Antonij. & pro eius confirmatione adducit duo, Primum, quòd ille, cui ſic committitur cauſa, poteſt credere probationi perſuaſiuæ licèt non concludenti, ſecundum Bal.ad l.ſolet. in fin.C.de teſtib.quod dictum pro ſingulari habet Areti.conſil.84. Contrarium quòd ex illa clauſula poteſt procedi manu regia, dicit Bar.ad Extrauag.ad reprimendum.in uerbo, uidebitur.Bald.ad l.nemo.C.de ſen.& ad l.nec quicquam.col.2.de offi.procon.& ad ca.2. de noua form.fidelit. Adde præterea illud, quòd talis, cui committitur cauſa, Sola facti, &c.non iudicat ut homo, ſed ut Deus eliciētes iſtud ex dictis Bald.ad l.fi.circa princ.C.de iure delib. Dicit tamen Bal.ad l.nemo.C.de ſenten.quòd Princeps, ſi committit cauſam illo modo, intelligitur de ueritate, ſi ius patrocinatur, & ideo ex nudo pacto &c.uide patruum meum Georg. Nattam, qui iſta ponit, ad clem.ſæpe in prin.car.vlt.de uerb.ſign.& Felinum, qui videtur aliter loqui ad c.1.col.19.de conſtit.Et uide not.dictum per Alex.conſi.189.circa fi.infra eod.lib.6.& omnino Fely.ad c.dilecti filij.de iudic. Ac etiam de prædicta clauſula legere ne pigeat Decium.ad c. quoniam contra.in not.de probat.Et quòd tunc credi poſſit rationi perſuaſiuæ, tenet Dec.conſi.178.in fin. Et quòd ius quæſitum patri auferri non poſsit per clauſulam, Summariè, & de facto Iaſ.conſil. 105.in fi.lib.1.Adde Bald.ad c.1.in §.inueſtitura. col.fi. de noua forma fidel.quòd Princeps iudicat Deus, ſola facti ueritate inſpecta, & bene facit cauſam illo modo committendo. Et quòd commiſſio facta de ueritate intelligitur de ueritate, cui ius patrocinatur; Iaſ.ad l.iuriſgentium.§.ſed cum ita.ff.de pact.circa prin. Vtrum autem uirtute huius clauſulæ, poſsit iudicari ex probatis, in libello nō petitis, tradit Claud.pulchre ad l.1.ff.de offi.Aſſeſſor. quod ſequitur Gramma.deciſ.103.nu.141. Nat.

c ¶Iuris.idem Stephan.Auffr.in addi.ad deciſ.Tholo.196.Hipp.Marſil.repetitio.rub. de fideiuſſ. numero 12.ſed non eſt ſimpliciter uerum.

* De apicibus iuris.] Iſtud idem in eiſdemmet terminis tradit Rom. conſi.430.& Aret.conſi.126.dub.2.ſed uide hac de re latè Alexā.ad l.ſi conſtante.col.10.& ſeq.ff.ſol.mat.vbi pulchre inſtat. Et no.etiam Fel poſt Aret.ibi ad c.dilecti filij.col.2.de iudic.Crau.conſ.201.col. fi.& latius.263.And.Sic.ad c.peruenit.uerſic.quarto limita. de fideiuſ.& conſi.12.dub.2.uol.4.Marſi.ad rub.de fideiuſ.nu.13.uerſic.& idem dicas.recentiores quidàm in tract.de pign.8.par.1.membro. Soc.conſi.24.col.fi.li.1.Claud.Aquenſ.ad legē decē.col.2.ff.de verb. oblig.& latè D.Georg.Nat.ad cle.ſæpe.in prin. carta ult. de uerbo. ſign.Dec.ad l.fi.ff.ſi cert.pet.Blanc.latè in tract. de compromiſ. q.1. nu.47.uide etiam no.Fel.ad c.1.col.19.de conſtit. Natta.

CON

## CONSILIVM CXV.

Agens hypothecaria contra tertium quid probare debet.

Viso processu Inter dominam Dariam agentem & Gasparem ser Iuliani de Cæsena reum conuentum, sentio partes iudicis esse in absoluendo dictum Gasparem: quia siue dicamus dictam Dariam intentasse hypothecariam, siue intentasse Saluianum interdictum, non probauit sibi incumbentia, vt ostendam: & sic sumus in regula, quòd actore nõ probante reus debet absolui.
1 † l. qui accusare. C. de eden. c. fi. de iureiu. nam in hypotheca
2 ria oportebat, quod ipsa agens probaret[a] debitorem. i. Dominicum quondam eius maritum tempore quo bona sua obligauit dictæ Dariæ pro restitutione dotium suarum uel post habuisse dominium vel quasi huius uineæ ad quã agitur contra Gasparem prædictum possessorem vineæ prædictæ. l. & quæ nondũ. §. quod dicitur. & l. si ab eo. ff. de pig. & no. in §. itẽ Seruiana. insti. de act. & gl. in l. j. C. de Salui. interd. & in §. illud. & in auth. de trien. & semis. & gl. & Bar. plenius in l. rẽ alienam. ff. de pign. act. & Bar. & alij in l. cũ res. C. si res alie. pig. da. sit. & attento quod agitur contra dictum Gasparẽ possidentem dictam uineam cum titulo oneroso partim immediatè habito a dicto Dominico, & partim mediatè, ut constat ex instr̃is mihi exhibitis: ideo ad probandum dictum Dominicum habuisse dominiũ, prout requirebatur probari ex parte agentis, non sufficit probari quod dictus Dominicus possederit dictam uineam tempore quo dictã dotẽ recepit, aut recepisse confessus fuit uel post, ut plenè probat & firmat Ia. de Are. Cy. Ray. Bar. & Ang. in d. l. cum res. & Bart. plenius in d. l. rem alienã. per l. apud Celsum. §. de authoris. ff. de do. exce. & l. an uitium. ff. de diuer. & temp. præscr. licet inter prædictos doc. fuerit aliqua differentia, qñ reus conuentus habuisset titulum lucratiuum a debitore, qui rem obligauerat agenti hypothecaria, quo casu Cy. & Bar. in d. l. cum res. & quidã alij uoluerũt quod sufficeret probare debitorem possedisse, sed ipsemet Bar. in d. l. rem alienam. tenuit contrarium, quæ disputatio hic non est necessaria, attento quod reus habet titulum onerosum, quo casu communis opin. esse videtur, ꝙ debeat probari de dominio uel quasi debitoris. & sic quando saltem debitor possederit dictam rem cum bona fide & cum titulo habili ad translationem dominii. & ita etiã tenet Ang. in l. j. ff. de publici. super gl. in uerbo, a non domino. vbi ex notatis ibi per gl. colligit ꝙ non sequitur emo rem a te, ergo cõfiteor esse tuam. vnde dicit Ang. si modò conuenior hypothecaria per creditorem, potero negare rem fuisse tuam licet habeam a te causam. & hoc dicit se de facto pluries practicasse. & pro hoc ẽt allegat no. per Cy. in d. l. cum res. & ideo decipitur Sali. in d. l. cum res. qui conando tenere contra communẽ opi. se fundabat in hoc, quod reus conuentus habens titulũ a debitore videtur fateri debitorem fuisse dominum, & certè hoc non probat Sal. iure. Aut dicimus ꝙ dicta domina egerit vtili Saluiano interdicto, quo casu uideretur quod sufficeret probare quod dictus debitor suus possedisset per. l. primam. ff. de Saluiano interdi. & per no. in l. j. C. eo. tit.

### ADDITIO.

a ¶ Probaret. dic breuiter non esse differentiam an agatur hypothecaria an uero Saluiano, ut tenet Ias. in d. §. item Seruiana. & bene & ita practicatur. plus dico non esse differentiam an reus habeat causam lucratiuam uel onerosam, sed in hoc an possessor prætendat, uel probetur habere causam a debitore, an uerò neq; prætendat neque probetur habere ius ab eo, primo casu sufficit ad fundandam actoris intentionem probare ꝙ obligatio est prior titulo uel acquisitione possessoris, iuxta l. de reb. C. de do. ante nup. secundo casu necesse est probare, ꝙ debitor erat dominus uel saltem bonæ fidei possessor tempore obligationis, quod ultimum procedit dũmodo possessor non probet de iusto titulo ab alio. aliàs erit præcisè probandum de dominio debitoris tempore obligationis, quoniã sicut debitori succurreretur per publicianam, ita etiam creditori per Saluianam. tex. in l. si ab eo. ff. de pig. & non ultra. saluo ꝙ qualecunq; remedium competit debitori ad rem uel possessionem auocandam a tertio possessore, eius utile competit creditori hypothecario cũ effectu salua discussione &c. hanc breuem & analiticam doctrinã alibi non reperies. plenius dixi in consu. Pari. §. lxx. adde ad materiã hanc Pet. de Ferra. in for. li. in ac. hyp. uersi. ex memoratis Ant. Neg. tract. pi. par. ij. membro iij.

## CONSILIVM CXVI.

Lege supra lib. v. consi. xlj. quod hic duplabatur.

### SVMMARIVM.

2 *Statutum posterius in ordine censetur ultimum, & præfertur.*
4 *Dos filiæ computatur in legitimam. nu. 13. 24. 25.*
5 *Dos data nepti ex filio computatur in legitimam dicti filij.*
6 *Auus non tenetur dotare, nisi quando pater non habet vnde. nume. 7.*
8 *Ascendentes materni dotare tenentur in defectum aui paterni.*
9 *Nepos succedit auo ex propria persona.*
11 *Casus diuersæ rationis non intelliguntur pariformiter terminari.*
16 *Filios non extare, vel non succedere, etiam in statutis, paria sunt. nu. 19.*
18 *Aduersatiua intelligitur de eodem genere.*
20 *Filius non potest eligere certam rem pro legitima.*
21 *Filius pro legitima non habet bona hæreditatis hypothecata.*
22 *Filius non potest eligere legitimam in re legata.*
26 *Paraphernalia non habent priuilegium dotis.*

## CONSILIVM CXVII.

Circa interpretationem cuiusdam statuti disponentis ꝙ dos data filiæ non imputetur nepotibus ex ea in legitima, & quando reperiuntur duo statuta contraria in eodem uolumine quod attendatur an primum an secundum. Et legitima in quibus bonis debeatur & quomodo & quod uestes cophani & apparatus data filiæ quando nupsit debeant in legitimam imputari.

Viso tit. Quæstionis, ponderatisq; uerbis statuti & aliis, de quibus in themate circa dubium
1 quo † quæritur an dotes * datæ per patrem filiæ nuptæ cõputentur ei in legitimam. videtur primò dicendum ꝙ non cõputentur, quamuis de iure communi sit clarum ꝙ debent cõputari. l. quoniam nouella. & l. omnimodò. §. fi. C. de inoff. test. tamen statutum prædictũ sub rub. de do. resti. in uer. insuper etiam statuimus &c. videtur disponere contrariũ, ubi videtur uelle ꝙ quemadmodum prouisum est ꝙ dos data a patre ipsi filiæ demum prædecessit superstitibus filiis ex ea non computetur ipsis nepotibus in legitima eis debita in bonis aui, ita etiam seruari debeat in ipsis filiabus & licet in priori statuto sub rub. de lib. succ. patre uel matre uel aliis ascendentibus decedentibus, condito testamento sit prouisum ꝙ in legitima uel suppleměto legitimæ debeat computari dos filiæ
2 ab ipso patre testante data, tamẽ videtur ꝙ † præualeat statutũ sub rub. de dote resti. tanquàm ultimũ in ordine. l. & si a patre. & ibi no. Cy. C. de testa. tu. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. i. Et quia debet attendi tempus compositionis statuti, non tempus confirmationis. l. cõficiuntur. §. si miles. ff. de iure cod. l. si certarum. §. fi. ff. de testa. milit. & ideo statutũ sub rub. de do. resti. cum fuerit ultimo loco editum quamuis fuerit confirmatum eodem tempore, tamen illud quod est posterius in ordine debet præferri. & ita no. Dyn. in l. tutores. ff. de test. tu. & Cy. in d. l. & si patre. & Bar. in l. oẽs populi, in iii. q. prin. ad fi. ff. de iust. & iure. & Ang. ĩ l. in ciuile. per ibi no. per
3 gl. ff. de leg. ¶ † Item, quia posito ꝙ si ambo statuta possunt per subdistinctionem concordari, debeat illud fieri, ut dicit Bar. in d. l. omnes populi, in uer. supra alleg. arg. l. sed & posteriores. ff. de leg. & ibi Guli. de Cu. & Bar. in l. i. C. de inoff. do. & Bal. in d. l. omnes populi. & Sal. in d. l. & si a patre. tamen adhuc videtur posse dici quòd primum statutum habeat locũ patre decedente superstitibus filiis masculis quamuis nõ uniuersaliter institutis & superstitibus aliquibus filiabus, quibus vel alicui earum esset minus quam legitima relictum, attento quòd statutum primum in sui principio loquitur filiis masculis extantibus & per præcedentia datur intellectus ad sequẽtia. l. qui filiabus in prin. l. talis scriptura. & l. si seruus plu
* rium. §. fi. ff. de le. i. & hoc uidetur indicare aduersatiua, * aũt, in uer. filiabus autem. &c. per no. per gl. & Bar. in l. mariti. §. fi. ff. de adul. & per Cy. in auth. sacramẽta, in prin. C. si aduersus uen. sed statutũ ultimum intelligitur, quando decessit pater non

non superstitibus filijs masculis, vt contingit in casu nostro,
4 de quo quæritur. ¶Tamen præmissis non obstantibus † vide
tur mihi proculdubio concludendum dictam dotem in legi
timam esse dictis filiabus computandam, quemadmodum,
ius commune disponit, vt est dictum, & probatur etiam in l.
vnica.§.videamus.ver.& cum dos.C.de rei vx.ac.& traditur
plenè per Bar.& alios in l.in quartam.ff.ad leg.Fal.& in l.fi
lium quem habentem.C.fa.erci.Item quia hoc expresse etiã
cauetur in d.primo statuto, quod quidem loquitur condito
testamento à patre, vt est casus noster. ¶Solum restat videre,
de viribus & intellectu vltimi statuti sub rub. de dotibus re
sti.& ad illud statutum primò respondeò ꝙ dictum statutũ,
prouidere voluit ꝙ quando filia dotata à patre prædecessit su
a perstitibus ex ea filiis non computetur dos materna, [a] dictis
filiis in legitimam eis debitam in bonis aui, vt circa hoc tol
lantur disputationes quæ fuerunt inter doc. circa dictum ar
ticulum in d.l.in quartam.& in l.post dotem.ff.sol.ma.& in
l.illam.C.de coll.cum si.ita etiam subdit ꝙ id quod proximè
disposuerat in dictis nepotib. habeat etiam locum in dictis,
5 filiabus videlicet ꝙ si auus dederit † dotem nepti ex filia, &
neptis prædecedat superstite matre quæ est filia dotantis, nõ
debeat dicta dos computari in legitimam ipsi filiæ eius, qui
dotem dedit.nam ad hoc etiam inter doc. erat dubium, vt
patet ex no.per Bal.in auth. ex testamento.C. de coll. in ver.
tertiò quæro si quis &c.vbi quærit, an dos quam dedit auus,
b pro nepte ex filio computetur in legitimam ipsi filio [b] debi
tam in bonis ipsius aui dotantis, & tenet ꝙ non.allegat.l. de
dit dotem.ff.de coll.bon.ad quod bene facit quod no.Bal in
l.fi.C.de do.promis. in vers.sed pone ꝙ vnus ex fratrib. &c.
sed Cyn. in l.scimus.in 5.q.C.de inof.test.videtur conclude
re in contrarium, quia dicta dos procedit de bonis aui, & vi
detur processisse in filium.i.patrem ipsius neptis dotatæ, alle
gat.d.l.quoniam nouella.in fi.& bene facit d.l.dedit dotem.
& id quod no.Ange.in d.l.in quartam.dum quærit, quid si
auus dotauit neptem ex filio, & auo mortuo, vult dicta neptis
venire ad successionem patris sui etiam defuncti, vel vult sal
tem legitimam ex forma iuris vel statutorum, an sibi debeat
imputare dotem quam habuit ab auo? & refert se pluries cõ
suluisse ꝙ si auus dotauit neptem contemplatione sui & hoc
constet liquido vel per indicia, tunc dicta neptis volens legi
timam in bonis patris sui sibi non imputabit dictam dotem,
in legitimam, & in hoc casu intelligit ipse id quod habetur,
in l.auus.ff.de iur.do. sed si auus dotauit contemplatione fi
lii vel dubitatur, quo casu scilicet quando dubitatur perinde
est ac si contemplatione filii dotasset per d. l. dedit dotem. &
ibi no.Ia.de Are.& Bar.& tunc debet sibi in legitimam impu
tare quasi à patre suo dotata sit.l. sed si plures.§.in arrogato,
ff.de vulg.& pup.breui enim manu videtur secundum eum,
hæc dos primo tradita filio, & deinde per filium nepti.l.3.§.
fi.ff.de do.inter vir.l.licet.§.1.ff.de iur.do.& cum dicta opi.
Ange.transit etiam Io.de Imo.simpliciter in d.l.in quartam.
& idem tenet Ang.in d.l.illam.in aliquibus lecturis.& consu
luit ipse consi.78.inci.Ioannes Philippi, & in consi.seq.& per
dictam dist.Ang.possunt reduci ad concordiam opi.Cy.in d.
l.scimus.in 5.q.& Bal.in d.auth.ex testamento.quia aut auus
dedit dotem nepti contemplatione sui, & hoc constat liqui
dò, vel per indicia, & tunc non imputabitur patri neptis, in
legitimam debitam sibi in bonis aui dotantis eadem ratione
qua Ang.dicit non imputari nepti in legitimam debitam si
bi in bonis patris ipsius neptis.Aut dotauit auus contempla
tione filij, vel dubitatur quo casu, scilicet in dubio videtur do
tasse contemplatione filij, vt est dictum, & tunc imputabitur
in legitimam filij succedentis auo eadem ratione, qua Ange.
6 dicit, quod imputabitur nepti in legitimam sibi debitam, in
bonis patris sui, sicuti si à patre dotata esset, & hoc † saltem
verum est, quando pater neptis viuente auo tenebatur de iu
re dictam filiam suam dotare, prout tenetur, quando habet,
vnde dotet, quia tunc non auus, sed pater tenetur dotare, vt
sing.decidit Bald.in auth.res quæ.C.commu.de leg.& Salic.
in l.filiusfa.si in id.ff.ad Maced. & in l.pater filiæ. in prin.ff.
de euict.per illum tex.& per d.l.dedit dotem.& per nota.per
Bal.in l.non quemadmodum. ff. de li.agnosc. & quia vnum
quodque tale est & illud multò magis.l.ex diuerso, ver. item
si mulier.sol.matr.vnde si auus tenetur propter filium dare,

dotem nepti, vt d.l.dedit dotem.multo magis filius, quando
habet vnde, & ideo tunc talis dos data pro nepte ex filio cõ
templatione filii, vel in dubio debet imputari in legitimam,
7 ipsius filij, sed vbi filius non teneretur dotare neptem, † vt
c quia non habet vnde tunc auus [c] tenetur dotare.l.& ideo. §.
fi.ff.de in rem ver.l profectitia.§.si filiusfa.mutuatus.ff.de iu
re do.talis dos censetur onus aui, & deducitur tanquam æs
alienum aui, vt dicit Bald.in d.l.fi.C.de do.promis.alle. tex.
quem dicit ad hoc esse singularem in l.pater filiæ.in prin.se
cundum vnam lec.ff.de eui.apparet ergo ex prædictis ꝙ etiã
erant opiniones & dubitationes inter doct.an illud quod da
batur ab auo nepti in dotem computaretur patri, & pari ra
tione matri ipsius neptis in legitimam debitam in bonis aui.
¶Nec dicatur ꝙ præfati doct. formant quæstionem in nepte
ex filio, & nos loquimur in nepte ex filia, quia respõdeo, hoc
8 nihil obstare, † quia ascendentes per lineam maternam, vt
mater, & pari ratione auia & similes tenentur dotare filiam,
vel neptem ex causa, puta ratione inopiæ patris ipsius mulie
ris dotandæ, vt no.Iac.de Are.Cyn.Rayn.& Bal.& Sal. in l.
mater, alias incipit, neque mater.C.de iur.do.& Bar.& Bald.
in d.auth.res quæ.per d.l.mater.in vers.ex causa. & quia ita
est in alimentis, vt l.si quis a liberis.§.1.versi.ergo.& matrẽ.
ff.de libe.agno.& etiam auus paternus, non semper tenetur
dotare neptem, vt est dictum.& sic potest contingere quod
auus paternus sponte & nulla iuris necessitate cogente dedit
dotem nepti sicut auus maternus, & sic potest contingere, ꝙ
in quæstione formata per dictos doc. in d.l. scimus. & in d.
auth.ex testamento.& in d.l.in quartam.eadem erit rõ in auo
materno & in paterno.¶Modo redeundo ad propositum, di
co ꝙ dictum vltimum statutum sub rubrica de do.rest.dispo
nens ꝙ id quod dictum erat de nepotibus habeat locum, in
filiabus, intelligitur in dote data ab auo nepotibus ex filiabus
quia non imputabitur ipsis filiabus in legitimam & quod ita
debeat intelligi moueor, quia intentio statuentium fuit vel
le tollere id quod erat in dubium de iure, non autem corrige
re id quod erat de iure clarum & indubitatũ, vt patet ex ver
bis statuti dum dicit, ad tollendum dubium &c.sed si intel
ligeretur ꝙ statutum velit inducere quod dos data filiæ à pa
tre non computetur in legimam ipsius filiæ corrigeret ius cõ
mune in casu indubitato, vt d.l.quoniam nouella, cum simi.
item moueor, quia quamuis statuentes moti fuerint ad pro
uidendum ꝙ dos data filiæ non computetur nepotib. ex filia
in legitimam, tamen non erat eadem rõ statuendi ꝙ dos da
ta filiæ nõ computaretur ipsimet filiæ in legitimam, quia qñ
dos est data filiæ põt esse ꝙ non peruenit postea ad nepotes ex
filia, vnde non est iustum ꝙ computetur nepoti in legitima si
9 bi debita in bonis aui.Item quando succedit † auo nepos, &
d filia prædefuncta, dicitur succedere ex sua propria persona, [d]
non ex persona matris cui nunquam fuit delata successio, vt
l.2.& ibi no. Bar.C.de lib.præte. & Cy.in l.1.ad fi.C. ad le.
Iul.de adul.& Bar.in l.1.§.si sic. ff.de coll.do. Item põt con
tingere ꝙ nepos.dictam dotem maternam habet tanquã hæ
res matris suæ, non autem ab auo de cuius bonis debet detra
hi legitima, vt quia auus sit stipulatus reddi filiæ dotem, in
casu soluti matrimonij, vt no. Barto.in l.post dotem, in 4. q.
& in l.si cum dotem.in prin.ff.solu.ma.& ex forma dicti sta
tuti vltimi spectat omnino dos ad filiam etiam si decedat pa
10 tre superstite qui dotem dederat, † & debet imputari in legi
tima illud quod immediatè de bonis illius de cuius successio
e ne agitur obuenit ei qui legitimam petiit, secus [e] si non im
mediatè obuenit ei sed casu aduentitio obuenit dicta l. sci
mus. §. repletionem. prout dicitur obuenisse nepoti, quan
do ei obuenit tanquam hæredi matris, & propter mutationẽ
personarum. scilicet aui & matris, ipsius nepotis censetur,
dicta dos esse de alio patrimonio quam aui.l.Paulus, aliàs in
cipit, per procuratorem.ff.de acq.hær. quæ rationes cessant,
quando quæritur, an dos data filiæ a patre debeat ipsi filię cõ
putari in legitimã, quia constat ꝙ ipsa filia petens legitimam
habuit a petre immediatè dotem, & ex sua propria persona,
11 vult succedere. † non est ergo intelligendum, ꝙ statuentes
voluerint casus habentes longe diuersam rationem paritor
miter determinare, & de vno inferre ad alium, quia ex his,
quæ diuersam rationem habent, non recta fit illatio & talia
diuersimodam rõnem habentis pari decisione determinari

non debent.l. inter ſtipulantem. §.ſacram. verſi. ſed hæc diſſi
milia.ff.de uer.ob.l.fi.ff.de calum.& pro hoc intellectu opti
mo facit id quod no. Dy.& Bar.in l.ſi ab hoſt.§.fi. ff. ſo. ma·
in primis uerbis dum ponunt intellectum illius tex. in uer.
12 idem &c.¶Ad hanc interpretationem † etiam cogimur,quia
ſtatutum debet interpretari vt quanto minus fieri poteſt. læ
dat ius commune vel ius alterius,etiam ſi oporteat verba im-
propriare,vt eſt tex.no.& ibi ponderant An.de But. & Mod.
in c.cum dilectus,de conſue.facit.l.præcipimus, in fi. de ap.
& l.2.C.de nox.ergo non debet interpratari, quod diſponat
filiam ſibi non debere computare in legitimam id quod ſibi
a patre datũ eſt in dotem,quia ſi ita interpretaremur, euiden
ter corrigeretur ius commune,& læderetur in patris, & ſuo-
rum vniuerſalium hæredum,non ſic ſecundum aliam inter-
pretationem,vt patet ex iam dictis. ¶Ex quibus apparet non
ob.ſi diceretur ſtatutum ꝙ vult ꝙ nepotes non computent ſi
bi dotem maternam in legitimam debitam in bonis aui, er-
go multo minùs debet filia ſibi computare, quæ magis con-
iungitur patri.auth.multò magis.C.de ſac.ſanc.eccl. nam re-
ſpõſiones euidenter patent ex iam dictis.quia filia habuit im
mediatè a patre,& ex ſua propria perſona habet ſuccedere,nõ
ſic in nepote ex filia,vt ſup.probaui, & adduxi rationem infe
rentem iſta eſſe diuerſimode iudicanda per dictum.§.repeti-
13 tionem,cum alijs ſup.alle.& propterea videmus, ꝙ † dos da
ta filiæ ſemper computatur, ſibi in legitimam de iure com-
f muni, non autem ſic computatur nepoti, [f] ex filia dos data
matri ſuæ.vt nota. Bartol. & docto. in dicta l. poſt dotem.
& in dicta l. in quartam. & Bartol.in dicta l.illam. & in d.l.
ſcimus, in princip. & in d.quoniam nouella.& per Salice. in
§ repletionem.cum ſimi. ¶Secundo principaliter reſpondeo
14 ad dictum ſtatutum,quòd † quando duo ſtatuta videntur ad
inuicẽ repugnantia, nunquam tollitur primum per vltimũ,
niſi repugnantia ſit talis ꝙ vtrumque ſtatutum non poſſit, ꝑ
g ſubdiſtinctionem ſaluari. [g] d.l.ſed & poſteriores. & l.non eſt
nouum.ff.de legi.& no.Bar. in dicta l.omnes populi.3.qõne
principali.cum concor.ſup.alleg. ſed dictum ſtatutum pri-
mum loquitur condito teſtamento, ſequens verò ſtatutum,
non facit mentionem de cauſa teſtati,ergo intelligi debet ab
inteſtato,vt vtrumque ſtatutum ſaluet. ¶ Nec ad hoc obſtat,
ſi diceretur, quod hoc ſtare non poteſt, eo quia ſi pater de-
ceſſit inteſtatus, tunc non tractatur de legitima, ſed de ſuc-
cedendo per deſcendentes in ſua virili ab inteſtato iuxta l.fi-
15 nali. C. de libe.præte. cum ſimi.quia reſpondeo quòd† imò
multis modis poteſt contingere tractari ab inteſtato de legi-
tima, vt ſi pater nullo condito teſtamento conditis codicil-
lis deceſſit & in codicillis grauauit filias ſuccedentes ab inte-
ſtato onere legatorum vel fideicommiſſorum, nam contingit
tractari de deductione legitimæ, quæ non potuit diminui, ꝑ
legata, vel fideicommiſſa,dicta l.quoniam in prioribus, lege
Papinianus.§.quarta.ff.de inoffi.teſta.& tamen tunc dicitur,
deceſſiſſe ab inteſtato.l.conficiuntur,in princip.& l. ab inte-
ſta.ff.de iure co. idem contingeret, ſi pater donaſſet,puta vl-
tra dodrantem ſubſtantiæ ſuę in præiudicium filiarum,& de
ceſſiſſet ab inteſtato,nam continget tractari de detractione,
quæ debet, tanquam inofficioſa reuocari ſaltem, vſque ad le
gitimam l.2.& l.ſi liqueat. C. de inoffi. dona. & in multis,
etiam caſibus de iure communi habemus, quod in ſucceſſio
ne ab inteſtato contingit tractari de detractione legitimæ,vt
patet in l.quiſquis.in ver. ſed ad filias. C. ad l. Iul. Maieſta.
& in authen.ſi qua mulier.C.de ſacro.ſanc.eccle. cum ſimil.
¶Nec obſt. ſi diceretur quòd ſtatutum primum poteſt intelli
gi extantibus filijs maſculis, vt prædixi, ſequens verò ſta-
tutum poteſt intelligi filijs maſculis non extantibus, quia re-
ſpondeo & primo, ꝙ attento quod per iſtum intellectum om
nino euidenter corrigeretur ius commune, potius debet ca-
pi prior interpretatione quam ſupra dedi, ſecundum quam
dictum vltimum ſtatutum nihil faceret ad propoſitum,adeo
quod quamuis tunc primum ſtatutum intelligeretur exiſten
tibus maſculis, & per conſequens caſus noſter eſſet omiſſus,
& per conſequens remaneret in diſpoſitionis iuris commu-
nis.iuxta l.ſi extraneus.ff.de condi. ob cau. & l. commodiſſi-
mè.ff.de libe. & poſthu. adhuc hæredes vniuerſaliter inſtitu
ti haberent intentum,quia de iure communi, dos data filiæ
computatur in legitimam.Secundò reſpondeò ad obiectum,
ꝙ dictum primum ſtatutum intelligitur ſiue extent maſculi
ſiue etiam non extent, prout non extant in caſu noſtro,quod
probatur primo, quia ſtatutum primum in ver.filiabus.autẽ
loquitur indiſtinctè condito teſtamento,in quo non filij ma
ſculi,ſed filiæ, vel alij extranei ſint inſtituti vniuerſaliter, er-
go indiſtinctè debet intelli.l.1.§.& generaliter.ff.de le.præſt.
l.de pretio.de publi. ¶Confirmo,pone ꝙ eſſent liberi maſcu-
li,ſed non ſuccedant,quia ſint legitimè, & iuſtè exhæredati,
vel alia ratione non ſuccedant, certè dictum ſtatutum in ver.
filiabus autem, locum habebit,quia ſtatutum ſolum vult fa-
cere differentiam inter caſum,quando filii ſunt vniuerſaliter
inſtituti,& caſum quando non ſunt vniuerſaliter inſtituti,vt
clarè patet,in princ.dicti ſtatuti,iuncto dicto verſi. filiab. au
tem,ſicut ergo dictum ſtatutum in ver. filiabus autem ſibi lo
cum vendicaret exiſtentibus filiis maſculis & legitime exhæ-
redatis, vel alia ratione non ſuccedentibus,eodem modo võ-
dicabit ſibi locum nullis exiſtentibus liberis maſculis, quia
h iſti duo caſus etiam in materia ſtatuti procedunt a pari [h]; ſci-
licet filios non extare, vel extare, & nõ ſuccedere, vt l.2. §.ſed
ſi ſint ſui. & ibi no. Bartol. ff. ad Tert. & l.1. §. quidam fi-
lium. & ibi no. Bal. ff. de bo. poſſeſ. contra ta. & l.1.§.ſi pa
ter emancipatus. & §. ſi pater in poteſtate. & ibi no.Bart. ff.
de coniugen. cum eman. li. & no. Guliel. de Cu. & Bal. in
auth. nouiſſima.C.de inoffi. teſt. & Bald. in l. maximum vi
tium. C. de li. præte. & in l. in ſubſtitutione. per illum tex.
ff.de vulg. & pupill. cum ſimi. ¶Nec etiam ad hoc obſtat, ſi
diceretur ꝙ dictum primum ſtatutum in ver. filiabus autem
voluerit extantibus maſculis. quamuis non vniuerſaliter in-
ſtitutis in certa re fauere eis, vt ſic tunc fœminæ computent,
ſibi dotem in legitimam, & ſic pinguior erit legitima filiorũ
illam conſequi volentium,quàm ſi dos non computaretur fi
liabus,ſed quando nullo modo vocãtur filij maſculi, vt quia
non extant, & ſic non tractatur de fauore filiorum,tunc dos
filiarum non computetur ipſis filiabus in legitimam,vt in vl
timo ſtatuto, quia dico quod vltra primam principalem re
ſponſionem datam ad dictum vltimum ſtatutum, per quam
tollitur omnis obiectio,adhuc reſpondeo dictæ obiectioni,
ꝙ ſtatutum primum in d. ver. filiabus autem, nullam facit
differentiam vel diſtinctionem, an filius ſit inſtitutus in re
certa, & ſic in aliquo ſuccedat, an verò ſit in totum excluſus
ſeu in nullo ſuccedat,ergo ſtatutum nõ patitur dictum intel-
lectum. Item non patitur dictum intellectum alia ratione,
quia per ſtatutum immediatè ſequens ſub rubrica de ſucceſ-
ſio.liberorum patre,vel matre vel aliis aſcendentibus moriẽ-
tibus ab inteſtato,in verſ. declarantes inſuper &c. cauetur ꝙ
vbicunque in aliquo caſu comprehenſorum in ipſo ſtatuto,
vel præcedente mulier a ſucceſſione ab inteſtato vel ex teſta-
mẽto repellatur, ſi inter maſculos adinuicem, vel cum alijs,
quæſtio oritur, ſuper debita iure naturæ quota, ſeu quanta
intelligatur propter numerum liberorum tales fœminæ,quo
ad ipſam legitimam in numero liberorum non continentur
ſeu computentur.& ſic apparet ꝙ vbi maſculi eſſent in re cer
ta inſtituti, & vellent conſequi legitimam ſeu ſupplementũ
legitimæ,non loquitur tunc dictum ſtatutum in ver.filiabus
autem vbi prouidetur, ꝙ filiæ habeant legitimam, & dos ei
computetur in legitimam,quia imo intentio dicti ſtatuti ſub
ru.de ſucceſ.liber.patre,vel matre decedentib.ab inteſtato eſt
ꝙ qñ filii maſculi veniunt ad legitimam, non ſit in conſide-
ratione filia fœmina quò ad legitimam petendum, nam ſi tũc
petere poſſet legitimam, conſequenter faceret partem maſcu
lis in legitima, & ſic computaretur in numero liberorum,
17 quia † qui admittitur vel admitti ſperatur ad partem, facit
partem.l.ſi duobus,in prin.& §. fin.ff.de leg.1.cum ſi. præce
dentia tamen magis me mouent quam hoc vltimum. quod
non eſt neceſſarium.¶Non ob. etiam quod dictum primum
ſtatutum in principio loquatur exiſtentibus filiis maſculis,&
per conſequens debeat etiam ita intelligi ſequens ver. qui in
cipit filiabus autem &cæt. attenta dicta aduerſatiua, quæ
18 videatur inducere repetitionem, quia reſpondeo, † quod
aduerſatiua bene operatur, vt illud, quod ſequitur debeat
intelligi, de eodem genere,de quo in præcedentib.tractatum
eſt, quatenus verba, & materia patiuntur, vt ſi dico, ſchola-
res legunt, Petrus autem currit, intelligitur Petrus, ſcilicet
ſcholaris, vt declarat Bartol. in dicta lege mariti.§. final.per
ibi

ibi nota.per gl.ff.de adul.& ita in proposito bene intelligitur de illis filiabus & descendentibus fœminis in genere,de quib. dixerat in principio statuti,dummodo sint institutæ vniuersaliter vel alii extranei sint vniuersaliter instituti. vel posito, ꝙ intelligeretur illud statutum primum in vers. filiabus autem loqui qñ filii extarent,etiam si non succederent, prout in veritate intelligi potest,vt dixi supra,& de se patet, ergo eo ipso ꝙ tale statutum prouidet de casu, in quo filius extaret,sed nõ succederet. dicitur etiam prouidere de casu quo filii non ex-
19 tarent, † quia ibi duo casus procedunt à pari etiam in dispositione statuti d.l.2.§.sed si sint sui.& ibi Bar.ad Ter.cũ aliis. sup.alleg.nam qua ratione statutum voluit minus fauere filię disponendo ꝙ sibi computet dotem in legitima filio masculo existente & non succedente,eadẽ ratione etiam debet idẽ dici filio non existente, quia neutro casu fuit fauor filiorum & hæc fuit ratio eius quod no. Bar.in d.§.sed si sint sui. cum si.& tanto magis,quia per talem interpretationem non fit, ꝯ ius commune imò iuuatur ius commune vtroque casu, cum ius commune disponat omni casu dotem datam filiæ a patre computari sibi in legitimam,ergo talis interpretatio accipiẽ-
20 da & iuuanda est, vt d.c.cũ dilectus,de consue.¶ † Circa aliud dubium quo quæritur,quomodo & in quib.bonis tradenda sit portio legitimæ dictis filiabus non acquiescentibus dictæ dispositioni, & an electio pertineat ad filias,vel ad hæredem breuiter respondeo,ꝙ filiæ erit assignandum supplementum legitimæ in reb.hereditariis.d.l.scimus.§.repletionem.C.de inof.testa.& non in deterioribus rebus,vt in auth.de triẽ. & semi.§.1. quem ad hoc allegat Ang.& Ioan.de Imol.in l.in quartam.ff.ad le.Fal.& debet filiæ assignari dicta legitima, in vna,vel duab.rebus hæreditariis arbitrio boni viri, vt vult, Bar.in l.suus quoque,in fi.prin.ff.de hær. inst.ar.l. non amplius.§.fi.cum l.seq.ff.de le.1.& l.2.C.quando & quib.quar. pars deb.lib.10.& quod ibi Bar.& ita etiam est de mẽte Bar. in d.l.in quartam,in ver.quartò quæro vtrum Falcidia, &c. dum allegat.l.põt. ff. de le.1.& d.l.2.idem no.Host. & Ioan. An.in c.Raynaldus.de test.non autem potest filium dicere, velle partem in qualibet re hæreditaria secundum doc. in di-
h ctis locis per iura præallegata,& dicit expressè Ia.de Beluis.in auth.de rest.& ea quæ par.in prin.in 3.q.ꝙ filius [h] non potest eligere meliorem rem pro legitima,ne dum filio satis fauendum esse existimamus, fideicommissarij vel hæredis commoda defraudentur.ar.l.fi.§.sed & si quis.C com. de le.& l. legato generaliter in prin.de le.1.& in auth. hoc ius porrectum,in ver.si tamen res ipsa mediocris.C.de sac.san. eccl.& sic sentit Ia.de Bel.quod debet assignari legitima in vna re mediocri,arbitrio boni viri,& ita expressè concludit etiam Gul. de Cu.& Bal.in l.scimus,in prin.C.de inoffi.testa.per d.l.2. & idem vult Bal.in l.filium quem habentem.C.fam. ercis.in
21 vers.vlterius quæro de tali q.&c.& idem ibi Sal.† non.n. re-
* peritur ꝙ filius habeat hypothecata * insolidum omnia bona hæreditatis, vt sit possit eligere quam velit pro legitima, sicut potest creditor habens bona hypothecata. l. creditoris. ff.de distr.pign.prout etiam plenius tangitur per Bal. in d.l. filium quem habentem,per quod patet non obare id ꝙ nota. Cyn.in auth. res quæ.C.communia de leg.& in l.Marcellus, §.res quæ.ff.ad Tre.Istam conclusionem etiam tenet Ioã. de Imo.in d.l.suus quoque.in princ.vbi reprehendit Bald. quia
22 aliter in hoc variauit.¶ † Confirmantur prædicta per id quod voluit Bald.in rub.ff.de rerum diuisi. vbi inquit ꝙ filius non potest dicere se velle legitimam in re, quam testator legauit, quia legata debentur dummodò bessem non excedant. alleg. §.quamobrem.in aut.de resti.& ea quæ par.& in eo iudicio melius probatur in l.si cognatione.C.fami.ercis.& in l.parẽtibus.C.de inof.testam.ergo apparet ꝙ filius in legitima non propriè indicatur vt creditor habens hypothecata bona, & ꝑ consequens non habet potestatem eligendi, quam rem vult,
23 sicut hẽt creditor habens bona hypothecata, vt dixi.¶ † Quãtum ad aliud dubium quo quæritur,an si filia domicella, ex dispositione statuti petere potuisset libras ducentas pro dote prout habuit prima filia nupta etiam si non fuissent sibi relictæ per testatorem debeant ipsæ libræ ducentæ in legitimam ipsius filiæ domicellæ computari? Respondeo ꝙ sic, quia ꝗ̃uis potuissent peti ex dispositione legis, vel statuti, hoc non facit,ꝙ non debeant in legitimam computari, quia etiam de iure communi pater cogitur dotare filiam.l.fi.C. de do.promis.l.qui liberos.ff.de ritu nup.& tamen computatur huius-
24 modi dos in legitimam.d.l.qm nouella. ¶ † Circa aliud dubium quo quæritur,an vestes coffani * & apparatus dati filiæ
* quando nupsit in legitimam computentur? & concludo ꝙ sic,quia cum talia data fuerint ob causam matrimonij,debet in legitimam computari,sicut computantur omnia alia quæ ob causam dotis data sunt à patre.l.omnimodò.§.fi.& l. qm nouella.C.de inof.test.& ita no.per Bar.in d.l.in quartam,in ver.venio ad quartam debitam iure naturæ &c.pro hoc facit quia aut nos dicimus ꝙ pater donat filiæ existenti in patria potestate scrinea cum iocalibus consuetis valeat ab initio, vt tenet Pau.de Cast.in l.cum pater filiæ.ff.de leg. 2. vbi refert, se ita consuluisse,eo quia secundum eum sunt appendices do-
25 tis,quia si non darentur tanto minor esset dos. ¶ † Vnde sicut est speciale ꝙ valeat donatio inter patrem & filiam in potestate,qñ ei donatur ob causam dotis l.Pomponius Philadelph. ff.fa.erci.l.si cum dotem,in prin.ff.sol.ma.& no.per gl. & docto.in l.2.C.de inof.do.ita secundum eum debet esse speciale in istis tanquam accessoriis ipsius dotis.ar.l.inter socerum §.cum inter.ff.de pact. do.l.etiam.C.de iure do. ergo apparet eadem ratione ꝙ sicuti dos computatur in legitimam, ita & huiusmodi donataria.aut nos dicimus, ꝙ donatio huiusmodi facta à patre filiæ in potestate nubenti nõ valeat à prin.
26 vt tenet Lud.Ro.in l.placet.ff.de acqui.hær.eo quia † secundum eum bona paraphernalia non sortiuntur priuilegiũ dotis.l.si ego.§.dotis.ff.de iure dot.& ideo dicit ꝙ regula, quæ habet ꝙ non valeat donatio inter patrem & filium in potestate.d.l.2.C.de inof.do.habebit locum etiã in huiusmodi bonis donatis filiæ,licet dicat se vidisse alias fuisse consultum, contrarium,adhuc resultat conclusio ꝙ computetur in legitimam, quia si donatio non valuit,sequitur ꝙ filia habet dicta bona iure legati si sibi relicti in testamento, in quo testor tales apparatus legauit,& clarum est ꝙ legata computantur in legitimam.l.etiam.§.pe.ff.de bo.li.& d.l.omnimodo.& no.
27 Bar.& Ang.in d.l.in quartam, vbi etiam dñt † idem, si pater non legasset filiæ in pt̃ate id quod sibi donauerat,casu quo donatio non ualuisset, quia cũ confirmetur morte patris præcedentis.l.donationes quas.C.de do.inter ui. cõputari debent in legitimã.l.filium quem habentem,secundũ unam lect.C. fa.er.& d.l.etiã.uer.sed & mortis.& no.Cy.in l. si qñ.§.fi.C. de inof.test.licet aliud dicant esse in donatione puta ualida à principio,ut quia sit facta filio emancipato,quia non computatur in legitimam nisi hoc fuerit expressum.l.si quãdo. §. fi. præallegata, sed ille non est casus noster ideo de illo non discutio.¶ Confirmantur prædicta per id quod dicit no.Barto. in l.1.§.si parens.ff. si quis à paren. fue. man. ubi dixit quòd quãdo pater simpliciter dat filio nec apparet aliter quòd donet computatur in legitimam,per l.cum quo.§. fin. ff.ad leg. Falci.& reputat Ioan.de Imo.hoc dictum Bart.esse singulare, ut ipse dicit in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de condi.& demonst.pro hoc etiam facit, quia uidemus quod si pater filia ingrediente monasterium dimisit aliquid super altare, cõputatur in legitimam quasi sit ad instar dotis. ita decidit Bartol.in d.§.Titio genero.in fine.& d.§.si parens. & Bald. in d. l.quoniam nouella.in fi.& Ioan.de Imo.& Pau.de Cast. in d. l.in quartam.argum.l.fin.ff.de pecu.lega. Super reliquis dubijs non scribo, quia uerbo fertur, super eis parum hæsitari. Alexand.

---

ADDITIONES.

* An dotes.] In materia istorum statutorum loquentium de dote filiarum, quæ videntur sibi contraria,dum tractant,vtrum eam imputari debeat in legitimam,consultus respondit Ruin.consi.206. dub. j.li. 2. vbi meminit huius consilij Alexandi, nondum tamen hoc cõsiliam fuerat typis repræsentatum,& in volumen redactum. Nat.
* Aduersatiua.] Aduersatiua autem repetit, quod quomodo intelligatur vide infra col.pen. Natta.

a ¶ Materna.di.supra.lib.j.consi.23.
b ¶ Filio.supra lib.5.consi.179.
c ¶ Auus.adde.Dec.Tho.299.Io.Lup.rep.c.per vestras.§.14.de dona. inter vi. & vxo.
d ¶ Persona.sup.lib.j.consi.20.Aret. l. venia.C.de in ius vo.consi.164.

Bal.in l.1.C.de secun.nup. l.pactum.q.18.C.de co.Ia.l.si arrogator ff.de adop l.fi.C.de succes.edi.l.2.C.de liber. præter.vel exhær.vbi Cor.Dec.consi.443.

e ¶Secus.imo idem.l.omnimodò.§.imputari.ver.quæ occasione.C.de inof.test.dixi sup.li.j.consi.24.

f ¶Nepoti.imo eodem modo si sit hæres matris,vt dixi in consu.Par. §.195.Saluari.sup.li.2.consi.141.nu.5.

g ¶Pari.Bal.consi.inci.Viso statuto,quod est consi.ij.li.ij.secundum veterem.& consi.3.li.4.secundum nouam impressionem Ias.l. planè. §.si duobus.de leg.1.

h ¶Filius.Bal.l.iubemus.C.ad Tre.Are.consi.18.Cor.cons.282.li.j.Pa. consi.247.nu. 4.li.j.Dec.consi.236.nu.10.

* Habeat hypothecata.]Vide hac de re, an hypothecata sint bona ,p legitima,Socinum ad l. si ex toto.in 2.not.ff.de leg.1.vbi etiam ponit quid de augmento. Natta.

* Vestes,coffani.] Quod talia dona computentur in legitimam cõsultus respondit per easdem rationes,& auctoritates Alex.cons.27.co'. fi.li.5.Dec.cons. 628.dub.ij Idem tenet Floria ad d.l. Pomponius, Philadelphus.ff.famil.herc. Et ꝙ donatio patris in filiam,valet non modo in dotem,sed in augumentum dotis,tenet Ias.consi.147. lib. 2.post Fran. Aret.ad l. placet.ff.de acq.hæred. Vtrum statutum loquens de dote, habeat locum in mobilibus,iocalibus,& alijs paraphernalibus vide Cur.Iun.consi.129.in fi. Natta.

## CONSILIVM CXVIII.

Lege supra lib.5.consi.18.vbi plenius habetur.

## EPITOME.

STATVTVM annullans testamentum etiam infra semestre non registratum, nocet etiam substitutis & fideicommissarijs, etiam minoribus, qui, vt hic, possunt facere registrari intra tempus.

## CONSILIVM CXIX.

Quoniam omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum.1.q.2.cap.quam pio, ideo redemptoris innocato suffragio,& opportune libratis reformationib. statutis & alijs in themate præmisso seriosè narratis, videretur prima consideratione dicendum,partem affirmatiuam esse veram,& sic testamentum , & scripturam inde confectam vires habere etiam in fauorem dictarum sororum primi coniugij, esto quod registratum non fuerit stantibus protestationibus,de quibus supra, ex pluribus.¶Et primò, quia statutũ, sub rub.de annul.instrum.&c.artat partes principales,in quorum fauorem instrumenta principaliter facta forent,ad procurandum & faciendum quod dicta instrumenta præsententur,& registrentur,ergo viuente Caio non incumbebat dictis eius sororibus substitutis eidem onus procurandi quod testamentum registraretur,sed incumbebat ipsi Caio hæredi,eiusque tutrici,in cuius commodum principaliter tendebat illa vltima voluntas paterna.pro hoc videtur textus in l. facta.§. si quis bonorum.ff.ad Trebellianum,per quem text. Bartol.
1 & Ang. ibi videtur in specie ita decidere,dicentes,† nota.casum quotidianum in hac ciuitate Perusii vbi est statutum, ꝙ
* si quis non insinuauerit* testamentum intra sex menses,non valeat,quod hoc fideicommissario substituto nõ noceat, imo ad eius petitionem tempus restitueretur. idem voluit Bal. in l. 2.C.quib.res iu.non no.vbi dixit ꝙ si ex forma statuti cassatur institutio hæredis, quia non insinuata fuerat intra tẽpus a statuto præfixum, ꝙ hoc non nocebit legatariis, nec substituto aut fideicommissario vniuersali,arg.l.eam quam. C.de fideicom.& l.cogi.§.hi qui solidum.ff.ad Treb.quod reputat
2 ibi Bald.esse notandum. ¶†Secundo fortificatur per illud verbum principaliter,de quo in statuto prædicto, sed ad legatarios seu substitutos maximè ante euentum casus substitutionis non videtur principaliter causa testamenti pertinere, l.qui testamento in prin.ff.de testa.l.dictantibus. C. de testa. & expressius insti.de test.in §.legatariis, iunctis notatis p gl. in l.si quis ita.ff.de reb.dub.& per gl.in l.omnib. C. de testa. & in l.nullus.ff.eo.& per Bar.& doc.in præalleg.l.qui testamento,& per Inn.in c.3.de testi.& Io.An.in c.insuper. e.tit. & Spe.in ti.de teste.§.1.ver.itẽ ꝙ est talis.ergo cũ casus substitutionis nõ euenerit nisi iã cõdito statuto,quo tpe p̄ntandi& registrandi instra prorogata fuerunt vsq; ad mensem Iunii anni 1457.sequitur ꝙ antea nullũ tp̄s erat eis decursum,& postea intra tp̄s pro parte dictarũ sororũ protestatũ fuit superstiti registri secundum formã dicti statuti,& p consequẽs nullũ inde gñrari potuit eis p̄iudiciũ authoritate eiusdem statuti. ¶Tertiò quia non videtur dictis sororib.cucurrisse tp̄s & præscriptio statutaria ante quam agere possent, & sic ante euentum casum substitutionis.arg.l.1.in fi.C.de an. excep.& l.1. in fi.C.de bo.mater. Et dato ꝙ tempus eis decursum esset ob earum negligentiam, tamen clarum videtur ꝙ audiri debuerint postea volentes de anno 1457. ante finitum mensem Iunij dictum testamentum præsentare, aut præsentari facere superiori registro, postquam ita statuentes expressè disposuerãt volentes indemnitati seu præteritæ hominum negligentiæ
3 consulere. ¶†Quartò nostra interest successorem habere ex testamento.insti.qui.ex cau.manu.non poss.§.1.l. 1. C. de necess.ser.& l.& quia in prin.ff.de interro.act. facit.l. Gallus.§. quod si is,in verbo vtilitate.ff.de lib.& posth. & l.vel negare. ff.quemad.testa.aper.ergo intererat pupilli prædicti quod testamentum paternum per diligentiam tutricis præsentaretur
4 & registraretur,qã tale testm̄ † in quo extabat substitutio pupillaris, censetur testamentũ ipsius pupilli.l. 2.§.quisquis,cũ seq.& l.patris & filij.ff.de vul.& pu.fuit ergo tutrix in culpa & negligentia non p̄ntando testamentum registro.l.eum qui. & l.quicquid.C.arbi.tut.vel fortè in dolo , vt sic euanesceret substitutio pupillaris per quam poterat contingere eam priuari legitima in hæreditate filij.capi.si pater.in fi.de testa. in 6.l.Papin.§.sed nec impuberis.ff.de inoff.testam. & l. humanitatis.C.de impuberum.& aliis substi. & per consequens tutrix allegando nullitatem testamenti allegat dolum vel culpam propriam & per consequens turpitudinem suam , ergo audiri non debet.l.transactione finita.C.de trãsa.l.alias,cum l.seq.ff.de iureiu.c.cum super de concess. præben.c.inter di-
5 lectos,de dona. ¶†Et idem dico in Seio,qui tanquam executor testamentarius similiter tenetur de dolo & lata culpa.l.si seruus legatus.§.cum quid.ff.de leg.1.& ibi no. Bal.& Ange. & interdum etiã tenetur de leui culpa, vt si aliquid sibi in testamento relictum erat, vt ibi,& no.Bal.in l.pignus.C.de pigno.act.& in l.cum res.§.fi.ff.de leg.1.¶Quintò,quia iam semel testamentum vt validum approbauit tutrix adeundo ex eo hæreditatem pupilli nomine,ergo amplius impugnare nõ potest.l.1.C.de fur.l.fi.C.de codi.c.solicitudinem de app.&
6 in regula quod semel. ¶†Sextò præsupposito ꝙ dictæ sorores vel aliqua ex eis fuerint minores, nõ videtur quòd eis currat statutaria præscriptio.l.fi.cum ibi no.per Bar. ad fi.C. in qui. cau.in inte.rest.non est necess.& est gl. & ibi no. Bal.in c.1.§. porro.in ver.30.anno.in titu.qualiter olim feud.pote.alie.& Bar.in l.etiam.ff.de mino. Ad hoc ꝙ no.Bal.in authen.nisi in princ.C.de bon.mater.vbi dixit quòd si statutum disponit ꝙ omnibus currat præscriptio,quia sua debita nõ exegerint intra decem annos, tale statutum non comprehendet filiosfamilias non agentes contra eos qui acquisiuerunt a patre eorum bona aduentitia ipsorum filiorum, quibus de iure cõmuni non currit præscriptio durante patria ptãte, cum age-
7 re non valeant sine consensu patris,& sic † statutum isto casu recipit interpretationem a iure communi, l.si serui vestri. C.de noxa.l.vt gradatim.§.sed si lege.ff.de mune. & ho. not. in l. fi.§.computatione.C.de iu.deli.c.cum dilectus. de consue. Ad idem ꝙ no.Bal.in c.si quis per 30.in ti.si de feu. fue.
8 contro.inter do.& agna.¶†Sextò adducitur pro hoc id quod no.Guli.de Cu.in l.ingenuum.ff.de sta.hom. vbi quærit, an
a consuetudo liget minores,[a] concludit ꝙ aut loquimur in actibus in quibus minores admittuntur vt maiores, vt si consuetudo habeat ꝙ muliere prædecedente maritus lucretur dotem,certè mulieres etiam minores obligabuntur, & comprehenduntur sub dicta consuetudine ꝙ minor obligatur ex matrimonio,& habetur in talib.pro maiore.c.fi.de iud.in 6. & no.gl.in l.ait prætor,in prin.in ver.aliud.ff. de mino. ergo in hoc non debet minus ligari,quà maior,per nota. in d.l.ait prætor,in prin.per hoc etiam allegat.l.Aemilius.ff. de mino. & l.apud Iulianum,in prin.ff.qui.ex cau.in pos.eatur. Aut est talis actus in quo minores non habentur, vt maiores, vt si sit consuetudo ꝙ si aliquis vendat rem,non possit venditionem rescindere occasione minoris pretii,certè minor secundũ eũ tali consuetudine non ligatur propter restitutionem.alleg.l. 1.ff.de mino.& ideo quia minores non sunt apti talib. actibus

bus ideo non ligatur, pro quo alleg. in argu. l. vt gradatim, §. sed si lege. ff. de mune. & hono. & idem videtur tenere do. Anto. in c. fi. de consue. in ver. ex hoc infertur an consuetudo ligget mulieres, * furiosos & infantes &c. sed ita est quod hic, actus & diligentia in præsentari faciendo intra tempus ad registrum, non ita cadat in minore sicut & in maiore, in quo minore non præsumit lex tantam adesse diligentiam & intelligentiam. d. l. 2. & l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de min. l. Imperatores. cum si. ff. de publi. ergo idem dicẽdum in sta-
9 tuto, quia † à pari procedit statutum & consuetudo, nec differt nisi prout tacitum ab expresso. l. de quibus. ff. de legi. & in §. ex non scripto insti. de iure natu. & declarat Cyn. in l. 2. C. quæ sit lon. consue. in ver. sed tertio loco. & Bal. ibidem, & Bar. in l. de quibus in ver. quæro nunquid desse &c. ff. de legi. vnde promittens restituere dotem Titio in omnem casum & euentum restituendæ dotis secundum formam statuti, videtur etiam promisisse in omnem casum & euentum restituẽdæ dotis secundum formam consuetudinis quamuis promissio seu stipulatio sit stricti iuris & strictè accipienda, quod statutum est idem quod consuetudo, ita dixit Bal. in l. 2. in fi. C.
10 de bo. quæ lib. per d. l. de quib. imò † potentius operatur cõsuetudo quàm statutum, quia consuetudo trahitur & extenditur ad casus similes, licèt secus sit in statuto. l. cum no. C. q̃ sit long. consue. ita inquit Ang. in consi. 52. incip. In q. proposita dubium facit ordinamentum &c. si ergo consuetudo quæ efficacior est, minores non ligat, vt iam dixi, quanto minus & statutum. ¶ Septimò videtur ꝙ possint dictæ mulieres ob fœmineum sexum se excusare allegantes iuris municipalis prædicti ignorantiam. l. 2. in fin. ff. de iure fis. l. prima. in fi. ff. de eden. ¶ Octauò, quia non videtur quod tempus aliqđ decursum fuerit quousque vixit Caius, quia ex forma dicti statuti tempus non currebat nec currit pupillis tutore, seu alio legitimo administratore carentibus, sed ita est ꝙ Caius tutorem non habebat nec alium legitimum administratorẽ, prout est pater vel auus paternus, & quamuis haberet tutri-
11 cem, tamen statutum de ea non loquitur, cum loquatur † in masculino, scilicet de tutore, vel alio legitimo administratore, ergo non comprehendit fœmininũ de proprio significato in statutis attendendo, vt l. prima. §. 2. ver. quare. ff. de ven. in poss. mitten. l. pronuntiatio, in prin. in ver. porrigitur. ff. de ver. signifi. l. quisquis, cum ibi no. C. ad l. Iul. maie. c. vbi-
b cunque de pę. in 6. ¶ Quod enim masculinum [b] concipiat fœmininum, venit ex interpretatione extensiua, vt no. glo. Dyn. & Bar. in l. 1. ff. de ver. sig. & Cy. in l. quicunque. C. de seruis fugi. & Iac. But. & Bar. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & Ia. Bu. & Bar. in l. 1. in prin. per illum tex. ff. de pac. & no. Archi. 18. q. 4. si quis suadente &c. Hostien. in c. Raynaldus, de testa. doc. in c. in generali. de elec. in 6. & no. in cle. 1. eo. tit. & per Spe. in ti. de dispu. & allegati, §. hoc, ver. vel ibi masculinum, cum si. sed tempore mortis Caij vel paulò post editum fuit vltimum nouum statutum prorogans tempora prædicta, vsque ad mensem Iunij 1457. ergo tempora non sunt elapsa stãtibus postea protestationibus, de quibus iam mentio habita est. ¶ Nonò quia negatiua sumpta per Seium, nihil releuare videtur duabus rationibus. Prima, quia sumpta fuit tempore incongruo scilicet tempore vitæ pupilli, quo viuente prædicta non decurrebant per dictam proximò præcedenti argumento, & præsertim non decurrebant dictis substitutis, per allegata in 1. & 2. argumentis. Secunda ratione non opitulatur dicta negatiua, quia debuit assumi per eum, ad quem res
12 pertinebat, & sic per dominã Frãciscam & Liuiam, vel alium de earum mandato, sicut † dicimus in eo qui habet implere conditionem vel contractum, nã non sufficit quod ipso ignorante per alium impleatur, licet fiat nomine implere debentis. l. 2. in fi. ff. de condi. & demon. & l. cum seruus. ff. de ver. obli. iuncta glo. l. Pompo. ff. qui. mo. vsusfru. amit. ¶ Et similiter videmus ꝙ si quis interrumpat præscriptionem, hæc interruptio non prodest alteri. l. intra. ff. de diuer. & tempora. præscri. l. 2. in fi. ff. ne statu. defun. & no. in l. cum notissimi. §. sed & si quis. C. de præscr. 30. anno. ¶ Decimò, quia non potest Liuia prætextu minoris ætatis petere restitutionem in integ. ex eo quia læsa sit, si præmaturius negatiuam dicti testamenti non registrati non accepit, quia minor non potest petere,
13 restitutionem in integrum, vt † admittatur ad lucrum odiosum proueniens ex dispositione legali, vt probatur in l. auxilium, in princ. ff. de mino. cum ibi no. & no. Spe. in tit. de in integ. restitu. §. quis autem. ver. sed pone, & glo. in clem. 2. in glo. pen. de procu. sed istud lucrum quod consequi vellet Liuia ex mora sororum censetur odiosum, vt in specie decidit Bald. in l. cum quidam. §. si pupillo. in lec. antiqua. ff. de vsu. ergo &c. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam, & sic partem negatiuam in proposito themate de iure
c probabiliorem esse puto. [c] Ad quod ex pluribus ostendendũ
14 præsuppono. † primo validum est dictum secundum statu-
* tum annullans * instrumenta registro non præsentata, nec intra tempus registrata. hoc per plura argumenta disputando concludit Io. Cal. in disputatione sua inci. Bononiensi statuto cauetur, ꝙ irritum sit testamentum non registratum, in memorialibus communis Bononiæ intra tertiam diem, &c.
15 ea præsertim ratione, quia † forma in testamentis tradita est, de iure positiuo. l. lege obuenire. ff. de ver. sig. inst. de testa. in prin. l. nemo potest. ff. de leg. 1. c. cum esses cum ibi no. de testa. ¶ Et posito ꝙ testamentum haberet efficaciam à iure naturali, vel diuino, tamen per statutum potest addi, vel detrahi, patet ex notatis, in l. fi. C. si contra ius. & in l. 1. ff. de constit. prin. & in c. quæ in ecclesiarum. per Inno. de consti. & in specie no. Bal. in l. ex duobus. §. fi. ff. de vul. & pupill. vnde videmus ꝙ licet matrimonium sit de iure naturali. 1. di. ius naturale. & l. 1. §. pe. ff. de iusti. & iure, tamen ei forma traditur à
16 iure positiuo. de spon. c. tuæ. & c. seq. ¶ † Et subdit Ioan. Cal.
d in prealle. dispu. ꝙ etiam in foro conscientiæ [d] succedens ab intestato poterit hæreditatem retinere, excluso eo qui à testatore vocatus erat, quia non peccat, qui legis authoritate peccat 22. q. 4. qui peccat. & quia dictum statutum fuit editum, propter bonum publicum, scilicet vt veritas voluntatis testatoris perpetuo valeat reparari, & ne aliqua fraus fabricari possit. C. de fideicom. l. fi. & l. hac consultissima. C. qui test. face.
17 poss. † Vnde lex facta propter commune bonum, & non nu-
e triens peccatum, seruari debet, & ligat [e] in foro conscientiæ vt probatur, 8. dist. quo iure. pro hoc allegat id quod habetur in epistola inter claras. C. de sum. Trini. ibi dum litera inquit, per me reges regnant, & potentes iustitiam exercent, &c. & per alia de quibus ibi latius per eum. Idem decidit Bald. in c. si quis per triginta. si de feu. fue. contr. inter do. & agn. vbi dixit ꝙ si statutum disponit ꝙ si instrumentum non fuerit registratum in memorialibus, præsumatur falsum, valebit & debebit seruari non solum in foro seculari & laicorum, a quib. conditum est, sed etiam in foro ecclesiastico, quia editum fuit principaliter ad superplantandos malos mores falsificantium
18 vt ibi latius per eum. ¶ † Ex hoc patet ꝙ dictæ sorores non poterunt etiam ad forum ecclesię recursum habere, quoad hoc vt possint vti dicta scriptura. faciunt notat. per Bald. in lege cum quis. & in l. si post. in fi. C. de iur. & fac. igno. & per Bal. in disputa. sua inc. Statuto cauetur ꝙ fœnerator. vbi refert, ꝙ Pau. de Lea. disputãdo tenuit, ꝙ si statuto cauetur quod quãdo de debito constat ꝙ instrumentum non positum in memorialibus, tale debitum peti non possit, seruandum erat tale statutum etiam in foro ecclesiæ. faciunt notata per Inn. in c. quia plerique, de immu. eccl. & pulchrè no. Fede. de Senis. in
19 consi. 11. inci. Nunquid hæres extraneus. ¶ † Hoc præsupposito probatur, & primò ꝙ ad dictas sorores spectabat, eisque incumbebat onus & cura præsentandi, seu præsentari, & registrari faciendi dictum testamentum, etiam incontinenti, mortuo testatore, intra tempora a statuto præfixa, nisi aliquo probabili impedimento impeditæ fuerint, quia tunc est verũ dicere eas excusari, ita concludit Io. de Imo. in d. l. facta. §. si quis bonorum. ff. ad Treb. pro quo ibi ponderat esse tex. cum glo. iuncta l. non enim. ff. qui. ex cau. maio. Bene facit. l. si maritus præuenerit, in prin. ibi sic tamen &c. ff. de adul. per q̃ concludit ipse quod substituto per fideicommissum fiat præiudicium si neque hæres neque ipse procurauit instrumẽtum poni in memorialibus, intra tempus requisitum a statuto disponente, quòd intra certum tempus testamenta debeant poni in memorialibus, alias euacuentur, nisi ipse substitutus, fuisset impeditus, & ita intelligit, declarat & limitat nota. per Bar. & Angel. ibi, & quod etiam ad fideicommissarium, vniuersalem spectat dictum onus registrari faciendi, sentit etiam Bald. in lege consulta. ad fin. C. de testa. Nec obst.

si diceretur ꝙ tex. cum gl. in d. l. facta. §. si quis bonorum. cũ ibi no. per Io. de Imo. loquuntur quando quis erat substitu-
20 tus per fideicõmissum purè, †quia respondeo ꝙ etiã ille tex. cum glo. per quẽ doc. se fundant, procedit in eodẽ modo in substituto per fideicommissum sub conditione, quia etiam ipse potest cogi facere hæredem adire hæreditatem vel agnoscere bonorum possessionem, etiã ante euentum conditionis fideicommissi tex. est in l. apud Iulianum. §. fi. cũ l. seq. & sequenti in princ. ff. ad tre. & no. plenè Bar. post glo. in l. sed si alio. eo. tit. & sic licet dictæ sorores essent sub conditione substitutæ, tamen non per hoc aliud est in eis quàm si purè essẽt per fideicommissum substitutæ quantum ad hoc per prædicta, quia negari non potest, quin earum verteretur interesse, quod quidem sufficit vt patebit etiam ex sequentibus argu-
21 mentis. facit l. in lege Aquilia si deletum. ff. ad l. e. aqui. ¶ †Secundo probatur ex his quæ decidit Bar. in l. si res. ff. qui. mo. pig. vel hyp. solui. in fi. vbi quærit, pone ꝙ res donata aduocatur prætextu insinuationis non factæ intra sex menses, secundum formam statuti, & eandem rem tibi donatam Titio pignoraueras, an resoluetur pignus, tenet ipse ꝙ non, quia donatarius sua voluntate insinuationem omisit, ergo non debet resolui pignus, per illam l. nisi etiam ipsi creditori possit imputari, cur insinuationem non fecisset, posset enim insinuare cum sua interesset l. lex vectigali. ff. de pig. ita decidit Bar. in
22 præalleg. l. si res. ¶ †Tertio quotiescunque aliquid de futuro contingere potest secundum naturam, prout est mors hominis, illud futurum debet considerari & attendi, & qui illud non conderat, est in culpa, & sibi imputatur, l. si quis domũ. §. & hic subiungi. ff. loca. l. hæres meus. in prin. ff. de condit. & demon. l. fi. §. sin autem auaritię. C. communia de leg. & ibi per Cy. & Bal. & per Bar. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de ver. obl. & in l. si idem cum eodem. §. fi. ff. de iuris. omn. iud. ergo debuerunt dictæ sorores considerare, ꝙ prædecedere poterat Caius, & sic euenire casus substitutionis de eis factæ, & ideo debuerunt curare ꝙ intra tempora a statuto reqsita præsentaretur & registraretur testamentum, quod si nõ
23 fecerunt, eis imputari debet per prædicta. ¶ †Quartò ꝙ incubuerit dictis sororibus tali diligentia se habere ꝙ dictum testamentum registraretur, ostendo, quia ad eas principaliter spectabat & pertinebat dictum instrumentum testamenti, & tale instrumentum dicitur factum principaliter in fauorem earum substitutarum, ergo ex forma dicti statuti sub rub. de annul. instr. instrumentum testamenti redditur ipso iure nullum. nam constat vnum instrumentum vel testamentum posse ad plures principaliter pertinere l. 2. cum ibi no. per Cyn. & Bar. C. de fid. instr. & l. cum duobus. C. de inof. test. & l. circa. ff. eo. ti. vnde dico ꝙ ipsa scriptura testamenti & testamẽtum principaliter pertinet non solum ad hæredem institutum, sed etiam ad substitutum seu fideicommissarium vniuersalem, licet secus sit in fideicommissario particulari. tex. est in sti. de testa. in §. legatarijs, in verbo iuris successores, iunctis notatis per glo. in l. nullus. ff. de testi. & in l. si. quis ita. ff. de re. du. & per do. in l. qui testamento. in prin. ff. de testa. in qui-
24 bus locis habetur quod † fideicommissarius qui non est iuris successor. i. fideicommissarius singularis. l. quædam. §. his autem. in verb. iuris successor. ff. de eden. potest esse testis in cã testamenti, sicut & legatarius, quia principaliter non testificatur super causa sed secundario, sed fideicommissarius vniuersalis, non potest, vt d. §. legatarijs. & præcisè no. Bald. in l. dictantib. C. de test. ¶ Nec est dicendum ꝙ prædicta iura loquantur in fideicommissario purè vocato, nos autem in conditionali, quia primò hoc esset restringere & violare dicta iu-
25 ra, & quod hæc differentia non sit attendenda, probatur. †Nã venditor non tenetur emptori de euictione nisi sequuta conditione euictionis & purificata per sententiam l. atqui natura. §. at cum me absente. ff. de neg. gest. & l. vtique. ff. de rei vẽdi. & facta fuerit executio sententiæ. l. habere, de euic. & tamen venditor in causa mota contra emptorem, non potest testificari, vt no. glo. in d. l. nullus. & ibi Bar. & no. Spec. in ti. de teste. §. 1. versi. quid de venditore. & no. Cy. in l. omnibus, C. de test. & doc. in c. insuper. de testi. & Bar. in l. ab executore. §. 1. ff. de cap. & tamen si principaliter non diceretur testi-
f ficari, ᶠad commodum proprium posset esse testis, sicut legatarius, vt iam dixi. dicitur ergo principaliter testificari ad cõmodum suum vnde causa testamenti, dicitur principaliter
26 spectare etiam ad substitutum & fideicõmissarium. ¶ †Quod fortifico per ea quæ subtiliter tradit Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab or. fac. & Bar. in 1. constitu. C. & per Bal. ibidem, in §. quibus vbi concludit, quod istud principaliter potest pluribus modis accipi, sed secundum magis proprium modum accipitur, non vt denotet ordinem naturæ vel temporis, scilicet ꝙ vnus primò in tempore, alius secundo, sed vt denotet ordinem intellectus, idest cõsiderato fine, quia illud dicitur principaliter esse finis ad quod intellectus finaliter tendit, vnde dicit ꝙ si intellectu fieret aliquid ad duos fines æqualiter, respectu cuiuslibet diceretur principaliter fieri, exemplũ ponit Bar. in duobus reis, vnus obligatur, hodie, alter cras licet vnus sit primò in tempore, tamen quilibet dicitur principaliter obligari. l. 3. ff. de duo. re. & eadem ratione dico, si vnus ex reis debendi promittit mihi purè, alter promittit mihi eandem rem sub conditione, vel ad certam diem, certè ille qui promittit mihi sub conditione vel ad diem, dicetur etiã principaliter obligatus, non autem accessoriè, vel in consequentiam, vt probatur in l. ex duobus reis promittendi. iuncta l. si reus. ff. de duo. reis, & per hæc dicit etiam Bartol. ꝙ si sunt plures personæ facientes vnum actum ad diuersos fines in persona cuiuslibet diceretur simpliciter fieri respectu finis intellecti per eum, vnde secundum istum modum debet in materia nostra accipi principaliter, postquam est magis ꝓprius modus, vt dicit Bar. & verba debent in dubio accipi in potiori & magis proprio significato. l. j. §. fi. ff. si ager vect. & l. hoc legatum. ff. de leg. 3. ¶ Modò ad propositum duo fuerũt principales fines in dicto testamento Titii, vnus quod filius masculus haberet hæreditatem, secundus ꝙ dicta hæreditas, non transiret ad extraneos; ideo voluit quod si quo casu filius decederet & quandocunque hæreditas veniret ad filias substitutas, & per consequens ꝙ Caius vel testando vel alienando non posset in extraneum aliqua bona & iura hæreditatis transferre, scilicet vltra legitimam iuxta l. fi. §. sin autem sub conditione, & aut. res quæ. C. communia de lega. & cap. Raynutius, de testa. & propter hoc fecit dictam substitutionem, & ꝙ iste præsumatur fuisse finis intentionis testatoris, probatur per rationem. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & l. generaliter, §. cum autem, C. de insti. & substi. sub condi. facta & per l. cum auus. ff. de condi. & demon. vnde considerato fine dicta scriptura testamenti & ipse actus testandi factus fuit principaliter propter hæredis institutionem, & principaliter propter substitutionem, secundario autem dicitur esse factũ testamentum propter legatarios, vt no. gl. in d. l. nullus, cum si. fateor, ꝙ considerato ordine temporis principaliter, idest prius est facta dispositio institutionis, sed secundum magis proprium modum, qui attendendus est, debet considerari finis, non autem ordo temporis, vt dictum & probatum est, & patet etiam hoc in d. §. legatariis, inducendo vt induxi, nam certum est ꝙ secũdum ordinem temporis primò vocatur hæres institutus, secundò vocatur fideicommissarius, qui capit de manu hæredis. l. facta, in prin. & l. restituta. ff. ad Tre. & tamen fideicommissarius dicitur principaliter vocatus, vt d. §. legatariis. & interdum dicitur magis principaliter vocatus, quàm hæres, vt quando maior pars hæreditatis debet transire ad fideicommissariũ, & minor pars debet remanere apud hæredem institutum, vt no. Bar. in l. cum res, §. culpa. in fi. ff. de leg. 1. concluditur ergo, ꝙ testamentum factum videtur principaliter propter hæredem institutum. §. ante hæredis. insti. de leg. & etiam principaliter in fauorem substitutorum qui similiter dicuntur hæredes. l. j. ff. de vul. & pup. & l. si filius. ff. quod cum eo. & principalius videtur factum dictum testamentum in fauorem dictarum duarum sororum; quia etiam absque alio testamento successurus erat ab intestato filius masculus solus ex forma statutorum ciuitatis, & decedente ipso Caio, sibi successisset ab intestato Liuia vtrinque coniuncta exclusis aliis sororibus in auth. itaque C. communia de suc. ita quod inspiciendo quis ex testamento consequatur maius commodum, vt illius respectu dicatur principaliter factum testamentum, vt no. Bar. in d. l. cum res. §. culpa, sequitur quòd ipse sorores maius commodum consequuntur, ex causa testati q̃ alius. ¶ Quinto & fortius dato ꝙ dictum testamentum non fuerit principaliter factũ in fauorẽ dictarũ substitutarum

stitutarum, adhuc ostenditur omninò instrumentum, & scripturam non tenere, quia si statutum disponit in effectu q̄ ela psis tribus mensibus a die rogitus testamenti teneatur, & de beat ille in cuius fauorem principaliter conditum est testamentum intra vnum & alium mensem curare q̄ testamētum registretur, alias instrumentum sit ipso iure nullum, ergo patet quod dici non potest dictus substitutus posse facere testamentum registrari post euentum casus substitutionis, quia statutum vult q̄ intra quatuor menses a die conditi testamenti sit registratum, & casus substitutionis euenire potest prout euenit longè post quatuor menses à die conditi testamenti, vnde sequitur de necessitate q̄ statutum voluit q̄ ad hanc curam & diligentiam teneatur ille in cuius fauore principaliter conditum est testamentum, & quod eius negligentia noceret illis in quorum fauorem secundariò vel in consequentiam factum esset testamentum, sicut in simili videmus† q̄ factum il-
27 lius ad quem principaliter pertinet causa testamenti (puta factum hæredum) nocet legatarijs, ad quos pertinet secundariò causa testamenti, vt l. Pap. §. si ex causa cum ibi no. ff. de inoffi. test. & l. si superatus. ff. de pig. vbi sententia lata contra hæredem scriptum super rescissione testamenti nocet legatarijs, quia lex præsumit q̄ ille ad quem principaliter spectat, causa testamenti, diligentior erat ad eam tuendam. ita dicit Cyn. in l. 2. C. de fid. instr. & similiter sententia lata contra hæredem institutum nocet fideicommissario. l. si patroni. §. fin. & ibi no. ff. ad Tre. & sententia lata contra institutum nocet substitutio etiam non citato. l. ex contractu. ff. de re iudi. iuncta l. 1. §. pe. ff. de ven. inspi. not. Bart. in l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. & Ang. & Ioan. de Imo. in l. filiusfa. §. diui. el 2. ff. de leg. 1. faciunt no. per Inn. in c. in nostra, de procu. & in c. pe. de re iudi. ¶ Nec istud est iniquum dicere, quia dato q̄ statutum arctet ad hoc tantum ipsum in cuius fauorem actus principaliter factus est, vt sic factum per eum prosit omnibus habentibus interesse circa testamentum, vt est tex. in l. fi. §. simileque modo. C. de iure do. per quem ibi dicit Bar. q̄ insinuatio testamenti facta ab hærede prodest legatarijs, quia testamentum respicit principaliter hæredes & per consequē-
28 tiam legatarios, † tamen statutum non prohibet quin etiam legatarius vel alius qui pro suo interesse vellet facere registrari testamentum, non possit hoc facere, imo posset, sicut quando agitur causa validitatis testamenti inter eos ad quos principaliter spectat interesse validitatis vel inualiditatis testamēti, puta inter hæredem scriptum & hæredem successurum ab intestato non prohibentur singuli prætendentes, aliquod interesse particulare circa validitatem testamenti causam testamenti defendere, quamuis motam inter alias personas. l. si suspecta. ff. de inoffi. test. l. a sententia. §. si hæres. & l. si perlusorio. in prin. ff. de ap. in aut. nunc si hæres. C. de litig. & plene in c. cum super, de re iu. Et in proposito not. Bar. in l. si res ff. qui. mo. pig. vel hyp. sol. vbi dicit q̄ quilibet prætendens interesse potest insinuari facere instrumentum q̄ ex forma statuti erat intra certum tempus insinuandum, & sic patet, q̄ nō solum negligentia hæredes instituti in non faciendo registrari est illa quæ legatariis aut substitutis nocet, sed propria ipsorum legatariorum & fideicommissariorum aut substitutorum negligentia est, quæ eis obest, & illud argumentum reputo plurimum efficax in decisione huius quæstionis. ¶ Sextò, quia impedimentum vel excusatio pupilli prædicti hæredis instituti eo casu, quo dici posset eum aliquo casu excusatum ab onere faciendi registrari, propter defectum ætatis & carentiæ tutoris, licet tutricem haberet, per ea quæ dixi in 8. argumento primæ partis, non debuit excusare dictas substitutas pro interesse suo, non adhibentes diligentiam suam, q̄ adhibere potuerunt, vt dixi, & probaui in proximo præcedē-
29 ti argumento, † quia excusatio pupilli debuit ipsum solū excusare, non autem priuilegium concedere aliis. i. substitutis, simile interesse prætendentibus, vt l. 1. C. si in communi eademque causa in inte. resti. postu. l. si separatim. §. fi. ff. de ap. & hoc innuunt verba dicti statuti dictantis q̄ tempora non currant pupillis non autem dixit q̄ si institutus sit pupillus, in testamento q̄ quo ad illud testamentum tempora non currant, sed solum voluit statutum limitatè concedere hoc priuilegium ad fauorem pupillorum, ergo ad alios fieri non debet extensio l. ius singulare, & l. quod verò. ff. de lega. l. quod
30 constitutum. ff. de test. mil. ¶ † Septimò, quia statutum vltimò loco conditum per quod prorogata fuerunt dicta tempora, vsque ad & per totum mensem Iunij, 1457. non habet dictas sorores releuare, quia dictum statutum non tenuit, eo quia facta reformatione & compilatione statutorum, illisq; velut absolutis præsentatis dominis regiminibus functi fuerunt officio suo dicti ciues assumpti ad reuidendum, corrigendum & de nouo statuta componendum. hoc dicit Bar. in l. ambitiosa, in ver. quæro an reformatio &c. ff. de decr. ab or. fa. vbi quęrit an reformatio edita ab his quibus concessa fuit potestas aliqua vel arbitrium, puta super pacifico statu ciuitatis vel super abundantia possit ab ipsomet reuocari? & respondet q̄ quandoque cōceditur arbitrium super certo actu aliquibus & tunc si arbitrantur, & statum sit circa dictum actum, ita q̄ sint functi eorum officio, non poterunt, postea reuocare, quia sunt functi officio suo ff. de re iud. l. iudex. & ff. de arb. l. dicere. & l. quid tamen. quandoq; conceditur arbitrium indeterminatè, vt puta concessum est arbitrium prioribus huius ciuitatis super abundantia omni tempore, vel certo tempore ex forma statuti, cuius arbitrij vigore fecerūt aliquod statutum, & tunc dicis, q̄ aut concessum est dictum arbitrium per modum cuiusdam iurisdictionis siue potestatis ordinariæ, ita quod ad eorum officium hoc spectet vigore eorum officii, & tunc ipsimet poterunt dictum statutum reuocare, quia nemo potest sibi legem imponere à qua recedere non liceat. l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. 3. quādoque conceditur eis per modum potestatis delegatæ, ita q̄ ipsi possint authoritate maioris concilii hoc committentis, & tunc reuocare non poterunt, pro hoc. l. si vt proponis, la prima cum ibi not. C. quomodo & quando iud. & c. in literis, cum ibi not. de offic. dele. & intelligitur concessum arbitrium per modum ordinariæ iurisdictionis, si verba statuti concedentis arbitrium dicunt ad officium priorum pertineat. &c. Si autem verba dicant q̄ possint hoc authoritate p̄sentis concilij generalis & similia, tunc censentur delegati. alleg. tex. in proœ. insti. circa medium & l. 1. §. omnia. C. de vete. iur. enu. c. cum aliquibus. de rescrip. in 6. vt latius ibi p̄sequitur Bar. & Bal. in l. & quia. ff. de iur. om. iud. Modò in proposito non fuit concessum arbitrium statuendi omnī tempore, vel vsque ad certum tempus, sed fuit concessum arbitrium super certo actu. i. reformandi compilationem statutorum addendo, minuendo, & corrigendo, & de nouo componendo, quem actum ipsi electi pro absoluto habuerunt præsentando superioribus statuta reuisa, reformata, & de nouo edita tanquam completa, vt in themate dicitur, & per consequens functi fuerunt officio, vt dicit Bar. in l. ambitiosa, & ita fuerunt approbata dicta statuta & à superiore confirmata. & tanto fortius hoc procederet si in arbitrio eis concesso essent illa verba, authoritate nostra &c. per superius dicta, qa
31 tunc appareret clarissimè eos esse delegatos. ¶ † Fortificatur, hoc, quia illa potestas statuendi & reformandi &c. intelligitur de prima vice, non autem in perpetuum. l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. sig. & l. hæc conditio filię meæ. ff. de cond. & demon. l. dotis promissio. & quod ibi no. Bar. ff. de iu. do. & q̄ no. Bar. in l. 1. ff. ad leg. Iul. maie. & Bar. in l. cum quidā. ff. de an. leg. & q̄ no. Dy. & Bal. in l. diuortio. §. quod in anno ff. so. ma. & per Ioan. Cal. in dispu. sua inci. Ex octo studentibus. &c. ¶ Comprobatur, quia dicti superiores seu regimina in approbatione dictorum statutorum declararunt q̄ illa inciperent habere vires de anno 1455. in Calendis Ianuarii, per quod apparet q̄ voluerunt dictos statuentes non posse vlterius saltem post dictas Calendas Ianuarij anni 1460. quicq̄ aliud statuere, quia alias sequeretur q̄ etiam post dictas Calendas Ianuarii potuissent dicti statuentes aliquid disponere & statuere contra iam statuta per eos, & per consequens contingeret post calendas Ianuarii non seruari statuta approbata prius p̄ regimina, q̄ esset ꝯ dictā declarationē regiminū ergo p̄ eā in effectu colligitur q̄ voluerūt & senserūt regimina, q̄ post dictas Calend. Ianuarii nō duraret dicta ptās statuēdi; & in consequentiā censeri dictis ciuib. fuisse abdicata vlterius statuēdi ptātem. l. iudiciū soluitur. ff. de iud. & ar. l. maritus, in fi. C. de p̄c. ¶ Octauo p̄ statutū vel reformationē nouissimè editā, est p̄uisum q̄ instra nō registrata p̄ossint registrari p̄ totū mensem Iunij an. 1458. nisi sumpta fuisset negatiua. sed in

casu nostro sumpta fuit duplex negatiua prout in themate, ergo &c. & certum est ꝙ per dictum Seium & per notarium, nomine eorum, quorum intereat, & sic nomine Liuiæ, & dominæ Franciscæ sumi potuit negatiua, pro hoc tex. in aut. eo decursum. C. de don. ante nup. per quam ibi dicit Bal. in prin
32 ci. † No. ꝙ paria sunt actum insinuari per te vel per alium ꝑ te, & ratihabitio sequens retrotrahitur & mandato comparatur l. fi. C. ad Macedo. & in c. ratihabitio, de reg. iur. in 6. & videtur dicta domina Francisca suo nomine, & tanquam tutrix Liuiæ ante dictam vltimam reformationem editam, de anno 1458. ratificasse dictam assumptionem negatiuè factam per Seium & notarium adeundo hæreditatem Caij, ꝑ se & Liuia, qui actus fieri non potuit nisi præsupposito dictũ testamentum esse nullum, & etiam ratificasse videtur assumẽ
33 do aliam negatiuam. † Intentio enim non solum verbis, sed factis declaratur. l. Paulus respondit non tantum verbis. ff. rem ratam habe. l. pro hærede. ff. de acquir. hæred. l. de quibus. ff. de leg. Item notarius velut publica persona potuit eis etiam absentibus acquirere. l. his verbis. & l. non aliter. ff. de adop. & l. secunda cum seq. & ibi plenè Bart. ff. rem pup. sal. fo. l. 1. §. exigere. ff. de magi. cõue. & per Bar. & alios, in l. post quam liti. C. de pac. cum simi & sic patet non obstare id qđ habetur in l. 2. ff. de condi. & demonst. & l. intra ff. de diuer. & temp. præscri. quia ibi non fuit factum nomine meo & se
34 quuta ratihabitio. ¶ † Nonò dictum statutum sub rubrica de anul. instr. ligat & comprehendit dictas sorores quamuis ambæ minores essent, vel altera earum, quia de esse statuti est, ꝙ minorem etiam * comprehendat, vt est tex. in l. si sine hærede. §. Lucius. ff. de admi. tut. est tex. in c. constitutus. de resti. in integ. & ibi hoc tenet In. & Io. An. vbi patet ꝙ præscriptio inducta à consuetudine, & pari ratione à statuto currit minoribus secundum Inn. & Io. And. ibidem per illum tex. & per §. pupillus, in aut. de hære. & fal. & ꝙ statutum seu consuetudo comprehendat furiosos & minores etiam infantes, tenuit Pe. & Cy. in l. 2. C. quæ sit lon. consue. quam opi. etiam ibi vlmo loco recitat, & sic cum ea transire videtur Iac. But. in repetitione illius. l. in versi. deinde quæro an consuetudo liget furiosos, & infantes. &c. allegant. l. diuus, ff. de offic. præsi. & l. pen. ff. ad le. Iul. de parrici. non obstante opinione Guliel. de Cu. in l. ingenuum. de sta. ho. quam recitat Ia. Bu. in di. l. 2. & tamen vltimo loco dicit ꝙ Pe. tenet opi. contrariam, & sic cum eo residere videtur. & hoc expresè tenuit gl. magna circa medium. in d. l. 2. Idem tenet ipse Ia. But in l. de quibus, in
35 fi. ff. de legi. ¶ † Idem tenuit Bal. in l. fi. C. de in inte. restit. vbi tenuit ꝙ statutum disponens quod inter coniunctos causæ, compromittantur, ligat minores, & idem Ang. in l. si plures ff. de pac. & ꝙ præscriptio statutaria currat minori, indictinctè firmat Bar. in l. 2. C. de feudis patrimo. lib. 11. & idẽ Spe. & Io. An. in tit. de integ. rest. in 2. parte in §. 1. ver. hoc autem notandum & idem tenet Bal. & Ang. in l. fi. C. in qui. cau. in inte. rest. non est necessa. & Bald. in l. si mater. C. ne de statu defun. & in l. omnes populi. in versic vlterius quæritur circa hoc. & Pet. de Anch. in repetitione c. canonum statuta. de cõsti. circa medium in ver. vltimo quæro circa hoc &c. & idem Bald. in c. 1. in prin. quo tempore miles. & Ang. in l. cum notissimi. in prin. C. de præscr. 30. an. in quib. locis docto. communiter reprehendunt opi. Bar. in d. l. fi. C. in quibus cau. in integ. rest. non est necessa. vbi tenebat ꝙ aut minor tractat de lucro, & sit verum quod tunc præscriptio statutaria currat, ei, vt in d. c. constitutus aut tractat de damno vitando, & tũc secus, quia statutum debet interpretari & restringi, secundũ ius commune, ne quis damnum indebitè patiatur. l. 2. de noxa. l. Cæsar. ff. de publi. quia l. fi. C. in qui. cau. in inte. resti. disponens quod nulla præscriptio currat minori, potuit in genere cogitare, de præscriptione inducenda per statuta. arg. l. qui iure militari. ff. de testa. mili. nam in hoc opin. Bart. communiter reprehenditur, quia statutum ligat minorem, sicut & maiorem, dicto §. licitum. item quia opin. Bartol. videtur contra tex. in dicto §. pupillus, & quia tex. in dicta l. fin. non facit differentiam an tractetur, de lucro an de damno. item si statutum ciuitatis inducens præscriptionem aliquo casu, fuisset conditum antequam facta fuisset lex fin. C. ex quibus cau. in integ. resti. non esset sublatum dictum statutum, nec derogatum præscriptioni inductæ a statuto nisi de dicto statuto, facta esset mentio cap. 1. de constitu. in 6. quantominus intelligitur sublata illa præscriptio inducta per statutum sequens. & per istam rationem ita etiam tenuit Ioan. de Imo. in præal. c. constitutus. pro hoc facit tex. in dicta l. fi. in verbo iura vetera. ¶ Quinimò secundum Bal. in c. 1. quo tempore miles. Bar. dixit contra tex. in c. 1. §. præterea si quis. de ꝑhi. feu. alie. per Fede. de quo tex. dicit ipse ꝙ Bar. memoriam non habuit, sed vel secundum Bal. ibi & Bal. in c. 1. §. porro
36 qualiter olim feu. pot. alie. † potest distingui, aut præscriptio inducta a statuto succedit loco alicuius præscriptionis inductæ a iure ciuili, vt scilicet loco præscriptionis 30. annorum quæ de iure communi non requirit titulum statutum induxit præscriptionem 10. annorum, & tunc procedat illa opi. ꝙ non currat minoribus, quia subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur l. si eum. §. qui iniuriarũ. si quis cau. & cap. ecclesia. vt lit. pen. & ita loquitur glo. in d. §. porro. Aut non subrogatur loco alicuius temporis vel præscriptionis inductæ a iure communi, & tunc illa currit minoribus per dictum cap. constitutus. sed ista præscriptio de qua tractamus, non est subrogata loco alicuius præscriptionis inductę a iure communi, sicut proprie in dicto cap. constitutus, ergo sequitur ꝙ minoribus non currit. ¶ Præterea etiam retenta opinione Bar. in casu nostro debet currere præscrip. dictis sororibus, quia tractant de lucro consequendo, ex substitutione pupillari, per quam succeditur pupillo. insti. de pu
37 pil. substitu. in princip. quia † hæreditas dicitur titulus lucratiuus. l. inter stipulantem. §. si rer. & ibi notat & declarat Dyn. & Ange. ff. de ver. oblig. iuncta l. si seruus legatus. §. Stichum. ver. cum domino. ff. de leg. 1. etiã si tractaretur de successione patris, & non pupilli, debet iudicari, prout de causa lucratiua, vt est tex. cum glo. & ibi clarè Bar. in l. 3. C. de iu. & fac. igno. licet non sit propriè lucratiua, sed quasi, vt ibi no. ¶ Nec obst. quod no. Bald. in auth. nisi C. de bo. mater. quia ibi loquitur quando aliquis non erat in aliqua negligentia, quia erat iustè impeditus agere, vnde ei non currit præscriptio statutaria, sed aliquis quamuis sit minor potest dici negligens, vt d. §. pupillus. & d. c. constitutus, & sic videtur. ¶ Guli. de Cug. in l. ingenium. de statu. homin. dum tenuit aliquo caso minorem non ligari consuetudine, non bene dixerit, & contra eum videtur tenere Ang. in l. de quibus. ff. de legi. alias est in l. beneficium. ff. de consti. prin. vbi contra eum allegat tex. in dicto cap. constitutus. cum ibi no. per Innoc. & dicta l. si fine. §. Lucius & tenet Pe. Cy. & Iac. Butr. in l. 2. C. quæ sit lon. cons. & alij quos in hoc argumento retuli. vel potest dici quod Gul. de Cug. in præalleg. l. ingenuum, non videtur negare quod consuetudo liget minorem, sed videtur velle ꝙ si lædatur minor, possit restitui in integrum, sed de hac
38 restitutione in integrum ad præsens in themate non refricatur in dubium. ¶ Decimò † quia dictum statutum sub rubrica de annullatione instrumentorum, videtur omnino comprehendere & ligare mulieres, adeò ꝙ non possent allegare ignorantiam, & præsertim cum tractent de lucro, vt dixi l. iuris ignorantia, & quod ibi Bal. maximè in prin. & in fi. C. qui admit. & ideo dicit ibi Bal. ꝙ si statuto cauetur ꝙ non prosit instrumentum pacis, nisi producatur intra octo dies, ꝙ si rusticus, vel mulier per errorem iuris non produxit, non excusatur & illud dictum sequitur Pet. de Anch. in repetitione cap. canonum statuta, de consti. in ver. sed hic quæro statuto cauetur &c. facit quod no. Bar. in l. 1. §. enunciatio. ff. de ope. no nun. in ver. sed quid in muliere. Idem est quando mulier tractaret de quasi lucro, vt hæreditate paterna, vt l. si emancipata, & ibi glo. & docto. C. de iur. & fac. igno. non enim subuenitur mulieribus magis, quàm masculis, nisi in casibus, in iure expressis. C. de iur. & fac. ignor. in l. ne passim, & sic non reperitur expressus, ergo &c. ¶ Et ideo dicit Bald. in dicta l. ne passim, quòd mulieres ita ligantur statutis, sicut & masculi, & idem decidit Guliel. de Cug. in l. ingenuum. ff. de sta. ho. in ver. sed an mulier &c. vbi dicit quod mulieres ligantur consuetudine sicut & masculi, & idem dicit Anto. de Butr. in cap. fin. de consue. in ver. ex hoc infertur an con
39 suetudo liget mulieres &c. ¶ † Ad hoc quod no. Bal. in l. fi. C. de iure deli. in prin. in 3. q. vbi quærit, quid si mulier, vel rusticus, hæredes instituti non fecerunt inuentarium, vel fecerunt, sed non debito modo ex ignorantia iuris, an excusentur & finaliter

& finaliter concludit, quod non excusantur. ad hoc allegat. l. fin. C. de iur. & fac. igno. & sic dum dictum statutum de annullatione instrumentorum fuerit cōditum de anno. 1452 & per consequens fuerit per plures annos in obseruantia communiter & publicè non possunt dictæ sorores, sicut nec masculi allegare ignorantiam dicti statuti velut supinam ignorantiā. l. fina. cum gloss. ff. ad decre. ab ordi. fac. c. vt animarum. de cō sti. in 6. Et no. plenè per Bar. in l. omnes populi, in q. principali. ff. de iusti. & iur. & in l. quod Nerua. ff. deposi. & in l. cunctos populos. C. de sum. Trini. & per doct. in cap. 2. de consti. & dato, quod ignorassent, non excusarentur cum tractent de lucro vel quasi lucro, vt dictum est non obst. l. 1. in fin. ff. de eden. & l. 2. §. fi. ff. de iure fisci. cum simi. quia respondet gloss. & doct. in d. l. ne passim. C. de iur. & fac. igno. quod illi sunt speciales casus regulariter secus, vt in præalleg. l. ne passim. ¶ Et per prædicta patet esse responsum ad omnia ferè argumenta in contrarium adducta. Nam non obstat primum argumentum, quia ad illud traditę sunt responsiones, vt patet in 1. 2. 4.

40 & 5. argumento partis negatiuæ. non obst. † quod no. Bald. in l. 2. C. qui. res iud. non no. quia Bal. ibi loquitur quoties statutum non irritabat, nisi institutionem hæredis propter insinuationem non factam, vnde vult Bal. quod tunc licèt sit cassa institutio hæredis, tamen propter talem extraordinariam causam, non pereunt isto casu legata, & fideicommissa. argum. l. cam quam. C. de fideicom. cum ibi no. sed in casu nostro nō cassatur sola institutio ex forma statuti, sed absolutè totum instrumentum, ideo nocet legatariis, vt expresse tenet Saly. in auth. cassa. in 9. q. de sac. san. ecc. & similiter in dictis quatuor argumentis respondi ad secundum, & tertium argumentum. & ad tertium argumentum etiam plenior colligitur responsio ex his, quæ dixi in septimo argumento partis negatiuæ. ¶ Ad quartum argumentum respondeo, quod hic Liuia & Francisca non allegant dolum suum proprium, prout erat in legibus allegatis in contrarium, nec præsumit lex matrem dolo non fecisse registrari testamentum, vt admitteretur ad successionem filii, quia lex præsumit, quod parentes non cogitent, nec aliquo modo sperent mortem filiorum, ante mortem ipsorū parentum. l. nam & si parentibus. ff. de inoff. testam. & l. scripto. ff. vnde lib. Præterea dato, quod potuisset aliqua imputari culpa tutrici per ipsum pupillum, quia ad præstandum diligentiam non tenebatur tutirx pupillo non possunt ex ta-

41 li culpa se fundare & agere dictæ sorores, † quia dictam diligentiam non tenebatur tutrix præstare sororibus prædictis, vel ad earum commodum, & sic dictæ sorores hoc allegando agerent & se fundarent ex iure tertii, non ex iure suo, quod fieri non potest. l. 1. in princ. ff. si pars hære. pe. l. vti frui. in prin. ff. si vsusfru. peta. l. si socer. §. Lucius. ff. solu. matrim. Præterea potest dici, quòd vtilius erat pupillo, quod non præsentaretur registro testamentum propter substitutionem fideicommissariā ei factam, quæ appellatur onus. l. quoniam in prioribus, cum

42 ibi not. C. de inoff. test. & l. si arrogator. ff. de adop. † & potius debuit considerari onerosa substitutio, fideicommissaria, quā pupillaris substitutio, quæ dicitur fauorabilis pupillo, quia maius tempus continet, & apta est continere fideicommissaria quàm pupillaris. arg. l. 2. §. si dubitetur. cum glo. ff. queād. test. ape. & l. fi. C. de sacros. eccl. & sic debuit inspici, id quod plus, & non id quod minus esse poterat. argu. l. sancimus. §. neautem. C. de do. & l. quicquid. §. cum autem. ff. de acquir. rerum domi. ¶ Denique dato, quod fuisset tutrix, vel dictus Seius in aliqua culpa, quò ad pupillum, tamen hoc non excusat dictas sorores quæ similiter fuerunt in culpa & negligentia, cū potuissent facere a principio præsentari & registrari testamentum, vt probaui. s. in primis sex argumentis, vnde fuit negligentia ipsarum sororum, quæ eis præiudicauit, non autem negligentia tutricis, nam si dictæ sorores aliquo iusto impedimento fuissent impeditæ, audirentur etiam post tempus. ut d. l. facta. §. si quis bonorum. cum gloss. ut dixi. s. in primo ar-

43 gumento negatiuæ partis. ¶ † Ad quintum argumentum respondeo, quòd tutrix adeundo hæreditatem ex testamento approbauit testamentum eo tempore, quo valebat, quia nondum lapsa erant tempora. Præterea illud fecit Franciscam tāquam tutrix Caij, unde non præiudicat sibi quin nunc iure suo proprio non possit* contrarium dicere. text. est in l. tutorem. ff. de his qui, vt indi. ¶ Ad sextum argumentum est plenè responsum. s. in nono argumento partis negatiuæ. ¶ Ad septimum argumentum est apertè responsum in decimo argumento vltimæ partis. ¶ Ad octauum argumentum respondeo, quod dato, quòd illud esset verum, scilicet quòd pupillo durante pupillari ætate non curreret tempus, tamen bene decurrebat dictis sororibus, quæ hoc facere poterant, ut persæpe dictum & probatum est, & maximè in sexto & etiam in quinto argumé-

44 to vltimæ partis. Preterea dico quod † dictum tempus, ita currit pupillo habenti tutricem, sicut & habenti tutorem, quia statutum prædictum quamuis sit præter ius commune, tamē cum sit inductum ob rationabilem causam & propter bonum publicum, ac etiam ad supplantandos malos mores, & ne fraus committatur, vt dicit Ioan. Cal. in sua disputatione superius alle. & Bal. in d. c. si quis per 30. si de feu. fuer. controu. concipit fœmininum, licèt sit prolatum in masculino, vt l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iudi. & no. Cy. & Bal. in l. quicunque. C. de ser. fug. & Pet. Cy. & Bald. in l. quisquis. post gl. ibi. C. ad leg. Iul. maie. & Host. in c. Raynal. de testa. & Archi. in c. si quis suadente. 17. q. 4. & Cy. in l. 1. in antepen. q. in fin. C. quæ sit long. consue. & Bartol. in l. iura. ff. de leg. & Bald. in l. in multis. ff. de sta. ho. & clarè Ioan. de Imo. in l. si ita sit scriptum. ff. de leg. 2. & Ioan. de Imo. & do. Domi de Sancto Gemin. in capitu. generati, per ibi not. per gloss. de electio. in 6.

45 ¶ † Pro hoc, quia vbicunque in aliqua dispositione est facta expressa mentio de vno, puta de masculo, & expressio de ipso facta fuit ratione maioris [h] frequentationis, tunc non videtur facta mentio de illo, vt non possit fieri extensio ad casum similem non expressum. gloss. est not. per quam ita ibi dicit Anto. de Butr. in cle. 1. in verb. præsidentes, de rescrip. & idem est de mente gloss. in cap. 2. in verb. reus de concess. in 6. bene faciunt not. per gloss. in l. tale pactum. §. fin. de pac. Sed ideo de tutore facit mentionem statutum, quia frequentius contingit pupillum habere tutorem quam tutricem, cum officium tutelæ sit officium virile, & regulariter conuenit omnibus viris, & est interdictum mulieribus excepta matre & auia. & l. j. & 2. cum auth. ibi posita. C. quando mulier tuto. offic. fun. pot. ¶ Ad nonum argumentum responsum est ex dictis in octauo argumento & etiam ex dictis in primis sex argumentis. ¶ Ad decimum & vltimum argumentum respondeo, quòd absque eo quòd Liuia petat resti. in integ. ipso iure dicta scriptura testamenti nullius est momenti. Ex quibus concluditur vigore dicti statuti scripturam testamenti viribus non subsistere. ¶ Et ita dico & consulo ego Alexan.

ADDITIONES.

* Non insinuauerit.] De hac quæstione vide etiam Alex. ad l. sæpe. col. 9. versi. ex his etiam no. ff de re iud. Natta.

a ¶ Minores. infr. eo. consi. fi.

* Muliere prædec.] Idem in statuto, vt Ale. tenet consil. vlt. colum. 4. hoc eodem lib. & vide eundem infra col. antepen. & consil. 62. col. penul. lib. 7. Natta.

b ¶ Masculinum latè do. An. Tiraq. in consu. Picto. ti. retr. §. 1. glos. 9. nu. 242. cum seq.

c ¶ Puto. idem in simili. supr. lib. 2. consi. 141. consi. 209.

* Annullans.] Idem latè tradit Fel. post Doct. ibi ad c. 2. de probat. col. 2. & idem tenet Soc. consi. 2. col. 1. lib. 3. Natta. Idem refert, & tenet Ale. ad l. nemo potest. col. antepenul ff de leg. 1. Natta.

d ¶ Conscientiæ. sup. lib. 2. consi. 209 nu. 8. Pe. de Anch in rep. c. possessor malæfidei. de reg. iu in 6. Ias. l. nemo potest lec. 1. ff. de leg. j.

e ¶ Ligat. Calde. consi. 2. de const. Pe. Anch. consi. 25. consi. 199. Gemin. Phi. Fran. c. quanquam. de vsu. in 6. Panor. c. 2 in fi. de test. Phi. Fran. c. 1 in fin. de test. in 6. Deci. l. quod quanquam. de reg. iu. And. Tiraq. in præfa. trac. retra. num. 73. nisi sit iniqua Tho. Aquin. par. 2. quæstio. 96. articu. 6.

f ¶ Testificari. fa. supr. lib. 1. consi. 13 num. 13.

* Minorum etiam.] Fallit in statuto contra ius commune, quia non comprehendit minores, tex. in c. 2. de delic. pue. quem not. Roman. Sing. vltimo. & idem tradit Rom. consi. 120. dub. 1. Natta.

g ¶ Ligat. idem Bal. consi. 358. Super eo quod quæritur. num. 2. lib. 3. infra eo. consi. vltim.

* Non possit.] Facit, quia si quis tulit sententiam inter duos, deinde hæres condemnati existat, poterit ab eius sententia appellare, gl. no. ad l. 1. ff. de excep. rei iud. de qua meminit Ale. consi. 56. col. 2. lib. 7. Et quod tutor sibi nō præiudicet interponendo auctoritatem pupillo, est etiam tex. in l. cum quidam. C. de admin. tut. si quidem officium suum nemini debet esse damnosum. l. sed si quis ex signatoribus. ff. queād. testa. aper. & c. cū non deceat. in prin. de ele. in 6. Nat.

h ¶ Maio-

h ¶Maioris.An.Corset.versi.frequentia. Gerard.sing.97. Ias.l.1 §.1. de
iusti.& iur.l.1.de legi.And.Tiraq.in consu.Pic.l.si retract.§.30. num.
4.cum seq.

## SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius rerum, quæ vsu consumuntur, tenetur alternatiuè restituere, uel res similes, vel eorū æstimatione. nu. 2. & 3.*
4 *Vsufructuarius facit fructus suos, sine satisdatione, si non petitur. num. 5.*
6 *Satisdatio omnis remitti potest per testatorem. nu. 7.*
8 *Pacto quod potest fieri igitur & statuto.*

## CONSILIVM CXX.

Quia opportunè & copiosè consultum, & confirmatū
est per præfatos excellentissimos doctores, ideo
arbitratus nihil meritò addi posse, & idem quod per eos ele-
1 ganter consultum est concludo, videlicet. † dictis hæredibus
proprietariis restitendum esse genus chartarum in eadē qua-
litate & æstimatione, prout ad vsufructuarium peruenit, non
autem oportere pecuniam pro liberatione restitui. nā vt ele-
ganter conclusum est per dominos consultores, talis vsusfru-
ctus dr̄ consistere in his rebus, quæ vsu consumuntur. l. si vi-
ni. & l. pe. ff. de vsufr. earum rerum, quæ vsu consu. & §. consti
tuitur. insti. de vsufr. & ꝙ no. in l. 3. §. fi. ff. commo. vbi vestes,
lana & similia dn̄r de his quæ consumuntur, imò idem est in
vsufructu vegetum, quod fortius vr̄, vt consuluit Fed. de Sen.
in consi. 46. & sequitur An. de Bu. & Pe. de Anch. in c. cum cō
stet. de pigno. vnde de natura talis vsusfructus est, vt eiusdem
qualitatis res restituantur, non autem præcisè pecunia, & hoc
maximè in rebus, quæ functionem recipiunt in genere suo, vt
in themate nostro, vt est casus in d. l. si cui. & not. maximè per
doct. in d. c. cum constet. & quod chartæ sint de rebus quæ in
genere suo functionem recipiant. patet ad sensum. & probat̄
inst. qui mo. re contrah. obl. in prin. & per ea quæ leguntur &
no. per doct. in l. 2. §. 1. & in l. cum quid. ff. si cer. pet. imò for-
tius videtur dici posse, ꝙ etiam si non reciperent functionem
in genere suo, tamen esset in electione ipsius vsufructuarii ca
uere de restituendo & restituere res similes in eadem qualita-
te vel æstimatione, vt probatur in tex. d. l. si vini. ibi idem scili-
cet de cæteris quoque rebus quæ vsu consumuntur &c. quod
exponit & intelligit Odo. in lana & simi. Nam ibi iurisconsul
tus in prin. loquutus est de rebus quæ omnimodam functio-
nem recipiunt in genere suo, vt vinum, oleum. postea subdit
generaliter, idem esse in omnibus rebus, quæ vsu consumun-
tur, & sic vt verba aliquid operentur comprehendit etiam quę
omnimodam functionem non recipiunt. arg. l. si qn̄. de leg. in
c. si Papa, de priuil. in 6. & ꝙ sit in electione vsufructuarii de-
bitoris cauere de restituendo similes res in eadem qualitate,
vel æstimatione firmat Guid. de Suza. per tex. in d. l. si vini. al-
ternatiuè loquentem. cum † in alternatiuis electio sit debito-
2 ris. l. plerunque. in fi. ff. de iure do. l. vbi autem non apparet.
§. qui illud. de ver. obl. c. j. de plus pet. & in qualibet facultate
alternatiua, vt in casu nostro, electio est debitoris, vt est gl. no.
in l. non solum. §. qui alieno. ff. de procu. quam ad hoc bene
ponderat Bal. in l. 1. C. de procu. erat ergo in facultate vsufru-
ctuariæ cauere de restituendo similes res in eadem qualitate,
vel earum pretium rebus æstimatis, & ita intelligi de necessa-
rio debet. §. constituitur. inst. de vsufru. ne alias contradicat.
d. l. vini. Sed cum in casu proposito dictæ res in quibus dici-
tur vsumfructum consistere non fuerint æstimatæ interueniē
te consensu vsufructuariæ, cum res inter alios acta aliis noce-
re non valeat &c. l. si vnus. §. ante omnia. de pac. c. quamuis.
de re iud. cum vul. non dubium quod pretium in quantitate
3 præcisè non est in obligatione. ¶†Plus dici posse puto, quod
etiam si dictæ res fuerint æstimatæ de cōi consensu hæredum
& fructuariæ, tamen talis æstimatio non operabitur, ꝙ quan-
titas in pecunia sit omnino restituenda, quod probatur, nam
in vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur, transfertur
proprietas, & dominium talium rerum durante isto, quasi
vsufructu. d. l. si vini. & l. fi. ff. de vsufruct. earum rerum, quæ
vsu consu. & d. §. constituitur. & no. declarat Barto. in l. 1. §. si
decem. ff. vt leg. no. ca. sed in contractibus & actibus de quo-
rum natura est, vt transferatur dominium, quando naturæ il-
lius actus repugnat, ꝙ æstimatio faciat emptionem, & de red-
denda æstimatione in pecunia, nihil est promissum, talis æsti-
matio nunquam operatur, ꝙ pretium in quantitate, debeatur
casus est in l. seruos. ff. famil. erciscun. & est doctrina commu
nis doctorum, vt firmat Bartol. in l. si vt certo. §. nunc viden-
dum. ff. commo. & in l. 1. ff. de edi. act. & Cyn. & Bald. in l. 1.
C. commo. & Ioan. And. & doct. in c. 1. extra de commo. sed
sic est, ꝙ naturæ dicti vsusfructus repugnat, quòd æstimatio
faciat emptionem. patet, quia est in facultate debitoris resti-
tuere res similes in eadem qualitate, vt s̄. probatum est, ergo
dicta æstimatio non operatur obligationem succedere ad pre
tium. ¶Nec obst. d. l. si vini. & d. §. constituitur. & capitu. fina.
de pign. quia illa iura loquuntur quando non solum interue-
nit æstimatio, sed etiam fuit cautum de restituendo proprie-
tario æstimationem vsusfructus in pecunia, qui casus non ha
bet dubium, sed hoc prætermissum fuit in caso nostro, quia
proprietario non fuit promissum finito vsufructu de resti-
tuendo pretium, ideo talis æstimatio simplex hoc non opera-
4 tur, vt probaui. ¶†Nec prædictis habet obstare, si dicatur ꝙ
satisdatio omissa, & non præstita per dictam vsufructuariam
de restituendo res similes in qualitate, vel pretium proprieta-
rio ipsi proprietariæ nocere debet, nec nunquam fuisse vsum
fructum constitutum propter defectum talis satisdationis
omissæ, quia pluribus modis responderi potest, & primò, ꝙ
in tali vsufructu non fuit necessaria, nec de substantia extitit,
vt dicta satisdatio præstetur, vt videtur casus expressus, in l.
hoc senatus. §. 1. in verbo. constante eius vsufructu, & in ver-
bo, finito vsufructu. ff. de vsufru. earum rerum, quæ vsu con-
sumuntur. per quem tex. glo. in l. 1. ff. de vsufruct. firmat ge-
neraliter & indistinctè satisdationem talem non esse de sub-
stantia vsusfructus. & hoc præcisè in terminis nostris tenet
Pet. & Cy. C. de vsufr. in l. 1. & Pet. de Anch. & Ioan. de Imo.
5 in d. c. cum constet. de pign. quod comprobatur, † nam vsu-
a fructuarius quoruncunq; bonorum fructus lucratur [a] etiā
non præstita dicta satisdatione, si talis satisdatio petita nō fuit
ad hærede sciente, vt est tex. & ibi omnes doct. in l. hac edicta
li. §. is illud versi. sinautem vtraq;. C. de secun. nup. & firmat
Cy. Bal. post Gul. & Bar. C. de vsufr. in l. vsufructu. & Bar. in l.
si homo. ff. vsusca. & in l. vxori. ff. de vsufru. leg. & Bald. in l. 1.
ff. de vsufr. & in l. 1. C. eo. ti. & ibi idem Sali. volens ꝙ etiam
ignorante hærede proprietario, si res sine vitio peruenit ad
vsufructuarium lucrari fructus etiam non præstita satisdatio
ne. arg. l. si vsufructuarius messem. in fin. ff. quib. mo. vsusfru.
amit. & l. si fundum. & l. certum. C. de rei vendi. Item patet,
quod non sit de substantia, quia in pluribus casibus non re-
quiritur talis satisdatio, etiam si petatur, vt no. glo. in l. j. ff. de
vsufr. & in d. c. fi. de pig. quod comprobatur etiam ex j̄. pro-
6 ximè dicendis. ¶†Et prædicta in casu nostro fortius procedūt
quia testator in testamento mihi ostenso remittit expressè di-
ctæ vsufructuariæ onus satisdationis prædictæ, quam remis-
sionem in facultate testatoris fuisse firmat Pet. & Cyn. in d. l. j.
C. de vsufr. & Pet. de Anch. in d. c. cum constet. de pign. vide-
licet in vsufructu rerum earum quæ vsu consumuntur, quod
probatur, nam rationes propter quas à iure prohibitum fuit
testatori posse remittere satisdationem vsufructuario, duæ fue
runt. Prima, quia in ea vertitur fauor hæredis. Secunda ne da-
retur vsufructuario materia delinquendi in dilapidando, &
malè vtendo re vsufructuaria, ita no. in l. scire. C. vt in posses.
leg. in l. 1. ff. de vsufr. in d. c. cum constet. de pig. & in d. l. 1. C.
7 de vsufru. & in §. constituitur. præall. Sed ita est, † ꝙ hodie pr
uisum est, testatorem posse remittere, id quod in fauorem hæ
redis a iure inductum erat, puta Falcidiam. in auth. sed cum
testator, & in corpore vnde sumitur. C. ad leg. Fal. & sic cessat
prima ratio prohibitionis, qua cessante, nisi cessaret secunda
ratio prohibitionis, non tolleretur ipsa prohibitio. l. si non
lex. in princ. ff. de hære. instit. & §. affinitatis. inst. de nup. not.
in l. liberorum. §. notanter. ff. de infa. & in l. si ventri. §. in bo-
nis. de priuile. credit. cum similibus. Vnde pariter dico cessa-
re secundam rationem prohibitionis, quia, vt iam ostensum
est, in vsufructu talium rerum transit dominium in vsufru-
ctuarium, & reddi debent res eiusdem qualitatis, vel saltem
æstimatio, ergo non potest dari materia delinquendi, quæ ra-
tio prohibitionis bene, sibi locum vendicat in vsufructu ea-
rum rerum, quæ vsu non consumuntur, cum dominium illa-
rum non

rum non tranſeat in vſufructuarium, & res eædem in ſpecie
reſtituendæ ſunt, ſcilicet illud, quòd in ſpecie ſupereſt vſufru
ctu finito.l.1.in prin.& §.ſed quod diximus.& l.fina.ff. vſu-
fruct.quemadmo.ca.& l.4.C.de vſufruct. & d.l.1.ff. de vſu-
fruct.cum ſimili. & ideo iſto caſu talis remiſſio cautionis be-
ne poſſet inuitare vſufructuarium ad delinquendum in malè
vtendo ſubſtantia rerum, in quibus vſusfructus conſiſteret, er
go nimirum ſi iſto caſu non tenet remiſſio.d.l.ſcire.& in l.1.
præallega.& argu.l.conuenire.ff.de pac.dot.cum ſimil. ¶Po-
ſtremò ſatis vrgenter videntur prædicta confirmari authori-
tate legis municipalis in ciuitate Bononiæ vigentis ſub rubri-
ca, quòd nullus intret poſſeſſionem rei hæreditariæ &c. di-
ſponentis teſtatorem poſſe in teſtamento ſatiſdationem vſu-
fructuario remittere, & vſufructuarium nullo modo teneri
ad ſatiſdationem, niſi petita fuerit ab hærede, quod ſtatutum
in loco ſtatuentium vim legum habere, non eſt ambiguum,
iuxta ea quæ habentur in l.omnes populi.de iuſti.& iur. & in
c.vt animarum, de conſtitu. in 6. de cuius ſtatuti validitate nõ
videtur in dubium refricari oportere cum hæres pacto talem
ſatiſdationem remittere poſſit, vt no.per glo. & doct.in d.l.j.
C.de vſufru.& in l.1.ff.eo.tit.& in d.c.fi. de pig. ſi poteſt per
8 † pactum remitti, ergo & per ſtatutum, iuxta doctrinam. glo.
C.de decre.decu.in rub.lib.x.& not. Bart.in l.omnes populi.
in 3.q.princ.de iuſt.& iur. & no. Bal. in l.2.C. quæ ſit long.
conſue.& in l.programma.C.commina. vel epi. & Ioã. And.
in c.fi.de conſue.& probat optimò tex.in l.fi. in fi.C. de fide-
iuſſo.Ex quibus omnibus copulatiuè coniunctis infero & cõ-
cludo verius eſſe hæredes vſufructuariæ antedictæ præcisè
non teneri ad pretium in pecunia reſtituendum, vt ſuperius
euidenter deductum extitit.Et ita dico, & conſulo ego Alex.
de Tarta.de Imo.die 6.Feb.1451.

ADDITIO.

a ¶Lucratur.Bert.conſi.40.Viſo caſu.in 2.q.2.Soci.conſi.131.libr.1.

EPITOME.

STATVTVM quòd filia dotata non ſuccedat, intelligitur de dotata tempore mortis & congruè, vel ſaluo ſupplemento legitimæ. ſecus ſi dicat quòd debeat ſtare contenta dote data, item ſi ſtatutum dicat, quòd debeat dotari, poterit dotari, poſt delatam ſucceſſionem etiam ſi nolit nubere.

## CONSILIVM CXXI.

Conſideratis verbis & diſpoſitione dictorum
ſtatutorum, & his quæ eleganter
& copioſè allegata ſunt per clariſſimum iuris doctorem do-
minum Ioannem Mariam de Riminaldis mihi tanquam fra-
1 trem dilectiſſimum, Sentio † veram eſſe concluſionem, quòd
dictus Titius non poſſit compelli ad ampliorem dotem con
ſtituendam, nec per filiam allegari poſſit illam non eſſe con-
gruam dotem, præſertim obſtante dicto ſtatuto ſub rub. ꝙ fi-
lia ſit contenta de eo, ꝙ pater dederit, vel dare promiſerit, aut
reliquerit in dotem, quo quidem cautum eſt, ꝙ filia ſit conten
ta de eo, ꝙ pater ſibi dederit in dotem, vel dare promiſerit, aut
reliquerit, nec vltra illud occaſione legitimæ, vel debiti iure
naturæ etiam mortuo patre ab inteſtato poſſit fratres ſuos,
vel alios deſcendentes, aut aſcendentes inquietare &c. quæ
quidem verba ſunt tantæ virtutis, vt omnimodò filiam, quo-
modocunq; a patre dotatam excludant, ut apertè decidit Bal.
2 in l.fi.C.de do.promiſſ.vbi quærit pone † ſtatuto cauetur, ꝙ fi
lia dotata non ſuccedat, an ſi non eſt congruè dotata, poſſit
agere ad ſupplementum congruæ dotis arbitrio boni uiri, &
a reſpondet quod ſic, [a] quia mentio dotis intelligitur arbitrio
boni uiri.l.1.ff.de leg.2.l.ſi filiæ, & quod ibi not.Bartol.ff.de
leg.3.& l.quæro.cum ibi not.per Bartol.ff.de iur.do. niſi ſta-
* tutum diceret, ꝙ teneatur * ſtare contenta dote a patre data,
uel promiſſa.argu.l.qui uolebat.ff.de hæred.inſtitu. & iſte ul
timus caſus, eſt propriè caſus noſter, ut ex uerbis dicti ſtatuti
euidenter apparet.Ita etiam Bald. uoluit in auth. res quæ.C.
communia.de leg.in uerſi.quæro ſtatuto cauetur &c. ubi cõ-
cludit, quòd ſi ſtatutum diſponit, quod filia dotata, uel dotã-
b da non ſuccedat, ſed debeat ſtare cõtenta [b] dote ſibi data vel
promiſſa à patre, ꝙ incongruè dotata a patre non poterit con-
ſequi ſupplementum vſque ad dotem cõgruam, quia licet di-
ctum ſtatutum ſit nimis rigoroſum, tamen non eſt contra bo-
nos mores, ideo ſeruandum eſt, ſecũdum eum.l.proſpexit.ff.
qui & quibus.& per no.per Cy.in l.publico. C.ad leg.Iul.de
adul.cum ſi.& dicit Bal.ꝙ ita ſeruat conſuetudo.item fuit de
mẽte Bal.in l.ſi defunctus in prin.C.de ſuis & leg vbi dicit ꝙ
ſi ſtatuto cauetur, ꝙ filia dotata ſit contenta dote exiſtentibus
fratribus ſequitur ex hoc ꝙ ſi in dote erat minus legitima, il-
lud applicatur fratribus maſculis. ¶Quãtum ad propoſitum
noſtrum etiam in hoc concordat Bald.in l.vnica.§.in primo.
C.de cad.tol.in uerſi.ſed hic ſuccedit aliud dubiũ magis for-
te &c.Item Sali.in l.ſancimus.in fi.C.de nupt. dum dicit ꝙ ſi
ſtatutum mandet dotari filiam, non intelligitur diminuere le
gitimam, niſi addat ꝙ dote ſint contentæ vel vltra petere non
poſſint iunctis notatis per eum in d.auth. res quæ. in princi.
¶Nec ob.ſi diceretur ꝙ ſtatutum prædictum non loquitur in
caſu noſtro, ſed ſolum in caſu quo pater dotem dederit, vel
promiſerit, vel reliquerit, in quorũ numero non videtur eſſe
caſus noſter, ergo tanquã caſus omiſſus debet remanere in di-
ſpoſitione iuris communis.l ſi extraneus.ff.de cond.ob.cau.
& l.commodiſſimè.ff.de lib.& poſth.quia ad hoc reſponſum
eſt per præfatum dominum conſulentem, ꝙ poſtquam per di
ctum Titium nõ ſtetit quin dederit, ſed ſtetit per dictam eius
filiam comprehenditur ſub dicto ſtatuto.¶Et hoc comprobo
per id quod notabiliter voluit Bal. in l.pactum quod dotali.
3 ff.de colla.in 20.q.vbi quærit † quid ſi ſtatuto cauetur ꝙ filię
debeant dotari, & amplius petere non poſſint de ſucceſſione
& hæreditate patris, & contingit ꝙ puella non vult nubere,
ſed ſuccedere, & caſtitatem ſeruare, quæritur an poſſit? & vi-
detur ꝙ ſic, quia ſi non nubit, non poteſt ibi cadere dos, quæ
non eſt ſine matrimonio.l.fi.C.de don.ante nup.l.3.ff.de iure
do. ideo videbatur ꝙ cum ceſſaret ratio & conditio tacita ſta-
tuti, ſcilicet nuptiarũ ceſſare debeat ſtatutum, quia ſi dicere-
mus ꝙ ſtatutum arctaret ad cõtrahendum matrimonium, nõ
valeret, iuxta no in c.ſtatutum, de hære. li.6.in nouella. cum
ſim.tamen ipſe determinat contrarium, quia ſtat per eã quo-
minus ipſa dotetur, ideo debet haberi pro dotata.l.iure ciui-
li.ff.de condi.& dem.l.in executione.§.fi.ff.de ver.obl.dum-
modo ſibi aſſignetur tantum quantũ nomine dotis deberet p̃-
ſtari.& nõ cogetur nubere, ſed cogetur eſſe contenta tali por-
tione in quocunq; ſtatu velit permanere, & poſtquam ſtatutũ
videtur prouidere de certa quantitate.l. fi. ff.de lega. 2.igitur
ea habita debet filia eſſe cõtẽta arg.d.l.qui volebat.& l.Thais.
§.1.ff.de fideic.lib.ita reſidet Bal.in d.l.pactum.& cum eo cõ
cordat Lud.Rom.ibi, & Pet.de Anch. in repe.c.canonum ſta
tuta.de conſti.in ver.quid ſi ſtatutum dicit ꝙ filiæ debeãt do-
tari. Idẽ determinat Bal.in l.fi.C.de pac.in verſ. item facit ad
aliam q. &c. vbi concludit ꝙ quanuis ſoror non velit dotari a
fratribus, ne ipſa tanquam dotata excludatur ex diſpoſitione
ſtatuti, ſufficit fratribus ꝙ quantum eſt in ipſis, dotent offerẽ-
do ſe paratos allegat.in ar.l.qui filiũ.ff.vbi pup.edu. deb.& l.
in teſtamento.la ij.ff.de condi.& dem.& l.Labeo ſcribit ſi mi
hi bibliothecam.ff.de contrahen. empt.Ita etiam in ſimili.q.
decidit.Bar.in conſi.ſuo inci.Statuto communis Sartiani. &
4 in conſi. inci. Statuto cauetur ꝙ ſi mulier nupta &c. ¶† Nec
ob.id quod no.Bald.in l.ſi plures.C.de cõdi.inſer.in verſ. iu-
xta prædicta formatur talis quæſtio &c. vbi quęrit ſtatuto ca-
uetur ꝙ filia dotata a patre non ſuccedat. modò contingit ꝙ
Titius deceſſit relicta poſthuma in vtero, ita ꝙ eam dotare nõ
potuit vel relicta infante, vel relicta filia furioſa, quærebatur
an fratres, qui erant hæredes vniuerſales dotando eam exclu-
derent ipſam.arguit primò quòd ſic, quia nihil poteſt imputa
ri patri cum non ſteterit per eum. d.l.iure ciuili. & quia illa
conditio dotandi videtur ꝙ tranſeat ad hæredem patris, per
ibi nota per doc.in contrarium arguit, quia iſte eſt caſus omiſ
ſus a ſtatuto, ergo relinquitur iuri communi.d.l.ſi extraneus.
& hoc dicit eſſe uerius, quia reſpondeo ꝙ poſito, ꝙ uera eſſet
deciſio Bal.in d.l.ſi plures, tamen non habet obſtare, quia ibi
pater nullo modo exercuit actum dotandi, quantum in eo
fuit.ſ.relinquendo ſibi in teſtamẽto vel aliter prouidendo ſi-
bi de dote, vt per Bar. in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de
condi.& demon.& Bald.in l.non ſine.C.de bon.quæ libe. &
in l.fi.

in l.fi.C.de spon.& Pet.de Anch.consi. 148. inci.pro veritate præmittendum est &c.bene faciunt tradita per Bar. in consi. inci. Quidam decessit intestatus &c. Præterea in casu.q. formatæ per Bal. ibi non steterat per filiam, cui debebat impleri,quominus impleretur,non mirum si in eius damnum non habetur pro impleto, sed in quæstione nostra stetit per eam, ideo debet haberi pro impleto & tradito. ita loquuntur iura, & authoritates,quæ pro hac parte superius allegata sunt. Ex quibus omnibus concludo,prout in prin.dixi.

ADDITIONES.

a ¶Quod sic.supr.lib.1.consi.69.vbi dixi.
* Quòd teneatur. ] Sequitur Ale.consi.83.lib.4. Ias. consi.221. col.fi. lib.2.In oppositum vrget decisio Sal.relata per Ale.consi.88. col.3. supra hoc eodem lib. Vide de his latè, & subtiliter Rui. consi. 60. lib.3. Natta.
b ¶Contenta.Cur.consi.80.Ias.consi.221.lib.2.

EPITOME.

SI statutum annullat obligationem filijfamiliàs sine consensu patris.

SVMMARIVM.

1 *Vbi datur actio de dolo,non tenet contractus.*
2 *Quando mulier intercedens pro alio induit se veste virili, an iuuetur Velleiano.*
3 *Pupillus non obligatur ciuiliter & naturaliter.*
4 *Præsentia patris non sufficit ad inducendum probabilem, & sufficientem metum.*

CONSILIVM CXXII.

¶An si statutum dicit, q filiusfamiliàs non possit obligari, sine consensu patris,& pater primo erat obligatus vni creditori, & demum filius cum consensu patris se obligauit eidem creditori ad aliquod,in quo non erat obligatus pater,& asseruit dictus filius se esse emancipatum cum non esset, an valuerit obligatio filii.

Quoniam abundè & eleganter allegatum, & deductum est per celeberrimos dominos.s. consulentes ad sustinendum validitatem dictarũ obligationum contractarum per dictos tres filios, qui se emancipatos asseruerunt,cum non essent, idcirco eorum conclusionem approbo,scilicet quòd dictæ obligationes valeant, saltẽ ex eo capite,quia interuenit consensus patris,qui interuenire potuit in tali obligatione,quæ principaliter non tendebat ad vtilitatem patris consentientis, dato quod in consequentiam potuisset in aliquod eius commodum redundare.l.j. in prin, & l. quod dicimus. in prin.ff. de auth. tuto. & hoc magis me mouet quam mendacium filiorum,qui asseruerunt se emanci
1 patos, cum non essent. † attento q statutum annullat obligationem filijfamilias contrahentis sine consensu patris,quo casu talis assertio non sufficit ad validandum contractum, secũdum opinionem Ia.de Bel.quem refert Io.And.in add. Spec. in tit.de sen.prol.§.vt autem.in addi. inci.ad hæc per l.quid enim iuncta.l. præcedenti. in fi.ff. de dolo. nam si ibi contra pupillum,qui mentitus fuit datur actio de dolo, ergo non tenuit contractus, alias enim daretur actio ex contractu, non actio de dolo,quæ est subsidiaria.l.j.§.ait prætor.ff.eo.titu.& consuluit Dy.in consi.incip. Iure municipali cauetur quod filiusfami.&c.& Pau.de Cast.lib.2.consi.175.incip.Ad primũ
2 quæsituum clara est &c,tamen contra dictos filiosfa. facit † l.si decipiendi.in prin.ff.ad Velleia.cum ibi not.& l.fœminis.C. eo. tit. vbi si mulier intercedens pro alio apud creditorem voluit decipere creditorem, vt quia induat se veste virili, ut dicit glo.j.in d.l.si decipiendi.non potest se tueri beneficio senatusconsulti Velleiani. benefacit.l.2. & 3.C. si minor se maiorem dixerit. vbi etiam minor dolo asserens se maiorem, priuatur beneficio restitutionis in integrum, & licet ibi in dubio non præsumatur dolus, vt ibi per docto.non est mirandum, quia non ita præsumitur minor habere notitiam temporis suæ natiuitatis,sicut emancipationis,per id quod habetur. in §.generaliter,in auth.quib.mod.nat.effi.sui.pro hoc etiam facit,quia videmus quòd si mulier alienat fundum dotalem, & in alienatione asserat non esse dotalem, & sic emptorem circunueniat,non auditur si velit venire contra contractum.l.si
* sine* C.ad Velleia.& declarat no.Io.de Imo. ita concludens. in l.cum vir.ff.de vsuca.& in c.cum contingat, circa 9. chat. de iureiu.¶Et posset responderi ad d.l. quid enim. per quam se fundat Iaco.de Bella.q ille textus non probat, quia aut ibi pupillus proximus pubertati non erat locupletior effectus, & clarum est, quod ibi non poterat contra eum agi actione
3 ex eo contractu, quia talis † pupillus non obligatur ciuiliter & naturaliter ex contractu.l.1.cum ibi plenè not.ff.de noua. ergo non impeditur actio de dolo subsidiaria. Aut pupillus fuit locupletior effectus,& tunc valet contractus, vt actione ex eo contractu conueniri possit, quanti locupletior est effectus.l.sed mihi.ff.commod.& no.d.l.1. & sic non impeditur abinde suprà dari contra eum actionem de dolo, per no. per Bar.& alios post gl.in l.2.C.de dol. ¶Et ad decisionem Dy. in præalle.consi.posset responderi, q ibi loquitur in creditore, qui sciebat falsum esse,id quod filiusfa.asserebat, & dolus nõ infertur scienti & volenti.l.cum donationis.C.de transac.l.j.
4 in fi.ff.de act.emp. ¶†Nec dicatur q ob præsentiam patris p̃sumantur filii,ita asseruisse timore reuerentiæ paternæ, quia talis præsentia patris non sufficit ad inducendum probabilẽ, & sufficientem metum.l.si patre cogente. & ibi not.ff. de rit. nup. l.ad inuidiam.C.quod met.cau.c.quamuis.de pac.in 6. & not.doct.in l.1. §. quæ honorandæ.ff. quarum rerum actio non datur.& in l.interpositas.C.de transa.& in c.causam matrimonii,de offi.dele.cum si.tamen tutius esse puto adhærere primo fundamento principali. ¶Ita dico, & consulo ego Alexand.

ADDIIIO.

* Lege,si sine. ] Nunquid hæc lex,si sine procedat vbi præsens tacet, vide Abb.& Fel.ad c. nonne de præsum. Et de intel. huius l. subtiliter Riminal.ad l.cum proponas.la 1.C. de pact. & adde tex. & ad eũ Dec.in l.in eo.§.mulieribus.ff.de reg.iur.Et vide de his Ale.ad l.si donatione.col.5.C.de collat. Natta.

EPITOME.

FIDEIVSSOR repetit à principali, licèt de solutione non constet nisi per confessionem creditoris.

CONSILIVM CXXIII.

Quoniam abundè scriptum, & integerrimè consultum extitit per præstantissimum dominum.s. consulentem accipiendo dubitationes, prout per eum elicitæ sunt,non videtur additione opus esse. Tamen circa tertium paucis insistam, an videlicet Franciscus probauerit se soluisse debitum pro quo fideiusserat. & licèt videatur prima fronte dictam confessionem, vel assertionem credito-
a ris &c. [a] Ex quibus concludo etiam ex sola assertione, vel confessione probatum esse de solutione facta a fideiussore. Alex.

ADDITIO.

a ¶Creditoris &c. vide totum contextum huius consi.ad verbum vsque ad conclusionem ibi,ex quib.supr.lib.2. consi.25.a nu.3. vsque ad nu.7. inclusiuè. quare non fuit opus rursus hunc textum corrigere & excudere.

SVMMARIVM.

2 *Testes falsos producens ignoranter, non incidit in falsum.nume.3.4.*
5 *Testis si extraiudicium dicat se falsum depossuisse minis & instigationibus producentis, non facit indicium sufficiens ad inquirendum contra producentem, licèt fides primi dicti diminuatur.nu. 6.7.8.*
9 *Præsumptio una aliam elidit.nu.10.*
11 *Assertio delinquentis non facit sufficiens iudicium contra participes.*

CONSILIVM CXXIIII.

Quoniam abundè deductum & allegatum est in superiori dubitatione per præfatos clarissimos

rissimos dominos consulentes, paucis ad modum me expe-
1 diam. † Constat iudicem non debere procedere ad formatio-
nem inquisitionis & processus, nisi præcedant indicia, seu dif
famatio. c. cum oporteat. & c. qualiter & quando. de acc. l. iu
stissimos. C. de off. rect. prouin. quam ad hoc allegat Bar. in l.
congruit. ff. de off. præsi. videamus igitur an isti testes probent
& indicium faciant contra Albertum. & quò ad primum te-
2 stem habeo pro expedito, ꝙ non, † quia primus testis non di-
cit quòd fuerint numeratæ pecuniæ, per Albertum Bartholo
mæo, sed dicit quod non vidit ipse testis numerari, sed solum
traditionem pecuniæ fieri Bartholomæo, per Albertum, ex
quibus verbis non concludit testis, ꝙ non potuerint pecuniæ
numerari, antequam traderentur ipso teste non vidente, seu
non aduertente, postquam testis non dicit, ꝙ non potuissent
numerari, quin ipse vidisset, vt no. gl. in §. sin verò absunt: in
verb. vidisse. & ibi Ang. in auth. de hær. & Fal. & Cyn. & Iaco.
Bu. in l. actore. C. de proba. & Io. An. in c. bonæ. de ele. & Bar.
post glo. in l. j. §. hoc interdicto. ff. de iti. act. pri. & sic non con
cludit iste testis, ꝙ capitulum Alberti continens numeratio-
nem esset falsum. nec dicit iste testis, ꝙ Albertus eum corrupe
3 rit, aut rogauerit, ꝙ falsum deponeret. ¶ † Et licet Albertus sit
vsus dicto huius primi testis, non incidit in falsum, dato etiã
ꝙ ipse testis deposuisset falsum in ea parte dicti sui, in qua pri
mò dixerat, ꝙ viderat numerari pecuniam. hoc probatur per
glo. no. in l. fin. C. si mi. se maio. dixe. quam ibi in proposito
multum commendat Bal. per quam debet probari, ꝙ non se-
quitur, testes sunt falsi, ergo producens committit falsum, qa
possunt produci ab eo, qui credit capitula vera & testes vero,
vnde oportet, ꝙ aliter probetur falsitas producentis, si quis
eum de falso redarguere velit, quod dicit Bald. esse verum, vt
ipse dicit quia in facto alieno est probabilis ignorantia, vt in
iuribus vulgarib. vnde Albertus bene præsumitur scire factũ
proprium, scilicet an ipse numerauerit Bart. vel non numera-
uerit, sed non præsumitur scire vtrum iste testis viderit nu-
merationem, & an ad illam animaduerterit. nam poterant te-
stes numerationi adesse in loco, & tamen non videre, & non
animaduertere, ut dicit Bar. in l. diem proferre. §. coram. ff. de
arbi. & in l. 1. in fin. per illum tex. ff. de auth. tut. Bal. etiam in
4 l. fi. C. si ex fal. instr. dicit ꝙ † si testis super capitulo vero depo
suit falsum, non præsumeretur ꝙ producens commiserit fal-
sum, & subdit, ꝙ si quis produxit super capitulo vero testem,
* qui deposuit falsum, & ad eius notitiam * deuenerit ꝙ depo-
suit falsum, non propterea incidit in falsum, si non desistat
ab vsu attestationis illius testis, quia hoc non est vti, sed vsum
esse, nisi expressè interrogaretur, an intendat vlterius vti, quia
tunc debet respondere eo modo, quo ibi traditur per Bald.
5 ¶ † Circa secundum testem dico, ꝙ non facit indicium. primò
per id quod no. Bar. Bal. & Sal. in l. generaliter. C. de non nu.
pecu. vbi dicunt, ꝙ si testis est testificatus aliquid, & postea cõ
* fitetur se dixisse falsum, ꝙ dictum eius * non vitiatur, per il-
lam l. & per c. sicut de testi. & no. gl. in c. causam. de testib. &
no. Bar. in l. si quis in graui. §. si quis morieus, per illum tex. ff.
ad Sylla. & Bal. & Sal. in auth. si dicatur. C. de testi. vbi dicit,
ꝙ illa contraria assertio testis non nocet, & ita tenet Ange. in
consi. 189. inci. Christophorus Petri, & Bal. in l. gesta. C. de re
a iu. ¶ Et posito ꝙ verum esset, quod aliquid diminuatur. [a] de
fide primi dicti, vt no. Inn. & doc. in c. præterea, de testi. cog.
& d. Ant. in c. cum in tua. de testi. & d. Abb. in cap. per tuas, de
proba. tamen non per hoc dicitur in dictis locis, ꝙ ex hoc in-
surgat suspicio falsi vel indicium aliquod falsi contra produ
centem, sed diminuitur de fide primi dicti propter vacilla-
tionem testis, ergo illæ decisiones, nihil obstant Alberto.
6 ¶ † Fortificantur prædicta, nam inquantum iste secundus te-
stis extraiudicialiter dicit se falsum testimonium deposuisse
instigationibus, & minis Alberti, in hoc dicto iste attestatus
est sine iuramento, stat autem ꝙ testis non iuratus non probat
l. iurisiurandi. C. de testi. c. quoties, & c. de testi. extra de testa.
nisi essent plures personæ dignæ & honestæ, quæ aliquid atte
starentur sine iuramento, quia tunc faciunt præsumptionem,
non autem faciunt probationem, vt est gl. not. in c. cum olim
essemus. in verb. quorundam fratrum, de priui. quod reputat
ibi Anto. de But. esse sin. no. si ergo videmus, ꝙ plures dignæ,
& honestæ personæ aliquid deponentes sine iuramento non
faciunt nisi præsumptionem, etiam si essent Cardinales prout
7 loquitur tex. & gl. in d. c. cum olim. † quæ præsumptio æqui-
pollet indicio, quia indicium dicitur præsumptio, ut patet ex
diffinitione indicii tradita p Io. Cal. in rep. c. vestra, de coha.
cle. & mu. & Bal. in rub. C. de prob. & in l. ea quidem. C. de ac
cu. & est gl. iuncto text. in c. cum contemplatione. & ibi hoc
no. Ioan. An. & alii. de regu. iur. Quomodo ergo potest dici, ꝙ
iste vnicus testis in dignitate non existens, & qui est suspectus
propter vacillationem. l. qui falsa. ff. de testa. prout dixi. s. fa-
ciant præsumptionem, seu indicium circa id, quod sine iura-
8 mento est attestatus. ¶ † Et per ista patet, ꝙ aliquo modo non
obstat id, quod not. Ang. & Ro. in l. si quis in graui. §. si quis
præmoriens. præalle. quia esto, ꝙ illud, quod ipsi dicunt pro-
cederet de iure, tamen nihil commune habet, cum casu no-
stro si bene consideretur, quia ille cuius dictum faciebat indi-
cium, nihil primò solenniter deposuerat in contrarium eius,
quod nunc asserebat, sed in proposito nostro iste testis primò
solenniter & iuratus deposuerat in fauorem Alberti, & con-
trarium eius quod nunc asserit, quod quidem primum dictũ
tanquam magis solenne, præferendum est vltimo dicto non
solenni, vt no. Spe. in ti. de teste. §. 1. ver. quid si idem testis. cũ
ver. seq. & gl. in d. c. cum causam. cum concor. s. alleg. illud in-
dicium, ꝙ surgit ex primo dicto solenni extinguit, & tollit cõ
trarium indicium si quod surgeret ex vltimo dicto non solen
ni, quia vna præsumptio tollit & elidit aliam. l. cum de inde-
9 bito. ff. de prob. & in l. diuus. ff. de rest. in inte. ¶ † Vnde in pro
posito dicit Bal. in l. 1. C. commu. de le. in versi. pone testator,
ita dixit omnibus offensorib. meis &c. cum vers. seq ꝙ si indi
cium laborat contra Titium, ꝙ percussisset letaliter Seium, &
b Seius in testamento suo exculparet [b] Titium, certe hoc casu
non poterit Titius torqueri ex præcedenti indicio, quia habet
exculpationem, & indicium innocentiæ pro se ex assertione
11 Seii testatoris. ¶ † In proposito etiam dicit Ioan. An. in c. cum
in contemplatione, de reg. iur. & Bald. in l. 2. C. quorum app.
non recip. ꝙ licet vnus bonus testis faciat sufficiens indicium
ad torturam, tamen fallit nisi aliqua alia coniectura resistat.
¶ Accedit vltimo ad prædicta, quia etiam posito, ꝙ essemus in
casu in quo delinquens possit interrogari de consociis & par
ticibus criminis, de quo satis tactum fuit per primum con-
10 sultorem, tamen dicit Sal. in l. fin. C. de accu. † ꝙ etiam tunc
c sola assertio delinquentis non facit sufficiens [c] indicium con-
tra participes, per l. si filium, cum ibi no. C. de lib. cau. & per
alia de quibus ibi per eum, nisi concurrat aliqua alia præsum-
ptio, & pro hoc inducit authoritatem gl. in d. l. fina. C. de ac-
cus. quæ exigit præsumptionem aliquam prius præcedere de-
bere contra eum, qui interrogatur, antequam ad dictam in-
terrogationem procedi possit, & secundum illam glo. intelli-
guntur dicta doctorum ibi illam approbantium, sed in casu
nostro nulla alia procedebat præsumptio contra Albertum,
quia primus testis nihil nocet Alberto, vt superius ostensum
est, ergo sequitur ꝙ non dicuntur militare indicia ad inqui-
rendum contra Albertum, & tantomagis vbi apparet Alber-
tum esse reputatum hominem bonæ vitæ, & famæ in præteri
tum, quia per talem præsumptionem tollitur indicium con-
tra eum, quando illud tale indicium est minus, quam semiple
na probatio, prout sine dubio esset in casu nostro. ita signan-
ter decidit Bal. in l. fi. de proba. arg. l. non solum. §. a Barbaris.
ff. de re militari. Ex quibus concluduntur indicia non milita-
re contra Albertum prædictum. Alex.

---

ADDITIONES.

* Ad eius notitiam.] Vide hac de re Bar. ad d. l. Diuus. ff. de fal. Et da-
ta ignorantia, non tenetur respondere. Car. Ale. ad c. in memoria. 19.
dist. Corn. consi. 222. col. pen. lib. 2. Are. ad c. præsentiũ. de testi. Nat.
* Dictum eius.] Idem scribit Pau. Cast. ad l. Seia. ff. ad Velleian. vbi
ponit de notario asserente instrumentum falsum confecisse, vt eius
verbis non credatur postquam instrumentum habet publicam for-
mam. sequitur Ial. ad l. iusiurandum. §. procurator. col. antep. de iure
iuran. Nat.
a ¶ Diminuatur. supr. lib. 2. consi. 222. nu. 13.
b ¶ Exculparet sup. lib. 3. consi. 1. nu. 16. * Sequitur Alexan. consil. 24.
* col. 4. lib. 2. & consi. 1. col. 4. lib. 3. Et quando aliquis habet indicia
pro se, debent ea, quæ sunt contra se, esse magis grauia, ita ut præ-
ponderent, Bartol. ad l. 1. §. ad quæstionem. ff. de quæst. Nat.
c ¶ Sufficiens. idem supra lib. 4. consil. 133. in fin. supra lib. 3. consil. 89.
nume. 10.

EPITO-

E P I T O M E.

EXCLVSVS a successione intestati, est exclusus a iure rumpendi testamentum.

## CONSILIVM CXXV.

Quoniam abundè satis, & eleganter scriptũ esse, puto per eximium dñm. s̃. consulentem, quanquam pp prolixitatem scripturæ & temporis breuitatem nõ potuerim superius scripta legere, sed vix sic aliquãtisper libando discurrere, tamen satis sustentabilem esse puto
1 † conclusionem præmissam. s. quod per dictas sorores Roberti testatoris non possit testm̃ nullum dici, quanquam mater fuerint etiam sine alicuius causæ insertione præterita, attento quod ex forma statuti stantib. sororib. testatoris, mater ab intestato reddebatur exclusa. quod apertè firmauit Bald. in l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoff. testa. volens per illum tex. quod si ex forma statuti filia excluditur a successione intestati, intelligatur etiam exclusa a iure rumpendi, vel dicendi
a testm̃ nullum, [a] quanquam fuerit præterita, vel exhæredata. ad idem allegat. l. si quis filio exhæredato. in prin. ff. de iniust. testa. Idem voluit Bal. in l. maximum vitium. in vlt. q. C. de libe. præte. & in l. si emancipati. C. de colla. & licet ibi dicat, ꝙ potest tamen tale testm̃ contratabulari, hoc non attingit casum nostrum, vt statim dicam. Idem etiam tenuit Raph. Cu. in repe. l. si filius qui in potestate. ff. de liber. & posthu. vbi voluit, ꝙ si lege municipali fœminæ extantib. marib. excludantur, vel etiam per renunciationem iuratam, iuxta. c. quanuis. de pact. in 6. earum præteritio non potest dare causam infringendi testm̃, nec alioquin testatori imputetur, cur testm̃ fecerit, quod est absurdum dicere. l. posthumus. in princ. ff. de inoffi. test. ad hoc etiam allegat not. per docto. in l. Gallus. §. & quid si tm̃. ff. de lib. & posth. & per Bar. in l. 1. §. pen. in 4. q. ff. de contratab. & per Bal. in l. filio præterito. ff. de iniust. testa. idem etiam firmat Bal. in d. §. & quid si tm̃. hoc etiam vr̃ velle Bar. in l. fi. in versi. quæro quid si ista filia. ff. ad Tert. cũ quo transit Ang. & Imo. plenè in l. ei qui soluendo. ff. de hær. inst. & Bal. & Sali. in l. si auus. C. de lib. præte. & in l. si quis filium. C. de inof. testa. & expressius Bal. in l. si quis posthumos. §. 1. ff. de lib. & posth. & Bal. in c. 1. §. 1. in ti. episcopum vel abbatem. in vsibus feud. ¶ Nec præmissæ exclusioni habet obstare, si diceretur quod prædicta bene procederent si dictæ sorores vellent venire per ius dicendi nullum, & sic reducere rem ad causam intestati, Secus si dictæ sorores vellent contratabulare testm̃ beneficio matris præteritæ, iuxta l. si post mortem. §. fin. ff. de bo. poss. contratab. quo casu cum per bono. poss. contratabulas non reducatur res ad causam intestati, quando ex testamento fuit adita hæreditas, vt in casu nostro. l. filiæ dotẽ. & ibi not. C. de col. & plenè gl. & doc. in l. vt liberis. eo. tit. & gl. & doct. in l. illud. in prin. ff. de contratab. & declarat Bald. in d. l. si emancipati. in 5. oppo. & in l. fin. C. vnde legi. ergo non debet impediri persona præterita, nec aliæ eius beneficio contratabulare testm̃, ex quo non deuenitur ad casum statuti loquentis de successione intestati, & hoc vr̃ velle Bald. in d. l. si emancipati. & mod. quidam in l. certum. C. vnde legit.
2 & in d. l. filiæ dotem. † qm̃ ad hoc respondeo primò quòd in hoc contrarium cõiter tenetur, scilicet quod etiam per contratabulas non admittatur persona præterita, vt firmant doc. in locis primo loco allegatis. ¶ Secundò & clarius respõdeo, quod nos non sumus in casu, in quo aliquo casu locum habere potuerit bonorum possessio contra tabulas, quicquid dictum fuerit in superiori consilio, nam aut consideramus personam matris præteritæ, sine causæ expressione, & testm̃ non potuit contratabulari, sed nullum dici, in auth. non licet. & in auth. ex cã. C. de lib. præte. & ibi gl. & doc. & in corpore, vñ sumitur, & plenè per Bar. & doc. in l. 1. ff. de testa. imo si etiã
3 in præteritione facta † a filio de matre causa expressa foret, non haberet, mater bonorum possessionem contratabulas, sed tm̃ querelam inofficiosi testamenti, quia talis præteritio hr̃ pro exhæredatione, vt in l. cum filium. C. de inoff. testa. & gl. & doc. in d. auth. ex causa. & in l. filio præterito. per Bart. & alios. de iniu. test. quæ inofficiosi querela diuersæ est naturæ a bonorum possessione ꝯtabulas, qm̃ querela reducit rem ad causam intestati indistinctè, quia est remedium iuris ciuilis, vt est casus in d. l. vt liberis. & in l. Titia. ff. de inoffi. test. & sic idem operatur, ꝙ operatur ius dicendi nullum, quo ad hoc, secus in bonorum possessione contratabulas, vt est dictũ. Aut consideramus personam sororum prædictarum, & adhuc minus dici potest competere eis bonorum possessionem contratabulas, quæ nullo casu collateralibus datur. l. fratris. & l. fratres. C. de inoffi. test. in auth. de nup. §. ingratitudinem. ¶ Nec etiam obstat si diceretur, ꝙ præmissa cõclusio procedere posset vbi essent institutæ sorores, quarum fauore statutum disposuit matrem excludi, quia potest responderi, ꝙ nulla potest dici iniuria facta sororibus, tam attenta dispositione iuris communis, quam attenta dispositione statuti prædicti, ex quo eis relictæ fuerunt dotes & alimenta in testamento fratris, imò plus, quia censentur institutæ. qm̃ ut in themate dñ
4 testator vsus fuit verbo † relinquo, quo casu ut no. dixit dom. Ant. de But. in c. Raynutius. de testa. verbum, relinquo, adie-
b ctum doti, [b] refertur ad institutionem hæredis. & ita intelligit illum tex. & est ratio secundũ eum, quia dos censetur ius vniuersale. l. quod dicitur. la j. & ibi not. ff. de impens. & not. Bar. in rub. ff. solu. mat. vnde stat cõis conclusio, ꝙ verbũ cõe relinquo. adiectum vniuersitati refertur ad institutionem hæredis. l. diuus. ff. de testam. mil. l. cogi. vers. & generaliter. ff. ad Treb. no. in §. sint verò nulla. in auth. de hæred. & Fal. & in l. his verbis. in prin. ff. de hær. inst. ¶ Præterea malè potest respõderi ad fundamentum doctorum locis primo loco allegatis dicentium ꝙ persona quæ ab intestato excluditur si præterita sit, testm̃ infringere non potest, si opponatur. d. l. posthumus. §. si quis ex his. & in d. l. si quis filio exhæredato, in princum concord. sed talis erat mater in casu isto, ergo &c. Alia et
5 patebit responsio ex his, quæ statim dicam. ¶ † Vltra prædicta corroboratur dicta conclusio, nam (ut dictum est) clarũ est, ꝙ dictæ sorores ex earum propria persona, non possunt dicere testm̃ nullum. quia quantum ad eas fuit omnis solennitas, & forma seruata in testamento, tam de iure cõi, quam municipali, nec etiam tanquam hæredes matris dicere possunt testm̃ nullum, quia non fuerunt eius hæredes. Oportet ergo si volunt infringere testm̃, ꝙ illud faciant beneficio matris præmortuæ, seu beneficio edicti, vt l. si post mortem. §. fi. ff. de cõtrata. Modò sic, ad hoc, vt alius possit beneficio præteriti dicere testm̃ nullum, necesse est, ꝙ illæ præteritus primò inceperit dicere testm̃ nullum, vt firmat gl. in l. 4. §. si quis ex liberis in ver. edictum. ff. de bo. poss. contratab. & firmat Bart. in d. l. si post mortem. vbi concludit, idem esse in iure dicendi nullum, quod in bonorum possessione contratabulas. sed ita est, ꝙ mater nunquam cœpit dicere testm̃ nullum, ergo nec sorores illud dicere possunt nullum. & hæc opi. glo. & Bar. est plurimum sustentabilis, tum per l. filio præterito, tum etiam per alias rationes, quanquam aliqui teneant cõtrarium, quod hic latius non examino, postquam alia sunt fundamenta, de quibus supra. Attento etiam quod de sola subscriptione requisi-
6 tus fui. ¶ † Indubitatum etiam est, ꝙ si extat clausula codicillaris, posito quod hoc testamentum posset dici nullum, tenerentur succedentes ab intestato restituere scriptis hæredibus, quia clausula codicillaris operatur, quando testamentum est nullum, vel rescinditur ex causa exhæredationis, ideo dico exhæredationis, quia præteritio de qua in casu nostro habetur pro exhæredatione, vt dixi s̃. & hanc conclusionem firmant cõiter doct. in auth. ex causa. præallegat. & in l. 1. ff. de iur. codic. & in l. fi. C. de codic. per Bal. & in l. Titia. per Bar. & alios. ff. de inoffi. testa. & Bal. in l. 2. ff. de leg. 3. & in l. controuersiacum concordan. ff. transactio.

ADDITIONES.

a ¶ Nullum. supra eo. consi. 19.
b ¶ Doti. contrarium tenet Alex. supra lib. 2. consi. 150. ad fi. uide supra lib. 3. consi. 17. ad fi.

E P I T O M E.

STATVTVM dans executionem instrumento dummodo in eo debitor sit obligatus ad voluntatem creditoris, habet locum in fideiussore debitoris obligati ad uoluntatem, licet illa qualitas ad voluntatem non sit expressè repetita in obligatione fideiussoris.

CONSI-

## CONSILIVM CXXVI.

Repetitus in causa Andreæ de Armis petentis exe cutionem instrumenti contra Alexandrum de Cæsena vigore maximè statuti loquentis de executione instrumentorum, in quibus debitor est obligatus ad voluntatem creditorum aliquid dare, vel facere &c. in qua aliàs consului, nuper autem excitatur, quia statutum loquitur de debitore obligato ad voluntatem creditoris, & requirit statutum specificè, quòd formaliter, & præcisè illud verbū ad voluntatem &c. continεatur in instrumento. modò verum est, ꝙ in instrumento reperitur, ꝙ debitor principalis se obligauit ad voluntatem &c. Sed in persona dicti Alexandri fide-
a iussoris, & eodem [a] instrumento se obligantis non reperitur
1 expressum illud verbum, ad voluntatem, † vnde quæritur, an dictum instrumentum, coram eo eandem habeat executionē quemadmodum & contra debitorem principalem, ac si etiā fideiussor esset obligatus ad voluntatem, in quo videretur prima consideratione dicendum, ꝙ non, quia dato, ꝙ illa qualitas obligationis & promissionis ad voluntatem creditoris expressa in persona principalis intelligatur repetita in persona fideiussoris, vt l. si vt proponitur. ff. de fideiuss. l. fi. §. fin. ff. de verb. obl. & no. Bar. cum quo alii transeunt in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. eod. ti. & in l. hi qui accessionis. ff. de fideiussor. facit l. 1. C. de diuer. rescr. & l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. obl. & l. item quia. §. j. ff. de pac. cum simi. tamē cum illa qualitas repetita, quò ad personam fideiussoris legi non possit in instrumento, vñ ꝙ statutum concedens executionem instrumento continenti dictam qualitatem, non habeat locum in casu nostro, per ea quæ dixit Bar. in l. j. in prin. per illum text. ff. de his quæ in testa. delen. vbi inquit, quòd
2 † si statuto cautum est, quod instrā publica mereantur executionem, sicut sententię, contingit quod mulier habebat instrumentum, quo vir confessus fuerat se habuisse dotem, nunc soluto matrimonio mulier petebat executionem instrī contra hæredes viri, vigore tacitæ stipulationis, de restituendo præsumptæ iuxta l. 1. in prin. C. de rei vxo. act. nam dicit Bar. qđ tex. in d. l. 1. facit quod non possit peti executio, quia illa ficta stipulatio non potest legi in instrumento, cum ibi scripta nō sit, sed subintelligitur authoritate legis, & ideo non mandaretur executioni instrumentum, sed legis dispositio. subdit tamen Bar. ꝙ in contrarium facit. l. si duo patroni. §. Marcellus ff. de iureiu. & sequitur Ant. de Bu. in c. translato, de constit.
3 vbi etiam in simi. allegat † id quod no. Inn. in c. P. & G. de off. deleg. vbi voluit ꝙ licèt error expressus in sententia vitiet sententiam. l. 2. C. qñ prouoc. c. 1. de re iud. tamen illud est verū in errore, qui oculo corporali legi potest, secus si intellectualiter comprehendatur ex sententia, quod dictum tanquā singulare sequitur Ant. de But. in c. ab excōicato, de rescri. & ibi pro illo dicto allegat no. per gl. in c. 2. de testi. cogen. & ibi d.
4 Ant. illud idem sequitur. ¶ † Sed premissis non obstantibus in casu de quo quæritur, puto contrarium esse verius, primò per tex. in d. l. si duo patroni. §. Marcellus. alias incipit, si quis iurauit. quem pro ista opinione vltimo loco allegauit Bartol. in præalleg. l. 1. de his quæ in testamen. delen. dicitur enim in d. §. Marcellus. ꝙ si quis iurauit se habuisse fundum in dotem a Berta. videtur iurasse se illum restituere debere, & ideo ex tali iuramento agi potest ad dotis restitutionem, quamuis iuramentū sit stricti iuris. c. pe. de iureiur. & ideo in terminis qōnis formatæ per Bar. in præalle. l. 1. de his quæ in test. Bal. & Ang. & Io. de Imo. ibidem tenent quod instrumentum habebit executionem paratam etiam quo ad ea, quæ ex iuris dispositione subintelliguntur in instrumento. pro hoc allegant. l. fin. cum ibi not. C. de edic. diui Adria. vbi illa lex videtur se fundare ex scriptura testamenti, & tamen beneficium illius legis habet locum in tacita substitutione comprehensa in expsa.
5 Item quia † illud quod potest præsumi ex vi instrumenti, di-
b citur esse de tenore [b] instrumenti. l. iurisgentium. §. quòd ferè. & quod ibi no. ff. de pact. facit. l. asse toto. ff. de hær. insti. & l. si ita scripsero. ff. de condit. & demon. ita dicunt in practica seruari. ¶ Pro hoc adducit Ioann. de Imo. ibi quia videtur esse eadem ratio in eo, quod subintelligitur authoritate legis in instrumento, quod est in eo, quod est scriptum in ipso instrumento. nam ratio statuti videtur fuisse, quod fiat executio instrumenti propter quandam notorietatem resultantē ex scriptura, per id quod in simili no. in d. l. fi. sed dispositio. l. notissima & liquidissima est. l. leges sacratissimæ. C. de legi. & no. in
6 l. si tutor petitus. C. de peric. tut. ¶ † Et pro hoc infert Ang. in præall. l. 1. ꝙ licèt vir qui confessus est in instrumento dotem recepisse, nullam mentionem fecerit de hæredibus, tamen potuerunt eius hæredes vigore dicti instrumenti & statuti conueniri, & contra eos executio peti, quia obligatio hæredum virtualiter continetur in instrumento. l. 1. C. si cer. pet. l. si pactum ff. de proba. & ita dicit Ang. fuisse iudicatum Perusii de consilio Bar. & Bal. & dicit Ang. ꝙ pro hoc Bar. allegabat præ alle. l. si duo patroni. Et respondet ad d. l. 1. quod ibi loquitur quando ex eo quod litera legi non potest, surgit verisimiliter defectus mentis disponentis, ut patet ex his, quæ ibi no. gl. in
7 ver. factum. quæ ratio cessat in q. præmissa. ¶ † Istud idem uoluit Bal. in l. ad probationem. C. de proba. vbi dixit not. quòd tenor instrumenti apparet per lectionem instrumenti. & iō si statutum dicit, ꝙ instrumenta mandentur executioni, non mandabuntur executioni tacitæ stipulationes, quia id dicitur esse de instrumento quod legi potest. allegat d. l. j. tamen contrarium tenet Bald. in d. l. ad probationem, quia præsumptio sumpta ex instrumento reputatur eius tenor allegat. l. sciendum. ff. de ver. obl. & l. 1. C. de vsur. & id quod habetur in d. §. quod fere. & istud dicit esse verius referens se ita consuluis-
9 met.cau.¶Non obstat,† quòd captura est species seruitutis.l. 1.& 2.ff.de li.hom.exhi. quia ibi loquitur de eo qui a priuato illicitè detinetur, secus quando per officialem iure permittente quis capitur seu carceratur pro debito.l.1.cum gl. fi. & ibi Bar.C.qui bo.ced. poss. ¶ Non obstat quod ad petendum quem eximi de carceribus requiratur speciale mandatum.d. l.Põponius.quia respondeo quòd ibi ille qui petebat detentum eximi, non comparebat tanquam procurator deteti, sed tanquam procurator alterius, cuius intererat illum eximi,& ad eum deduci.ita loquitur tex.in d.l.Pomponius. & in l.3. §.1 de lib.exhi.& Bar.in prealle.cõsi.Et iste non est casus noster. Quamuis ergo ille casus enumeraretur inter casus speciales requirentes mandatum specificum, ut notatur in locis superius allegatis, tamen casus noster non enumeratur in il-
10 lis.†Denique posito quod requireretur speciale mandatum, non tamen requiritur mandatum singulare,& de indiuiduo, ut propriè in terminis dictæ.l.non solum.§.fi.in uerbo nominati.& dictæ.l.Pomponius,in prin.in uerbo,nominatim,decidit Bar.in l.filiusfam.ff.de dona.per.l.Titius.in prin.ff.de libe.& posthu.& eius doctrina est communiter approbata. præterea, ut dixi suprà, sufficit generale mandatum cum libera, seu illa clausula, quòd possit ea facere quæ ipse constitués
11 posset. ¶Circa† secundum dubium quo quæritur, an dictus Vlixes possit se tueri propter allegatam per emptionem instantiæ, posito quòd perempta esset?& mihi videtur non, saltem quod non fuit hoc oppositum & probatum intra illos quinque dies præfixos a statuto,& præsupponitur fuisse reseruatam contra Vlixem formam statuti sub rub. de executione instrumentorum, & per consequens quòd post exceptiones oppositas pro parte Vlixis fuerit intra terminum præfixum a statuto pronunciatum expresse uel saltem tacitè contra dictum Vlixem, attento quòd a dicta pronunciatione non præsupponitur fuisse appellatum intra tempus permissum, prout licebat etiam ex forma statuti prædicti.& sic talis pronunciatio in rem iudicatam transiuit, & per consequens ad petitionem partis non potest amplius reuocari.l.arbitrio. ff. qui satisd.cog.& l.fi.ff.a quib.appel.non licet.& no gl. & doc. in c.cum cessante,de app.& plenè in l.quod iussit.ff.de re iudi. ubi per Bar.& per alios ibi,& in l.post sententiam.C. de sen-
12 tent.cum sim. ¶Præterea† reuocatio interlocutoriæ permittitur re integra, ut notatur per gl.& doct.in d. c. cum cessante.& nunc res non est integra, cum iam facta sit captura, factæque sint expensæ, per no.in d.c.cum cessante. ¶ Præterea statutum solum permittit contradictionem fieri intra quinque dies. Et si non sit contradictum, & contra eum pronunciatum fuerit, vult quòd executioni mandetur instrumentũ, ergo cum contradixerit & contra eum fuerit expresse uel tacitè pronunciatum procedendo ad capturam. c.ex parte. M. de appel.l.ait prætor.§. permittitur.ff.de min.no. Bar. in l.a procedente.cum sim. C. de dilatio. sequitur quòd ex mente dicti statuti non debet ulterius audiri. Nam post terminum
* legis uel statuti quis non debet audiri,* nec potest morã purgare.l.ob commissa.C.ad l.Iul.de adul.ita no.Inn. in c. cum in tua.qui matri.accu.possunt.& Bal.in l.si ea.C. qui accusa. non poss.in uersi.quæro quando statuitur in terminis. per l. vel statutum &c.cum similibus.

ADDITIONES.

* Requiritur.] In debitore suspecto, quòd procurator posit, tradit Iason, seu potius idem Alexan. falso Iasonis nomine, Instit.de actio.ad principium. Nat.

* Quòd posit. ] Quòd procurator constitutus cum clausula, Quòd facere idem posit, quod dominus, porrigere posit manum ad requirentia speciale mandatum, tenet etiam Alexan.ad l. si procurator.col.1.C.de procurat. Nat.

a ¶ Speciale. Non obseruamus & bene quia abierunt in stylum.

b ¶ Ratihabitio. supra li.5.cons.78.nu.19.cons.146.num.13. licèt Phil. Fran.c.ratihabitionem,de re.iu.in 6.incautè contradicat & malè.

* Non dẽt audiri.] Vide Alex.ad l.si insula in fallẽtia vndecima. Nat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens fœminas propter masculos extenditur de filio ad nepotem, de patre, vel matre ad auum & auiam. nume.3.4.5.6.*

7 *Filia an excludatur ab hæreditate dotantis tantùm, quòd sic. nume.18.19.*

10 *Legitima quòd possit in totum tolli, contrà nu.29.32.34.41.*

13 *Filius naturalis nunquam succedit contra uoluntatem patris.*

20 *Hypotheca non põt a principio esse sine principali obligatione.*

22 *Tempus quando dicatur adiectum obligationi uel executioni.*

24 *Finis legis talis iudicatur, quale est principium.*

25 *Statuta interpretanda ne sint iniqua, uel absurda.*

29 *Dos potest augeri post matrimonium, & debet esse congrua. nume.27.39.*

30 *Statutum quòd primogenitus ſuccedat in tantum, non valet.*
33 *Conſuetudine reprobata, intelligitur etiam de futura.*
37 *Succeſſio liberorum eſt de iure diuino.*

## CONSILIVM CXXXIIII.

Animaduerſis diligenter his quæ in themate continentur, uideretur prima conſideratione dicendum, dominam Gentilem tam in bonis paternis, quàm in bonis & hæreditate dominæ Auguſtinæ auiæ paternæ, eſſe omni auxilio deſtitutam: præſertim ex diſpoſitione primi ſtatuti in uerbo, pater uel mater uel alius
1 aſcendens &c. † Nam licèt, ſtatutum prædictum nõ faciat expreſſam mentionem de auia paterna teſtante, tamẽ ex quo facit mentionem de patre & matre a ſucceſſione quorum excludit deſcendentes fęminas extãtibus maſculis, pari ratione videtur ẽt excludere a ſucceſſione auiæ paternæ, quæ cõdito teſtõ decederet nepte præterita. hoc vr̃ uelle apertè Io. And. in addit. Spe. in tit. de ſucceſ. ab inteſt. in rub. ubi refert quod Iac. de Are. in qõne quæ incipit, Statutum eſt quod conſuetudo &c. tenuit ꝙ ſi ſtatutum uel conſuetudo permittit fratrẽ repellere ſororem a ſucceſſione patris illam cõuenienter do-
a tando, idem erit in auo [a] cui ab inteſtato ſuccedunt nepos & neptis. allegat quia auus demonſtratur nomine patris. l. iuſta ff de uer. ſig. vnde dicit per hoc patere ꝙ uerba ſtatuti non repugnant in auo, & mens etiam concordat, quæ eſt ut agnatiõnum ſalua ſit dignitas. ff. de leg. 1. l. ab omnibus circa princ. ff. de uent. inſpi. l. 1. §. ſi ſeruus. C. de quæſti. l. ſuper ſtatu. & per
2 † diuitias familiarũ conſeruatur honeſtas, quæ perit per inopiam, in auth. de teſti. §. ſancimus. ff. de teſti. l. 3. in princ. ff. de cuſt. reo. l. 1. in auth. de defen. ci. circa princ. imò egeſtate ſordentibus uita eſt ſupplicium & mors ſolatium. C. ad le. Iul. Maie. l. quiſquis. & familia propriè conſiſtit in agnatione. ff. de uer. ſig. l. pronunciatio. in prin. & §. cõi. & conſeruatur per maſculinam prolem. eo. tit. l. familiæ. & ſic dicit ꝙ ratione ſtatuti & conſuetudinis inſpecta in talibus nepotibus erit idem
3 quod in filiis, cùm † vbi ratio conſuetudinis ſubeſt, locum habeat conſuetudo. C. quæ ſit lon. conſue. l. 1. & l. de quibus. & vtrobique no. ff. de legib. nec ſit nouum propter publicã vtilitatem derogari naturali æquitati. ff. de uſuca. l. 1. l. ſi ita uulneratus. ff. ad le. Aqu. ita reſidet Io. An. in loco præalle. vbi ſubiũ
4 git quod idem † reaſſumpſit diſputando Ia. Bu. in ſimili qõne in qua tenuit, quod beneficium excludendi filiam dotatam quod datur filiæ in ſtatuto trahatur ad nepotem, ẽt ſi alio ſtatuto caueatur quod uerba ſtatutorum debeãt recipi ſecundũ proprium & uulgarem intellectum. Si ergo ſtatutum loquẽs de patre comprehẽdit auum, eadem ratione ſtatutum noſtrũ loquens in matre debet comprehendere auiam? & idem no. Cy. in l. 1. C. quæ ſit lon. cõſue. & ẽt Bal. in l. ſcimus, in fi. principii. C. de inoff. teſt. in uerſ. 7. quæro. vbi inquit ꝙ ſi ſtatutũ dicat quod frater poſſit repellere ſororẽ a ſucceſſione patris dotando eam conuenienter, idem obtinebit ſi auus decedat relicta nepte ex filio prædefuncto, & nepote ex alio filio prædefuncto, ita dixit tenere Iac. de Are. quia hic nepos & neptis appellantur fratres. inſt. de grad. §. quarto gradu. & l. iuriſcõ. §. hi autem. ff. de grad. l. ſi fratres. C. qui teſt. fa. poſ. & auus venit appellatione patris. d. l. iuſta. & per alias rationes quas recitat Io. An. in præal. ru. licet Bal. de ipſo mentionem non faciat. ¶ Et de dicta diſputatione Iac. de Are. & Iac. But. facit mẽtionem Bar. in l. liberorum, in uer. his præmiſſis &c. ff. de uer. ſig. & Bal. in l. maximum. in uerſi. item facit. C. de lib. præt. & in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſol. ma. & in l. quod uerò. ff. de legi. & in l. fi. C. de in ius uoc. & in l. Gallus. §. iſti. ff. de lib. & poſth. & Bar. in l. 2. §. fi. ff. ad Tertul. & Pe. de Anch. in repet. c. cano
5 num ſtatuta. de conſt. ¶ Et ꝙ † ſtatutum faciens mẽtionem de matre extendatur ad auiam, etiã ſi contra ius cõe, tenuit Bar. in d. l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. & Bal. in d. l. quod uerò. ff. de legi. & in l. Neſennius. ff. de neg. ge. & in l. illam, in prin. C. de decolla. facit quod no. Ang. conſ. 389. incip. Totum dictũ. ſtatutum &c. & Ang. in l. de quib. ff. de legib. Ad idem facit ſecundum ſtatutum loquens de patre, matre, auo, & proauo, ad quod ſtatutum ſe remittit primum. ¶ Secundò pro hoc facit,
6 † quia ſtatuta prædicta loquuntur in auo paterno, ergo comprehendunt etiam auiam paternam, quia maſculinum concipit fœmininum tam ex forma ſtatutorum, vt habetur in concluſione ſtatutorum, quàm etiam de iure communi, quia ẽt in odioſis ubi odium eſt rationabile, maſculinum concipit fœmininum. l. ſi quis id quod. & ibi doc. ff. de iuriſ. omn. iud. & plenè per Dy. & Bar. in l. 1. ff. de uer. ſig. per gl. in c. generali, de elec. in 6. per Archid. 17. q. 2. ſi quis ſuadente. per doct. in Cle. 1. de elec. per Iac. But. & alios in l. ſi quis in tantam. C. vñ vi. per Cy. & alios, in l. quicunque. C. de ſer. fug. per Hoſti. in c. Raynal. de teſt. & Bar. in l. 1. in prin. ff. de pecul. & Bal. in l. Gallus, in prin. ff. de lib. & poſth & in l. multis. ff. de ſtatu ho. & per Mod. in l. ſi ita ſit ſcriptum. ff. de leg. 2. ¶ Tertiò, quia
7 † licèt ſit de iure uerum ꝙ ſtatutum excludẽs filiam dotatam extante filio maſculo, intelligatur in dubio excludere filiam ab hæreditate dotantis tantum, adeò quòd licèt fuerit dotata a patre, non per hoc impediatur ſuccedere in hæreditate ma
* terna, ut ſignãter ſcripſit Bal. in l. 1.* C. de legi. hær. per ibi no. per gl. & idem Bald. in l. mater. C. de iure do. & Pet. de Anch. in repet. c. canonum ſtatuta. de conſti. tamen in propoſito clarum eſſe videtur quòd filia dotata extantibus maſculis excludatur, non ſolum ab hæreditate dotantis, ſed etiam ab hæreditate cuiuſcunque alterius, ad cuius ſucceſſionem de iure cõmuni vocaretur, uel ſaltem ab hæreditate patris, matris, & cuiuſcunque alterius aſcendentis, quia hoc caſu ſtatutum non loquitur ſimpliciter diſponẽdo quòd filia dotata excludatur, ſed exprimit ſpecialiter quòd ſiue dotetur ab ipſo teſtante de
b cuius hęreditate tractatur, ſiue ab alio, [b] quomodocunque, nihil ultra petere poſſit, vt patet in primo ſtatuto, in uer. & ſi quidem. & in ſecundo ſtatuto, in prin. & in uerſi. ſi uerò aliqua &c. in uerbo ab aliquo de prædictis. vnde non ſine cauſa Bal. in præal. l. 1. C. de legi. hær. dixit, ſi ſtatuto cauetur quòd frater excludat ſororem dotatam, ſi ſtatutum non diceret ultra, intelligeretur ab hæreditate dotantis tm̃ &c. & ſic ſentit Bal. ꝙ ubi ſtatutum ultra diſponeret, ꝙ tunc excluderetur ab hæreditate cuiuslibet ẽt dotantis, cui de iure cõi ſucceſſura eſſet, quia incertis, non certis locus eſt coniecturis. l. aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. & l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de uer. ob. & ſtatutum primum loquitur ẽt condito teſtõ. & ſic per illud tollitur dubium de quo ibi diſputant doc. ¶ Quartò di-
8 cta † Gentilis fuit dotata a fratre poſt mortem patris & auiæ paternæ: ſed ſtatutum tam primum quam ſecundum diſponunt ꝙ ſi filia fuerit dotata a fratre uel alio, prout ibi in ſtatuto, non poſſit ſuccedere ab inteſtato, nec contra teſtm̃ patris, matris, auiæ, uel alterius aſcendentis, ergo remanet excluſa Gentilis tam ab hæreditate quam a legitima & alia dote, tam in bonis patris quam in bonis auiæ paternæ, & maximè, quia illa uerba, ſi dotatæ fuerint, poſita in ſtatutis uidentur referri ad tempus futurum quandocunque fuerint dotatæ. l. Plociana, cum ibi no. ff. de iur. cod. l. uerbum erit. ff. de uer. ſign. no. in l. cùm tale. §. pe. ff. de cond. & demonſt. in gl. & in c. ut animarum, in gl. in uerbo, conceſſerit. de conſt. lib. 6. & licèt non interuenit conſenſus uel præſentia mulieris in conſtitutione uel traditione dictæ dotis datæ marito Gentilis, nihil referre uidetur, cauetur expreſsè in ſtatuto ſecundo, in uer. & in-
9 telligatur &c. ¶ Quintò † ad oſtendendum quòd Gentilis nullam aliam dotem petere poſſit in bonis & hæreditate patris uel auiæ adducitur, quia ſemel dotata eſt a fratre, ergo nõ uidetur poſſe dos reiterari, ſicut dicimus in alimentis, quæ non recipiunt reiterationem uno & eodem tempore, ut no. gl. in l. Domitius. §. 1. ff. de uſufr. & l. alimenta. §. Baſilicæ. ff. de ali. leg. & l. libertis, in prin. & in l. Stichus, in prin. eod. tit. hoc etiam colligitur ex mente ſtatuti ſecundi. in uer. & ſi mater. vbi ſtatutum ita demum uult poſſe agi cõtra hæredes matris ad dotandã filiam, ſi ex bonis patris uel aui dos conſtitui non poſſit. ¶ Sextò ad excluſionẽ Gentilis in bonis auiæ paternæ facit tertium ſtatutũ, quo cauetur, quod omnia bona mulieris intelligantur in dubio tradita in dotem uiro, & de iure cõi ẽt habetur in l. mulier bona, cum vulgarib. cõcor. ff. de iure do. & cauetur in eodẽ ſtatuto quod ſi ex muliere extarẽt liberi maſculi uel fœminæ ex prioribus matrimoniis & ex ultimo matrimonio nulli extent liberi, tunc maritus cõnumerata perſona cum liberis maſculis mulieris ſi extant, & ſi nõ extant cũ fœminis ex aliis matrimoniis uno uel pluribus, dotis uirilẽ portionem lucretur, nulla deducta legitima, per cuius legitimæ portionis deductionem ſeu detractionẽ dicta uirilis portio mariti non minuatur, prout latius in dicto ſtatuto. ¶ Septimò, quod ẽt nullam poſſit Gentilis petere legitimam

in bonis

in bonis paternis vel auiæ paternæ, comprobatur, quia cum
tam primum quam secũdum statutum expressè velint, ꝙ mu
lier dotata non possit aliquid petere in bonis patris, matris,
aui, & aliorum ascendentium, etiã ratione legitimæ, siue mu-
lier sit dotata à patre, auo vel proauo, matre vel fratre, vel pa-
10 truo &c. statutum † autem legitimam videtur ẽt in totũ tol-
lere posse, vt tenet Dyn. in regula, indultum, de reg. iur. in 6.
quia vnum ius ciuile aliud tollere potest. l. de quibus. ff. de le
gi. & l. non est nouum. eo. ti. & insti. de iure na. §. pe. sed quo-
ta debita filio taxata est à iure ciuili, nõ iure naturali, quo nil
proprium erat, cum iuregentium dñia fuerint distincta. l. ex
hoc iure. ff. de iusti. & iur. prima di. ius gentium. ergo illa ta-
xatio per ius ciuile, idest, municipale tolli potuit. ¶ Ad idem,
quia per petitionem hæreditatis inductam de iure ciuili ve-
niatur ad bona paterna. ff. de peti. hæ. l. 1. & 3. ergo ipsa per ci
uile ius inducta poterat iure ciuili seu municipali tolli. & su-
blata petitione quæ est medium, perueniri non poterit ad ex-
tremum, sicut sublata querela per quam peruenitur ad hære
ditatis petitionem & ipsa petitio sublata videtur. C. de inoffi.
test. l. scimus. §. 1. ita tenebat Dyn. in preal. c. indultum, respõ
dens ad iura dicentia, ꝙ legitima est de iure naturali, quod di
cunt exponi, idest iure ciuili inducto naturali coniunctione
suadente, vt aliàs exponitur. ff. de verbo. sig. in l. pronunciatio.
§. familiæ. Et idem videtur velle Cy. in l. sancimus. C. de nup.
quia si statutum potest diminuere legitimam, vt videtur pro
bari in c. Ray. de test. & patet quia legitima fuit per ius ciuile
mutata, modò fuit quarta, modo tertia. vt l. cum quæritur, &
in auth. nouissima. C. de inoffi. test. & l. Papi. §. quarta. ff. eod.
tit. ¶ Et ꝙ possit mutari, videtur probari. l. maximum vitium.
in verb. cum enim per contra tabulas. C. de lib. præte. & in l.
Longobar. li. 2. in tit. de succes. in l. si pater filiam. facit. c. quã-
uis. de pact. in 6. ergo pari ratione debet posse in totum tolli,
quia illud ius quod est de parte quò ad partem, debet esse de
toto quò ad totum. l. quæ de tota. ff. de rei ven. ¶ Ad idem tex.
in auth. de hær. & fal. §. 1. & §. si quis autem. vbi dicitur quod
lex imponit necessitatem parentibus vt filiis legitimam relin
quant, ergo legitima de iure ciuili debita est, & per consequẽs
debet posse eodem vel alio iure ciuili tolli. Item à iure ciui-
li legitima nomen sumpsit. & quota fuerit, ius ciuile indu-
xit, ergo nomine, origine, quotitate, & entitate de iure ci-
uili dicenda est, vt in dicta authenti. nouissima, & in cor-
pore vnde sumitur. Item ius ciuile olim ex infinitis cau-
sis liberos legitima excludebat, & hodie ex paucioribus. in au-
then. vt cum de ap. cogn. §. causas. & sic habemus quod ius ci
uile quandoque eam tollit in totum ex causa, ita etiam debet
tollere posse hoc statutum, vt transeat ad masculos, per quos
cõseruatur agnatio & familia, in quo versatur fauor reipubli-
cæ. l. 1. §. si seruus. ff. de ven. insp. & dixi suprà in prin. ¶ Item
11 non iure † naturæ, sed solo iure ciuili inuentum reperitur
c remedium contra testamentum patris prætereuntis vel inde
bitè exhæredantis filium, nam ius dicendi nullum ratione p̃-
teritionis datur solum existenti in potestate. ff. de lib. & po-
sthu. l. si filius qui in potestate. & ff. de iniu. test. l. 1. & patria
potestas sit solum iure ciuili inuenta. l. item in potestate. ff. de
his qui sunt sui vel alie. iur. l. 1. §. 1. ff. de rei ven. & inst. de pa.
pote. ver. ius autem. igitur apparet quod ius dicendi nullum
ratione præteritionis non erat ante ius ciuile. Item cũ exhæ-
redatus rite ad successionem patris venire non possit nisi p
querelam. ff. de contratab. l. post mortem. §. exhæredati. & l.
12 non putauit. in prin. ff. de bo. poss. contra tab. querela † autẽ
inofficiosi est de iure ciuili, vt l. filio. §. fi. & ibi glo. ff. de inof-
fic. test. & in l. ex duobus. §. fin. aliàs est l. & si contra tab. & ibi
glo. ff. de vul. & pup. nec apparet ꝙ ante ius ciuile esset via ali
qua rumpendi dispositionem testatoris defuncti, & similiter
via petendi supplementum legitimæ est a iure ciuili inducta.
l. omnimodò. C. de inoffi. testa. ante ergo ius ciuile licebat cui
libet Romano de bonis suis pro libito disponere, & ita in pri
mo capite legis Falcidiæ cõtinebantur. ff. ad le. Fal. l. 1. in prin.
& nihil est quod magis naturali æquitati conueniat quã quẽ-
cunque posse libere rem suam in alium transferre. inst. de re-
rum diuisi. §. per traditionem. ff. si quis à par. fue. manu. l. nõ
vsque adeò. & C. de Sacrosan. Eccles. l. 1. si igitur prædicta oĩa
iura legitimam aduocantia de iure ciuili sunt, ergo alio iure
tolli possunt. c. 1. de consti. in 6. insti. de legi. agna. tute. in fin.

cum concor. supra alle. ¶ Et quod sicut potest legitima minui
ita possit tolli, probatur in l. Papi. §. quarta. ff. de inoff. test. vbi
si pater habeat totum vel quasi totum suum patrimoniũ in
seruis, potest diminuere legitimam filii, & etiam in totum au
ferre dando libertatem in testamento omnib. seruis suis. si po-
test testator, ergo & lex. in auth. de nup. §. disponat. Item ius
ciuile auferebat ius succedendi filiis emancipatis. insti. de he-
re. q̃ ab intes. §. emancipati. & l. 1. ff. de coniugen. cũ eman. li.
¶ Præterea si forma legitimæ est inducta à iure ciuili, dato ꝙ
materia esset inducta de iure naturali: tñ magis præponderat
forma quàm materia. l. an inutilis. in prin. & ibi no. ff. de acce-
pti. & in l. si vnus. §. si acceptilatio. ff. de pact. ¶ Ad idem quia
permittit lex testatorem militem posse indistinctè filium ex-
hæredare & priuare legitima. l. testamentũ. & l. fi. C. de inof.
testa. Similiter permittit lex patrem posse præterire & priua-
re filiũ naturalẽ tm̃ omni iure successionis, ẽt in totũ eũ exclu-
13 dendo. ¶ Vnde dixit † gl. reputata sing. in l. 1. in prin. ff. de bo.
pos. cõtrata. ꝙ licèt filius naturalis qñq; admittat secundũ vo-
luntatẽ defuncti, tñ cõtra eius voluntatẽ nunq̃ admittitur, vt
ẽt ibi firmat Bar. & illam gl. pro singulari commendat Bal. in
l. 1. C. quorum bo. pro qua est tex. in l fi. C. de na. li. in verbo,
necessitas. & in verbo, volũtate. & ibi ad hoc põderat illũ tex.
Bal. dicens quod filio vel nepoti naturali nulla debetur legi-
tima, adeò quod pater ad aliquid relinquendũ teneatur. & il-
lũ tex. ẽt ad hoc allegat Ang. in auth. qui. mod. na. eff. sui. §. fi.
¶ Et similiter excluduntur spurij in authẽ. ex complexu. & in
corpore. C. de inces. nup. ergo ẽt potuit lex legitimum filium
excludere. nam si contrariũ diceretur, non posset alia rõne di
ci, nisi quia legitima est de iure naturali. l. cum rõ. ff. de bo dã.
14 & infra dicam. † rõni naturali lex ciuilis derogare non põt. l.
eas causas. ff. de cap. di. insti. de legi. agna. tu. in fi. & institu. de
iu. na. §. sed naturalia. sed hæc ratio in naturalibus uel spurijs
non põt sibi locum vendicare, quia iure naturali omnes libe-
ri & legitimi nascebãtur. in auth. qui. mo. na. effi. leg. §. liceat.
& in auth. qui. mo. na. eff. sui. §. illud videmus. ad prędicta fa
cit tex. in auth. qui. mo. na. eff. sui. §. si quis igitur habẽs filios.
vbi etiam ab intestato excluduntur filij naturales extantibus
legitimis. ¶ Fortificatur, quia si olim licebat patri filium im-
pune occidere. l. in suis. ff. de libe. & posth. l. fi. C. de patr. pot.
quantò magis debuit per legem posse induci quod possit pa-
ter filium priuare hæreditate & legitima, postquã poterat in-
ducere ꝙ eum uita priuare posset, quod est magis. auth. mul-
tò magis. C. de sac. san. ec. & expressius in d. l. in suis. in fi. ¶ Itẽ
15 quod † potest fieri per pactũ, debet fieri per statutum, ut no.
gl. in rub. C. de decre. decur. lib. 10. & l. non impossibile. ff. de
pac. l. fi. C. de fideiuss. sed per pactum potest quis renunciare
legitimæ sibi debitæ. l. si quando. §. fi. C. de inoff. test. c. quam-
uis. de pac. in 6. l. 1. & per totum. C. de repu. hære. facit quod
no. Cy. in l. hæres. C. de impu. & alijs sub. & Bar. in l. qui po-
terat. cum concor. ff. ad Treb. ergo debet posse fieri per statu-
16 tum. ¶ Item uidemus ꝙ † per statutum ex causa põt auferri do
minium rei priuatę. l. Lucius. ff. de euict. l. venditor. §. si con-
stat. ff. commu. pręd. l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vend.
no. Inn. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. & Bart. in procem.
ff. & in l. fi. C. si contra ius. & in l. Antiochẽsium. ff. de priuil.
cred. & in l. toties. ff. de pollici. quantò magis debet posse lex
inducere quod dicta auia paterna possit in testamento priua-
re neptem legitima, quæ nondum est acquisita. l. 1. §. si quis
impuberi. ff. de coll. bo. & l. si quando. §. 1. C. de inoff. testa. &
quod transeat in masculos per quos conseruatur familia &
agnatio. ¶ Confirmatur † per id quod habetur in c licèt, in fi.
17 de voto. & 7. q. 1. quam periculosum. vbi valet cõsuetudo qđ
primogenitus succedat, & no. Bal. in c. mulier. si de feu. fuer.
cõtrouer. inter do. & agn. & l. cunctos pop. C. de sum. Tri. in
ver. deinde quæro circa statuta permissiua. item legitima non
fuit introducta iure naturali primæuo, quia tunc oĩa erant
cõia. j. di. ius natur. no. insti. de rer. di. in prin. in verbo, natu-
rali rõne. ergo inducta est aut iure gentiũ, quod ẽt appellatur
naturale. insti. de rer. di. in prin. & in §. singulorũ. aut est indu
cta de iure ciuili: ergo debet posse tolli per statutum, p quod
ẽt tollitur id quod est de iure gentiũ, vt dñium. l. ex hoc iure.
de iusti. & iu. iuncta. d. l. venditor. §. si constat. cum si. & etiam
tollitur id quod est de iure ciuili. l. oẽs popu. ff. de iusti. & iu.
l. eas causas. ff. de c. di. pro ista opi. ẽt bene facit. l. si qs in suo.

§.legis.C.de inoffi.teſt.& in hanc ſnīam inclinant pleriq; ſcri
bentes per aliquas ex rationibus ſuperius allegatis. ¶Sed præ
miſſis non obſtantibus contrariam ſnīam de iure veriorem & 
æquiorē puto,& licet ſolutis contrariis ſuperius adductis re
maneat clara concluſio in fauorem dictæ Gentilis, tñ adhuc
ſpecialius pro fundamento iurium ipſius Gentilis aliud plu-
rimum conferre & iuuare videtur.nam præſuppono qđ Tha
dæus frater Gentilis dando pro dote eiuſdē Gentilis dictam
petiam terræ æſtimatam ad eū ſpectantem tanq̃ hæredem di-
ctæ auiæ, videtur in dubio de ſuo dotaſſe, non aūt pro eo ad
quod eſſet obligatus tanquam hæres patris vel auiæ,hoc clarè
cautum eſt in ſecundo ſtatuto in fine.& ſic nō oportet recur-
rere ad ea quæ leguntur & notantur per gl.& doc.in l. fin. C.
de do.promiſ.& in l.Neſennius. ff.de nego.geſt.& in l. pr̄. §.
naturalis.ff.de le.3.& præſertim, quia tempore quo dicta pe-
tia terræ fuit data in dotem p Thadæum, dicebatur eſſe Tha-
dæi hæredis, cùm iam eſſet adita hæreditas auiæ, non autem
dicebatur amplius hæreditaria, vt no.gl.in l.1.§.veteres.ff.de
acq.poſ.& in l.hæres per ſeruū.ff.de acq.hær. & in l.per hære
18 ditarium.ff.de acq.re.do. ¶ Hoc præſuppoſito dico † ꝙ Gen
tilis petere pōt ſe dotari ſecundum formam ſtatuti ſecundi,
qđ oſtendo,nam dictum ſecundum ſtatutum duo hēt princi-
palia capita.Primum eſt qñ filia eſſet dotata.Secundum verò,
qñ non eſſet dotata.Primum caput excludens filiam dotatam
non vendicat ſibi locum in propoſito, quia intelligitur qñ fi-
d lia fuit dotata tempore mortis [d] patris vel ante ita pręcisè de-
cidit Bar.conſi.31.inci. Quidā deceſſit inteſtatus ſuperſtitib.
dicens quod in ſuis hæredibus in ſucceſſione ab inteſtato in-
ſpicimus tempus mortis, & caſus poſtea ſuperueniens non re
pellit ſuum hęredē à ſucceſſione. l.ſi alienum. §. in extraneis.
ff.de hær.inſt.& inſt.de hæ.quali.& diff.§.in extraneis. & qđ
vtrobique no. ſed filia tempore mortis patris non eſt dotata:
ergo nil impedit quominùs ſuccederet.& licet poſteà dotare
tur,ei non noceret,quia ſtatutum diſponens qđ mulier dota-
ta non ſuccedat vel ad hæreditatē patris redire non poſſit, de
bet intelligi de ea quæ reperietur dotata tpe mortis patris de
cuius hæreditate agitur,ita reſidet Bar. in præallegato conſi.
¶Idē fuit de mente Bart.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.
de cond.& demon.in ver.quæro ſtatutum eſt &c.vbi dixit qđ
dictum ſtatutum debet intelligi de filia, in qua pater exercuit
19 actum dotandi per iura ibi allegata per eum. ¶†Idem voluit
Bal.in l.ſi plures. in ver.iuxta prædicta formatur talis qō &c.
C.de cond.inſ.vbi quærit, ſtatuto cauetur ꝙ filia dotata à pa-
tre non ſuccedat. modo Titius deceſſit ab inteſtato relicta po
ſthuma in vtero,& ſic eam dotare non potuit, ea nata fratres
volunt eam dotare & excludere ab hæreditate paterna.arguit
pro & contra,& finaliter decidit ꝙ iſtę eſt caſus omiſſus à ſta-
tuto,& ſic ſecundum eū relinquitur iuri cōi.l.ſi cum dotem,
in prin.ff.ſol.matr.& l.commodiſſimè.ff.de lib.& poſthu.l.ſi
extraneus.ff.de condi.ob cau.& idem tenuit Pet. de Anch.in
repe.c.canonum ſtatuta.de conſti.in verſi.pone ſtatuto cauet
quod filia dotata.faciunt no.per Bal.in l.non ſine.C.de bo.q̃
lib.& in l.fi.C.de ſponſ.& ſpecificè firmat Pau.de Caſt.li.2 cō
ſil.6.incip. Super eo de quo quęritur clara & indubitata &c.
¶ Secundum principale caput dicti ſecundi ſtatuti poſitū in
ver.ſi verò aliqua prędictarum &c. non videtur obſtare,quin
debeat Gētilis dotari in bonis patris, quia tale ſtatutū loquēs
de ea quæ nō fuerit dotata, intelligitur de ea quæ non fuerit
dotata tempore mortis patris, de cuius hęreditate tractatur.
quod oſtenditur,nā mortuo patre ſuperſtite filio maſculo &
filia fœmina non dotata,incontinenti fuit ex diſpoſitione di-
cti ſtatuti acquiſitum filiæ ius in bonis patris pro dote, licet
executio ſit per ſtatutū dilata in tēpus nubilis ætatis.hoc col-
ligitur ex dicto ſtatuto ſecundo in verſi.filia verò &c.vbi dici
tur ꝙ bona defuncti vel per eum poſſeſſa tempore mortis pro
dicta dote conſtituenda & danda ex die mortis illius, intelli-
gantur eſſe obligata ſpecialiter & expreſsè eidē filię vel eius,
20 hæredi &c. hypotheca † aūt non poteſt eſſe à principio ſine
principali obligatione.l.fideiuſſor obligari,in prin.& ibi doc.
ff.de fideicommiſ.& ibi per Bar.& l.cū principalis. ff. de reg.
iur. & pp hoc ēt ſtatutum voluit ꝙ tale ius mulier decedens
21 tranſmittat ad hæredes.¶Et quod dato † ꝙ executio ſit à ſta-
tuto dilata in tempus nubilis ętatis, nihilominus ante nubilē
ætatem competat ius mulieri,conſuluit Ange. in conſil. 299.
incip. Conſultatio hæc &c. bene facit.l.ex his verbis,cum ibi
22 nota. C.quando dies leg.ce. ¶Fortificatur per ea † quæ dixit
Pe.& Bal.in l.ſi cui legetur. in prin.ff.de leg.1.vbi dixit ꝙ ad
cognoſcendum an tempus incertum ſit adiectum ad obliga-
tionem,& ſic faciat ipſam conditionalem,an verò ſit adiectū
ad executionem, & ſic faciat ipſam obligationem puram, eſt
aduertendum, quia aut apponitur tempus in vna & eadē ora
tione, & tunc videtur appoſitum ſubſtantiæ ſeu obligationi,
aut in ſequenti ſeparata oratione, & tunc videtur adiectū exe
cutioni,per l.quidam teſtamento.in prin. ff.de leg.1.& l.Lu-
cius.ff.de alim.& cib.leg.& no.etiam Bal.poſt But. in pręal.
l.ex his.Sed ita eſt quod poſt diſpoſitionem perfectam in ver
ſic.ſi verò aliqua,in dicto ſtatuto ſecundo, poſtea in ſeparata
oratione,in ver.& ad prædictam dotem &c. apponitur tēpus
nubilis ætatis,ergo ſequitur ꝙ ſolum quò ad executionē fuit
adiectum tempus nubilis ætatis.hoc ēt patet ex illo verbo, cō
pellantur,quod executionem denotat.l.nam ꝙ §.ſi quis com
pulſus.& §.non aūt.ff.ad Treb.debet ergo intelligi dicta ſecū-
da pars ſtatuti poſita in verſi.ſi verò aliqua &c.qñ filia nō eſ-
ſet tempore mortis patris dotata, quia tunc debet de bonis
eius dotari,vt ſic iſte verſi.ſi verò, aduerſetur primæ parti ſta-
tuti,quia intelligitur de filia quę eſſet dotata tempore mortis
23 vt probaui.& hoc † denotat illa dictio,ſi verò, quæ de ſui na
tura eſt aduerſatiua.l.ſi quis emptionis.§.1.C.de præſcri.30.
anno.c.cum appellationibus friuolis.ver.ſi verò.de app. li.6.
¶Fortificatur,quia ſi ſtatutum in dicto ver.ſi verò aliqua &c.
intelligeretur de ea quæ nunquam dotata fuerit ab aliquo tā
tempore mortis quam poſt, ſequeretur quod ſi filia tempore
mortis patris inteſtati non eſſet dotata, dotaretur poſtea à fra
tre ſimpliciter,qui ad hoc tenetur ex forma dicti ſecundi ſta-
tuti, ꝙ perinde per talem ſimplicem dotationem à fratre fa-
ctam excluderetur ſoror à dote conſequenda in bonis patris
ac ſi frater ſpecialiter & expreſsè dotaſſet tanquā hæres patris
& debitor ſororis,quod eſt contra diſpoſitionem eiuſdem ſta
tuti in fine,dicentis,quod frater etiam ſi ſit debitor mulieris,
dotando ſororem intelligatur dotaſſe ſororem de ſuo ꝓprio,
non autem tanquam debitor.præſertim, quia hæc cauētur in
vno & eodem ſtatuto, & ſic veriſimile eſt ſtatuentes cogitaſſe
in fine dicti ſtatuti etiam de caſu expreſſo in ſuperiori parte
ſtatuti, ſcilicet quando frater eſſet debitor ſororis ex eo quia
frater eſſet hæres patris ab inteſtato, & ſic eſſet obligatus ad
24 dotem ſororis,quia † quale eſt principium legis vel ſtatuti,
tale iudicatur eſſe finis legis vel ſtatuti, l. regula. §. penul. ff.
de iuris & fac. igno.quam. l.ita allegat Oldra. in conſil. 104.
inci. Q. talis eſt,an capitulum &c. nam præcedentia trahūtur
ad ſequentia,& contra l.qui filiabus,in prin.l.talis ſcriptura.
l.ſi ſeruus plurium.in fi.ff.de lega.1.l.fin.ff.de hære.inſti.l.itē
quia.ff.de pact.l.Titia.§.item reſpōdit. ff.de verb.ob.l.ſi quis
ex argentariis.§.ſi initium.ff.de eden. ¶Confirmo, quia ſi in-
continenti mortuo patre filiæ non dotatæ non fuit acquiſitū
ius pro dote in bonis patris, vt colligitur ex dicto ſecundo ſta
tuto, in verſic. & bona defuncti vel per eum poſſeſſi tempore
mortis pro dicta dote ſint obligata ex tempore mortis &c. &
probaui ſupra,ergo dictum ius nō potuit abſque pacto & cō-
ſenſu dictæ Gentilis ſibi auferri per fratrem ſimpliciter dan-
tem dotem marito dictæ Gentilis, quia ius noſtrum non pōt
ſine facto noſtro à nobis euelli,vt in regula iuris,id quod no-
ſtrum. & in l.in re mandata.cum vulgarib.C.man.item poſi-
to quod à principio tempore mortis patris non acquireretur
ius pro dote ipſi filiæ in bonis patris, ſaltem non poteſt nega-
ri quod quamprimum Gentilis fuit nubilis ætatis & voluit
nubere,competiit ei ius in bonis patris pro dote, quam pote-
rat petere ſibi conſtitui ſecundum formam dicti ſecundi ſta-
tuti in verſic.ſi verò aliqua.& in ver.& ad prædictam.ergo ta
li iure non potuit per fratrem priuari ſine conſenſu ipſius Gē
tilis.d.l.id quod noſtrum.aliàs ſequeretur, ꝙ ſemper eſſet in
poteſtate fratris, vel alterius ſucceſſuri ab inteſtato patri mu-
lieris indotatæ, excludere eam à iure conſequendi dotē in bo
nis patris iam mortui, dando aliquid futuro marito dictæ
mulieris pro dote eius,etiam ſi illud ſimpliciter detur, quod
25 eſſet abſurdum, ſtatuta † autem ita interpretanda & intelli-
e genda ſunt,ne contineant abſurdum vel iniquum, [e] ita dixit
Bart.in l. omnes populi. in 6.q.principali.verſic.pono aliud
ſtatuto continet &c.allegat.l.in ambigua.ff.de legi.& Bart.in
l.non

l.non dubium.C.de legi.ubi ad idem allegat.l.scire oportet.
§.aliud.ff.de excusa.tu.& Ang.no.in consi.116.inc. Viso pun
cto prædicto sine dubio.& no.cano.in c. cum dilectus.de cõ-
sue.ideo dicit Bald.in l.quicunque.C.de seruis fug. ꝙ statuta
non sunt Iudaicè intelligenda, ubi ad hoc allegat gl. in l.dã.
§.si is qui.ff.de dam.infe.in gl.quæ incipit, quidam Iudaicè.
Item semper statutum recipit interpretationẽ, ne incidat sta-
tuens contrarietatem in eodem statuto,ut dixit Cy. & expres-
sius Bal.in l.fi.C.per quas perso.no.acqui.ar.l. nõ ad ea. ff.de
condi.& demon.& in auth.quib.mo.nat.effi.sui.§.1.& facit
quod no.Bar.in l.1.§.parui.ff.quod ui aut clam.& in d.l.om
nes populi.in fi.3.qõnis principalis. sed si intelligeremus qđ
dictum statutum vellet ꝙ frater dotans post mortẽ patris so-
rorem indotatam simpliciter intelligeretur eam excludere in
totum a bonis paternis, contradiceret ei quod cauetur eodẽ
statuto in fine, vbi statutum uult ꝙ frater simpliciter dotans
sororem, etiam si sit debitor sororis, intelligatur dotasse de
suo,& non animo compensandi, & per consequens ꝙ uidea-
tur donasse.l.1.§.accedit.C.de rei uxo.act.& l.ex morte.in fi.
C.de pac. conuen.sed si per dictam dotis dationẽ à fratre sim
pliciter factam excluderetur mulier a iure consequendi dotẽ
in bonis patris, nihil censeretur habere in effectu de propriis
bonis fratris nec ex donatione a fratre, ergo hic intellectus re
linquendus est uelut dispositioni statuti contrarius & absur-
dus,& maximè cum nullus interuenerit mulieris consensus.
¶Nec prædictis refragatur, quod Gentilis iam sit dotata, &
26 quod dotatio non recipiat reiterationem, ut in quarto argu-
mento partis contrariæ dictum est,† quia respondeo, ꝙ illud
quod dandum erit dominæ Gentili de bonis patris cedet lo
co augmenti dotis, ut dixit Barto.in l.Lucius Titius. in fin.ff.
de le.2.ubi dixit quod si testator legauit ducentum filiæ pro
dote eius cum nupserit, demum pater in vita maritauit filiã
cui in dotem dedit centum duntaxat, quærit an mortuo testa
tore filia possit residuum petere? & decidit quod sic, quia li-
cèt pater uiuens dederit filiæ centum pro dote, non per hoc
est finita causa legati, quia dos etiam constante matrimonio
potest augeri.l.pen.& auth.sed iam necesse. C. de dona. ante
nupt.& in terminis nostris in statuto faciente mentionem de
filia dotata, decidit hoc Pau.de Ca.li.2.consi.7.inci. Super
primo dubio seu quæsito videtur dicendum quod dicta Lu-
chisina &c. ubi tenet ꝙ licet fuerit filia dotata a matre pote-
27 rit petere dotari in bonis alterius, de cuius successione tracta
batur.¶Non refrico in dubium,† an Gentilis posset per aliã
f viam petere dotem in bonis patris, ut quia diceret & proba-
ret se non fuisse congruè [f] dotatam inspectis facultatibus bo
norum patris, quia certum est quod sic, ut egregiè decidit Bal.
in terminis huius statuti, in l.fin.C.de do.promiss. in ver.sed
pone ꝙ ista filia.allegat ꝙ statutum faciens mentionem de fi-
lia dotata ꝙ debeat esse contenta, debet intelligi de dote arbi
trio boni uiri.l.filiæ.ff.de leg.3.l.1.ff.de leg.2.l.si cum ea. C.
de do.promis.& consuluit Pau.de Cast.in consi. 108. Super
7.dubio¶Vltra dotem in bonis paternis, uidetur quod etiam
possit legitimam petere in bonis auiæ, non obstante quod eã
præterierit in testamento paterno,& non obstante dicto pri-
mo statuto, ac etiam non obstante ꝙ dotem habitura sit de bo
nis patris ultra dotem a fratre traditam. moueor principali-
28 ter, quia † statutum in casu nostro auferret descendentibus
auiæ legitimam in totum, quod quidem in casu proposito
g per statutum fieri non potest. [g] hoc primò tenuit Rich. Ma-
lum.in disputatione sua quam refert Alb.de Rosa. in 2.parte
statutorum.in q.104.& seq.& Cyn. in l.sancimus. C.de nup.
quia talis portio est debita de iure naturæ.in authẽ. de tri.&
semis.§.hæc nos.ibi,& natura primò curata &c. & l. scripto.
ff.vnde li.in aut.de hæ.& fal.§.primum.l.cum ratio.in prin.
ff.de bo.dam.l.nam & si parentibus.in prin.ff.de inoffi.testa.
1.di.ius naturale.ubi hoc est expressum.& ibi glo. sed ea quæ
sunt de iure naturali inducta, immutabilia sunt l. eas. ff. de
cap.di.l.ius agnationis.ff.de pact.inst. de iure natu. §.sed na-
turalia.& inst.de legi.agn.tu.in fi.& 1.di.in prin.facit l.abdi-
catio.C.de patr.pot.& l.si quis a liberis.§.1.ff.de lib.agn.per
hoc autem adducit, quia per hanc datam portionem natura
quæ vertitur inter patrem & filium excusatur a uerecundia,
quàm pater incurreret filio nihil dando. insti. de inofficioso
testamento. §.tam autem. Idem tenuit Iac. de Bel.in authen.
de hær.& fal.in fine principii, ubi dixit quod statutum non
potest in totum auferre legitimam, quia educationis loco suc
cedit,& alimentorum iure debetur, vt de se patet, sed si aufer
retur in totum, per consequens educatio & alimentorum p̃-
statio auferretur, quod esset contra charitatem & bonos mo
res, & ideo non seruandum.allega.4.dist.c.erit autem. ¶Idẽ
29 tenuerunt † domini de Rota in decisionibus suis nouis in
conclu.18.in ordine meo incip. Item fuit dubitatum, & in
relationibus positum &c.ubi quærunt, an ualeat consuetudo
quia introductum est, ꝙ uxor marito habenti mobilia & im-
mobilia succedat in bonis mobilibus,& in debitis & creditis
etiam extantibus liberis,& concludunt quod sic, quia per ta-
lem consuetudinem legitima diminuitur, non autem in totũ
tollitur.allegant tex.in d.c.Ray.iunctis his quæ ibi notantur
per Abbatem antiquum. ubi autem per consuetudinem uel
statutum in totum tolleretur, dicunt consuetudinem uel sta-
tutum non tenere, quia esset contra rationem naturalem, ut
in iuribus. suprà, alle.cuius iuris ratio ponitur in l. in suis. ff.
de li.& posth.& in l.cũ miles.ff.quib. ex cau. ma. quid enim
legalius est quàm proprium filium ad paternam successionẽ
admittere, in auth.qui.mo.na.effi.sui.§.ergo sciendum. fa-
cit etiam secundum eos.17.q.ulti.c.fi.& c.quintauallis, de iu
reiu.& id quod not.in l.si quis ad declinandam. de episco.&
cler.ergo non ualet consuetudo contraria.l.2. C. quæ sit lon-
ga consue & c.fin.de consue. fallit secundum eos ex causa ex
qua potest fieri exhæredatio, in auth.ut cũ de ap.cog.§.aliud.
& §.causas.& not. in d.c.quintauallis. tunc enim cessat ratio
naturalis propter rationem naturalem contrariam fortiorẽ,
quæ habet quod delicta non remaneant impunita. l. ita uul-
neratus.ad le.Aqui.quinimò dicunt domini de Rota in loco
præallegato, ꝙ licet statutum possit diminuere legitimam; tñ
illud debet intelligi uerum, dummodò diminutio non fit ita
nobilis, quod censeatur esse peremptio, uel nimis enormis,
quia tunc esset irrationabilis, per prædicta.& extra de deci.c.
suggestum.& cum ista opi.transit Anto. de Bu.in d.c.Ray.li-
cet non multum fideliter referat ibi dictam decisionem dño
rum de Rota. ¶ In hanc partem etiam inclinat Bal.in authẽ.
nunc autem.per illum tex.in fi.C.de episc.& cler. idem uide-
tur uelle rectè intuenti Bal.in l.cum lege.C.de epis. & cleric.
ubi concludit, quod subsistente aliqua ratione uel causa ta-
le statutum ualere potest, puta ratione ingratitudinis ueræ,
uel præsumptæ, uel ratione agnationis conseruandæ, sed ubi
statutum caret ratione, tunc tenet, ꝙ statutum non ualeat,
30 † ut si statutum diceret quod primogenitus succedat in totũ,
h nam quò ad legitimam non ualet. [h] allegat quia meta legiti-
mæ est de iure ciuili, ideo potest augeri uel minui, sed mate-
ria legitimæ & alimentorum est de iure naturali, ideo nõ po
test in totum tolli, sed distingui.allegat in fi. no.in l.fi.C.si cõ-
tra ius. sed in proposito nulla subest causa uel ratio propter
quam neptis excludatur à legitima in bonis auiæ paternæ,
nam non subest ratio conseruandæ agnationis & familiæ,
31 quia † fœmina non habet descendentes qui dicãtur de agna-
tione sua, & sic non conseruat agnationem per descendentes
l.pronunciatio.in fi.& l.seq.§.1.& utrobique no. ff.de uerb.
sig.& ff.vnde cogn.l.si spurius.insti.de succes.cogna.§ uulgo.
¶Idem sentit Bal.in l.fi.§.si nantem æs alienum. super uer. si-
32 nautem legata. † C.de bo.quæ li.vbi dixit Bal.not.quod ali-
menta debentur filio de iure naturæ causali & formali, quia
debentur quantum sufficit ad uiuere, sed legitima est de iure
causali, non formali, quia potest per statutum augeri & mi-
nui, non autem potest intantùm tolli quod filius non habeat
unde se alat, ut hic, ita residet Bald. qui videtur per hoc uel-
le, quod in totum tolli non possit,& similiter Ang.in l.1.§.ius
naturale.in fi.ff.de iust.& iur.arguit per illum tex. ꝙ non ua-
let statutum auferens legitimam, quæ succedit in locum edu-
cationis, quæ est de iure naturali, ut ibi Bald.etiam in l.sanci-
mus.C. de nup. approbat opinionem Richar. Malum. quòd
in totum tolli non possit, idem ibi tenet Sal. quia secundùm
eum esset talem statutum contra legem diuinam & contra cõ
silium Augusti.17.q.vlti.c.fi.ut no.in d.l.si quis ad declinan
dam.C.de ep.& cler.contra legem humanam, quæ sine legi-
tima causa non permittit filios à parentibus priuari. in auth.
non licet.& in corpore.C. de li.pręt. Idem tenuit & plenius
ipsemet Sal.in auth.nouissima.C.de inoffic.test.in pe. & ult.
q.&

q.& in l.scimus.C.de nup.& in consi.incip. Petrus habens fi
lium &c.ubi pro hoc allegat duo. Primum quia hæc legiti-
ma succedit loco alimentorum, ut probatur in auth.de trien.
& semis.§.prohibemus.sed educatio liberorum est de iure na
turali.l.1.§.ius naturale.ff.de iust.& iur. & d. c.ius naturale,
ergo tolli non potest, cum iura naturalia sint immutabilia, ut
dictum est.facit secundùm eum, quia alimenta filiis denega-
ri non debent.C.de pa.po.l.nec filium.& ff.de li.agn.l. si qui
a liberis.§.1.¶Secundò adducit, quia tex.in auth.de trien.&
semis.in prin.videtur habere clausulam derogatoriã ad quan
cunque consuetudinem & legem cuiuscunque inferioris, ex
quo ratio sic disponendi est uniformis ubique locorum, & sic
videtur quod leges municipales contrarium disponentes ua-
lere non dicunt.in aut.nauigia.C.de fur.& auth. omnes pere
grini.C.com.de suc.& no.Bar.in l.omnes populi. in 3.q.pri.
& uer.circa hoc dic &c.ubi pro hoc etiam allegat.l.eos.C.de
fur.& auth.cassa.de sacr.eccl.& quod tex.in d.auth.de trien.
& semis.uideatur habere clausulam derogatoriam, patet, qa
Imperator ibi dicit ꝙ malè fuit prouisum qnòd legitima es-
set quarta, licèt talis prouisio diutius fuisset obseruata, & ab il
la prouisione sic diuturnitate temporis roborata recedit, &
eam corrigit, & disponit quod sit triens uel semis secundum
numerum liberorum, & prohibet priorem prouisionem ser-
uari, vt ibi patet.& probatur etiam in ea auth. in §. prohibe-
mus, in prin.ex quo sequitur secundum Sali.ꝙ Imperator ibi
videtur prohibere populos subditos disponere in contrariũ.
& in simili allegat.l.3.§.diuus.ff.de sepul.vio.ubi lex corrigẽs
consuetudinem, seu quandam faciens obseruantiam corpo-
ra humana sepeliendi in ciuitatibus; videtur derogare omni
consuetudini in contrarium postea disponenti.facit, licèt nõ
33 alleget, quod † no.Pe.& Cy.in l.2.in 5.q.C.quæ sit longa cõ
sue.& Dy.& Bar.in l.si mihi.& tibi.§.fi.ff.de leg.1. & doct.in
cle.statutum.de elec.& An.de Bu.in c.fi.de consue. ubi tenẽt
ꝙ damnata consuetudine intelligatur damnata non solum
i præterita, sed etiam futura. i & finaliter concludit Sali. ꝙ sta
tutum ex causa possit minuere, sed in totum tollere non pu-
tat statutum posse, nisi de aliquo prouideatur per statutum
ꝙ loco legitimæ habeat succedere cum masculis. sicut uide-
mus in statutis disponentib. feminas non succedere cum ma
sculis & legitimã petere, sed prouident ꝙ dotentur arbitrio
propinquorum.nam illa dos succedit loco legitimæ licet di-
minutæ, sed si statutum non prouideret de aliquo, putat statu
tum non tenere tanquàm irrationabile contra omnem legẽ
tam naturæ quam diuinam, canonicam, & ciuilem. ¶Istã par-
tem etiam sequitur Io.de Imo.in l.Titio centum.§.Titio ge-
nero.ff.de cond.& demõ.ubi dixit, quod omnes doc. sunt in
concordia, ꝙ legitima possit per statutum minui, sed an pos-
sit tolli in totum, sunt opiniones. vnde concordando opinio-
nes, dicit quòd aut statutum tollit legitimam sine causa, & nõ
ualet, cum uideatur irrationabile contra rationem naturalẽ.
d.l.cum ratio.de esse autem legis est ꝙ sit rationabilis & ho-
nesta.4.dist.§.erit autem lex.& 1.dist.consuetudo. si uerò ex
aliqua causa rationabili priuat legitima; tunc videtur tenere
statutum; ut quando statutum dicit quòd extantib. masculis
filia femina non succedat, uel extantibus agnatis usque ad cer
tum gradum. & præcipuè quando subdit ꝙ debeat dotari, ui
detur tñ reseruatum ius alimentorum, cum illud non sit su-
blatum per statutum, & diuersum sit à iure successionis, ut pa
tet in auth.licèt.C.de na.li.& in c.cũ haberet, de eo qui du-
xit in matrimonium quam pollu. per adul. & consequentur
ius petendi se dotari, cum aliàs filia commodè & honestè ui-
uere non possit.facit quod habetur.in l.uerbo uictus. ff. de
uerb.sign.& in auth.si post.C.de inof.testam. & subdit ꝙ re-
putabat lex 12.tab.causam iustam, qñ mulier patiebatur se e-
mancipari, & sic poni extra familiam. in §.emancipati.inst.
de hær.quæ ab intest.& ita residet Imo.in præal. §. Titio.vn-
de cum in proposito non subsit ratio agnationis conseruan-
dæ, cum tractetur de successione auiæ, quæ non habet descen
dentes agnatos sed cognatos, ut dixi, igitur tale statutum non
tenet, secus si tractaretur de successione patris uel aui, quia
tunc illa ratio bene locum haberet.& ita intelliguntur uerba
Inno. per rationem prædictam.& quod statutum non possit
tollere in totum legitimam, tenent omnes ultramontani, ut
refert Abb.in 2.parte statutorum.in q.103.& seq.facit quod

34 no.idem Alb.in prima † parte statutorum.in q. 40 cũ duo-
bus sequentibus, ubi latè concludit non ualere statutum au-
ferens ius alimentorum per d.l.1.§.ius naturale. ff. de iust.&
iur.& l.iura sanguinis.ff.de reg.iur. ubi ius alimentorum cũ
sit de iure naturali tolli non potest.& no.hoc Spe. in tit. qui
fi.sint leg.in uersi.sed pone quidam.& ibi expresse Io. An.in
addi.& subdit etiam Alb.ibi in qõ.43. quod ius naturale vel
diuinum etiam in casu particulari tolli non potest in totum
nisi cum causa.allegat gl.no.& ibi doc.in c.à nobis. de deci.
& gl.in epistola inter claras.C.de sum.Trin in uerbo religio.
& in l.fi.si contra ius.& quæ no.Host. & Io.An. in c.fi.de cõ-
sue.¶Pro hac opi.etiam facit, quia si testatoris dispositio quę
uim legis habet in §.disponat, in auth.de nuptiis, non potest
auferre legitimam sine causa, ut in §.aliud.in auth. ut cum de
35 appella.cogno.ergo nec lex municipalis.¶Item † uidemus se-
cundum opinionem magis communem, quòd dominium rei
meæ per statutum sine causa auferri non potest. l.si priuatus.
ff.qui & a quib.l.toties.ff.de pollicita.not.Inn. & doc.in cap.
quæ in ecclesiarum, de consti.& Bar.in procemio ſtorum. &
Cy.in l.rescripta.C.de preci.Impe.offe.per no.in l.fi.C.si cõ-
tra ius.& in l.1.ff.de consti.prin.& no.Arch.in c. per princi-
palem.9.q.3.ex eo quia talia iura naturalia seu iurisgentium
quæ etiam naturalia dicuntur, tolli non possunt sine causa,
etiam in particulari casu.d.§.ope.inst. de iure natur. & quia
36 † lex uel statutum iniustum & sine causa iusta non ualet. l.3.
ff.de legi.& quòd ibi gl.in fi.& 4.dis.c.erit autem. & in pro-
posito no.Bar.in l.fi.C.si contra ius.¶Et si dicamus quòd ser-
uitus fuit inducta à iure, et tñ erat contra ius naturale, ergo
omnes liberi nascebantur. Respondetur quod hoc fuit cum
causa, quia causa inducendæ captiuitatis, vnde processit serui
tus, fuit inducta, ne aliàs daretur materia quòd capti in bel-
lo occiderentur.insti.de iure.perso.§.1.et notant doc. in præ
alleg.c.quæ in ecclesiarum.ergo non ualebit in proposito no
stro statutum quod est contra ius naturale.l.fi.C.de li.præ. et
aufert ius quod fuit inductum de iure naturali uel gentium.
d.l.cum ratio.& l.in suis & nulla subsit causa cum cesset in ꝓ
posito ratio agnationis conseruandæ, ut est probatum, imò
37 etiam fuit inductum de iure diuino, ꝙ descendentibus debe
retur successio, iuxta illud, si filius, ergo hæres. & in specie no
tat gl.7.q.1.quàm periculosum dum gl. dicit quod Iacob e-
mit id quod sibi diuinitus erat debitum, & ius diuinum non
possit in totum tolli, sed ex causa distingui.l. nam & magistra
tus.ff.de arbi.c.cum inferior.de maio.& ob.l.1.& 2.C.qñ li-
ce.se sine iud.uind.et maximè ubi non excluditur peccatum,
prout est quando aufertur ius alterius, ut declarat Bar. in l.
omnes populi, in 3.quæst.principali de iust.et iur. et doct.in
d.c.quæ in ecclesiarum, & in c.fina.de consuetu. prout in ꝓ
38 posito ubi aufertur ius descendentium. ¶Et ultra † legitimam
petere poterat etiam fructus legitimæ.in auth. de trien.& se-
miss.§.prohibemus.etiam si tales fructus essent bona fide cõ-
sumpti, ut egregiè decidit Bal.in l.non est.C. fami.erc. per il-
lum tex.in l.Papi.§.si cõditioni.uersi.unde si quis. C.de inof
fic.test.& maximè si dicta Gentilis erat minor, & sic ipso iu-
re aduersus eam commissa esset mora irregularis. l. Titia Se-
io.§.usuras.ff.de lega.2.l.in minorum.C.in quibus cau.in in
tegrum restitu.non est necess.¶Fructus autem dotis sibi debi
tæ in bonis patris a tempore quo nupsit petere.potest pro eo
tempore quo fuit minor ipsa Gentilis per dictum. §. usuras.
& etiam post, si hæres fuit interpellatus, & fuerit in mora.ita
in terminis concludit Ang.in consilio in ordine meo.104.in
cip.In Dei nomine, consultatio hæc &c. ¶Superest ad contra
ria respondere, ad quæ tamen ex prædictis colligitur respon
sio.non enim obstat & primum & secundum argumentum,
quia dato quòd statutum comprehenderet auiam paternam;
tamen non potest sibi auferre legitimam, ut probaui. & eodẽ
modo respondeo ad tertium argumentum. ¶Ad quartum ar
gumentum respondeo, quod dictum statutum debet intelli-
gi de ea quæ dotata erat tempore mortis illius, de cuius hære
ditate agitur, ut plenè probaui. suprà, sed Gentilis non erat
39 dotata tempore mortis patris; ergo &c. ¶Ad quintum † argu
mentum respondeo, quòd licet dos non reciperet reiteratio-
nem; tamen recepit argumentum ad quod aptatur casus no-
ster, ut no.Bar.in l.Lucius.ff.de lega.2.& plenius probaui.su-
prà. ¶Nec obstat quòd extante statuto si bona paterna suffi-
ciunt,

ciunt, non debet dotari de bonis patris uel auiæ, quia ut con
clusum est, non petetur dos in bonis auiæ, sed legitima. ¶Nõ
obstat sextum argumentum, quia respondeo quod illud ter-
tium statutum consideratur, quòd extantibus masculis & fe-
minis uniuersalis successio debebatur filiis masculis ex for.
ma præcedentis statuti, filiæ uerò feminæ debebatur interdũ
dos uei legitima, patet ex dictis statutis iunctis his quæ di-
cta sunt. vnde uoluit illud tertium statutum quòd maiorem
portionem haberet maritus ultimi matrimonii, quàm filię fe
minæ ex præcedentibus matrimoniis, adæquauit ergo mari-
tum filiis masculis plus habentibus, non autem per hoc uo-
luit statutum excludere in totum feminas, unde est casus o-
missus quò ad filias, ergo remanet in dispositione iuris com-
munis. ¶Præterea dato quòd illud statutum uellet successio-
nem spectare ad filios masculos, & ad maritum ultimi matri
monii tantum, tamen per hoc uideretur excludere filias uel
neptes à iure petendi legitimã, ut per plurimas rationes pul-
chrè concludit Sali. in auth. nouissima. C. de inoffi. test. in pe.
& ult. q. & in l. sancimus. C. de nup. & ita etiam ipse consuluit
in consilio incip. Petrus habuit filium nomine Franciscũ &c.
quod breuitatis causa omitto. hoc uidetur de mente eiusdem
40 statuti ibi dum dicit, nulla deducta legitima. ¶Non obstat † se
ptimum principale argumentum, quòd legitima tolli possit
ex eo quia non fuit inuenta iure naturali, quo nil proprium
erat, sed fuit inuenta a iure ciuili, quia respondeo quòd con-
trarium in proposito nostro est uerius. non obstat quòd fuit
inuenta iure ciuili, quia imò fuit inuenta iure naturali. i. gẽ-
tium. l. scripto. ff. vnde lib. cum concord. suprà, alleg. iuncto
eo quod habetur insti. de rerum di. in princ. cum glo. in ver-
bo, naturali ratione. & in §. singulorum. e. tit. & etiam fuit in-
uenta de iure diuino, ut probaui, quin ius tam diuinum quã
gentium sine causa tolli non possit ut apertius deductum est
41 superius. ¶Non obstat † quòd petitio hæreditatis & querela
sint remedia iuris ciuilis, quia ad hoc respondent domini de
Rota in conclu. 18. dicentes quòd licèt cessarent remedia iu-
ris ciuilis, tñ id quod dictat ratio naturalis esset executioni
demandandum. facit licet non allegent, id quod no. Innoc.
in c. quæ in ecclesiaruũ, de consti. & Cy. in l. rescripta. in 4. q.
C. de prec. Impe. off. ubi dicunt quòd licet Imperator aufer-
ret alicui actionem a iure ciuili inuentam; tamen sine actio-
ne posset experiri ex contractu iurisgẽtium, & remanebimus
in iure illo, in quo olim non erant actiones, sed omnia manu
militari expediebantur. l. 2. in prin. ff. de ori. iur. ¶Nõ ob. ꝙ le
gitima possit minui, cum meta legitimæ sit inducta de iure ci
uili, quia respondeo quòd si meta legitimæ est de iure ciuili
inducta, bene sequitur quòd illa meta possit ab alio tolli, sed
materia legitimæ fuit inducta de iure naturali, ideo non po-
test tolli in totum per statutum, ita inquit Bald. in l. cum le-
ge. in fi. C. de epis. & cle. & sic diuisa est ratio in parte & in to-
to. ita etiam respondent domini de Rota in conclu. proximè
allegata. Præterea uidemus quòd aliquando quid potest mi-
nui, quod non potest in totum tolli, ut no. glo. & doc. in l. 1.
ff. de consti. prin. & in l. fi. C. si contra ius. ¶Vnde in proposi-
42 to dicit Albe. in 2. † parte statutorum, in qõ. 104. & sequen-
ti ꝙ ius cathedraticum quod est ecclesiæ. c. conquærente. de
offi. ordi. tamen per consuetudinem diminuitur, licèt in to-
tum tolli non possit. alleg. c. tua. cum ibi no. per Inn. de dec. &
gl. & doc. in c. à nobis. eodem ti. ¶Non ob. tex. in authen. de
hær. & fal. §. 1. quia fateor quod a lege ciuili inductum est,
quòd partem limitatam & certam pater debeat filio relinque
re in testamento, & nemo negat ꝙ meta legitimæ est inducta
a iure ciuili, non autem ipsa legitima in substantia, ut dixi. itẽ
respondeo ꝙ tex. in §. primum. præallega. loquitur condito
testamento. fateor. n. ꝙ forma & solennitas testandi est indu-
cta de iure ciuili. l. lege obuenire. ff. de uerb. sign. inst. de testa.
in prin. no. gl. in l. 1. ff. de acqui. rerum do. l. testamenti factio.
ff. de testa. & no. docto. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. ¶Nõ
obstat ꝙ ex causa lex permittit filium exhæredari, quia respõ-
dent domini de Rota in loco supra allega. & eorum uerba re-
tuli suprà. ¶Præterea hic nulla subest rationabilis causa, ut est
dictum. Non ob. quod ius dicendi nullũ sit de iure ciuili &c.
quia in effectu responsum est supra secundùm dominos de
Rota, & secundùm Cyn. in l. rescripta. C. de preci. Impe. offe.
Non ob. ꝙ antea cuilibet ciui Romano licebat libere testari
& disponere ut patet ex primo capite legis Falcidiæ, quia re
spondeo quod illa libertas non intelligitur concessa in præiu
dicium iuris alterius, vnde uidetur quòd licèt milites habeãt
liberam potestatem testandi quomodo uelint. l. 1. ff. de testa.
mili. tamen non possunt præiudicare iuri alterius, l. cum fi-
lius. & l. miles ita. §. mulier. cum sequen. ff. de test. mili. & op-
timus tex. in l. si quando. in prin. C. de inoff. test. ¶Non obst. l.
Pap. §. 2. ff. de inoff. testa. quia potest responderi quod illud
ideo ibi est, quia suberat causa scilicet fauor publicus propter
libertates. interest enim reipublicæ ciuitatem liberis homi-
nibus esse repletam. l. si quis rogatus. in uerbo, publica res. C.
de fideicom. liber. ¶Item non obstat. §. emãcipati. quia respõ-
det Ioan. de Imo. in d. §. Titio genero. ꝙ lex reputabat causam
iustam quò ad priuandum filium legitima, si filius patiebatur
se emancipari, uel pro causa fit, quia in præmium legitimæ
uidebatur succedere ipsa emancipatio, quæ affert beneficium
filio qui efficitur sui iuris. l. cum oportet. §. cum autem. C. de
bo. quæ li. & l. 1. C. de off. præto. Non obstat id quod dicitur
per l. an inutilis. cum ibi not. ff. de accepti. quia illud posset
procedere, ubi forma & materia esset inducta eodem iure, sc-
cèt ciuili, & sic par esset potestas iuris ciuilis in tollendo vtrũ
que, sed ut dixi, materia & substantia legitimæ est de iure na-
turali, secus in forma uel meta. ¶Non obstat. l. testamentum
43 & l. fi. C. de inoff. testa. quia † licèt filius non possit per quere
lam impugnare testamentum militis, & sic sibi ablatum sit ri
medium iuris ciuilis; tamen non impeditur petere sibi iusti
tiam ministrari eo modo quo antequam essent introductæ a-
ctiones ministrabatur iustitia, & singulariter dicit Inno. in d.
c. quæ in ecclesiarum. & Cy. in d. l. rescripta facit auth. presby
teros. cum gl. C. de epis. & cler. & isto modo etiam posset re-
sponderi ad dictum. §. emancipati. & ad §. quarta. & hoc mo-
do etiam potest responderi ad id quod dicitur de filio natura
li uel spurio. uel etiam potest dici, ꝙ in naturali & spurio lex
habebat pro iusta causa exclusionis, ut daretur occasio seruan
dæ castitatis & causa frenandi uitii paterni, ut dicit tex. in l.
fi. C. de natura. lib. 32. q. 4. nemo. ¶Non obstat ꝙ patri licebat
filium occidere, ergo multò magis priuare hæreditate, quia
ultra responsiones suprà datas, dico quòd illud debet intelli-
gi cum causa, quia de iure diuino homicidium erat prohibi-
tum, ut in illo præcepto, non occides, ergo per ius positiuum
non potest sine causa tolli, ut plenè dixi suprà. ¶Non obstat
44 ꝙ per pactum † potest quis seipsum priuare legitima, quia
non procedit argumentum. nam cui dubium ꝙ quis potest
dominio rei suæ suo consensu priuari interueniente traditio
ne ex eo, quia solus consensus habet pro sufficienti causa, ut
quis se priuet dominio rei suæ, ut si quis rem suam donet Ti-
tio ex mera liberalitate, per totum titu. de dona. & tñ statutũ
sine causa nõ potest priuare dominum dominio rei suæ, ut
dictum est. ideo dicit Bal. in l. si ex cautione. C. de non nu. pe.
in vlt. q. quòd non est uerum, quod statutum dicatur habere
propriè consensum prout pactum, quicquid secundùm eum
dicat gl. in rub. C. de decr. decu. li. 10. vnde fateor, ꝙ cum cau
sa statutum posset idem quod pactum, sed hic non subest cau
sa, ut probaui. Et per hoc patet responsio ad id quod dicitur,
quòd per statutum potest auferri dominium, quia uerum est
45 cum causa. Non obstat † quod habetur in c. licèt. de uoto. qa
respondeo, ꝙ statutum disponẽs, quod in regno succedat pri-
* mogenitus * tantum, potest sustineri ex eo quia regnum me-
lius regitur per unum, ut no. in glo. in d. c. licèt. sed in aliis nõ
ualeret statutum uel consuetudo, si per illam consuetudinẽ
uel statutum filius secundogenitus priuaretur legitima, ut de
cidit Bal. in l. cum lege. in fin. C. de episcopis & clericis. ¶Po-
stremò non obstat, quòd legitima non fuit inuenta iure natu
rali, sed aut iure gentium uel ciuili, quia responsum est in pri
mis responsionibus suprà, traditis. ex quibus concluditur Gẽ
tilem esse dotandam in bonis patris, & fructus dotis nõ præ-
stitæ consequi debet pro eo tempore, quo fuit minor post-
quam nupta fuit, & etiam fructus consequi debet pro eo tẽ-
pore quo minor non fuit, dum tamen hæres fuerit interpel-
latus & constitutus in mora. ¶Item in bonis auiæ legiti-
mam vnà cum fructibus etiam bona fide perceptis per hære-
dem cõsequi potest, iuribus & rationibus superius allegatis.

ADDITIONES.

a ¶Au o. suprà, e. consi. 36. nu. 9. consi. 89. nu. 14. cum seq.

Bal.

* Bal.in l.1.] Idem tradit Paul.Cast.ad d.l.1.C.de legit.hæred. & fortius voluit Pet. Anch. consi.80.incipit,Retento ordine quæsitorum. quòd statutum excludēs filias dotata à successione patris, & matris, intelligatur excludere a successione patris, dotentur à patre, à successione matris,si dotentur a matre,quod nota.Et quòd statutum intelligatur excludere ab hæreditate dotantis,tenet etiam Alex. consi. 151.col.1.lib.2.Sed quòd,si statutum excludit à successione patris. vel matris filiam, illa intelligatur exclusa ab vtriusque hæreditate etiam si dotetur tantum ab vno, tenet Dominus Georgius patruus meus ad c.quamuis. col.58. de pact.in 6.& amplè scribit Cur.Iun. consil.65. Natta.

b ¶Alio sup.lib.j.consi.29.in fi.infra lib.7.cons.169.nu.j.

c ¶Ciuili.Hæc intelliguntur de nuda formula actionis, infrà,eodem nume.43.

d ¶Mortis,sup.lib.3.consi.13.num.12.

e ¶Iniquum.dixi in cons.Pari.§.8.glo.4.nu.8.

f ¶Congruè,sup.lib.j.consi.69.Cor.consi.249.lib.3.Matth.Afflict. de.Neapo.169.

g ¶Non potest,sup.lib j.consi.75.num.11.Ang.Aret.tract.de succes.ab intest.vers.nolens decedere intesta.

h ¶Non valet.ad hoc quæ dixi in consue.Paris.§.8.glo.4. quest.3.

i ¶Futura,sup.lib.2.consi.196.num.13.

* Succedat primogenitus.] Adde quòd licet primogenitus succedat, est tamen obligatus prouidere fratribus secundum conditionē sanguinis,secundum Ioan.And. & Abb.ad d.c. licet.de voto.& Feli.ad c.prudentiam col.3.de offi.deleg. vbi refert, Abbatem consulendo dicere,quòd ex talibus bonis detrahi non potest legitima, quia hoc esset diuidere regnum.& vide Dec.consil.389. col.3.Et huic primogeniture non possunt parentes præiudicare,Alexan. consil.87.circa princ.sup.eod. Natta.

## CONSILIVM CXXXV.

Lege.suprà,lib.2.consil.119.quod hic duplabatur. vide cōs. 43.suprà hoc eod.lib. Natta.

## EPITOME.

**PROCVRATOR** tenetur docere se habere mādatū,vel facere ratificari, & potest ratificatio fieri parte absente.

## CONSILIVM CXXXVI.

Viso instrumento absolutionis factæ Petro Antonio de Plumaoro,per Magnificum equitem dom.Vincelagum Rangonum de anno 1469.die 14.mensis Septembris & alio instrumento alterius absolutionis factæ eidem Petro Antonio per præfatum dominum Vincelagū de anno 1470. die 11.Septembris, & alio insuper instrumento mutuæ ac reciprocæ absolutionis factæ inter præfatum magnificum dominum Vincelagum & Magnificum comitē Hugonem eius fratrem de anno 1469.die 25.mensis Octobris,sentio per dictas absolutiones esse satis plenè consultum dicto Petro Antonio, nam per dictam primam absolutionem factam dicta die 14.Septēbris anni 1469.apparet ꝙ dominus Vincelagus nomine suo & dicti domini Hugonis eius fratris, pro quo promisit de rato,& à quo dixit habere authoritatem & potestatem faciendi dictam absolutionem, fecit generalem absolutionem & quietationem dicto Petro Antonio de omnibus administratis in bonis dictorum fratrum & cuilibet eorum, & de omnibus debitis dictis fratribus & cuilibet eorū, quia recognouit fore realiter satisfactum & bene redditā esse ad-
1 ministrationem cum consignatione reliquorum,† vnde tene-
a tur [a] dictus dominus Vincelagus ostendere quod habuerit dictum mandatum & potestatem à dicto eius fratre,aliàs teneretur dicto Petro Antonio ad omne eius damnum & interesse.l.1.C.credi.euictionem pigno.non de.& ibi not. Iac.But. Bart.& alii in l.1.§.iudicialis.& ibi plenè not.Bar.ff.de pręt. stip.& Bar.in l.procurator qui pro euictione.ff.de procur.& Bart.in l.licèt.C.de procur.& in l.sinautem.§.item si fundū per illū tex.ff.de neg.gest.& Inn.in c.per tuas,de arbi.& Ang. in l.4.in princ.ff.de re iudca.vel teneretur facere ꝙ dictus comes Hugo seu eius hæres ratum habeat,etiā si expresse de rato nō promisisset,postquam dixit se habere potestatem ab eo. l.si procuratori falso.ff.de condi.ob causam.& no.Bar.in d. l.procurator qui pro euictione.& in d.§.item si fundum.cū si.& tantò magis in casu nostro, quia expressè dominus Vincelagus promisit de rato.ꝙ obligatio ratihabitionis committitur ad interesse, si id non fiat.l.si procurator,in priu.ff.rem
* ra.habe.l.stipulationes* nō diuidūtur.versi.Celsus.ff.de ver. ob.¶Præterea dici potest, ꝙ etiam per illam absolutionē primam pro gestis vsque ad illud tempus sit consultū dicto Petro Antonio etiam quò ad hæredes comitis Hugonis alia ratione, quia per dictam reciprocam absolutionem factam inter dictos fratres fuit ratificata dicta prima absolutio, vt ostēdunt illa verba instrumenti dicentia,approbantes, ratificātes & confirmātes ipsos actus,rationes & scripturas,& quicquid gestum.& administratum est pro ipso, & vtrunque eorum in bonis & circa bona eorum & cuiuslibet eorum.ac etiam melius per illa alia verba dicentia,ꝙ dictus comes Hugo ratificauit & approbauit generaliter omnia & quæcunque alia dicta,facta,gesta,& procurata per ipsum dominum Vincelagū in bonis eorum & vtriusque eorum &c. nam si dictus Petrus Antonius erat obligatus dicto comiti Hugoni & domino Vincelago,vel alicui eorum,illa obligatio dicebatur esse in bonis
2 ipsorum,quia † appellatione bonorum veniunt iura & actiones.l.bonorum appellatio.ff.de ver.sig.& per consequens absolutio facta super dicta obligatione & actione per dominū Vincelagum dicitur esse actum in bonis dictorum fratrum, & sic comprehenditur sub dicta ratificatione & absolutione, quæ fuit satis large concepta, quia etiam in ea fuerūt adiecta verba comprehendentia in posterum facienda, vt ibi denotat illa verba, factæ vel faciendæ. ¶Est vltimò facta dicta alia absolutio de dicto anno 1470.per dictum dominum Vincelagum asserentem se habere authoritatem à dicto comite faciēdi ea quæ in dicta absolutione cōtinentur.vnde pro his quę contracta seu gesta fuissent per dictum Petrum Antoniū post dictam primam absolutionem sibi factam,certū est ꝙ inquietari nō potest à domino Vincelago,sed vbi inquietaretur seu inquietari posset ab hæredibus comitis Hugonis haberet regressum contra dominum Vincelagum, vt ostēderet se habuisse dictam authoritatem à dicto comite Hugone faciendi dictam vltimam absolutionem,aut faceret eam per hæredes comitis Hugonis ratificari, per dictam.l.1.C.credi euic.pign.nō debere.& d.l.si procuratori falso. cum alijs.supra alle.aliàs teneretur dicto Petro Antonio ad interesse,ut superius dictū
23 est.¶ Nec prædictis † obstat si diceretur ꝙ prædicta ratificatio facta per comitē Hugonem fuerat facta absente dicto Petro Antonio,quia respōdetur,quod etiam sufficit ratificationem factam esse quanquā parte absente, vt plenè probat Bar. in l.Pompon.la 1.ff.de neg.gest.post glo. per Bar.in l.certum §.si quis absente.ff.de confes.& in l.quo enim in fi.principij. ff.rem ra.hab.cum simi.

## ADDITIONES.

a ¶Tenetur.Soci.consi.29.lib.2.

* Lege stipulationes.]Facit ad propositum tex.in l.si commissa. ff. eo. titu. Natta.

## CONSILIVM CXXXVII.

Lege sup.lib.3.consi.38.vbi plenius habetur.

## SVMMARIVM.

1 *Inquisitio non præcedit nisi præcedentibus indicijs,etiam si fiat officio iudicis,nume.12.nisi parte præsente & non opponente.numero15.*

4 *Indicium quodlibet debet probari per duos testes.*

5 *Aufugisse si quis visus est cum gladio euaginato, & reperitur homo occisus, non sufficit sine alijs coniecturis.*

6 *Armatus assistens an dicatur præstare auxilium.*

7 *Multi dicuntur etiam duo vel tres.*

8 *Fama quomodo probanda.nu.9.*

10 *Responsio interpretatur secundum interrogationem.*

11 *Res vt seruentur licet fugientem cum illis, & telo resistentem offendere.*

13 *Iudex supplere potest vbicunque constat ex actis.*

14 *Opponi in criminalibus potest contra processum per procuratorem.*

CON-

CONSILIVM CXXXVIII.

Visa copia denunciationis & inquisitionis formatæ cōtra Bartholomæum de Placentia vt homicidam, & nobilem virum Bonromæum de Zebolis vt auxilium præstantem dicto homicidio commisso, vt dicitur contra Vngaretū famulum dicti Bonromęi, & visis attestationibus receptis ꝑ parte curiæ, & his quæ copiosè & eleganter scripta sunt per eximium dominum supra consulentem d. Bartholomæum mihi tanquam fratrem hon. Non videtur mihi quouis modo posse procedi ad condemnationem contra dictum Bonromæum.
1 ¶ † Nam regulariter inquisitio non procedit nisi præcedentibus indiciis seu diffamatione. l. iustissimos. C. de offic. rect. prouin. c. qualiter & quando. el 2. extra de accu. no. Bar. de offi. præsi. in l. congruit, cum concor. sed indicia hoc casu saltem sufficientia non præcesserunt, ergo inquisitio procedere non potest. Quòd autem non præcesserint indicia sufficientia, patet primò, quia si curia se fundare velit, in denunciatione ministralis, eo quia absque aliis indiciis ad denunciā officialis potest iudex inquirere. l. diuus. la 2. ff. de custo. reo. & l. ea quidem. C. de accu. & ibi plenè no. certè non bene se fundaret curia in denunciatione prędicta: quoniam in ea non dicitur quod Bonromeus prestiterit auxilium homicidio commisso per dictum Bartholomęum, nec etiam potest curia se fundare in attestationibus testium receptorum per curiam: quoniam nullo modo faciunt indicium de dicto auxilio prestito illo homicidio per Bonromeum, quod ostendo. ¶ Nam primus testis est Antonius Ioannis Picinini, & iste deponit in effectu quod dictus Bartholomeus & Frezignanus iuerunt sequentes dictum Vngaretum: & dū appropinquassent ad dictum Vngaretum videre non potuit ipse testis quid tunc facerent, sed paulò post vidit Bonromeum reuerentem & dolētem & malè contentum cum dicto Frezignano: & paulò post vidit Bartholomęum venire cum pannis sanguinolentis, & quod audiuit dictum Bartholomęum dicentem se interfecisse dictum Vngaretum: eo quia nolebat reddere res suas Bonromeo, & quod interfecit eum cōtra voluntatem Bonromęi. Certè iste testis non dicit ꝙ viderit Bonromęum adesse cum armis vel prestare opem homicidio: imò dicit quod non vidit quid facerent. nam potuit esse quod non assistebat cum armis Bonromęus homicidio imò potuit esse quod resistebat
2 Bonromęus, ut refert testis. & † constat testem debere deponere de his quę uidit & sensu corporis percepit. l. testium. C. de testa. l. qui testamento. §. fin. ff. de test. §. sin uerò absunt, in authen. de hęre. & fal. & debet dictum de necessitate uel saltem præsumptiuè concludere. l. neque natales. C. de prob. cū
3 ibi not. & cap. in pręsentia, extra de prob. ¶ Nec hoc obst. † si adduceretur id quod not. Bar. in l. 2. ff. de fur. ubi dixit quod si aliquis uisus est aufugere cum gladio euaginato, & reperiet aliquis ibi mortuus: ex hoc potest dici illum commisisse homicidium. ¶ Quia respondeo primò quod non dicit quod uiderit Vngaretū mortuū: nec qd audiuerit hoc à Bonromęo: & sic non sumus in casu ibi posito per Barr. Secundò r̄ndeo.
4 † quod unum indicium debet probari per duos a testes contestes, & non sufficit probari per unū testem, cum non deponit uidisse propriè ipsum maleficiū, sed aliquid aliud ex quo resultet presumptio illius maleficii, ut no. gl. & doc. in l. si C. fami. erc. & glo. & Ang. in auth. de testa. imperfec. iuxta prin. &
5 Inno. in c. sicut. in prin. extra de simo. † Sed testis deponens uidisse Titium aufugientem cum gladio b euaginato, quāuis ibi postea reperiatur hominem unum gladio esse interemptum, etiam si ille testis habeat contestem, non probabūt ambo sufficienter Titium occidisse hoīem, nisi accedant aliæ coniecturæ puta inimicitiæ inter eos. Item publica uox & fama, quod dictus Titius dictum delictū homicidii commiserit, & qd uiderint eū uibrasse ensem, uel quod nullus esse poterat in loco illo tpe homicidii, ut declarat * no. Io. An. in addi. Spec. titu. de proba. §. fi. super uer. 13. & do. Ant. in c. 1. loco. de proba. & Ang. in l. fi. in fi. prin. ff. quod me. cau. & in d. l. 2. aliàs prima. ff. de fica. & Imo. post Bal. in l. fi. ff. de hær. inst. & ita ꝓcedit id qd not. Bald. in l. neque natales. C. de probat. Sed dictū testis non habet aliquem in dicto suo contestem, ergo non facit indicium. ¶ Secundus testis est Gerardus de Voaldis, & iste etiam non probat, quia solùm in effectu deponit quod in uilla Castrinoui est publica uox & fama quod dictus Vngaretus habuit verba cum dicto Barthọ. super restitutione bonorum Bonromæi, & qui Vngaretus occasione dictorū verborum admenauit contra dictum Bartholomæum cum vna Zaneta, & postea Bartholomæus admenauit contra dictum Vngaretum duabus vel tribus vicibus & ipsum vulnerauit, ex q̄bus vulnerib. mortuus fuit, & quod Bonromæus fuit de hoc malè contentus, & quod dicebat dicto Bartho. quod retrocederet, quia Vngaretus dictum Bartholomæum occideret. & interrogatus an audiuit vel intellexit quod Bonromæus dederit auxilium homicidio, respondet quod non. certè dici nō potest quod iste testis aliquid probet de auxilio prestito. ¶ Nō
6 ob. † ad hoc illud quod no. Inn. in c. continētia. de cle. percus. vbi uoluit ꝙ ille qui assistit armatus iuxta vulnerātem vel occidentem dicitur ei præstare auxilium, c si non est à longè, sed est iuxta occidentem & cum eo. & illud dictum communiter sequuntur ubique legistæ & canonistæ, quia respōdeo primò quod iste testis & alii, excepto vltimo teste de quo infra dicam, non dicunt ꝙ Bonromæus ibi assisteret homicidio armatus propè Bartholomæum, imò de armis Bonromæi nihil dūt, adeò quod saltem sufficienter probent eum fuisse armatum aliquo modo, & propterea tunc non militat illud quod dicitur præstare auxilium, ut no Bal. in l. hæc uerba. ff. de his qui not. infami. & in l. 1. §. si in eo. ff. ad Sylla. post Bart. ibi per illum tex. & Bal. in cap. 1. de benefi. fratris. in princ. & in l. ra ptores. C. de episc. & cler. in l. 1. C. de ser. fug. Item respondeo quod quando quis armatus adest homicidio vel vulneribus illatis per alium videtur præstare auxiliū homicidio vel actui vulnerandi, verum est nisi ex circunstantiis appareat quod ille ibi non aderat propter hoc seu ad hoc, & quod non assentiebat illi homicidio vel actui vulnerandi. hoc est quod not. Bal. in l. data opera. C. qui accusa. in ver. sed pone Titius rixabatur &c. per no. 23. q. fina. in c. fin. in glo. & arg. l. si familia. ff. de iur. om. iud. & ita etiam est de mente Bal. in d. l. hæc verba. & Bar. & Bald. in d. l. 1. §. si in eo. ad Sylla. & Pet de Anch. in consi. 206. Sed dictus Gerardus testis deponit quod dictus Bonromæus dicebat dicto Bartholomæo irruenti contra Vngaretum quòd retrocederet, ergo apparet quòd non erat ibi Bonromæus ut fauorem & opem præstaret vulneribus & homicidio. ¶ Item dictus testis non probat sufficienter famam esse quòd Bonromæus prædicta fecerit, quia interrogatus in causa scientiæ, dicit se audiuisse à Bartholomæo Iacobino, & multis aliis de dicta villa, & multi dicuntur etiam duo uel tres. c ad nostram, cum glo. in uerbo multos, de rebus eccle. non alie. l. 1. §. hoc respectum, & ibi Bart. ff. ad Sylla. instit. de iure perso. §. fina. cum glo. l. dicit Imperator. ff. de lega. 1. in c.
8 latores. de cle. excomm. ministram. Sed testis † ad hoc probet
d publicam famam & uocem, habet deponere ꝙ à maiori d parte populi seu personarum illius loci ita dicebatur & reputabatur, ut no. glo. & do. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & declarat Bar. in l. de minoribus. §. si plurium. ff. de quęst. in uerbo quęro qualiter probatur fama cum concor. suis vulgatis. ¶ Alius testis Petrus de Bandis nihil deponit de Bonromæo, Franciscus de Vgolinis alius etiam nihil probat, quia deponit de auditu à Iacobino de Boliardis. Sed testis deponens de auditu alterius regulariter non probat, ut l. testium. & ibi no. C. de testi. & in c. tam literis. de testi. & licet dicat quod ita est publica vox & fama, tamen interrogatus in causa scientiæ dicit, qa audiuit a dicto Iacobino. & quod publice dicitur, quæ ratio
9 † seu causa scientiæ non est sufficiens ad probandam famam, nisi declaret taliter ꝙ appareat eum pluries audiuisse. adeò ꝙ à maiori parte audiuit, vt no. Bar. in d. l. 3. §. eiusdem, de testi. & in d. l de minore, versi. quæro quid si testis dicit &c & in l. Labeo. de sup. leg. & Ang. in l. 3. ff. ad Mace. & Bal. in addi. Specu. in tit. de sent. excom. & Bal. in l hæredes palam. in prin. ff. de testa. & ibi dicit Imo. quòd communiter tenetur quòd talis testis non probet famam, licet dicat quòd publicè dicebatur, quia poterat unus uel duo dicere palam & publice, & tamen per hoc non dicitur. quòd esset fama, quæ dicitur esse, quando procedit à maiori parte, ut dixi superius Iacobus de Melijs de castro nouo, & Ioann. Boni. & Zaninus de la Vacha & Lazarus Montanarius, alij testes nihil penitus deponunt de Bonromæo. ¶ Vltimus uerò testis, scilicet Iacobinus de Beliardis etiam non probat, quia non dicit quod Bonromæus prasti-

præstiterit auxilium vulneribus illatis per dictum Bartholomæum: tum etiam quia non dicit q́ esset Bonromæus iuxta dictum Bartholomæum, tum etiam quia non dicit q́ Bonromæus esset armatus imo potius contrarium, quia dicit q́d antequam Bartholomæus superueniret ille Vngaretus extraxerat arma de manibus Bonromæi, & ea retinuit Vngaretus per se, & sic secundum no. per Inn. in d.c. continentia, cũ cõcor. de quibus sup. non dicitur præstitisse opem, vt dixi sup. Præterea iste testis deponit q́ Bonromæus insequebatur istũ fugientem cum rebus & bonis Bonromæi, quas petebat Bonromæus à dicto Vngareto dicendo, rendeme la robba mia & vati con Dio. & Vngaretus respondit, io non ve la voglio rendere. & sic tacitè videtur dictum Vngaretum fuisse cõfessum
10 q́ habuerat bona Bonromæi, quia † responsio interpretatur in dubio facta secundum interrogationem. l. si defensor. §. q interrogat. ff. de interro. act. & instit. de inuti. stipul. in §. præterea. & in proposito declarat Barto. in l. si quis intentione. ff. de iudi. ¶ Et deponit iste testis, quòd dictus Vngaretus habe-
11 bat canem, chlamydem, & ensem. † vnde licuisset dicto Bonromæo etiam percutere dictum Vngaretum exportãtem res suas & aufugientem cum eis postquam aliter non poterat eas recuperare, quia nolebat restituere, & telo resistebat Vngaretus. l. si vt allegas, & ibi no. doc. maximè Cy. & Bar. C. ad leg. Cor. de sica. & est conclusio magis communis etiam in fure diurno, vt nota. etiam Ang. in l. 1. C. vnde vi. & not. in c. 1. §. hominem. de pa. tenẽ. & in c. 2. de homicidio. Et si diceretur, q́ illa conclusio non habet locum, vbi res de quarum periculo & amissione tractaretur essent viles. * l. si ex plagijs. §. tabernarius. ff. ad l. aquil. & no. Bal. in l. 1. C. loca. & Ang. in d. l. 1.
e C. vnde vi. tum cum regula sit quòd pro saluatione rerum [e] suarum possit quis fugientem & telo resistentem offendere. d. l. si vt allegas, etiam si nõ sit latro vel fur, sed debitor, vt ibi per Bal. si quis vult in speciali fallentia & exceptione se fundare, s. per dictum §. tabernarius, debet probare & fundare suam exceptionem & fallentiam à regula, vt l. ab ea parte. ff. de probat. & sic incumbit onus probandi alleganti q́ res erat valoris modici & vilis inspecta qualitate personarum, iuxta. l. sed si susceperit. §. pe. ff. de iudi. & not. in aut. præterea, C. vnde vir. & vxor. cum si. hoc autem non fuit probatum, pro
12 parte curiæ, ergo &c. ¶ Non obstat † etiam si diceretur q́ q̃n
f iudex procedit ex mero suo officio. [f] & hæc verba posita sint in inquisitione, q́ tunc iudex possit procedere & inquirere, contra aliquem de delicto etiam indicijs non præcedentib.
* vt videtur de mente Ang. in repetitio. * l. si vacãtia. C. de bo. vacan. li. 10. alleg. l. 1. ff. de offi. ordina. & not. Spec. in tit. de inquisitio. §. nunc tractemus. versi. hoc autem scias. quia respondeo, q́ Spe. in d. ver. & etiam Io. And. in c. qualiter, & quando, super prima glo. magna de accus. & do. Anton. & Imol. in c. cum oporteat. eo. tit. non dicunt quod quando iudex procedit ex suo mero officio, non debeant prius indicia, præcedere, imo potius dicunt contrarium, alias enim dicerent contra id quod habet in d. c. qualiter & quando & contra dictam l. iustissimos. & no. per Bar. in d. l. congruit. Solũ enim Spec. in d. versi. & Io. And. in d. c. qualiter, & quando, & do. Anto. & Imo. in d. c. cum oporteat, volunt quod si iudex promotus ab alio inquirat, non debet iudex procedere, ad inquisitionem, nisi promotor inquisitionis probet infamiam seu diffamatum fuisse dictum reum de crimine de quo inquiritur, vt per Spe. in dicto versi. cum igitur. & ver. seq. quod secus est, quando prælatus ad instantiam alterius promotoris procedit, sed ex suo officio, quia tunc per se primò,
* inquireret de infamia seu diffamatione, * qua reperta postea inquiret de veritate. d. c. 1. de offi. ordinarii. & isto casu, si ille contra quem inquiritur, dicatur, non sum infamatus, non debet audiri, nec prælatus inquirens tenetur ei facere fidem de diffamatione. Cui enim talem fidem faceret, cum ipsemet sit iudex, ita dicunt dicti doct. ¶ Et sic apparet quod præfati doct. bene volunt quod inquirens etiam quando inquirit ex suo mero officio, bene debeat prius per se inquirere de infamia & diffamatione delicti commissi ab inquisito, quamuis non teneatur de hoc facere fidem reo. Sed in casu nostro in-
* quisitor dixit se inquisiuisse prius de diffamatione * & habuisse indicia & eorum copiam tradidit. per quam copiam apparet, quod in veritate non suberant indicia sufficientia ad inquirendum de veritate criminis contra Bontomæum, ergo debet iudex desistere ab inquisitione & cõdemnatione, quia alias grauat Bonromæum. Secundo iniustè facit & etiam minus rite, cum non inquisiuerit prius sufficienter, vt debebat, antequam de veritate inquireret & procederet, meritò (vt dixi) non debet ad condemnationem procedere, sed reum absoluere saltem ab instantia iudicij. l. libellorum. §. quod si li-
13 belli. ff. de accus. etiam parte non opponente, vt ibi & † vbicunque iudici constat ex actis potest ipse ex officio suo supplere, vt no. glo. & Cyn. in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. & glo. in l. 2. ff. de fer. & Inno. in c. cum dilectus. de consu. & in ca. p tuas. in fi. de resti. & in c. fi. de corpore via. & Inn. & Ioan. Andr. in c. sæpe. de appel. cum simil. Et præsertim in criminalibus causis, in quibus parte absente seu contumace posset procedi ad diffinitiuam sententiam. l. & si non defendantur. ff. de pœn. l. 1. in fi. ff. de quæst. in auth. qui semel. C. quomodo & q̃n iud. d. l. ampliorem. C. de app. multo magis in casu nostro, in quo fuit oppositum per procuratorem seu defensorem dicti Bon-
14 romæi. ¶ † Et licèt alias in causis criminalibus non possit ad-
g mitti procurator [g] secundum distinctionem traditam in l. pe. §. ad crimen. ff. de publ. iudi. & in l. reos. C. de accu. & in c. veniens, de accu. tamen bene potest procurator rei opponere exceptiones impedientes processum, puta quòd libellus inquisitionis non procedit, vel quod iudex non potest inquirere, seu quod accusator non potest accusare, & sic de similib. exceptionibus dilatoris, vt probat Bar. in d. §. ad crimen, in vers. quæro procurator habens mandatum, quas exceptiones poterat proponere &c. quia hoc non reperitur prohibitum, cum solum reperiatur procurator veniens ad prosequendum crimẽ, vt in iuribus supra allegatis. & ita videtur probari in d. c. veniens, & not. Spec. in tit. de procuratore. §. 1. versi. sed procedens. & versi. iuncto decimus ad excusandum. & ibi Io. And. in addi. & no. doc. in c. licet in beato Petro. de accusationi. ¶ Nec etiam obstat prædictis, si diceretur q́ quando non opponitur, procedit inquisitio etiam non p̃cedentib. indicijs. c. 2. de accus. in 6. quia r̃ndeo, quod illud procedit parte præsente, & tacente, vt ibi in tex. & no. etiam ibi clare Ioan. And. in nouella. & Ang. in repetitio. d. l. si vacantia, superius allegata. Vnde aut tu dicis, quod procurator vel defensor Bõromæi non potuit admitti, & tunc sumus in casu dicti capituli. 2. quia pars non fuit præsens. Aut potuit admitti, & tunc clarũ est quod fuit oppositum, q́ non erat procedendum, eo quia non præcedebant indicia sufficientia, Præterea iudex in casu isto potest supplere, vt proxime dixi, & bene faciet supplere, quia alias iniuste infertur grauamen Bonromæo, qui nõ erat de hoc crimine diffamatus. Si ergo ex prædictis constat quod non præcesserint indicia sufficientia ad inquirendum, multominus ad condemnandum, quia debent esse tales probationes luce meridiana clariores. lege sciant. C. de probationibus lege, qui sententiã. C. de penis. Ex quib. cõcluditur nullo modo ex dicto processu procedi contra dictum Bonromæum ad condemnationem. Alexander.

---

ADDITIONES.

a ¶ Duos. supra li. j. consi. v. nu. 4. supra li. ij. consi. 180. nu. v. sup. lib. 3. consi. j. nu. v. supra li. 4. consi. 11. num. 6. consi. 21. & infra lib. 7. consi. 29. num. 21.

b ¶ Gladio. cum opinione Tho. de Pipera. & Bar. in d. l. ij. supra eo. nu. 3. Panor. c. tertio loco. c. quanto, de præsump. Cor. consi. 107. in fin. lib. 3. Paris de Puteo. in trac. syndi. fol. 289. fol. 291. in paruis. Soci. consi. lib. j. sed contra, q́ non sufficiat, & verius, tenet Ange. d. l. ij. Pau. l. fi. C. de pub. Cæp. cau. cri. consi. 6. consi. 22. consi. 39. Io. Fab. §. ius autem gentium. insti. de iur. nat. gent. & ciu. Albe. l. j. §. cum arietes. ff. si quadra. pau. fec. dic. Car. cle. j. q. 32. de homic. Ange. Are. trac. malefi. versi. fama publica. fo. 49. & versi. compar. dicti inqui. fo. 103. Hypp. Marsi. in l. repeti. de qõ. Deci. ca. tertio loco, de prob. Feli. c. afferte. de præsump.

* Vt declarat. ] Debent iudicia esse certa, & indubitata, vt aliquis possit damnari, vt pręter Alex. hic, vult Gandin. in tracta. malefi. sub. fur. rubr. de indicijs, & præsumption. indubitatis. Bal. ad l. milites. C. de quæst. & ad l. quæcunq; col. pe. vers. octauo no. C. de ser. fug. Roma. ad l. excipiuntur. ff. ad Syllan. Bal. ad l. fi. C. de proba. Natta.

c ¶ Auxilium. Ang. Are. tra. malefi. versi. dictus Andreas armatus. Feli.
* c. sicut dignum, de homi. * Vide hac de re latè per Ang. Aretin. in tract. malefi. in gl. Dictus Andreas armatus. & in gl. seq. vbi intercætera

tera ponit, vtilissimum esse, quòd in inquisitione apponantur hæc
verba, Alter alteri opem præstitit assistendo dicto maleficio, vt ha-
bilius committeretur. Et de dict. Inn. aliquid etiam scribit Ias. consi.
137 lib. 1. De eodem Imolæ dicto vide Soc. not. consil. 188. lib. 2. Fel.
ad c. 1. de offi. deleg. & latius ad c. sicut dignum de homicid. col. 3. ra
tione conuersationis, vel familiaritatis non præsumitur quis præ-
scius, vel culpabilis, Bal. ad l. 1. col. 4. C. de seru. fug. Et de dicto Inno
centii vide subtiliter Aret. ad l. 1. colum. 2. cum seq. C. eo. tit. Assistẽs
autem facienti, punitur eadem pœna, qua principalis; Bald. ad l. vni.
C. de Nili aggerib. non rumpend. & ad l. vnic. C. de crim. pecul. So-
cin. consil. 188. lib. 2. pro quo text. in l. sicut dignum. §. illi etiam de
homic. Natta.
d ¶Maiori supra lib. 2. consi. 94. in fi.
* Essent viles.] Et dicantur viles a duobus aureis infra l. si oleum. §.
fi. ff. de do. Et de istis vide Fel. ad c. 2. de homic. & Clau. in repe. ad l.
vt vim. ff. de iust. & iure. vbi tenet quod pro vilibus possit occidi. Natta.
e ¶Rerum. imò non pro sola difensione vel recuperatione rerum, sed
quando subest etiam probabile periculum personæ, vt est text. Exo-
di. c. 22. quem ita declarat Aure. Ang. sequitur Io. Ana. c. 2. c. suscepi-
mus, de homi. Ale. supra lib. 2. consi. 140. Deci. l. vt vim, & ibi For. Bar.
cum seq. de iust. & iure.
f ¶Officio. ... à, eodem. consil. 34. nume. 2. infra, lib. 7. consilio 120.
nume. 2.
* Ang. in repet.] Angeli sententiam improbat And. Sicul. consil. 47.
col. 13. cum pluribus seq. lib. 1. Natta.
* Seu diffamatione.] Dicas quòd si etiam nulla sit diffamatio, sed in-
dicia sint in specie contra reum, potest inquiri; Ang. in trac. malef. in
verbo, fama publica. col. 1. versic. & tene menti & sequitur hoc ibi
Augustinus in additamentis. Hipp. in Praxi, col. 4. versic. supradictã
conclusionem & videtur esse de mente Bart. ad l. congruit de offic.
Præsidis. ibi, Iudex non debet inquirere, nisi indiciis præcedentibus,
aut publica fama referente.
* De diffamatione.] Fulgo. consi. 107. dicit, hoc seruari per Italiam, vt
inquisitio dicat, Fama publica præcedente. & quod tunc debet constare
ex actis de tali fama, cum iudici non credatur ita attestanti. Natta.
g ¶Procurator supra, eo. consi. 4.

## SVMMARIVM.

3 *Substitutio, si institutus decesserit sine hærede masculo, deficit perpetuò si vel vnus eorum reliquerit filium masculum qui postea sine liberis decedat.*
5 *Exceptio fit ad latum significatum si adsit mens testatoris.*
7 *Hæres verbum, debet strictè vel latè capi pro mente testatoris.*
9 *Substituto non sufficit probare per famam quod talia bona fuerunt in hæreditate testatoris.*
11 *Fama non sufficit, nisi vbi sat est probare memoriam extare vel non, & antiquum non dicitur nisi de centum annis. num. 12. & 13.*
14 *Probatio plena requiritur etiam in possessorio.*

## CONSILIVM CXXXIX.

Circa primum dubium quo quæritur, an hæreditas
Antonelli impuberis pertineat ad dictos Ventu
rinum, Nicolaum, Gasparinum, & Callanum vigore substitu
tionis factæ in testamento dicti Nicolai, an verò spectare de-
beat ad matrem & sororem dicti impuberis, quæ dicta substi
tutione non obstante succedere deberent. & omissis imperti-
nentibus & superfluis dubium contra dictas mulieres facere
videtur. Quia dictus Nicolaus de Gambazocchis testator vi-
detur voluisse bona sua deuenire semper in agnatos mascu-
los, quia exclusis sororibus quibus certum quid valde exiguũ
reliquit, instituit dictos Isachinum & Antonium, qui erant
masculi de agnatione ipsius testatoris, & remotiores in gra-
du, quàm essent dictæ sorores, & disposuit quod si prædicti Isa-
chinus & Antonius decederent sine hærede masculino quod bo-
na eius remanere deberent in propinquioribus ipsius testato
ris: qui essent de eius parentela: & sic semper de gradu in gra
dum, & quod dicta eius bona nunquam recederent de ipsius pa-
rentela de Gambazocchis, donec aliqui masculi sint in ipsa.
Si ergo testator exclusit sorores quæ propinquiores erant, vt
in agnatos masculos successionem suam transferret: multò
1 magis videtur excludere matrem & sororem dicti Antonelli,
quæ remotiores erant, alias resultaret † absurdum, quod magis
dilecti a testatore essent deterioris conditionis quam minus
dilecti, contra l. Publius. §. fi. de condi. & demon. & l. qui fun
dum. §. qui filios. in h. ibi est igitur ratione congruentius. ff.
ad l. fal. ad quod bene facit notabilis decisio Richar. Malum-
bræ: quam refert & sequitur Bart. & in l. Gallus. §. etiam si pa-
rente. ff. de libe. & posthu. & Bald. in cap. 1. de nat. succes. feu.
vbi volunt quod si testator instituit filium, & si decesserit sine li-
beris, substituit Titium & hæredes Titii, & contingat filium
decedere sine liberis præmortuo Titio, quod heredes extra-
nei dicti Titii non admittuntur ad substitutionem: quia licèt
alias appellatione hæredum, comprehendantur etiam extra-
nei. l. in annalibus. C. de leg. & l. sciendum. ff. de verborum si-
gnific. tamen hoc casu non comprehendentur: sed solum in-
telligitur de hæredibus descendentib. Titii, quia aliàs resulta
ret absurdum, & contra mentem testatoris, quia sicuti prædi-
lexit testator filium viuo Titio, ita videtur, quod prædilexerit
hæredem filii vltra hæredem Titii, sed si diceremus hæredem
extraneum Titii admitti ad substitutionem, sequeretur quod
hæres filii extraneus qui dicitur prædilectus vltra hæredem
extraneum Titii esset deterioris conditionis, quàm hæres ex-
traneus Titii contra dictam l. Publius. & ita etiam tenet in si-
mili quæstione Io. An. in additione Spe. in tit. de testa. in ru-
bri. in vltima quæstione. & in alia simili quæstione videtur
idem concludere Bar. in l. fin. ff. ad Tre. & hac eadem ratione
in simili decidit Raph. Ful. duas notabiles quæstiones, vnam
in l. 1. C. de condi. inser. aliam in l. cum acutissimi. C. de fidei
2 commiss. in quibus † propter coniecturam voluntatis recedi
mus a verbis testatoris, & menti adhæremus, iuxta l. non ali-
ter, de lega. 3. & l. 3. C. de lib. præt. l. 3. §. conditio. cum simil.
ff. de adim. leg. hoc etiam satis arguunt illa verba si dicti Isa-
chinus & Anto. decederent sine hærede masculino &c. quæ
* verba * intelliguntur sine descendentibus masculis. ca. 1. §. si
clientibus, de alienatione feudi. colligitur ex l. ex facto. §. fin.
ff. ad Trebel. cum ibi notatis & tradit Ioan. And. in d. rubr. de
test. in vltima. q. & Bald. in l. liberti. C. de oper. lib. & in d. §.
etiam si parente. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam
sententiam in proposito nostro de iure ueriorem esse arbitror,
3 præsertim ex infrascriptis. Nam † testator nullam substitutio
nem fecit Isachino & Anto. nisi casu quo ibi decederent sine
hærede masculino, quæ uerba important quòd solum atten-
datur tempus mortis Isachini & Antonii, an decesserint nul-
lo superstite descendente masculo hæred. & sic si tempore
mortis Antonii remansit hæres masculus descendens ex eo,
licèt postea omnis masculus descendens decederet sine libe-
a ris, tamen omninò dicitur defecisse [a] conditio substitutionis:
quia satis est quòd aliquo momento post mortem Antonii su
peruixerit aliquis eius descendens masculus, text. est in l. ex
facto. §. pen. ff. ad Treb. qualitas enim iuncta verbo, intelligi-
tur secundum tempus verbi. l. 2. & 3. ff. de auro & ar. leg. & l.
Titius, in princ. ff. de testa. militis. l. in delictis. §. si extraneus.
ff. de noxa. & substitutio sequens denotata per illa verba, &
sic semper sequendo de gradu in gradum quòd prædicta eius
bona non recedant de dictis eius affinibus, seu de dicta eius
parentela de Gambazocchis, donec aliqui masculi sint in ip-
sa &c. est facta in casu quo eueniat conditio primæ substitu-
tionis per quam uocati sunt illi, qui tunc essent propinquio-
res. Nam post illos vult eis deficientibus vocari sequentes,
quos uoluit esse substitutos illis primis propinquioribus pri
4 mò substitutis. Et † sic si deficiat conditio quoad primos, quia
non sit eis aperta uia, non est locus sequenti substitutioni. l.
si mater. §. primò, & l. qui habebat. ff. de uulg. & pup. & l. qui
fundum. §. qui filios in fi. & in notabili quæstio. traditur per
Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de test. §. primò, in addi. inci.
huic quæstioni &c. in uer. occurrit etiam casus nouissimus.
b & Oldr. [b] in consil. 177. incipien. Testator in suo ulti. testa-
men. &c. Et Angel. in l. 1. ff. de uulga. & pupil. & in l. quãdiu.
l. ultima. ff. de acquiren. hæred. denique satis euidens uidetur
hunc casum qui euenit fuisse à testatore omissum, meritò re-
manere debet in dispositione iuris communis. l. commodis-
simè. ff. de libe. & posthum. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau-
5 sam. ¶ Solùm restat ad obiecta respondere, ad † quæ respon-
deo & dico, quòd quando uerba testatoris possunt habere
plures significationes, puta unam propriam, & aliam impro-
priam, seu unam significationem largam, & aliam strictam,
uel significatio illius uocabuli quouis modo potest referri ad
multa: tunc si apparet de mente testatoris & coniecturis seu
ex aliis dispositis in testamento, tũc stamus illi, & recedimus
etiam tunc a propria uel stricta significatione uerborum, &
capiemus tunc impropriam uel largam, d. l. non aliter. & l. si
seruus

seruus plurium.§.fin.cum simil. ff.de leg.1. Sed quando ver-
ba aliquo modo ex propria vel impropria seu larga significa-
tione a iure data non possunt adaptari ad coniecturatam mē-
tem testantis: tunc nullo modo attendimus mentem testan-
* tis, imò talis voluntas * quatenus verba non deseruiant illi.
redditur inutilis & inefficax.l.in ambig.ff.de reb.dub.& Bar.
ita respondet ad d.l.non aliter.ff.de leg.3. Ita etiam est de mē
te gloss.in l.cum virum. C.de fideicommiss.in verbo, volun-
tas. & not. ibi clarè Salic. in fi.¶sed in proposito nostro verba
testatoris clarè comprehendunt institutionem factam esse de
Isachino & Anto.& mens etiam non repugnat,& talis esse p̄-
sumitur prout verba sonant.l.Labeo.ff.de supel.lega. Itē ver-
ba testamenti,quod si Anto. & Isachinus decesserint sine hæ-
rede masculino ꝙ habeat locum substitutio dictorum, pro-
pinquorum,sed dicta verba nec ex propria & stricta,neque ex
impropria seu larga significatio comprehendunt,ꝙ si descen
dentes masculi hæredes dictorum Isachini & Ant. extarēt, &
postea decederēt sine liberis masculis, ꝙ tunc succedāt ex sub
stitutione dicti propinquiores masculi de agnatione:quia ap
pellatione Isachini & Ant. decedentiū sine prole masculina;
non veniūt liberi masculi eorū decedentes sine hr̄de masculi
na.si enim testator existimasset sub dicta appellatione Ant. &
Isachini comprehendi eorū liberos masculos,errasset in noīe
appellatiuo,& ideo illa substitutio vitiaretur.l. si quis in fun-
6 di voca.ff.de leg.1.& d.l.in ambiguo. ¶†Vnde satis in specie
ad casum nostrum cōsuluit Pau.de Ca.lib.1.consi.152.incip.
Præsens dubium vr formari &c. in fi. vbi consuluit ꝙ si testa-
tor Titium instituit, & si decesserit sine filiis masculis substi-
tuit Lucium, & si Lucius decederet sine filiis masculis vel fœ
minis substituit Marcum. & contingat primo loco decedere
Lucium primum substitutū, postea decedat ipse Titius sine fi-
liis masculis, sed cum filia fœmina, superstite dicto Marco vl-
timo substituto, quod admittetur dictus Marcus ex substitu-
tione, iuxta notata per Bar.in d.l.quandiu. ff. de acq. hære.in
fi. & dubium tn̄ ibi facere videbatur, quia si testōr voluit in
casu illo quod per filias etiam fœminas dicti Lucii substituti
excluderetur dictus Marcus vltimò substitutus, multò magis
videtur quod voluerit dictus testator d. Marcum excludi per
filias fœminas natas ex d. Titio filio testatore primo loco in-
stituto.argum.l.Publius.§.1.& tn̄ (vt dixi) ipse consuluit con-
c trariū & rectè: c quia secundum eū qn̄ verba testamenti non
possunt adaptari ad vnū sensum, non debemus illum capere,
posito ꝙ præsumptio apud nos sit testatorem illū sensum ha-
buisse.allegat.l.si cui.ff.de vsufruct.legato.& d.l.in ambiguo.
& ipsemet Pau.in d.l.in amb.facit mentionē de isto suo consi
lio.¶Per hæc apparet responsum ad notata p Bar.in d. l.Gal-
lus.§.et si parente, cum omnibus aliis supra allegatis, quia ibi
7 loquitur qn̄ verba patiebatur. † nam appellatione hæredis,
quandoq; intelligimus de descendentibus tantum. vt d. l. ex
facto.circa fi.& in d.c.1.§.& si clientulus.& in ca.fi.si de feu.
fue.contro.inter dn̄m & agnatum. qn̄que accipitur etiam p
extraneis hæredibus, vt d.l.in annalibus. C.de lega.cum simi.
vnde debet accipi strictè vel largè secundum quod ex conie-
cturis apparet de mente testatoris: quia significatio verborū
potest ad id adaptari. & ita loquuntur aliæ decisiones supe-
rius allegatæ, quod non est in casu nostro, vt suprà, fuit dictū.
¶Posset etiam dici quod decisio Bar. in d.§.etiam si parente,
non procedit secundum Ang.& Ioan.de Imo.ibi, tamen quia
quòad casum nostrum tutiorem puto responsionem suprà
datam, quam verissimam puto, idcircò in hoc an melius di-
cant alii tenentes contra Bart.in casu suo quàm Bart.non insi-
stam: quia non videtur expediens. ¶ Præterea potuit testator
velle magis fauere primis liberis masculis dictorum Isachi-
ni & Antonii, vt sic voluerit quod ipsi pleno iure dictam suc
cessionem irreuocabiliter consequerentur succedendo ab in-
testatis dictis Isachino & Anto.iuxta l.Lucius, la 2.cum gl. ff.
de hær.insti.& l.ex facto.§.ex facto.cum glo.ff.ad Tre.quem-
admodū videmus plerunq; maiorem impendi fauorem libe-
ris primi gradus, quā aliis.l.iubemus, in prin.iuncto fine. C.
ad Treb.l.suus quoq;, in prin.& §.nepotes. ff.de hære.insti.&
8 l.fi.C.de lib.præte. ¶†Nec obstant dictis mulieribus illa ver
ba sine hærede masculina, attento qđ dictę mulieres non pos-
sunt dici hæres masculina: quia dico qđ istæ mulieres nō suc-
cedunt tanquam vocatæ ex testamento Nicolai per illa verba,

sine hærede masculina, per d.l. Lucius.cum gl.communiter
ibi approbata,& probatur in l.potest.secundum Bal.ibi.ff.de
vul.& pup.& no.Io.And.in d. addit.inci. huic quæstioni ac-
cedit.& Old.consil.141.inci.Thema tale est, dominus cano-
nicus.& Bar.in l.si cum dotem, in prin.ff.solu.ma.& in l.Cē-
turio, de vulg.& pup.in l.si seruum.de leg.3.& Bal.in l.cum
acutissimi.C.de fideicom.& in l. si emancipatus. in 8.opp.C.
de colla.& Petr.de Anch.in c.si pater, in duodecimo notabi.
de testa.lib.6.& Fulg.in l.generaliter.§.cum autem. C.de in-
sti.& substi.& Ioan.de Imo.in d.§.ex facto.& in l.filiusfamil.
§.cum quis.ff.de leg.2.& in d.l.Lucius.post omnes antiquos
vbi dicit hanc esse communem opin.& Pet.de Anch.in repe.
c.in præsentia.quæst.10.de probat.circa quod non insisto, cū
hęc sit magis communis opinio approbata & in iudicijs & in
a a scholis.& pro illa parte sæpenumero consului, a & si hęc es-
set principalis dubitatio, hic discuterem de veritate illius ar-
ticuli, vt alias satis plenè feci consulendo maximè apud Pisto-
rium, sed veniunt ab intestato cessante causa substitutionis, vt
notatur in d.l.Lucius. ¶Præterea illa uerba, sine hærede ma-
sculina &c. loquuntur solum de illis descendentibus, scilicet
primis hæredibus dicti Antonii nō de istis.d.l.ex facto.§.pe.
& supra dictum fuit plenius. ¶Capio aliam dubitationē, qua
9 † quæritur, an sufficiat illum qui vult venire ex substitutione
fideicommissaria ad bona tanquam bona hæreditatis Nicolai
probare per publicam vocem & famam quod talia bona quę
petuntur erant in bonis Nicolai, & remanserūt in bonis &
hęreditate,& sic possidebantur per eum tempore mortis eius
qui decessit de anno 1405. puto tamen quòd in hoc sit error
in puncto, quare videtur quod decesserit post, cum testamē-
tum eius cōditum fuerit de anno 1411. sed etiam dato quòd
decessisset ante tamen adhuc dico talem probationem non
sufficere, si dicti substituti ex illa substitutione fideicommis-
saria comprehensa in cōpendiosa agant contra hæredes eius,
in cuius persona euenit casus substitutionis agendo actione
ex test.ad restitutionem rerum hæreditariarum seu fideicom-
missi, vt no.in l.ex ea scriptura. C. ad Treb.& in l.restituta.§.
1.ff.ad Treb.& no.Bar.in l.si legatis.in princi.eo.tit. Nam cū
tunc agi dicatur petitorio, non sufficit probatio per famam:
quare non est plena probatio, vt plenè notatur in l. 3. §. eius-
dem.ff.de testi & in l.admonendi.ff.de iureiur.& in l. in bo-
næfidei.C. de rebus credi.& plenè per Barto. in l. de minore.
10 §.si plurium.ff.de quæstion. ¶Et licèt in antiquis † fama e suf-
e ficiat pro plena probatione, iuxta not. in l.at qui natura. §. cū
me absente. ff.de nego.gest.& in l.proprietatis.C.de proba.&
in l.si arbiter.ff.de proba.& no.Innoc.in c.veniens. de verbo.
signi.& Cy.& Bart.in l.si quidem.C.solu.matrimo.& Bal.in
authen.quas actiones.ad fin.C.de sacrosan.eccle.& in l.con-
uenticulam.C.de episcop.& cleri. & in l.cum super.C.de rei
vendi.tamen illud procedit, quando tractamus de probatio-
ne alicuius facti a quo distamus per annos centum, & † sic
11 quantum est tempus longeuæ vitæ hominis, quod est centum
annorum.l.fin.C.de sacrosan.eccles.& l.an vsusfructus.ff.de
vsufruc.ita concludit Inn.in d.c.veniens.& Spe.in ti.de pro-
ba.§.probare.versi.& no.quòd præsumptus &c.& ideo Ioan.
de Imo.in c.veniens.el 1.de testi. reprehendit ibi An. de Bu.
qui dicebat quod etiam si tractatur de probatione alicuius fa
cti, iam sunt anni quadraginta, dicitur esse factum satis anti-
quum, adeò quod debet sufficere probatio per famam. & An
to.de Bu.ad hoc allegabat no.per Cy.in d.l. si quidem.& per
Innoc.in d.c. ueniens.nam vt inquit Ioann.de Imo.in d. c.ve-
niens,& bene Cyn.hoc non dicit in d.l.si quidem. nec Inno.
in d.ca. veniens. imò Inno.ibi referendo opinionem illorum
qui dicebant idem esse in spatio quadraginta annorum, quod
f est in spatio centum f annorum, illam reprobat, ut etiam facit
12 Spec.in d.versi.& not.¶Et dicit etiam Ioann.†de Imo. quod
ad hoc non obstat.d.l.si arbit.quia illa loquitur in casibus in
quibus sufficit probare memoriam extare vel non extare, &
sic à contrario sensu secus est in aliis.& illa probatio, s. memo
riam extare vel non extante, non admittitur nisi in casibus in
quibus est expressum de iure quòd debeat probari pręscriptio
de qua memoria non existat, secundum Inno. in ca. quid per
per nouale, de verb.signi.& Specu.in d.§.probare. versi. valet
13 etiam. ¶Et quod non † sufficiat dicta probatio per famam in
his factis probandis à quibus distamus per spatium quadra-
ginta

ginta annorum, sed requiratur spatium centum annorum. tenet etiam Ioan. de Imo. in l. 2. §. item Labeo el 1. ff. de aqua plu. ar. & ita dicit esse de mente Inn. in d. c. veniens, de verb. sign. Et ita etiam est de mente Ang. in d. l. at qui natura. §. cū me absente, & in l. quidam in suo. ff. de condi. insti. & in d. l. si proprietatis. ¶ Quinimò voluit fortius dominus Abb. Sicu. in d. c. veniens, de testib. & in c. licèt ex quadā, eo. tit. & in ca. inter dilectos, de fide instr. quod sola fama etiam in antiquis, non probat plenè præterquam in casibus in quibus agitur de probanda præscriptione tanti temporis, cuius memoria non existat, & ipse in d. c. inter dilectos, ponderat ad hoc ibi verba Io. An. hoc volentis, secundum eum. Cum ergo non distemus per annos centum, imo nec per sexaginta quatuor a facto ꝓbando. s. a tempore mortis Nicolai cum tractetur de probando, an remanserit in bonis & hæreditate sua tempore mortis suæ, sequitur quod non sufficit sola fama &c. ¶ Si autem dicti
14 † substituti intentarent aliquod possessorum casu quo eis cōpeteret, vt si facta eis verbaliter restitutione fideicommissi intentarent remedium, de quo in l. edicto. C. de edi. diui Adri. tol. quod in casu proximè dicto videtur eis competere, vt per Bar. & alios ibi & per Bal. in l. fi. C. de codi. & tunc res videtur magis dubia, nam prima facie quo ad illud remediū possessorium, videretur sufficere sola probatio per famam procedentem & trahentem originem à verisimilibus causis, tūc videtur q probaret, per notata per Bar. in l. 1. C quorum bono. & in l. 2. §. fi. C. vbi in rem actio. & in d. l. de minore. §. si plurium. per no. per glo. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. tamen ad hoc in proposito quoad similia remedia possessoria, etiam si
g iudicium summarium sit, videtur quod requiratur plena [g] ꝓbatio, vt not. glo. in d. l. 1. C. quorum bonorum in glo. mag. in verbo. filium. istud ibi firmat Iac. But. & Ang. & Salic. & alii etiam communiter videntur cum illa glo. transire cū eam non reprobent. & dicit Salic. quod hæc sententia in possessorio non videtur modici præiudicij, cum aliam sententiam post se non expectet super possessorio. Item quia non pōt appellari ab ea, iuxta tex. in l. 1. C. si de momentanea posses. fuerit appellatum, & quod non sit leuis præiudicij, etiam probatur instit. de interdi. §. retinendæ, cum sequen. Et quod in dictis possessoriis iudiciis etiam summariis requirantur plenæ probationes ex parte actoris, firmat Bar. in extrauaganti, ad repri. in verbo, summarie, quare dicamus summaria talia iu-
15 dicia, & quò ad quid. † excipit tamen aliqua possessoria valde fauorabilia, vt in illo possessorio de quo loquitur titu. ff. si mulier ven. no. propter fauorem alimentorum de quo ibi agitur, & cum illa opinione Bartol. in dicto verbo, summariè. transit Petr. de Anch. in clem. sæpe. de verb. sign. & ex prædictis & alijs traditis per Bartol. apparet responsio ad allegata in contrarium, & cum in dubio ab opinione glo. quæ etiā in proposito videtur esse magis communis non sit recedendum in iudicando & consulendo, vt no. Iac. But. in l. 1. C. qui pro sua iurisdictione. & Bart. in suo consi. incip. Andriuzolus. & Bal. in l. 1. ff. de vulg. & pup. & in l. fi. C. de pœna iudicis qui male iudicauit. & Ang. in l. 2. ff. de accusa. & sentit Cyn. in l. 1. in 1. oppositione. C. de action. & obligation. Laus Deo.

## ADDITIONES.

* Quæ verba.] Hac de re vide etiam infra col. seq. & Alex. tangit, ad d. l. Gallus. §. etiam si parente. Natta.

a ¶ Defecisse. per regulam. supra li. 3. consi. 31. nu. j. quia ista conditio erat momentanea, secus si successiua, vt si fuisset dictum, si linea masculina in statutarum deficeret, idem si concessio vel legatū esset limitatum ad certas personas vel certam lineam. vt supra eo. consi. 53. nu. 10.

b ¶ Old. sed illa decisio est falsa. dicendum vt dixi supra lib. j. consi. j. num 10. & 12.

* Talis voluntas.] Non attendi voluntatem testatoris, nisi verbis exprimatur, vult Bal. per illum tex. ad l. quidam filium ff. de hęred. insti. quem refert Alex. consi. 55. col. fi. lib. 3. Et magis attendi verba, q̄ mentem testantis, est textus in l. si filij in fi. ff. de vsufr. leg. Et de istis Alex. ponit ad l. 3. C. de lib. præte. & ibi late Ias. & tradit Crau. consi. 161. num. 13. Natta.

c ¶ Rectè imo sophisticè & pessimè, quia caducitas primæ substitutionis cedit commodo instituti, saluo quod remanet cum eodem onere, videlicet vt teneatur institutus vltimo substituto eatenus, ex eo casu quo teneretur primus substitutus, non autem in plus, nec alio casu, vt tetigi. supra li. j. consi. j. & latius in tract. substi. super l. precibus. C. de impu. & ali. substi.

d ¶ Consului supra li. j. consi. 108. latius supra li. 2. consi. 185.

e ¶ Fama supra li. 5. consi. 16. num. 22.

f ¶ Centum. dixi in consu. Pari. §. 5. num. 63.

g ¶ Plena. infra li. 7. consi. 187. in fi. Deci. c. causam q. de iud. & ita obseruatur & bene licet aliter (& male) velit Matth. sing. 2. Cur. iun. l. admonendi de iureiu. & ibi Ias. in repe. Hypp. Marsi. l. de minore. §. tormenta. nu. 60. de qō & sin. 433. sing. 620. Deci. l. fi. de carb. edi. l. fi. C. de edi. di. Adri. tol. c. cum causam. de prob. consi. 56. consil. 252. consi. 663. * Hoc idem existimat. D. Georg. Natta. ad cle. sæpe. §. quæ omnia. col. 14. de verb sig. post Imo. ibi quem allegat. ꝓ quo facit tex. in l. 1. C. quorum bono. ibi. Si probaueris, q denotat, plenam probationem secundum Fel. ad rub. de prob. col. 2. sed q semiplena probatio, Alex. ad l. fi super glo. prima figura. C. de edic. diui. & dicit Fel. ad c. veniens. el j. col. 6. de testib. q in reintegrādæ, sufficit probatio per famam, & tamen fama nō facit nisi semiplenā. Idem tenet Ias. ad l. a Diuo. §. si super rebus. 4. no. ff. de re iudic. Deci. ad c. 1. de appella. & artic. tangit Crau. consi. 258. col. 2. Nat.

## EPITOME.

BENIAMINVS Hebræus quatuor filios hæredes instituit. & ad tollendam discordiam partes. fecit inter eos pro diuiso cum certis modificationibus, & iussit contentos esse nec aliquid vltra petere vel inuicem molestare, quod si quis ductorum filiorum & hęredum aliter fecerit aut controuersiam mouerit impugnando testamentum seu diuisionem prædictam directò vel per indirectum, tunc & eo casu talis filius, qui contrauenerit, vel contrafecerit sit priuatus omni commodo, & solum iure institutionis, habet legitimam, & residuum pertineat ad alios filios & hæredes obedientes & diuisionem seruantes. Respondit Alex. q dicta pœna non extenditur ad nepotes.

## SVMMARIVM.

2 *Filiorum appellatione in odiosis veniunt nepotes.*
3 *Et, copula, ampliat.*
4 *Verbum, suprascriptis, vel dictus hæres, restringit.*
6 *Prohibitio facta hæredi an exhæredatur ad hæredem hæredis.*
7 *Pœna imposita hæredi non ligat heredem hæredis.*

## CONSILIVM CXL.

Viso dicto testamento, & etiam codicillis eiusdem testatoris super eo quo quæritur, puto de iure concludendum dictam prohibitionem & pœnæ impositionem,
1 † non trahi ad dictos nepotes hæredes dictorum filiorum, & hæredum dicti testatoris. hoc ostendunt illa verba testatoris, dicentis. Et eo casu dictus talis filius qui contraueniret, seu contrafaceret, & intelligatur & sit priuatus &c. quia prohibitio facta filiis non extenditur ad npotes, vt in auth. de restit. fideicom. §. nos igitur. & ibi gl. 1. & istud etiam sequitur Cy. & Bal. & Sali. in l. voluntas. C. de fideicom. & Dyn. Rayn. Bartol. Bald. & Modern. & alii in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1. & Bar. in l. Lucius. §. Semproniæ. ff. de leg. 3. & Bald. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. & in l. Titius, in prin. ff. de
2 libe. & posth. vbi per illum tex. & per dictum † §. nos igitur, cum glo, dixit quod in dispositione hominis pęnali vel odiosa appellatione filiorum non comprehenduntur nepotes, p hoc inferens q si statutum est, q aliquis cum filiis suis non possit stare in ciuitate, non comprehenduntur nepotes, vnde videmus q in exhæredatione filiorum, quæ est odiosa l. cum quidam. ff de libe. & posthu. l. 1. §. quare. ff. de ventre in pos. mitten. appellatione filiorum non comprehenduntur nepotes, vt not. in l. fili. ff. de verb. sig. & no. Bartol. in l. liberorum e. ti. & canonistæ. in c. quibusdā, de pę. & in cle. j. de baptismo facit l. q si nepotes. ff. de test. tu. & l. iusta ff. de ver. sig. & insti. qui test. tu. da. pos. § fi. ¶ Nec ob. si dicatur q dicta dispō vr̄ ēt relata ad hr̄des, dū dixit q si aliquis dictorū filiorū & hr̄dū,
3 aliter faceret, &c. nā † illa copula &, posita inter dictionem filiorum, & dictionem hæredum, operatur vt verificentur illa
a verba in filiis tantum, & etiam in hæredibus tantum, [a] aut declarat Bar. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posth. Bald. in d. l. Gallus. §. quidam recte. ad fi. cum si. arg. l. ea tamen

men adiectio.ff. de leg. 3. & si refertur dicta dispositio ad illos, qui sunt hæredes, quamuis non sint filij, sequitur q̃ continebitur etiam quicunque alius hæres in infinitum.l. sciendum.& l.hæredis.ff.de verbo. signi.l. in annalibus.& ibi not. doct.C.de leg. 1.per Bar.in d.§. etiam si parente. quia ad hoc respondeo primò, q̃ testator solum voluit in casu nostro locũ habere dictam prohibitionem pœnalem in filiis hæredibus, & non in aliis hæredibus, patet ex eo, q̃ dixit, talis filius, qui contrauenerit, & sic per sequentia declarantur præcedentia. l.si seruus plurium.§.fi.& l.qui filiabus. in princ.ff. de leg. 1. Item etiam per illa verba testatoris dicentis, q̃ si quis dictorũ filiorum & hæredum aliter faceret, non videtur aliquo modo posse comprehendi nepotes propter illam dictionem dictorum & supra non dixerat, nec fecerat aliquam mentionẽ de aliis hæredibus, quam de filiis ipsius testatoris, ergo videtur facta relatio ad substantiam personæ ipsorum hæredum nominatorum.l.si cui.§.si a filio.cum ibi no.per Bar.& doct.ff. de leg. 1. ¶†Hoc quasi in terminis * nostris decidit Bar. con-
4 sil.7.inci. Andreas Martini condidit &c. vbi quærit, si testator Goffredum & Ioannem eius filios fecit hæredes, & legata in eo testamento pluribus personis reliquerat, adiiciens, quòd mandabat per infrascriptos suos filios, & hæredes legata debere solui intra terminum duorum annorum; & q̃ si ita factũ non esset hæreditas sua deueniret ad certum hospitale, & contingit quòd prædicti hæredes post aditam hæreditatem, ante biennium decesserunt post mortem testatoris superstite eorum matre, quæ eorum hæreditatẽ adiuit, & quia ipsa non soluit dicta legata intra biennium, hospitale prædictum petebat bona & hæreditatem, dicti testatoris, consuluit Barto. dictam pœnalem dispositionem solum intelligi relatam ad filios hæredes, & non ad hæredes ipsorum filiorum, quia dicta verba important, q̃ nominatim grauasse dicatur filios & hæredes, allegant.l.nominatim.ff.de condi.& dem.& l.2.ff. de liber. & posth.attento, q̃ filii non fuerant in mora, quia decesserunt, ante biennium, in eis non fuit commissa pœna, & non committeretur etiam in persona hæredis ipsorum filiorum. alleg. l.multa, in prin.ff.de condi.& demon.& l. si penum.ff. quando dies leg.ced. ¶†Pro hoc etiam adducit, quia in his, quæ re-
5 linquuntur nominatim ab vno, alius qui succedit in locum eius præter dispositionem & voluntatem testatoris non tenetur ad illud.l. 1.§.fi.ff. de leg. 3. & l. si hæredes nominatim.ff. de legat. 3.& l. 1.§.id quod ex substitutione.ff.ad leg. Fal. vnde cum dicta pœna in casu quæstionis formatæ per Bart. esset apposita filiis si essent in mora, non debet mater hæres filiorũ, q̃ succedit per dispositionem testatoris intelligi ad illud onus grauata, quæ rationes per omnia militant in casu nostro, qui est simillimus illi. ¶†Istud etiam videtur tenere Iaco. de Are.
6 & Bar. in d.l.Lucius.§.Sempronio.ff.de leg.3. vbi distinguit, aut prohibitio simpliciter relata est ad hæredem, & comprehenditur etiam hæres hæredes, aut ꝓhibitio est nominatim facta, & tunc secus per l.si plures.ff.de leg. 3. & d.l. Lucius, in prin. sed ita est, q̃ dicta dispositio & prohibitio testatoris referentis verba sua ad dictos eius filios dicitur esse nominatim facta, vt probatur in præallegata.l. Titius.in prin.cum ibi no. ff.de libe.& posth.iuncta l. 1.& 2.eo.ti.ergo &c. ¶Idem videtur voluisse Ray.in d.l.Lucius, quem etiam sequitur Ioan. de Imo.in l.filiusfam.§.diui.ff.de leg. 1. vbi dicunt, quod aut testator dixit, prohibeo ne Titius hæres alienet, & tunc videtur quod prohibitio sit personalis, nam illud appellatiuum videtur adiici ad demonstrationem propriis nominis.ar.l. si communis seruus, ita stipularetur.ff.de stip.ser.ideo tunc non cõprehenditur hæres hæredis. secus si simpliciter prohibeat ne hæres alienet per dictam l.Lucius, in princ. ergo cum testator dictam prohibitionem & dispositionem pœnalem non retulerat simpliciter ad hæredes, sed ad dictos filios & hæredes, imò verius ad dictos filios, vt patet ibi in verbo, dictus talis filius, quæ dr̃ dispositio nominatim facta, vt d.l. Titius, in prin. ergo non comprehendit hæredes hæredum. ¶Bald.†etiam in
7 l.fi.22.q.C.de hær.insti. vult idem, vbi dixit, q̃ si testator sub certa pœna mandat hæredi, q̃ monumentum faciat, hæc pœna non ligabit hæredem hæredis per dictam l.nulla, in prin. quod dictum Bal. intelligendum puto secundum distinctionem traditam per Bar.in d.consi.& in d.l. Lucius.§. Sempronia.cum qua conclusione etiam concordat Ludo.Roma.in l. si quis filium.§.fi.ff.de acqui.hær. Sali.aut formaat quæstionẽ in d.l.voluntas.& nihil decidit, sed simpliciter reliquit cogitandum. ¶Et per hoc apparet responsum ad illud, quod dicebatur, quod illa copula posita inter duo adiectiua facit, q̃ intelligatur etiam de filijs tantum, & de hæredibus tantum, quia dico, q̃ illud non obstat propter illa verba videlicet, dictus talis filius, qui contrauenerit, per quæ datur intelligi, quòd non
8 nisi filiis hæredibus illam pœnam iniunxit. ¶†Item quia argumentum posset procedere, vbi testator non dixisset dictos filios & hæredes, ut dixit in casu nostro, quæ verba faciunt dispositionem intelligi factam nominatim, & per relationem ad nominatos tãtum, vt probatum est, quod quidem non fuit in casu posito, per Bart. in d.§. etiam si parente. quinimo est magna dubitatio, an doctrina Bar. in d.§.etiam si parente, procedat, dum ipse allegat dictam l.ea tamen adiectio, propter id quod no.ipsemet Bar.in l.iusiur.§.si liberi. ff.de oper. libe. & Bal.in l. 1.C.de iure emph.& per Sal.in l.2.in 10.q.C.de iure emphy.& per Io.de Imo.in l.quod dicitur, de ver.obl. & in ca. potuit, de loca. quæ disputatio non est hic necessaria, quia verba sunt adeo clara, q̃ apparet testatorem nominatim retulisse dispositionem suam, tantum ad filios hæredes, vt probatum est per superiorem. Ex quibus concludo nepotes dicti testatoris, quamuis sint hæredes filiorum & heredum testatoris non comprehendit sub dicta prouisione pœnali. Ale.

ADDITIONES.

a ¶Tantum.supra lib.1.consi.120.
* In terminis.] De hac quæstione latè Aret. ad l. paterfa. col.pen. ff. de vulg.& pup.Ale.ad l.fi.C.de hære. inst.las.ad l. si quis filium.§.fi. col.fi.ff.de acq.hær.post Roma.& Are.ibi.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio de tractando ut filium, non operatur, vt hæreditas deferatur ab intestato.*
3 *Probatio non est propria confessione efficacior.*
4 *Confessio pro resto rationum est satis causata.*

CONSILIVM CXLI.

Viso instrumento conuentionum initarum inter Geminianum & Baldasarem anno. 1454.die.28. mensis Ianuarii, & alio instrumento debiti librarum ducentarum quinquaginta inter dictum Geminianum & dominam Ioannam eius vxorem ex parte vna, & dictum Baldasarem ex alia de anno. 1466.die 26.mensis Iunij, quæritur de duobus. Primò, vtrum non obstante dicto primo instrumento possit dictus Baldasar se tueri, quominùs mortuo dicto Geminiano ab intestato possit conueniri, vt eius hæres à creditoribus dicti Geminiani.& quia res est clara, breuiter ad hoc respondeo, q̃ dictus Baldasar conueniri non potest à creditoribus Geminiani, quia in dicto instrumento non promisit Baldasar creditoribus Geminiani satisfacere. ¶Et licèt†Geminianus promi-
1 serit Baldasarem tractare, vt filium, & Baldasar promiserit Geminianum tractare, vt patrem, vt plenius in dicto instrumento continetur, tamen per hoc non resultat, quòd hæreditas dicti Geminiani ab intestato sit delata dicto Baldasari, vt not. Bar.in l.quidam cum filium.ff.de verb.obl. in ver. quid si intestatus decedit &c.& cum eo ibi transeunt alij, non enim potuit ius filiationis, quoad hoc induci sola conuentione, * non
* interueniente arrogatione, seu adoptione cũ authoritate principis, vel magistratus, & causæ cognitione, secundum q̃ traditur in l.2.& in l. si paterfamiliàs.§.fi. cum duabus legibus sequentibus.ff.de adop.cum si.& licèt aliqua operetur dicta conuentio & obligatio, qua quis extraneum ꝓmisit tractare, vt filium,[a] vt plenè leg. & no. in d.l. quidam cum filium, tamen
a non operatur istud, vt ab intestato hæreditas deferatur ei, qui erat tractandus, vt filius, prout dixi. ¶Præterea posito etiam, q̃ hæreditas eius esset debita ab intestato dicto Baldasari, præsupponitur in facto, quod Baldasar illam repudiauit, quod quidem facere potuit, quia†nullus inuitus cogitur agnoscere hæ-
2 reditatem alterius.l.nec emere.C.de iure deli.l.3.§.inuito.ff. de bo.pos.etiam si esset hæreditas patris legitimi, & naturalis. l.si filius

l.si filius qui patri.ff.de vulg.& pup.l. necessariis.ff.de acqui. hære. & repudiata hæreditate non pôt conueniri filius à creditoribus patris, vt ibi nisi in casu speciali.s. qn conueniretur filius pro primilari administratione patris.l.fi.C.de primipilo.lib.12. qui non est casus noster. ¶ Secundum est dubium vtrum stante secundo instrumento prædicto prout in eo continetur, teneatur dictus Baldasar ostendere, quibus creditoribus dicti Geminiani, & dictæ dominæ Ioanne soluerit dictas libras ducentas quinquaginta. & in hoc etiam respondeo, qd quantum est respectu dicti Geminiani, seu eius hæreditatis, vel bonorum, non tenetur hoc probare, quia dicta confessio dicti Geminiani confitentis soluisse. Baldasarem dictis creditoribus quamuis eorum nomina non expresserit, sufficit ad releuandum dictum Baldasarem ab onere probandi. nulla.n. est efficacior probatio, quam propria confessio.l.cum te.C. de transac.l.generaliter.C.de non nu.pec.l.fi.C.de fideicom. & attento, quod dictus Baldasar non erat in potestate dicti Geminiani, quia nulla intercessit solennis arrogatio per quã trãsit arrogatus in filium, & transit in ptãte patris arrogatoris, licet sit in adoptione, vt habetur inst.de adop.§.1. & in d.l.2. & in l. cum in adoptiuis.C. de adop. sequitur, q̃ patria ptãs non poterat hoc præstare impedimentũ & operari, quod præsumeretur dicta confessio Geminiani facta animo donando dicto Baldasari in fraudem legis, prout præsumitur facta in fraudem, quando facta esset inter personas, inter quas non poterat cadere donatio, ut inter patrem, & filium in ptãte patris existentem.iuxta l 2.C.de inoff.dona.vel inter virum & vxorem inter quos est prohibita donatio, vt per totum ti.ff.& C. de don.inter virum & vxo.& hæc probantur in l.cum quis decedens.§ Titia.ff.de leg.3.& in l.qui testm̃.ff. de proba. ¶ Nec pôt dici, q̃ ista cã inserta in dicta confessione prædicta nõ fuerit sufficiens, quia hoc negari non potest. nam videmus, q̃ si quis confitetur se esse debitorem Titii in centum pro resto[b] & saldo rationum inter eos facto, dicitur talis confessio habere sufficientem & legitimam cãm absq; eo, q̃ aliter sit specificatum, quæ fuerint illæ rationes, & vnde processerint, vt notabiliter decidit Sal.in l. vnica.C.de confessis.per l. publia.§. si.ibi ex ratione patris &c.ff.deposi. & per l. cum seruus.ff.de cond.& demonst.& per no.per gl. in l.si ex pluribus in verbo reliquum.ff.de sol. multomagis debet dici legitima causa illa quæ fuit expressa in dicto instrumento, quæ est multominus generalis ¶ Et si quis vult dicere illam confessionem fuisse erroneam vel falsam, habet hoc probare, iuxta l. error, cum ibi no.& l.cum falsa.C.de iur.& fac.igno.nec pôt etiam nunc allegari, quod non fuerit soluta pecunia per dictum Baldasarẽ, prout continetur in dicta confessione, quæ facta fuit iam sunt septem, vel octo anni, nisi per allegantem hoc probaretur, per ea, quæ habentur in l.generaliter.& l.in contractib.in prin.& l.si ex cautione.& l.non vltra.C. de non nu. pec. Ale.de Imo.

ADDITIONES.

* Sola conuentione.] Adde Ale.ad l si pater.C.de hær. insti.vbi vult fraternitates sola conuentione induci non posse.

a ¶ Filium. Ias.consi.141.in fi.lib.4.

b ¶ Resto.supra lib.1.consi.83.in fi.

## CONSILIVM CXLII.

¶ Super controuersia archipsbyteri, & archidiaconi Paduani.

Viso processu inter reuerendum * patrem eximium artium & decretorum doctorem dominum Hieronymum Michaelem dignissimum archipresbyterum ecclesiæ Paduanæ agentem, & dominum Simonem de Rolinis dignissimum archidiaconum ecclesiæ antedictæ se defendentem, coram excellentissimo iuris vtriusq; doctore domino Alexandro de Neuo canonico Vicentino, & in dicta causa iudice delegato, & præhabita notitia de electione de me à dictis partibus facta, ad consulendum, quæ sint partes præfati domini iudicis in pronunciando in dicta causa, auditisq; sæpenumero partibus in iure, & in facto, & datis dubiis vtrique parti, & visis responsionibus partium ad dubia, & aliis visis, & considera-
1 tis, quæ opportunè videnda, & consideranda putaui. † consulo partes domini iudicis esse in pronunciando ad dictum d. archipresbyterum spectare, & pertinere inducere abbatissas monasteriorũ ciuitatis Paduæ, & extra, non spectantium propriè ad collationem d. epi Paduani, in possessionem ipsorum monasteriorum, & eas installare, seu in sede ponere, quando ipse archipresbyter præsens reperitur, & ipsum fuisse & esse in quasi possessione dictorum iurium, & super prædictis silentium imponere archidiacono, eumq; condemnari ad desistendum ab inquietando archipresbyterum super prædictis, & in pronunciando ad dictum archidiaconum spectare & pertinere ius instillandi institutos dictorum beneficiorum, tam in dicta ciuitate, q̃ extra.s. absente dicto archipresbytero, præterquam in beneficiis spectantibus ad collationem epi Paduani existentibus extra ciuitatem Paduæ, quia in illis pronunciandum est ius installandi, & inducendi in possessionem dictorũ beneficiorum spectare ad dictum archidiaconum, etiam quãdo dictus archipresbyter præsens reperiretur, & in absoluendo vtranq; partem ab expensis. tum quia quælibet pars est victrix & victa, tum etiam propter probabilia dubia, & iustam causam litigandi, ac etiam in pronunciando, quod per sententiam super prædictis ferendam nullum præiudicium fiat, aut fieri intelligatur alicui iuri præfati Epi. Moueor principaliter ex dispositione statuti in causa producti loquentis de officio archidiaconi & archipresbyteri, & maximè in ea parte in qua cauetur, q̃ ad mandatum episcopi Paduani archidiaconus debeat examinare ordinandos, & visitare ecclesias, & monasteria tam extra, quàm intus ciuitatem, & installare institutos in beneficiis & inducere eos in possessionẽ beneficiorum absente archipresbytero, in beneficijs vero spectantibus ad collationem episcopi extra ciuitatem Paduanam habeat archidiaconus installare & in possessionem inducere, non obstante, q̃ hæc potestas, per quosdam archidiaconos naturales fuerit vsurpata, & vt creditur in defectũ huiusmodi dignitatis &c.
2 † nam statutum in sui prima parte, dum generaliter dicit, qd archidiaconus debeat installare institutos in beneficijs, & inducere eos in possessionẽ beneficiorum absente archipresbytero, innuit à contrario sensu, q̃ præsente archipresbytero non spectet ad archidiaconum, sed ad archipresbyterum, cum contemplatione archipresbyteri, & archidiaconi emanauerit dispositio dicti statuti.l. seruo legato.§. si testator.& quod not. Bar.ff.de leg 3.l.fideicommissa.§.cum esset.& §. interdum.ff. de leg.3.l.cum emancipati.§.si duo. & quod ibi Bar.ff.de colla.bo.cum si.& iure argumentum a contrario sensu habet locum in statutis regulariter, vt no.Iac.But. & Bart. in l.1.ff.de offi.eius cui man.est iurisd. & Bart. in l.omnes populi.in j.q. principali.ff.de iust.& iu.& Bal.in l.apud antiquos.C.de fur. & in l.2.C.de condi. inser. & Sal. in l. conuenticulam.C. de epis.& cler. Ant.de But.in c.cũ & apostolica. de his quæ fiũt à præla. ¶ Et quamuis intelligatur hoc esse verũ, nisi per argm̃ à contrario sensu resultaret correctio iuris cõis, per not. per gl. fi.in c.significasti, de for.comp.& gl.in c.1.de æta. & qual. in 6.& in c.cupientes.§.q̃ si per viginti, de cle. in 6. & in cle. in verbo obseruare.de sen.excõ.& per not.in l.2.C.de condi. inser.& in d.l.conuenticulam, tamen hoc non obstante videt̃
3 q̃ procedat argm̃ à contrario sensu in casu proposito, † quia quando verba statuti non operarentur, nisi sumeretur argm̃
a à contrario sensu verborum, tunc [a] etiam in statutis & dispositionibus noui iuris sumitur argumentum à contrario sensu, dato, quod ex tali argumento resultet correctio iuris cõis, ut patet in auth.diaconissa.C.de epis. & cle. intelligendo illam, vt facit gl.in l.nulla nisi eo. ti. quam glo.ibi ad hoc ponderãt Moderni, & not.Bart. in l. obseruare.§.proficisci.in 4.q.ff.de offi.procon.& Bal.& Ang in l.si cum dotem, in prin.& ibi clarius.Io.de Imo.ff.sol.ma.& Bal.& clarius Paul.de Cast. in d.l. conuenticulam, & in d.l.1.de offi. eius cui man. est iurisd. & Fulgo.& in l.vt liberis.C.de colla.& Lud.Ro.in auth.ex testamento.C.de colla.facit quod not.Barto.in l.4.§.prætor.ff.de dam.infec.in versi.quæro quid si statutum dicat &c.& in l.2. ff.de vsucap.cum si.Sed nisi sumeretur argumentum à contrario sensu verborum dicti statuti, nihil operaretur statutũ, ibi dum dicit absente archipresbytero &c. ¶ Nec dicatur, qd ibi debeat subaudiri dictio maxime, quia hoc esset violare verba, & mentem statuti, quod ponderauit absentiam archipresbyteri. Bene facit l.1.§.huius rei.ff.de offic.eius, cui mand.est iurisd. Item ex tali suppletione, redderentur superfluò posi-

ta illa verba, abſente archipreſbytero. quæ interpretatio eſſet vitioſa.l.ſi qñ.in prin.ff.de leg.1.& in c.ſi Papa, de priuile.in 6.& in prima conſtitutione codicis.§.quibus. ¶Poteſt etiã ad ſuperius obiecta reſponderi, quod in eccleſia Paduana archipreſbyter ex diſpoſitioue ſtatuti cenſetur Archidiaconus, li-
4 cet denominetur archipreſbyter, patet† quia licet de iure cõi Archidiaconatus ſit prima dignitas in eccleſia poſt Epm.c.1. de off.archipreſby.& ideo ei ſubeſt archipreſbyter, vt ibi, tamen ex forma dicti ſtatuti eſt cõtrarium in eccleſia Paduana, quia archipreſbyter habet regulariter primam dignitatem in eccleſia poſt Epm, vt in illo ſtatuto expreſsè cauetur.& ita etiã eſt,& fuit ex antiqua conſuetudine, ut in ſpecie referunt Hoſti.& Io.An.in c.j.de offi.archi. vnde cum non debeat in iſtis attendi diuerſitas nominum, ſed potius effectum.c. petitio. de procur.& no.Io.An.& alii in c.ne pro defectu,de ele.facit l.inſulam.ff.de præſcri.ver.l.ſi olei.C.loca.l. ſi vno.in prin.ff. loc.c.conſtitutus. de reli. do. vnde licet ſumatur in dicto ſtatuto argumentum à contrario ſenſu per quem contrarium ſenſum reſultet,quod archipreſbyter ſi eſt præſens, habeat inſtallare,& non archidiaconus, non reſultabit correctio iuris cõis, quia ius cõe hoc modo ſeruari vr̃, cum archipreſbyter iſte in eccleſia Paduana potius dicatur archidiaconus. & ita videtur eſſe de mente Hoſti.& Io. And.in d.c.j. dum faciunt mentionem de iſto archipreſbytero eccleſiæ Paduanæ,ad quẽ ex antiqua conſuetudine ſpectat prima dignitas, ſeu officiũ
5 archidiaconi.¶†Secundò principaliter moueor, quia officiũ archidiaconi, & eius iuriſdictio potius eſt ex conſuetudine, quam ex iure communi,vt no.gl. & doc.in c.2. de exceſ. præla.& no.per glo.in c.j.de offi.primi.& not.Spe.in tit. de offi. archi.in prin.vnde dicunt doc.in d.c.1.de offic. archi. ꝙ ſolũ recurrimus ad ius cõe circa officium archidiaconi,qñ non apparet de aliqua conſuetudine.Sed ita eſt, quod apparet probatum.primo per plura inſtrã quod dñs archipreſbyter conſueuit inducere in poſſeſſionem monaſteriorum etiam exiſtentiũ extra ciuitatem abbatiſſas,& eas ponere in ſede, ſeu inſtallare ab anno.1389.& die vltimo menſis Februarii,& citra.de hoc etiam atteſtantur plures teſtes,ſed non deponunt de tanto lõginquo tempore,ergo dictæ conſuetudini ſtandum eſt, præſertim ad interpretationem dicti ſtatuti,vbi in aliqua ſui parte eſſet ambiguum.c.cum dilectus,de conſuet.l. de quib. & l. minimè.ff.de leg.¶Et poſito, ꝙ dicta conſuetudo deberet eſſe præſcripta,iuxta id quod hr̃ in c.Cumana,de elc.& in c.fi. cũ ibi not.de conſue.lib.6. tamen conſtat, ꝙ vltra tempus quadraginta annorũ decurſum eſt à tpe inchoatæ conſuetudinis, vt ex dictis inſtrĩs apparet.¶Et non obſtat, ſi diceretur debere
6 de dicta† præſcriptione deduci tempus,quo vacauit ſedes archidiaconalis.c.1.c.de quarta,& c.euidens, de præſcrip. quia reſpondeo, ꝙ cum ſit fundamentum intentionis domini archidiaconi,ſ.probare quantum tempus ſit deducendum, debuit ipſe probare,quod tanto tpe vacauerit,quod non potuerit eſſe conſuetudo legitima præſcripta.tex.eſt in d.c. auditis. & ideo dicit ibi Io. And. cautum eſt, quod volens ſe fundare in præſcriptione non probet ſolum de tpe.40.annor.tantum, quia ſi ex aduerſo probaretur aliquod tempus eſſe deducendum de præſcriptione quadraginta annorum neceſſariorum ad perficiendam præſcriptionem, non obtineret ille, qui ſe fundat in præſcriptione,ſed in propoſito noſtro probauit dñs archidiaconus de tpe long.excedente metam.40. annor.& ex aduerſo non eſt probatum de aliquo limitato tpe deducẽdo.
7 ¶†Plus dixit ſignanter Ant.de But.in c.fi. de conſuetu.prope medium,dum tractat de tpe neceſſario ad conſuetudinẽ, circa finem illius articuli, quod ſi probaretur de conſuetudine, & obſeruantia.decem annorum,& allegetur quod illud idem fuit ſeruatum per longiora tpa inducentia conſuetudinem ꝑ-
b ſcriptam & exigentem maius tps,præſumeretur,[b] ꝙ interceſſerit conſuetudo præſcripta, & etiam exegiſſe maius tps.10. anno.arg.l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.& eorum quæ no. in c.peruenit.de cenſi.nam ſicut per illa iura habemus, quod ex illa diuturna præſtatione.10.anno.præſumitur,quod præceſſerit cã allegata,ita debet præſumi conſuetudo præſcripta, ex qua ius partis defenditur, vel roboratur. & ita dicit voluiſſe Iac.But.in repe.l.2.C.quæ ſit long.conſue. Sed in propoſito eſt allegatum pro parte dñi archipreſbyteri præceſſiſſe cõſuetudinem & obſeruantiam antiquam, etiam à tanto tpe citra cuius in contrariũ memoriã non exiſtit, vt patet maximè, ex inſpectione libelli,ergo &c.¶ Nec prædictis obſtat ſecunda pars dicti ſtatuti in qua dr̃,in beneficiis vero ſpectantibus ad collationem epi extra ciuitatem Padue habeat archidiaconus inſtallare & in poſſeſſionem inducere &c. quia rñdeo, quod in hac parte ſtatutum à generali diſpoſitione ſtatuti poſita in præcedenti parte generaliter loquente de inducendo in poſſeſſionem inſtitutos in beneficiis,& de inſtallãdo eos, excipit vnum caſum.ſ.qñ tractetur de inducendo, in poſſeſſionem, ſeu de inſtallando in beneficiis ſpectantibus, ad collationem epi extra ciuitatem,quo caſu vult inſtallationem & inductionem in poſſeſſionem ſpectare ad archidiaconũ? & quod iſtud
8 ſit verum,probatur per illam† aduerſatiuam vero, propoſitã in ſecunda parte ſtatuti,de cuius aduerſatiuæ natura eſt, qd ſi illud dictum,ꝙ præcedit dictam aduerſatiuam erat, ita generale,quod comprehenderet illud, quod adiicitur in aduerſatiua ſequenti,& tunc aduerſatiua ſtat exceptiuè.ita inqr Bar. in l.hoc amplius.§.de his ff.de dam.infe.allegat.l.tranſigere cum ibi no.C.de tranſa.ſed ita eſt in propoſito, quod ante illum verſiculum,in beneficiis vero, præcedebat diſpoſitio generalis apta importare & comprehendere etiam beneficia ſpectantia ad collationem epi extra ciuitatem. patet, quia in prima parte ſtatutũ generaliter loquitur de inducendo in poſſeſſionem beneficiorũ ipſos inſtitutos in beneficiis, & de inſtallando ipſos inſtitutos, & ſic poteſt intelligi de quibuſcunque
9 beneficijs,quia illud† participium inſtitutos, eſt aptum comprehendere collationem,confirmationem & quamcunq; cõceſſionẽ vel inueſtituram, vt probatur.18.q.2.hoc tm̃, cũ gl. in verbo,inſtituere.& in c.authoritate,cũ gl.de inſtitu.c.poſt electionem,& ibi no.Inn.de conce.præb.& not.clarè Paul.de Liaza.in cle.j.in verbo,eligatur.de ele.& doc.in rub.de inſti. ergo ſtatutum,in dicto verſ.in beneficiis vero &c. non corrigit proximè præcedens dictum,ſed excipit ab eo, ſeu illud re-
10 ſtringit.¶Conſtat† autem quod abbatiſſa creatur per electionem, non autem per collationem epiſcopi, & ad epm ſpectat confirmatio non collatio, vt patet in c.indemnitatibus. & in
11 c.G.cum gl.de elec.in 6. ergo illa† ſecunda pars ſtatuti nõ habet obſtare dicto domino archipreſbytero, cum loquatur de beneficiis ſpectantibus ad collationem epi,ergo non comprehendit beneficia, de quibus prouidetur per electionem & cõfirmationem,ſed alia etiam ſi eſſent beneficia dignitatum, vt in cle.1.§.ad hæc.cum ibi no.de præb.& in c. cum in illis.§.ſi. de præb.in 6.c.ſi poſtquam.§.fi.& c.fi. cum gl.fi.de elec. eod. lib.c.de liberatione.de offic.leg.lib.6.& no.Io. And.in addi. Spec.in tit.de act.& peti.§.ſequitur. in additione magna incipiente.author nobis &c.in notabili quæſtione, quam ibi ponit.Et ſi ſtatutum in dicto verſiculo,in beneficiis vero &c. aliter intelligeretur,ſequeretur quod in illa parte ſtatutum corrigeret,quod in proxima præcedenti parte ſtatuti, cautũ erat,
12 quod non eſt dicendum,quia† non debet fieri interpretatio, quod ſtatuentes videantur incontinenti voluiſſe ſe corrigere. l.non ad ea.ff.de cond. & demonſtr. imò ſemper ſtatutum debet per diſtinctionem defendi,& taliter interpretari,ne reſultet contrarietas in eo, vt not. Bartol. in l.omnes populi.in fine tertię.q.principalis. ff.de iuſt.& iu.& in l.1.§.& parui.ff.quod vi aut clam.& Ang.in l.inciuile.ff.de legi.facit cap.cum tu.de teſt.& id quod habetur in §.quibus.in prima cõſtitutione codicis.¶Alio modo ẽt reſponderi põt ad dictam ſecundã partẽ ſtatuti,in verſiculo,in beneficiis verò &c.quod cum tpe, quo editum & confirmatum fuit dictum ſtatutum,iam ex antiqua conſuetudine ẽt præſcripta.erat acquiſitum ius inſtallandi di-
13 cto archipreſbytero, vt ſuperius oſtenſum eſt, † & de tali conſuetudine nulla eſt facta mentio in dicto ſtatuto,aut eius confirmatione apoſtolica; ergo Papa non intelligitur illi conſuetudini derogaſſe,vt dicit tex.in c.1.de conſti. in 6. facit c.ſup
14 eo,cum ſi.de offi.del.& conſtat,† ꝙ ſi epiſcopus ipſe cum capitulo ẽt ſi expreſsè voluiſſet, nõ poterat præiudicare, aut derogare iuri,iam quæſito ipſi archipreſbytero.c.cũ olim,& ibi no.doc.de conſue.c.cũ dicit.& c.ad audientiam,de eccl. ædi. 16.q 1.eccleſiæ.& c.ſeq.& no.gl.ord.in c.conſtitutus. in verbo,à quocunq;. de reli. do. ſaltem quia eps & capitulum hoc caſu non auferrent archipreſbytero illud,quod per ſuum ſtatutum archipreſbytero conceſſiſſent, ſed habebat hoc archipreſbyter à conſuetudine præſcripta, quæ eſt potentior, quã eſſet

esset statutum episcopi cum capitulo, † quia per consuetudinem praescriptam potest concedi illud etiam quod esset contra ius commune, vt in d.c.fi.cum gl.de consue. lib.6. sed per statutum * episcopi cum capitulo non potest concedi, vel disponi contra ius commune.c.fi. cum ibi no. per doct.de offi. archipresby.& no.Io.And.in c.fi.de appella.in 6.in nouella, cum suis concor. & sic non videtur obstare decisio Bald.in l. non amplius.§.1.ff.de leg.1.in contrarium alleg. cum simil. ¶Non praetermitto, tamen nonnullos excellentes doctores, qui pro archidiacono subtiliter consulerunt, non esse vllatenus arguendos, eo quia plura ex his, quae ex inspectione praesentis processus liquent, non fuerunt eis praesupposita, & maximè illud, ꝙ dignitas archipresbyteri sit prima dignitas, post episcopum in ecclesia Paduana ex antiqua consuetudine, & ex forma statuti, & etiam illud videlicet, ꝙ de consuetudine tanti temporis archipresbyter induxerit in possessionem, & installauerit etiam extra ciuitatem, quae duo satis vigere videntur contra archidiaconum, vt ex praemissis liquere puto. Ego Alex. Tartag. de Imo.

ADDITIONES.

a Inter reuerendum.] Pro Archidiacono in ecclesia Parmensi contra Archipresbyterum, consuluit And.Sicul.consi.5. lib.2. Et in alia q.pro Archidiacono contra Archipresbyterum consuluit Dec. consil.420. Natta.

a ¶Tunc.Ale.l.1.de offi.eius,cui man.est iurisf.supr.lib.3.consi.61.

b ¶Praesumeretur,sed hoc falsum est.

* Per statutum.] Rationem differentiae, cur induci posit consuetudo contra canones, & non statui, latè tradit Fel.ad cap. quod super his.col.1.de maior.& obed. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas iuncta verbo debet intelligi, secundū tempus verbi.*

2 *Participium vertitur in verbum, & relatiuum.*

3 *Praefatio indicat causam finalem.*

6 *Gabella non debet bis solui pro eodem.*

7 *Fraus probatur esse, vel deesse ex coniecturis.*

CONSILIVM CXLIII.

Viso titulo quaestionis, & statuto cum interpretatione, circa statutum reddita, praetermissis non necessarijs, puto breuiter pro dicto matrimonio Bononiae cōtracto, seu pro contractu dotis, ibidem celebrato, dictum Robertū ciuem Caesenae trahentem moram tunc Ferrariae, & ibi domicilium habentem ad gabellae solutionem in ciuitate Caesenae vigore dicti statuti non teneri, ad quod praesuppono, ꝙ statutum antequam interpretaretur à principe, importabat, quod si quis extra districtum Caesenae conduxerit aliquam mulierem, & in ciuitate, vel districtu Caesenae eam duceret in vxorē teneretur soluere gabellam, seu datium pro dote. hoc ostendunt illa verba statuti dicentis, vbi aliquis ciuis Caesenae, vel eius districtus duxerit in vxorem aliquam mulierem conductam de extra districtum &c.nam†qualitas iuncta verbo, de-
1
a bet intelligi, secundum tempus ª verbi, cui iungitur.l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxa.l.Titius.ff.de testam.mil.l.ex facto.§.si quis autem,ff.ad Treb.l.2.ff.de aur.& arg.lega.& magistraliter declarat Bar.in l.ex facto.in prin.ff.de vulg. & pup. circa principium, & in l.pręcipimus.§.sanè.C.de app.& in d. l.Titius.& per Ioan.And.in c.statutum, in prin.de rescr.in 6. & per Bal.in l.humanitatis.C de impu.& aliis subst. & in l.si quis haeredem.C. de insti. & substi.ergo illa qualitas, scilicet conductam, iuncta illi verbo duxerit, debet intelligi secundū tempus ipsius verbi, & sic est sensus, ꝙ tempore, quo ciuis Caesenae duxit in vxorem illam mulierem, talis mulier tempore, quo ducitur in vxorem, sit conducta de extra districtum Caesenae. & eo maximè, quia illud participium † conductam, re-
2
b soluitur ᵇ in relatiuum, & verbum praeteriti tēporis, sicut erat ipsius participium, vt no.gl.in cle.1.in verbo, si dignitatibus. de preben.& per alios.in l.1.ff.de cond.& demon.& illud participium conductam. & etiam reliqua omnia verba dicti statuti ostendunt euidenter, quod statutum loquitur, qn̄ de loco ad locum causa matrimonii contrahendi mulier conduccbatur.l.1.§.vnusquisq;.& l.2.in prin.ff. de ser. fugi.ergo cū Robertus vxorem existentem & commorantem in ciuitate Bononiae duxerit in eadē ciuitate Bononiae, & antequā duceret in vxorem, non conduxit eam de aliquo alio territorio, euidentissimè constat ꝙ non sumus in casu dicti statuti. ¶ Solū videndum superest, an interpretatio ad statutum data à principe habeat quouis modo obstare, in quo dico ꝙ non, stantibus rebus, prout in facto proponitur. nam praesuppono
3 † quod prefationes statutorum, & vniuscuiusq; dispositiones
c indicant causam finalem ᶜ ipsius dispositionis.l. fi.ff. de haer. insti.& ibi no.Bar.vbi dicit illam l.esse ad hoc meliorem.quę sit in iure.& probatur in l.cum hi. in prin. iuncto ver. planè. & in §.eam transactionem inducendo, vt ibi per Bar.vbi probatur, ꝙ per praefationem, seu narrationem positam in principio legis, vel statuti, restringitur generalis dispositio sequés, vt ibi.& not.Bartol.in l.ambitiosa; in ver. visis & examinatis dictis &c.de decre.ab ord. fa. & Bald. in prima constitutione codicis.§.quibus, in prin.& in l.1.in prin. per illum tex.ff. de orig. iur. cum ergo in praefatione dictae interpretationis dicatur formaliter hoc modo, videlicet, vt fraudibus obuietur, praesens & suprascriptum capitulum, &c. vbi dicitur, si aliquis ciuis Caesenae, vel eius districtus duxerit in vxorē aliquā mulierem conductam de extra districtum &c. interpretamur intelligi debere, & habere locum etiam si matrimonium de extra ciuitatem & comitatum Caesenae fuerit consummatum & ita motu nostro proprio inuiolabiliter obseruari manda-
4 mus &c. † ergo apparet, quod dicta interpretatio cessat, vbi apparet cessare fraudem, seu suspicionem fraudis, quia cessante causa finali ipsius legis cessare debet dispositio.l. generaliter.C.de epis.& cle.& l.adigere.§. quamuis.ff.de iure patron. c.cum cessante, de app. praesertim, quia aliàs indebite damnū pateretur dictus Robertus, nisi dicta interpretatio restringatur, vt non comprehendat casus, in quibus apparet non subesse fraudem, aut fraudis suspicionem.l.2.C. de noxa. & d.l.adigere.§.quamuis.& quod ibi no.per Barto. ꝙ autem pateretur
5 damnum indebite patet, quia† de iure gabella soluenda est in loco celebrati contractus, vt no. Bal. in l.magis puto.§.illud. per illum text.ff.de reb. eorum. & Bald. in l.1.C.de contrahen. emptio.in versi.quartò quaero si de isto contractu &c. & sic sequeretur quòd Robertus teneretur de iure ad soluendā gabellam in ciuitate Bononiae, & etiam ad soluendum gabellam in ciuitate Caesenae pro eodem contractu dotis, quod nō
6 est dicendum, quia res ita† regulari debet, vt pro eodem facto
d vel pro eadem re non soluatur bis ᵈ gabella.l.fin.§. quoties, cum gloss.ff.de publ. vnde dicit ibi Bartol. per illum tex.cum gloss. quòd si ex forma statuti de omnibus reditibus debet solui gabella, & contingit, quòd locaui fundum pro centum florenis, conductor percepit frumentum, & de eo soluit gabellam, an ego dominus teneat soluere etiam gabellam de illis centum florenis? certè non, secundum Bar. quia soluta est à cōductore fundi de fructibus, pro quibus habeo cētum floren. & propter gabellam minori pretio locatur fundus, allegat no. per Inno.in c.antepe.de deci.& illud sequitur Pet. de Anch. in cle.praesenti.de censi.& in simili Bart.in l. sancimus.C.de consulibus.lib.12.& Bald. in l.cum dotem.C. de iure dot.& Bal.in suo peculio in verbo gabella. & Bald. in l.cum per eos. C.si quis alteri vel sibi. & in l.2.C. de iur. emphy. & in l.1.§. in quibus.ff quod cuiusque vniuer.nomi. in ver. super secundo puncto &c.cum seq.& quod not. Bald. in l.priuatae.C.de excu.munc.lib.10.¶ Quod autem nulla sit suspicio fraudis in casu de quo quaeritur, patet, nam si Robertus habitasset Caesenae tempore, quo iuisset ad celebrandum contractum matrimonij & dotis Bononiae, vel habitasset Bononiae, & incontinenti celebrato contractu matrimonii, & dotis rediisset Caesenam, fortasse potuisset dici omnia fuisse celebrata Bononiae in fraudem gabellae ciuitatis Caesenae. ar.l. si ventri.§.fin.cum ibi no.per gl.& Bar.ff.de priuile.cre.& c.officii. de ele. & qd̄ no. Bar.in l.post contractum.ff.de don.& per Bar.in l.1.C.de ser.fugi.& in l.multum.C.si quis alteri vel sibi. Sed attento, ꝙ Robertus non habitabat Caesenae, sed Ferrariae tempore, quo iuit ad contrahendum matrimonium, & celebrato contractu matrimonii non iuit Caesenam, sed rediit Ferrariam, vbi habitabat, & postea superueniente, ibi peste dicessit, & iuit Rodigium, seu per territorium Ferrariense, & ita non

ſtetit poſt contractum matrimonium per menſes.18. vel circa. demum mutato propoſito iuit Cæſenam, vt ibi cum vxore, & familia habitaret, certè ex hoc temporis interuallo apparet fraudis ſuſpicionem ceſſare. ignarus enim eſſet ille & demens qui per tantum temporis ſpatium voluiſſet cum vxore habitare extra ciuitatem Cæſenæ, & expenſam opportunam ſupportare extra Cæſenam, vt minimam gabellam euaderet,
7 dolus† enim & fraus, an interuenerit vel non, probatur ex coniecturis & veriſimilitudinibus, ac indiciis. l. dolum. & ibi plenè no. C. de dolo. l. fi. ff. de ritu nup. l. dolos. & ibi no. C. de reſcin. vend. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. 1. ff. de adult. c. 2. & 3. de præſum. c. ſignificaſti. de homi. & facto datur voluntas intelligi. l. Pau. reſpondit non tantum verbis. ff. rem ra. hab. l. de quibus. ff. de legi. & in his quæ pendent ab animo, vt eſt dolus & fraus. & in alijs in quibus difficilis eſt probatio, lex contenta eſt leuioribus probationibus, etiam per coniecturas. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. ca. ſi verò. el 2. de ſent. excom. c. præſentium, de teſt. c. paſtoralis. de exce. no. in c. ſignificaſti. el 1. de homi. l. filium diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. iuncta l. ſi vicinis. C. de nup. c. Michael, de filiis præsb. c. licèt quadam, de teſti. & notabiliter per Feder. de Senis in conſi. 119. Nulli dubium. cum ſim. ¶ Vnde non puto aliquem ſanæ mentis arbitrari Robertum contraxiſſe matrimonium Bononiæ, & non Cæſenæ, vt circa gabellam Cæſenæ ſoluendam fraudem faceret, aut illam euitaret. Ex quibus concludo gabellam pro dicto contractu dotis nullam eſſe gabellariis Cæſenæ ſoluendam, prout etiam per egregiè deductum & concluſum fuit per dilectiſſimum mihi fratrem dominum primò conſulentem. Laus Deo.

ADDITIONES.

a ¶Tempus Alb. l. & ſeruorum. ff. de ſtat. ho. Paulus conſi. 24. libr. 2. Alex. d. l. ex facto Pan. c. ſæpe. de reſt. ſpo. Marſi. ſin. 179. Deci. c. in præſentia. de proba.

b ¶Reſoluitur, ſupra lib. 1. conſi. 119. ſupr. lib. 2. conſi. 124. numer. 6. infra, libr. 7. conſi. 25. nume. 5. Lancel. Deci. l. omnes populi, de iuſtit. & iure.

c ¶Finalem. ſuprà lib. 5. conſi. 55. num. 1. infr. eod. conſi. 204. Oldra. q. 103. Cur. ſenio. conſi. 49. Cur. iuni. l. 1. num. 18. ff. ſi cer. pet. limitat Iaſ. conſi. 1. lib. 1.

d ¶Bis. ſuprà, eodem conſi. 78. nu. 9. Bertach. tractat. gabel. 3. par. 8. partis princ. infra, eodem conſi. 148. nu. 10.

a Nunquid autem ſoluenda ſit in loco deſtinatæ ſolutionis, opinio eſt inter Doctores. Vide Feli. ad c. fi. col. 11. de foro comp. Natta.

SVMMARIVM.

2 *Frater conſanguineus tantùm dicitur propriè frater.*
4 *Statutum quòd ſtante patruo mater nõ ſuccedat, ceſſat ſi etiam extet ſoror.*
5 *Statutum quod frater ex latere patris excludit matrem, auũ maternum & ſororem, habet locum etiam in bonis obuentis defuncto ex ſucceſſione matris. nu. 11.*
6 *Statutum quod dicatur fauorabile.*
9 *Mixtum etiam in odioſis ſub ſimplicibus continetur, ſi eſt eadem ratio.*
10 *Exceptio declarat & reſtringit regulam.*
12 *Ex, dictio denotat cauſam proximam, & immediatam.*
13 *Statutum de vulnerante ceſſat in impellente ad lapſum, vnde ſequitur vulnus.*
14 *Mater tenetur dotare, quando pater eſt inops.*
15 *Titulus hæreditarius non eſt lucratiuus liberis.*
16 *Expreſſum dicitur, quod ex mente ſtatuti colligitur.*

CONSILIVM CXLIIII.

Viſo themate quæſtionis præmiſſæ, & viſo ſtatuto ſub rubrica de ſucceſſionibus ab inteſtato aſcendentiũ, & collateralium, & omnibus partibus dicti ſtatuti conſideratis, cuius tenor in nonnullis particulis caſum noſtrum tangentibus omiſſus eſt in themate. de quo ſ. fit mentio. Quoniam ampliſſimè, & ſubtiliter ſcriptum eſt per præſtantiſſimos dominos ſuprà conſulentes, ideo breuiſſima concluſione vtar. Præſupponendum eſt igitur, quòd decedente Margarita vxore Ioannis ſuperſtite Ioanne eius viro, & Laurentio filio maſculo, & Berta filia fœmina dictorum Ioannis & Margaritæ ſucceſſit in vniuerſa hæreditate Laurentius eius filius exclusa Berta filia fœmina, ex forma alterius ſtatuti poſiti, ſub rubrica, de liberorum ſucceſſionibus, de cuius ſtatuti verbis non hæſitatur. Poſteà deceſſit dictus Ioannes pater dictorum filiorum ſuperſtite Laurentio & Berta eius filiis ex eodem matrimonio, & ſuperſtite Thadæo pupillo eiuſdem Ioannis filio ex alio matrimonio, de hæreditate huius Ioannis nõ vertitur quæſtio. Succeſſiuè deceſſit Laurentius ſuperſtite Berta eius ſorore vtrinque coniuncta, & ſuperſtite Thadæo fratre ipſius Laurentii ex latere patris tantum, & etiam ſuperſtite Facio auo materno dictorum Laurentii, & Bertæ. dubitatur quis ſuccedat huic Laurentio in bonis dotalibus dictæ eius matris, quæ ex cauſa hæreditaria ad dictum Laurentium peruenerunt. Et de iure communi nemo ambigit, quòd auus maternus, & ſoror vtrinque coniuncta æqua lance admittuntur excluſo Thadæo fratre defuncti ex latere patris, tantum, in authen. de hære. ab inteſt. & in auth. defuncto. & ibi doct. C. ad Tertul. ſed ex capite dicti ſtatuti, quod in caſu iſto ſeruandum eſt, videtur expreſsè quòd Thadæus fratri ex latere patris tantum præferatur excluſo auo materno & dicta Berta ſorore, vt ſpecialiter cauetur in verſi. ipſi quoque fratres &c. præferantur præfatis aſcendentibus defunctæ perſonæ fœminis & per fœminam &c. ſic auo materno præferuntur iuncto ver. dicti verò fratres mares ex vtroque parente, vel ex patre tantum coniuncti &c. præferantur ſororibus defunctæ perſonæ &c. & ſic Bertæ ſorori Laurentii defuncti. Et loquitur dictum ſtatutum in prædictis verſiculis etiam in fratre ex latere patris tantum, vt ex eius lectura
1 patet, & maximè† iunctis præcedentibus, & ſequentibus, ex quibus etiam media declarantur. l. vtrum. ff. de pe. hæred. l. ſi ſeruus plurium. §. fina. & ibi hoc not. Bal. & Ange. ff. de leg. 1.
2 & etiam de proprio ſignificatu dicti verbi † frater, eſt comprehendere etiam fratrem ex latere patris tantum. l. iuriſconſultus. §. ſecundo gradu. ff. de gradibus. not. Bartol. in l. Lucius. §. quæſitum. ff. de legat. 2. ¶ Sed ad hoc ſtatutum * reſpondebitur per partem aduerſam, quòd ſtatutum non loquitur in caſu noſtro, ſcilicet quando quis decedat ſuperſtite auo materno, & ſorore vtrinque coniuncta, & fratre ex latere patris tantum, ſed tantum loquitur in ver. ipſi quoque fratres, quando extaret auus maternus & frater ex latere patris a tantum, non alius, vnde cum hic etiam extet ſoror vtrinque coniun-
3 cta, iſte † caſus eſt omiſſus a ſtatuto, & ſic remanet in diſpoſitione iuris communis. l. ſi cum dotem, in prin. ff. ſol. matri. commodiſſimè. ff. de libe. & poſthu. nam iſto caſu ſoror vtrinque coniuncta de qua non eſt facta mentio in dicto ſtatuto eſt potior Thadæo, in authen. itaque. C. communia. de ſucceſ. & cum euincet hæreditatem ab eo, & cum eadem Berta ſorore poſtea vocari debet pro virili auus maternus, vt videtur in terminis ſubtiliter decidere Bar. in l. 1. §. 1. in 2. q. ff. de bonor. poſſeſ. contra tabul. per l. 2. §. ſi ſit conſanguinea. ff. ad Treb. & idem Bar. in l. ſi quis filium. ad fi. C. de inoffi. teſta. & in l. illam. C. de colla. & ſequitur etiam Pet. de Anch. in repe. c. canonum
b ſtatuta, de conſti. poſt medium. in verſi. b quæro vlterius de alia quæſtione &c. & refert etiam Pet. de Anch. in d. c. canonum ſtatuta, in ver. inter conſilia, quæ habeo &c. q; collegium Peruſinæ ciuitatis conſuluit in ſimili qõne, ſtatutum dictabat q;
4 † extante patruo non ſuccedat ma-er filio. modo cõtingit quendam decedere ſuperſtite matre & patruo, & etiam ſorore, de
c qua non fiebat mentio in ſtatuto. Nam fuit conſultum c quòd patruus non excluderet ſororem, & q; mater admitteretur cũ dicta ſorore, quia iſte erat caſus omiſſus à ſtatuto &c. & idem in effectu concludit Bal. in l. quicunq;. C. de ſer. fug. vbi dixit, ſi ſtatuto cauetur, quod extante patruo non ſuccedat auus maternus, aliquis deceſſit ſuperſtite patruo & auo materno, & etiam auia materna, de qua non erat facta mentio in ſtatuto, nam tunc reſpondet, q; ad hæreditatem admittetur auus cum auia, quia auia non excluſa trahet ad ſe auũ excluſum patruo excluſo. l. fi. C. de legi. hære. & idem eſt de mente Bal. in l. qd verò. ff. de legi. vbi ſequutus Iac. But. concludit, q; ſtatutu excludens amitam à ſucceſſione filii fratris, non per hoc videtur materteram excludere, per l. illam. de colla. & iſta videretur fortius ſtringere in fauorem partis aduerſæ. ¶ Sed poſito ne præ-

ne præiudicio, quod decisiones & doctrinæ præallegatæ in ca
sibus suis essent veræ, quod tamen non firmo, nec est sine du-
bio, maximè per no. per Bal. in l. si quis vel si qua. C. ad Tert.
vbi post plura inclinat in contrarium eorum, quæ dicta sunt
5 suprà, per l. æquissimum. §. j. ff. ad Ter. † tamen præmissis non
obstantibus, videtur quòd omninò dictus Thadæus præferri
debuerit dicto auo materno, & dictæ Bertæ ex virtute dicti
statuti inducti vt s̄. ¶Nec ob. ꝙ in versiculo, ipsi quoque fra-
tres, non sit facta mentio de sorore defunctæ personæ, & sic
casus noster sit omissus à statuto, quia respondeo, quòd licèt
ibi non sit hoc prouisum, tamen expressè, & specialiter hoc
prouisum est in præallegato ver. dicti verò fratres mares, vbi
propriè cauetur, quòd frater ex latere patris tantum sororem
defunctæ personæ excludat, & sic patet nullum remanere ca-
6 sum omissum. ¶Pro hoc etiam facit † quia dispositio facta de
d casu simplici comprehendit in fauoribus casum mistum. [d] l. si
ita scriptum. & ibi doc. ff. de lib. & posthu. l. Titiæ textores. ff.
leg. 1. & no. plene Bar. & doct. in l. 2. in prin. ff. de verb. oblig.
7 cum si. sed † statutum nostrum præferens fratrem & excludẽs
alias personas, dicitur fauorabile, vt concludit Bald. in l. 2. per
ibi no. C. qui ad liberta. perue. non poss. vbi dicit, quòd statu-
tum disponens quod frater succedat fratri exclusa sorore, in-
telligitur fauorabile, licet sit fauor causa odii, secus dicit in
statuto quod excluderet filiam ab hæreditate patris, in cuius
potestate esset, quia diceretur auferri dominium filiæ, quæ
est in potestate, quod est odiosum. l. in suis. ff. de lib. & posth.
& l. maximum vitium. C. de liber. præter. & notat Bald. in l.
sancimus, de nup. & in l. 1. in fi. C. de secun. nup. & in l. cun-
ctos populos, in ver. subsequenter quæritur &c. C. de secun.
tabu. cum simil. ¶Et licet alia sit dubitatio, vtrum statutum
disponens, quod extantibus filiis masculis filia fœmina non
succedat, sit odiosum vel fauorabile, tamen indistinctè statu-
tum deferens hæreditatem fratris fratri exclusa sorore, vel si-
militer auo materno, non dicitur odiosum, sed fauorabile, vt
dicit Bal. ¶Et pro hoc, quia non sic debetur hæreditas trans-
uersalium transuersalibus, & hæreditas descendentium ascen
dentibus, sicut debetur iure naturali hæreditas ascendentiũ
descendentibus. l. fratres. C. de inoffic. testa. l. scripto. ff. vnde
8 liberi. & declarat Bal. in l. 1. §. ius naturale, in fi. ff. de iust. & iu
re. ¶Et maximè † cum per ipsos descendentes masculos, non
autem per fœminas, vel ascendentes per fœminam conserue-
tur agnatio & familia. l. iurisc. post prin. ff. de gradibus. instit.
de legi. agnatorum succe. in prin. quod quidem reipublicæ in
teresse dicitur. in l. 1. §. pe. ff. de ventre inspi. & hæc fuit ratio
dicti statuti nostri secundum Iac. de Aret. & Cyn. in l. 1. C. de
adul. cum concor. ergo statutum prædictum fauorabile præ-
ferens fratrem ex latere patris, quando auus maternus extat,
& præferens eundem fratrem, quando soror extat, comprehẽ
dit & includit casum mistum, scilicet quando extat vtrunque
9 videlicet auus maternus & soror. ¶Quinimò † etiam posito,
quòd dictum statutum esset odiosum, tamen adhuc compre-
hendit sub simplicibus casum mistum, quando ad casum mi-
stum verisimiliter potest adaptari mens statuentis, propter
identitatem rationis, vt est text. not. & ibi not. Iacob. de Aret.
Bal. & Imo. in l. si ita facta. ff. de iniu. testa. quod colligitur se-
cundum Bal. ibi, quando de vtroque simplici priuando dispo
nens mentionem fecit prout in casu nostro, in quo statutum
prætulit fratrem, tam auo materno extanti, quam sorori. nec
maior potest reddi ratio, quare statutum, ita non voluerit præ
ferri fratrem extante auo paterno & sorore, sicut altero, tan-
tum ex eis extante, cum per neutrum ipsorum, ut dictum est,
conseruetur agnatio & familia defuncti, sed per fratrem sic,
quod est bene ponderandum. ¶Secundò principaliter posset
contra dictum statutum in fauorem Thadæi allegatum oppo
ni per aduersarios, quòd statutum in ver. ipsi quoque fratres,
præfert fratrem ex latere patris ascendentibus fœminis, & per
fœminam. Sed dictus Titius licèt sit ascendens per fœminã,
tamen non est fœmina, ergo cessat statutum, quia ad hæc fa-
ciliter respondetur, quòd illa verba postea sequentia in statu-
to, ibi, nisi matri vel auiæ paternæ &c. remouent hoc obiectũ.
excipit enim statutum à dicta dispositione auiam & proauiã
paternam, quæ non dicunt ascendentes fœminæ, & per fœmi
10 nam, imò sunt ascendentes per masculum. modò sic, † exce-
ptio declarat & restringit regulam præcedentem. l. nam quòd
liquidæ. §. fi. ff. de penu. lega. quem tex. ad hoc pro singulari al
legat Ioan. de Imo. in l. filio præterito, in vers. sed est dubium
quid de posthumo &c. ff. de iniu. testam. & sic dicta exceptio
declarat, quòd dicta verba, fœminis & per fœminam, nõ stant
copulatiuè, aliàs non fuisset necessaria dicta exceptio, & pro
hoc, quia exceptio firmat regulam in omnibus casibus non
exceptis. l. quæsitum. §. denique. de fun. inst. & in authen. de
non alie. §. vt autem. no. in l. in his. ff. de legi. sed auus mater-
nus non reperitur exceptuatus, ergo remanet sub prima dispo
sitione. ¶Secundò ad hoc potest respõderi, ꝙ posito, quòd ꝑ
virtutem dictorum verborum fœminis, & per fœminam, non
præferretur Thadæus auo materno prædicto, tamen ex aliis
verbis dicti statuti apparet dictum auum excludi debere.
11 †Nam statutum in præallegato ver. ipsi quoque, præfert fra-
trem ex latere patris matri defuncti, quo ad proprietatem, er
go si excluditur mater, est etiam exclusus auus maternus, qui
est sequens in gradu, vt no. firmat Cy. post antiquos in l. 1. C.
quæ sit lon. consue. & Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad Ter. Cyn.
in l. de quibus. ff. de legi. & no. Bal. in l. illam. C. de colla. & in
l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. & in l. scimus, in prin. in 7. q. C.
de inof. test. & in l. venia, aliàs est in l. fin. C. de in ius vocã. &
Pet. de Anc. in d. c. canonum statuta, in vers. his igitur quinq;
membris &c. & in cle. j. de baptismo. & Bal. in l. maximum vi-
tium, in prin. C. de lib. præt. & Bar. in l. liberorum, in ver. quæ
ro quid si filia dotata. ff. de verb. sig. & Ang. in §. neq; illo. in
auth. de trien. & semis. ¶Tertio principaliter contra dictum
Thadæum potest allegari, ꝙ statutum in ver. dicti vero fratres
c & c. dicit exceptis [c] bonis quæ ad defunctam personam per-
uenerunt ex dote vel titulo lucratiuo, (ut suprà) à matre, vel
coniuncta persona per matrem dictarum sororum, vel vteri-
norum, in quibus talibus bonis ius commune seruetur. Et sic
videretur, ꝙ in casu isto deberet seruari ius commune. Sed cer
tè dictum statutum nil facit ad propositum, ad quod osten-
12 dendum ponderanda sunt illa verba ex dote. nam † dictio ex,
denotat causam proximam & immediatam, non autem remo
tam. l. non dubium, & ibi Bart. & doc. C. de legi. l. 1. C. si ser-
uus extero. l. eo tempore. in fi. ff. de pecu. no. Bar. in l. 1. §. ex in
cendio. ff. de incen. rui. nauf. & in l. 1. §. emancipa. ff. de con-
iun. cum eman. libe. & maximè in statutis, quæ sunt stricti iu-
ris, in quibus verba debent accipi propriè. l. 1. §. si is qui nauẽ.
ff. de exer. l. quod constitutum. ff. de testa. mi. l. constitutiones.
& ibi Bar. ff. ad muni. & plenè per Bar. in l. omnes populi, in
13 6. q. prin. ff. de iust. & iu. vnde dicit Bald. † in l. de pecorib. C.
ad l. aquil. & in d. l. 1. C. si seruus extero. in quarta oppo. si sta-
tutum disponit, ꝙ si ex percussione sanguis exiuerit, pax non
prosit. pone ꝙ percussi aliquem cum pugno adeò, ꝙ cecidit in
terram, ex quo factum est vulnus cum sanguinis effusione. cer
f tè statutum non comprehenderet illum [f] casum, quia percus-
sio mea non fuit immediata causa vulneris cum effusione san
guinis, vnde non dicetur sanguinem exiuisse ex percussione,
sed propter percussionem, quia dictio, propter, bene denotat
causam remotam & mediatam. d. l. eo tempore. in fin. & d. l. j.
C. si seruus extero. ¶Vnde in proposito si mater, vel alia con
iuncta persona per matrem dedisset in dotem aliquid vni ex
filiabus suis, quæ filia post matrem decessisset, tunc haberet
locum statutum, quia diceretur ex dote immediatè à matre
peruenisse, sed in casu nostro cum non agatur de dote da-
ta à matre, sed agatur de dote data matri, quæ non ex dote,
sed ex causa hæreditaria peruenit ad Laurentium, non dici-
tur ex dote peruenisse, sed propter dotem, quæ fuit data ma-
tri, dicitur mediante causa hæreditaria peruenisse ad Lau-
rentium. ¶Nec enim est mirandum, si mater, vel coniun-
cta persona per matrem interdum dat dotem filio &c. prout
14 sæpe accidit, quoniam imo † quandoque mater cogitur ad do
tandam filiam, ut quando pater est inops, vt no. Bar. & Bald.
in auth. res quæ, communi. de leg. & Ia. de Are. Cyn. & Bal. in
l. mater. C. de iu. do. sicut & in dicto casu ad alimenta tenere-
tur. l. pen. ff. de libe. agno. & plenè not. in l. alimenta. C. de ne
go. gest. ¶Nec similiter est dicendum, quòd peruenerint di-
cta bona dotalia ex causa lucratiua ad Laurentium, quia hoc
non est verum cum enim ad eum peruenerint titulo hæredi-
15 tario, titulus † hæreditarius non est titulus lucratiuus [g] l. si
g hæredi. ff. man. l. obligari. §. pupillus hæreditatem. ff. de auth.
tuto. l. quia poterat. ff. ad Trebel. & maximè in casu nostro,

scilicet in hæreditate ascendentium, quæ non dicitur titulo lucratiuo obuenire, sed tanquam debita dicitur obuenire. l. si. C. de codi. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. test. l. scripto. in fi. ff. vnde liberi. & est casus expressus. in l. 1. C. de impo. lucra. descrip. & ibi Bar. vbi dicit, ꝙ si de obuenientibus titulo lucratiuo debet solui gabella, non soluetur de hæreditate quæ relinquitur ab ascendentibus & descendentibus, & not. Ange. & Imo. in l. suis. ff. de libe. & posthu. & patet ad sensum, quòd statutum noluit intelligere quod ex causa lucratiua diceretur obuenire hæreditatem, quia non dixisset ex causa lucratiua, sed dixisset ex hæreditate. l. j. §. si autem ad deficientis. de ca. tol. c. inter corporalia, de transla. præ. ¶Item ad comprobationem prædictorum, quòd dictum statutum sic loquatur, induco, quia statutum loquitur de titulo lucratiuo collato, per matrem in filios, non autem loquitur de rebus, quæ ex titulo lucratiuo peruenerunt ad matrem, quia in bonis, quæ peruenissent ad matrem, nõ extat ratio propter quam debuisset fieri differentia inter bona, quæ mater acquisiuisset titulo lucratiuo, vel titulo oneroso. vnde cum simul, & in eadem oratione coniungantur istæ duæ causæ, scilicet causa dotis, & causa lucratiua, debent intelligi, vt vniformiter determinentur. l. in testamento. C. de testam. mili. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pup. l. quamuis. C. de impube. & aliis substitu. ergo sicut statutum intelligitur & loquitur, quando titulus lucratiuus originaliter fuit collatus à matre in filium, ita intelligatur, qñ causa dotis, seu titulus dotis originaliter procederet à matre in filiam. ¶Vnum casum habeo pro indubitato. videlicet ꝙ si Berta pro dimidia successit Laurentio in bonis olim dotis maternæ, vt fatetur pars aduersa, tunc decente postea Berta, sine aliquo dubio succedere debet Berthæ Thadæus excluso auo materno, quia tunc non potest dici, ꝙ iste sit casus omissus à statuto, quia punctaliter deciditur per dictum versi. ipsi quoque fratres, cum ad successionem Bertæ nullus sit, qui se admitti alleget nisi Thadæus & auus maternus, qui debet excludi per dictum statutum. Item nec tunc potest allegari, quod ista bona peruenerint ex dote, tum quia hoc casu statutum in dicto ver. ipsi quidem fratres, non admittit hanc differentiam inter bona, quæ obueniunt ex dote, vel alia bona, tum etiam quia dicta bona non peruenerunt ex dote, imò peruenerunt ex causa hæreditaria, & ex successione Bertæ in hæreditate Laurentij. ¶Nec prædictis obstat, quod in principio dicti statuti dicatur seruari debere ius commune præterquam in casibus istis &c. & sic requiratur, ꝙ possit talis casus legi in statuto, per no. per Bar. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vul. & pup. cum si. quia respondeo, quòd decisio casus nostri legi potest apertè in dicto statuto, vt superius est ostensum. plus di-
16 co, † ꝙ satis esset, ꝙ ex mente statuti colligi posset, vt firmat Bal. in l. vbi adhuc, in ver. modo succedit hic alia quæstio &c. C. de iure do. & in l. ad probationem. la j. C. de probat. & in l. 1. §. & vt planius. C. de rei vxo. act. & Bal. Ang. & Imo. in l. j. ff. de his quæ in testa. delen. & Bal. in l. 1. in versi. quæro quid si statutum &c. C. de fideicommiss. & expressè vult Bart. in d. l. qui liberis. §. hæc verba, dum dicit, quòd quando nullus alius erat scriptus hæres, qui legi posset, quod tunc ex mente testatoris trahitur dispositio ad illum hæredem, qui legi in testamento non potest. Alex.

ADDITIONES.

* Statutum. ] In alia simili q. consuluit Ale. latius, sed per eadem media, consi. 141. lib 6. Natta.

a ¶Patris. Rom. consi. 411. quatuor sunt. Ias. consi. 67. lib. 1. idem vterino. Socin. consi. primo. lib. 1. consi. 25. lib. 3. consi. 89. lib. 4.

b ¶Versi.

c ¶Consultum. & placet, quia etiam tale statutum rigidum, & iniquũ est ad hoc Cor. consi. 90. lib. 3. consi. 271 lib. 4. Iaso. consil. 130. & fin. lib. 1 licet contra faciat Pau. l. illam. C. de col. Alb. 2. statu. q. 111. Petr. de Anchar. consi. 334. Cur. Sen. consi. 9. Deci. consi. 507. Cor. consil. 188 libro 2.

d ¶Mistum vide supr. lib. 3. consi. 82. num. 17.

e ¶Exceptis. Et impossibile est excusare Alexan. quin pessimè consuluerit duplici ratione. Prima, quia specialis est dispositio legis, quòd consanguinei tantum fratres non admittuntur ad bona materna defuncti stantibus fratribus, vel sororibus germanis, vel vterinis tantum. idem de vterinis respectu bonorum paternorum. text. in l. de emancipatis. §. fin. C. de leg. hære. no. gl. & doct. in authen. itaque. C. communia. de succes. Et sic licèt statutum simpliciter dicat, quod frater consanguineus tantum sororem defuncti excludat, non debet intelligi de bonis maternis defuncti contra sororem germanam, vel saltem vterinam, quia satis in alijs bonis vel casibus operatur statutum, vnde non debet intelligi, correcta dispositio legis in iusta ratione fundatæ. Secunda, quia istud statutum non solum non derogat. d. speciali dispositioni, sed etiam nominatim excipit nedum bona quę obuenerunt defuncto ex contractu proprio lucratiuo, vel dotis, sed etiam bona obuenta defuncto à matre, vel coniuncta persona per matrem, & sic Alex. nimium aberrauit. & concludo, quod in huiusmodi bonis maternis defuncti, auus maternus & Berta æqualiter succedere debuerunt excluso Thadæo.

f ¶Casum. Fateor hoc casu, quia statutum prohibens concordiam est iniquum, & quacunque occasione restringendum, aliàs secus, vt plenè dixi supr. lib. 1. consi. 15.

EPITOME.

FALSIFICANS librum rationum fidem non facientem, non tenetur falsi.

## CONSILIVM CXLV.

VISIS narratis in themate, & his, quæ copiosè & eleganter scripta sunt per eximium dominum suprà consulentem. omisso primo dubio, quia deest mihi copia attestationum, capio secundum dubium, quo quæritur, an falsifi-
* cans * dictam scripturam, seu librum rationum nulli afferen-
1 tem præiudicium aliquod incidat in pœnam falsi? † Et videretur prima consideratione dicendum quòd sic per l. 1. §. qui in rationibus. ff. ad legem Cor. de falsi. vbi videtur expressum, ꝙ falsificans librum rationum incidit in pœnam legis Corneliæ de falsis. ¶Secundò probatur per l. qui veluti. C. ad legem Cor. de fal. vbi ille, qui falsam scripsit apocham, & sic scripturam priuatam incidit in pœnam falsi. ¶Tertiò probatur in l. si quis decurio, eo. ti. ibi, dum litera dicit, vel in conscribendis publicis & priuatis instrumentis præbuerit officium, si falsi quæstio moueatur &c. ¶Quartò probatur in l. damus, eo. tit. in verbo chirographa. & in verbo rationes priuatas. ¶Quintò probatur per l. fina. C. de fide instrumen. cum glos. in verbo, cautelam. vbi apparet, quòd producens in iudicio scripturam priuatam, seu ea vtens potest accusari de falso. ¶Sextò per id, quod no. Bald. in rubrica. C. de fide instrumen. in versicu. sed quæritur si scripsit falsum in rationibus &c. vbi concludit, ꝙ ille qui scripsit falsum in libro rationum punitur, quia facit adminiculum, nisi reprobetur. allegat dictam l. damus, & dictum. §. qui in rationibus. ¶Septimò probatur, quia incidit quis in pœnam falsi, quamuis ex falsitate non inferatur damnum, quia satis est, quòd inferri potuerit. l. si quis falsos. C. ad l. Cornel. de fals. & ibi ponderat Bal. qui pro hoc etiam alleg. l. 3. in princi. ff. quod quisque iur. ¶Octauo, probatur, nam quamuis non sit mihi exhibita copia inquisitionis, tamen à communiter accidentibus, & ex communi stylo existimandum est, quod in dicta inquisitione continetur, quòd prædicta commissa, & perpetrata fuerunt per dictum inquisitum in damnum, & præiudicium eorum, qui in dictis scripturis sunt nominati, & propter contumaciam dicti inquisiti habetur ex forma statuti contumax pro confesso, & ita communiter seruatur, ut per Bartol. in l. diuus. la. 2. ff. de custo. reo. & in
2 l. quicunque. C. de requi. reis. ¶† Tamen præmissis non obst. cõtrariam sententiam in casu nostro dico veriorem, nam præsupponitur, ꝙ dicti libri non habent ea, quæ requiruntur ex forma statutorum dictæ ciuitatis Cæsenæ, ut aliquam fidem facere possint, & ideo dicitur, ꝙ ex dispositione statutorum nullam fidem faciunt, & propterea dico, ꝙ non incidit in pœnam. pro hoc adduco gl. in c. quanto, in verbo, nomine patris, de iureiu. ex qua colligunt ibi doc. maximè Ant. de But. Ioan. de Imo. & do. Abb. ꝙ falsificatio scripturæ, quæ non probat, non inducit pœnam falsi, & in hoc reputant illam glo. esse bene notandam. ¶Confirmo per id, quod habetur in l. fundum cuius. §. fi. cum gl. fi. ff. de euic. vbi habetur, quòd non punitur
3 quis propter mendacium, quando alium non afficit damno. pro hoc etiam est gl. ordinaria. in d. l. damus, quæ vult, quod non incidit quis in pœnam falsi pro falsitate commissa in scriptura priuata, nisi talis scriptura, aliquam probationem fa-
a ciat, & sic alteri damnum, seu nocumentum inferat. & illa glo. se-

glo. sequuntur ibi communiter doct. ita intelligentes d. l. damus. cum si. Idem dixit Bar. in d. l. j. §. qui in rotionibus. qui dicit ꝙ ita debet intelligi tex. ibi. s. in scriptura priuata tali, quæ fecerat saltem semiplenam probationem vel indicium, & constat ꝙ pro ipso scribente liber rationum in præiudiciũ alterius nihil probat, saltem quando ipse qui scripsit, adhuc viuit l. exemplo. C. de prob. & declarat Bar. in l. admonendi de iureiur. in ver. circa secundum &c. & in l. nuda ratio. ff. de dona. cum si. & ideo si tales postæ in quibus dicitur falsitatẽ esse commissam erant ad fauorem ipsius scribentis constat, ꝙ

4 nihil probare poterant. si † autem erant ad fauorem alterius & contra alium tertium, & tunc de iure communi etiam non facerent probationem etiam semiplenam, saltem quando nõ

b præstitit iuramentum in actione sua, [b] vt no. Bar. in d. l. nuda ratio. & Ant. de But & alij post eum. in c. 2. de fi. instr. & præsupponitur etiam ꝙ ex forma statutorum requirebatur, ꝙ dicti libri haberent aliqua in istis libris differentia, propter quem defectum nihil probabant ex dispositione statutorum, & per consequens videtur de iure verum, quod iste non inci

* dit * in pœnam falsi. ¶ † Confirmantur per id quod habetur,

5 in l. si quis legatum, & quod ibi notat Bar. ff. ad legem Corn. de fal. vbi non incidit in pœnam falsi, ille qui deliquit, circa testamentum non signatum & inualidum, quando ex eo nullum poterat alteri parari præiudicium, & consuluit etiã Pet. de Anch. consi. 24. incip. Visa inquisitione formata &c. ¶ Et istud comprobabitur ex his quæ dicam respondendo ad allegata in contrarium. nam non obst. d. l. j. §. qui in rationibus, & d. l. damus, quia ad illa iura est responsum suprà, quia, put ibi declaratur per gl. & doc. intelliguntur quando illa falsitas afferebat præiudicium alteri per prædicta. & facit l. impuberem. §. 1. ff. ad l. Cor. de Falsis. & l. j. C. de his qui sibi ascri. in testa. ¶ Non ob. etiam d. l. qui veluti. quoniam secundum Iac. Bu. ibi intelligitur quando illa scriptura producebatur in forma scripturæ publicæ manu tabellionis, vel etiam si erat in forma scripturæ priuatæ, debet intelligi ꝙ erat solennis, vt qa habebat subscriptionem testium, vt no. in d. l. damus, alias nõ incurreret crimen falsi si non est solennis, & ita dicit Ang. in d. l. qui veluti. & ita etiam est de mente Bal. & Sal. ibi dum respondent per no. in d. l. damus. & eodem modo respondetur ad d. l. si quis decurio. vna enim lex per aliam determinatur, & declaratur. l. sed & posteriores. ff. de legi. c. cum expediat. de elec. li. 6. ¶ Non ob. etiam l. fi. C. de fid. instr. qm̃ vt ibi etiã dicit Bal. illa l. loquitur in producente in iudicio priuatã scripturam producibilem ad aliquod indicium vel probationem & hoc sensit ibi glo. dum dixit, producibilem &c. & sic non est casus noster, cum dicti libri, nullam fidem facerent, & per hæc est responsum etiam ad sextum & septimum argumentum, stante ꝙ dicti libri nullam probationem faciebãt. ¶ Non obst. octauum & vltimum argumentum, videlicet ꝙ habeatur perinde ac si confessus fuerint se falsificasse in præiudiciũ eorum qui ibi descripti sunt, quia respondeo ꝙ ex inspectione librorum apparet euidenter contrarium, quia non hẽt re

6 quisita a statuto, & consequenter nihil probant, secundum ꝙ supra dictum est, † vnde apparet euidenter ex ipsis libris, p ductis erroneam esse illam tacitam confessionem, nam eo ipso quod apparet rem aliter se habere, dicitur de errore constare. l. si post. C. de iur. & fac. igno. not. in l. de ætate. §. qui iusto, de interro. ac. & in l. cum de indebito. ff. de probat. & per

7 Bar. & alios plene in l. non fatetur. ff. de confessis. & iudex † in criminalibus debet supplere defensiones rei, etiam si reus nõ allegaret. l. si non defendatur. ff. de pœ. l. j. in fi. ff. de quæstio. & tanto magis pro absente. l. ampliorem. C. de ap. in aut. qui semel. C. quomodo & quando iud. & plenè per Bar. in l. 4. §.

8 hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. ¶ Quod autem contra fictam † confessionem * possit allegari de errore, sicut & contra veram, tenuit notabiliter Ioan. And. in addi. Spe. in ti. de positio. §. nono. versi. verum. per id ꝙ hẽtur in l. quoniam, cũ glo. ff. de his ꝙ not. infa. iuncta. l. si serui. §. 1. C. de adul. & idẽ voluit Ang. in l. 2. C. q test. face. poss. per illum text. cum gl. & Bald. in l. error. in fin. C. de iur. & fact. igno. & in l. ita demum. C. de procu. & Anto. de But. in c. ex parte, ad fi. de confessi. & Io. de Imo. in l. fi. §. iussus. ff. de ap. qa non debet plus operari confessio ficta q̃ vera l. filio quem pater. ff. de liber. & posthu. & actus fictus recipit conditiones veri. c. 1. de do. &

9 contu. ¶ Nec ob. † ꝙ contra fictionem non admittatur probatio in contrarium, iuxta plenè no. in l. siue possidetis. C. de prob. & in l. fi. in prin. ff. ꝙ me. ca. & in c. is qui. de spon. quia verum est super eo super quo fit fictio vnde si vellet probare, se non esse confessum, eo casu quo agitur se fuisse confessum, & non posset, si vero vult probare contentum in illa ficta confessione, non esse verũ, & tunc potest, quia hoc non repugnat fictioni, ita dicit Ant. de But in d. c. ex parte, ad fi. & pro hoc allegat no. per glo. in clem. 1. de proba. & bene probatur in l. 2. §. ꝙ si actor. cum gl. in verbo, rei qualitas. C. de iure calum.

10 per quam etiam idẽ dicit Io. de Imo. in d. §. iussus. ¶ † Et pro hoc inferunt ꝙ si iussus respondere positionibus non responder, & propter hoc habetur pro confesso iuxta c. 2. de confes. in 6. vel bannitus propter contumaciam habetur pro confesso ex forma statuti, tamen si vult probare rem aliter se habere admittetur ad reuocandam confessionem. pro hoc allegant, no. in c. significantibus. de purg. vulg. & in c. ex tuarum, de purg. cano. & in c. fraternitatis. de fri. & sic voluit ꝙ talis ficta confessio reuocetur, quando constat realiter se habere.

11 ¶ Et subdit † etiam signanter Ant. de But. in d. c. ex parte, ꝙ etiam post sententiam admittetur dicta reuocatio erroris, si de ea notoriè constat. allegat no. in d. c. fraternitatis, & in cap.

12 quia plerique de immu. eccl. & dicitur † notoriè constare, qñ ex ipsis actis constat, vt no. in c. euidẽtia, de accusa. & in l. vbi pactum. C. de transactio. & no. Inn. in c. per tuas de testi. & in c. ex insinuatione, de appel. cum si. & ita est in casu nostro, quia ex actis & facti euidentia & inspectione constat, libros non habere sua essentialia ad hoc vt aliquid probent. & sic vera uidetur conclusio ꝙ dictus inquisitus non inciderit in pœnam falsi, & si statutum punit falsificantem librum, vel scripturam debet intelligi & interpretari secundum ius commune, saltem ubi agitur de pœna imponenda l. 2. C. de noxa. l. quamuis. ff. de in ius uoc. c. cum dilectus. de consue. bene facit ꝙ no. Bar. in l. quid sit falsum, in fi. ff. ad l. Cor. de fal. & in l. non dubium. C. de legi. & in l. omnes populi, in 6. q. princi. ff. de iusti. & iure.

ADDITIONES.

* An falsificans.] Vide Soc. de hac re consi. 103. lib. j. & latius consi. 62. eod lib. Afflictum decisi. 21. & decisi. fi. Natta.

a ¶ Inferat supra libro j. consi. 70. in fi. con 74. li. 3. consi. 60. Pau. consilio 42. consi. 37. li. j. Bal. consi. 14. li. j. Cor. consi. 132. l. 4. Cur. iunior trac. feud. par. 4. q. 10. Ias. consi. 153. li. j. An. Rub. consi. xv. Mat. Affli. de ci. Nea. xxj. Aymo. consi. xlvj. nu. j. & per totum Alex. infra lib. vij. consil. liij num. 14.

b ¶ Sua scilicet in officio quod exercet.

* Non incidit,] Cy. tamen ad l. j. C. de sepul. violato, in fi. dicit, quòd venit puniendus pœna extraordinaria criminis stellionatus. Sed Cy. ibi loquitur in notario, in quo est maius crimen propter officium. Item decisio Cyni est dubitabilis, quia crimen stellionatus non datur vbi dolus non nocet, nec est aptus nocere, Bal. consi. 14. Filiusfamilias, liberaui, cum consi. seq. lib. j. Et facit ratio, quia crimen stellionatus, est ad instar actionis de dolo l. 3. §. 1. ff. de crimine stelli. sed actio de dolo non datur propter mendacium, quod non nocet l. quod si venditor, ff. de do. l. fundum cuius, §. cum tibi & ibi Sali. ff. de euict. hac ratione vtitur Pau. Ca. consi. 41. Viso facto & dubijs, libro j. Natta.

* Fictam confessionem.] Istud idem tenet Alexa. ad l. ij. C. qui testam. face. poss. & ibi latius Ias. arg. prosequitur post consilium Aret. ꝙ allegat, inducens ad statuta, quæ communiter sunt per Italiam, quod contumax habeatur pro confesso, & conuicto, vt hec ficta confessio possit reuocari ostendendo, de innocentia inquisiti. Et quod isto casu ex quo potest procedi contra absentem, quòd quilibet potest venire ad defendendum, non tanquam procurator, sed tanquam vnus de populo sine mandato, iuxta nota. per Bartol. ad l. penulti. §. ad crimen ff. de publi. iud. Et de prædictis habeo duo elegantia consilia Mariani Socini post tract. de excusatore. Vide Deci. ad l. & si mihi ff. de regulis iuris & consilio 458. circa fi. Et sententia lata vigore huius statuti, nunquam transit in rem iudicatam Feli. ad c. consanguinei, col. fi. de re iudi. Hyppo. in Praxi. §. ordine, colum. j. Ex quo sequitur ꝙ semper potest ostendi innocentia. Tu dicas quod fictio fundat se ex præsumptione, & non ex veritate eam ob rẽ admittitur probatio in contrarium, ita declarat Bal. ad l. error. in fi. C. de iure & fact. igno. Natta.

CONSILIVM CXLVI.

Lege supra li. 2. consi. 53. quod hic duplabatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Probatio verbum, intelligitur de plena & solenni.*
3 *Sententia super libello inepto est nulla.*
4 *Mandati defectus potest opponi post sententiam.*
5 *Enunciatiua instrumenti non faciunt fidem, nisi inter præsentes & consentientes.*
7 *Solennitas intrinseca, non extrinseca præsumitur.*
10 *Lis vbi non contestatur, incipit instantia quando tractatur de meritis.*

## CONSILIVM CXLVII.

Visis dubitationibus in casibus Gasparis Zuchettæ, qa certè scio per clarissimum dominum iudicantem pro summa eius præstantia longe maiores nodos facilè solui posse, ideo paucis expediam. ¶ Non obstat in primis ꝙ statutum disponit fieri fidem de mandato iudicis & ideo videtur, ꝙ iudex potuerit recipere informationem à notario de mandato, sicut potest recipere testes parte absente, vt dicitur tenere Romanum in l. admonendi. ff. de iureiu. quia respondeo, quod iura etiam dicunt omnes probationes debere fieri iudici l. quinquaginta, in fi. & ibi per glo. ff. de prob. l. procurator, cum si. C. de eden. & tamen certum est quod quando ꝓducuntur probationes debent produci parte citata. l. si quãdo
1 C. de test. l. iudices. C. de fid. instr. & † ꝙ vbi lex requirit fieri fidem iudici, intelligatur de plena & solemni probatione, est glo. reputata notabilis in clemen. constitutionem, ad fin. in ver. fides, de elec. & per glo. in c. statutum, in verbo, saltẽ, de rescri. in 6. & non inuenio Romanum contrarium dicere
2 in d. l. admonendi, quinimo † si iurisconsultus diceret, ꝙ testes recepti parte non citata, pro informatione iudicis haberent effectum plenæ probationes & fidei, in causa quæ vertitur inter actorem & reum, non bene diceret, ego bene fateor quod testes summariè recepti per iudicem etiam sine iuramẽto faciunt aliquale indicium, vt est tex. in c. cum olim, el. j. de priuile. & ibi notatur, sed ad plenam probationem mandati, hoc nunquam reperietur. imo in proposito dicit signanter, Bal. in l. 2. in fi. C. de edic. di. Adri. quod licet causa requireret summariam cognitionem, tamen de legitimatione perso
a næ [a] semper debet plenariè probari per ibi no. per glo. ¶ Non obstat quod si iudex non reiicit libellum ineptum potest ꝓ
3 cedere &c. quia imo † dico ꝙ si libellus est ineptus, & iudex
* super eo procedit ad sententiam, sententia est ipso iure * nulla. ita dicit Bal. in l. actori. in fi. C. de rebus credi. ad hoc põderat subtiliter gl. quam dicit non esse alibi, insti. de obl. ver. quamlibet. in glo. magna quæ incipit, istud ad fin. & Anton. de Butr. per illam glo. in c. examinata, de iudic. ¶ Non obstat.
4 † quod non fuerat oppositum, quia vt scitis ista exceptio, tu
* non habes mandatum, potest quandocunque * opponi etiam post sententiam, quia reddit iudicium retro nullum. l. licet. C. de procu. c. in nostra, de procu. ¶ Non obstat † quod satis
5 videtur constare quod facta fuerit fides iudici de mandato ꝑ illa verba quæ sunt in prima scriptura, dum notarius asserit facta fide iudici de mandato &c. per no. in c. quoniam cõtra de prob. & per alios in l. sciendum. ff. de ver. obliga. quia ad hoc infinitæ sunt responsiones, & clarissimæ. Primo, quia notarius ibi in actis subdit & asserit. quomodo fuerit facta illa fides iudici de mandato, quia dicit, quod fuit facta fides per Iacobum Meleglinij, qui asseruit se fuisse rogatum de dicto mãdato, sed ista assertio simplex notarij non facit fidem multiplici de causa, vt plenè in priorib. allegationibus deduxi, ergo &c. Præterea illa verba enunciatiua notarij in actu iudicia si non faciunt fidem contra partem, quæ non fuit præsens, & tacens secus si fuisset præsens & tacens. l. 1. & ibi hoc no. Bartol. C. de rela. & Bar. in auth. si quis in aliquo, in fi. C. de edẽ. cum si. & ita loquitur Bar. & doc. in l. sciendum, de ver. obli. quia si instrumento facto inter partes, aliquid enunciatiuè, narratur, quod potuit tunc fieri a partibus, facit fidem contra partes quę fuerunt præsentes instrumento. l. optimam. C. de contrahen. & commiten. stipu. sed ad dictum actum, de quo in dicta prima scriptura & illi enunciationi, & narratio
9 ni non fuit pñs Gaspar & tacens, ergo &c. ¶ Non obstat ꝙ creditur † notario. l. si quis decurio. C. de fal. qu a dicit ibi Bar. & doc. quod quando apparet scripturam notarij habere debitam formam. scilicet testes, & alia requisita, & dubitatur an sit scripta manu sua, creditur notario in hoc alias non, & ita dicit Bar. quod ibi ita est de mente gl. fi. Et ꝙ in casu isto non sufficiat sola assertio notarij, probaui etiam in prioribus allegationibus. ¶ Non obstat quod no. Bart. in auth. nisi breuiores, in fi. quia cum reuerentia Bar. ibi dicit ꝙ quando à partibus est data potestas arbitratori procedendi sine scriptis, videntur partes conuenire quod de actis stetur dicto suo, ita ꝙ nihil habet commune cum casu nostro. ¶ Nõ ob. quod dum dicebam quod dato ꝙ illa assertio notarij faceret fidem, tamẽ non sufficiebat, quia potuit esse quod mandatum illud non erat ad istam causam, & sic probatio non concludit. nam replicatur, quod omnia debent præsumi solenniter acta. dicta
7 l. sciendum † quia respondeo, quod verum est, quo ad solennitatem intrinsecam, vt puta si instrumentum dicit quod interuenit stipulatio præsumitur ꝙ præcesserit interrogatio & sequuta fuerit responsio, quia aliter non est stipulatio sed solẽnitas extrinseca non præsumitur. l. quæcunque. §. fi. ff. de publicia. nam notarius asserit quod fuit rogatus de mandato illius. nam potuit esse mandatum solenne & validum, sed ad alia & non ad agendum in ista causa, & sic patet ꝙ probatio non concludit. ¶ Non ob. quod si sententia transiuit in rem iu
8 dicatam, amplius non potest pars audiri, quia respondeo, † ꝙ sententia nulla nunquam transit in rem iudicatam, quia nõ est sententia. l. 4. §. condemnatum. l. si cum nulla. ff. de re iudi
9 ca. in cle. 1. de re iudi. ¶ Nec ob. ꝙ fuerit † dictum de nullitate præcepti, & fuit reiecta nullitas, quia respondeo ꝙ non fuit dictum de nullitate simpliciter, sed ex quibusdam causis & defectibus citantium, & sic non fuit dictum de nullitate, ex istis causis ex quibus modo dicitur de nullitate, & sic illa reiectio non trahitur ad istas causas nullitatis, vt no. Bar. l. si expressim, de appel. in ver. quæro si prosequutus est &c. & nõ obstant illa verba, nullum esse præceptum, ac nullius roboris &c. quia subdit scriptura rationibus & causis infrascriptis inter quas causas non sunt allegatæ causæ nullitatis opposite. Præterea sententia lata per illum dominum Ioan. Spinetum, per quem ipse reiecit exceptiones nullitatis fuit nulla, tum quia non fuit citatus ad eam dominus Io. de Valẽtia, qui erat dominus causæ, tum etiam quia fuit lata alia hora, quam hora pro qua facta fuerat citatio ad audiendam sententiam, & ad hoc etiam aliis modis fuit responsum in prioribus allegationibus. ¶ Non ob. ꝙ si mandatum productum non fuerit, satis sit ꝙ aduersarius visus fuerit &c. quia non inuenietur, ꝙ Gaspar vel procurator eius unquam approbauerint personã dicti asserit procuratoris. ¶ Non obstat de stylo palatij, quia negatur hoc esse verum, maximè illo tempore in illis causis exequutiuis, in quibus statutum pro forma eequirit fieri fidẽ iudici de mandato, & de hoc stylo non est aliquid probatum. ¶ Non obstat, quod dominus Io. non habuit mandatum, quia imò habuit vt vobis constabit. Præterea pro reo quilibet potest comparere etiam sine mandato. l. solutionem. ff. de sol. l.
10 Plautius. ff. de procura. cum sim. ¶ † Non obstat quod in executione non est dare instantiam &c. & per consequens non potuit dñs Ioan. effici dominus instantiæ, quia ad hoc ego respondi, ꝙ in casibus in quibus lis non contestatur, & sic non currit instantia quæ consueuit currere à die litis contestatæ, procurator efficitur dominus litis q̃ primum incipiunt litigi
b tes tractare de meritis causæ [b] vt no. Bar. in l. ab executore, ff. de app. & plenius dixi in aliis allega. ¶ Non ob. ꝙ statutum videatur loqui de citatione ad domum solitæ habitationis, quia cum reuerentia statutum non dicit sic, sed dicit ad domũ habitationis, & inter ista est differẽtia, vt no. Bar. in d. §. prot. vt alias dixi. ¶ Non ob. dum dicitur ꝙ non fuit probatum ꝙ die quinta de mane fuerit ius redditum, cum illa hora debuerit
11 ferri sententia, † quia respondeo ꝙ omnes dies regulariter sunt iuridici. l. omnes dies iubemus esse iuridicos. C. de feriis nisi dies qui reperiuntur excepti. habemus ergo regulam iuris communis pro nobis, & qui allegat exceptionem illam ꝓbet. l. 2. & l. in exceptionibus ff. de proba. & ꝙ fuerit ille dies iuridicus, patet, quia eadem die de sero fuit lata sententia, & constat ꝙ ex forma statutorum & consuetudine redditur ius de mane, & illa hora est iuridica, si ergo aduersarius vult dicere ꝙ illa hora de mane non fuit ius redditum, est fundamentum

tum intentionis suæ, illud probet. & si diceretur ꝙ dato, ꝙ illa hora fuerit iuridica, tamen forte potestas non sedet illa hora. dico ꝙ attento ꝙ citatio fuerit facta pro illa hora, si quo casu potestas non sedit, tamen illa hora currit, vt l. sed si per prætorem. §. ait prætor, vers. sed & si magistratus. ff. quib. ex
12 cau. ma. ¶Item iudex † tenetur sedere de mane, & præsumitur pro officiali, quod fecerit illud ad quod tenetur c. ad audientiam. de præscr. l. 2. C. de offi. ciui. iud. c. accepimus. de æta. & quali. in c. in præsentia, de renun. ¶Non obstat illud, quod dicitur, quod pars iurauit nullam deductionem faciendam esse, quia dico ꝙ ex forma sententiæ pacis debebat iurare quod tempore saldi non fuit actum ꝙ aliæ rationes & causæ inter eos firmæ manerent, & sic iuramentum debebat referri ad rationes & causas quæ erant tempore saldi, & iuramentum fuit præstitum super rationibus, quæ essent tempore iuramenti. Sunt ergo tot & tanta fundamenta pro parte Gasparis, quorum quolibet de per se est sufficiens, ꝙ pro certo totus mundus non sustineret illum processum, vt scio vestræ charitati exploratissimum. Accedam etiam viua voce ad vestram reuerentiam toties quoties vobis placuerit, & cũ aduocatis partis aduersæ, & sine, prout malueritis. Esset enim nobis maximum dedecus in re, tam viridi, & euidentissima, iniustè succumbere, quod nullatenus reor, attenta probitate vestræ reuerentiæ.

ADDITIONES.

a ¶Personæ. supra li. ij. consi. 59. nu. ij.
* Ipso iure.] Idem tenet Pau. Cas. ad l. non quemadmodum ff. de iudi. Et hac de re vide, quæ latè scripsit Ias. ad l. si Titius. ff. de ver. obli. vbi ponit, quando aliquis sine actione possit experiri. Natta.
* Potest quandocunque.] Tamen quando opponitur post litem contestatam, onus probandi mandatum intercessisse, transfertur in aduersarium ex quo ille reperitur in possessione procurationis, ita late Alex. ad d. l. licet. C. de procu. ꝙ est no. Natta.
b ¶Causæ supra li. ij. consi. 50. nu. 7.

EPITOME.

COLLECTAE non possunt imponi his, qui non percipiunt fructus, puta matri pro rebus dotalib.

CONSILIVM CXLVIII.

Visis quæ in themate continentur, videretur prima facie dñam Mixinam pro dictis bonis hæreditarijs collectari & grauari potuisse & posse, dictaq; bona affecta fuisse & esse onere collectandi prædicto. & hoc vigore suprascriptarum trium prouisionum comitatus Bononiæ. Nec non vigore dicti alterius statuti in ver. & idem intelligatur & seruetur &c. cum seq. Ex quib. satis videtur in specie decisa dubitatio de qua q̃ritur, cum dicta statuta in loco pro l. seruentur iuxta l. oẽs populi. ff. de iusti. & in l. cunctos populos cũ materia. C. de sum. Tri. l. an in totum. C. de ædifi. pri. insti. de iure natu. §. 1. c. vt aĩarum, de consti. in 6. & in specie ponit pulchrè Bal. in l. j. C. de sent. q̃ pro eo ꝙ inter. vbi fortius dixit tenere statutum forensib. collectam imponens. & idem Bal. in l. fi. C. sine cen. vel reliq. & in l. j. §. quib. ff. ꝙ cuiusq; vniuer. & ꝙ no. Bar. in l. rescripto. § fi. ff. de mu. & hon. & in l. vnica. C. de auro coronario li. 10. per illum tex. cum conc. ¶Sed p̃
2 dictis non obstantib. indubitanter puto veritatem esse in cõtrariũ. Et ad intelligentiam † eorum q̃ dicturus sum, præsupono ꝙ in casu de quo vertitur qõ, tractatur de munerib. patrimonialib. de quib. etiam loquuntur statuta prædicta, hoc est de illis munerib. q̃ ipsis rebus vel personis pro rebus indicuntur. de quib. loquitor tex. in l. 1. §. patrimoniale, & in l. fi. §. patrimoniorum sunt, & §. patrimoniorum autem. & in l. rescripto. §. fi cum ibi no. ff. de mun. & hon. & in l. modios. C. de suscep. & arc. li. 10. & plenè per gl. in rub. C. de mune. patri. li. 10. plenius per Pe. & Cy. in l. volũtariè. C. de exc. tu. & p Gul. in l. neminem. C. de sac. san. ecc. & per Bar. plenissimè, in l. j. C. de mul. & in quo lo. li. 10. & per Io. An. in c. 1. de immuni. eccl. in 6. in nouella. & aliquid per Spe. in titul. de censi. §. nunc dicendum. ver. q̃ aũt, & per d. Ant. & alios, in c. non
3 minus, de immu. eccl. & Sal. i l. fi. C. sine cẽsu. vel reli. ¶† Hoc præsupposito, dico ꝙ de iure dña Mixina pro dictis rebus, & bonis Angelo datis in doté, non potuit nec põt compelli nec in castro S. Ioannis vel alibi ad munera subeũda, sed mero iure communi onera hæc maritum respicerẽt. l. neq;. & ibi no. Bar. ff. de impen. in re. do. & no. gl. Bar. & doc. in d. l. 1. C. de mulie. & in quo lo. li. 10. & no. Bar. in l. Lucius. §. idẽ respondit constante. ff. ad munic. & Spe. de censi. §. nunc dicendum. ver. si ille. n. qui fructus percepit & possidet ad talia munera vocatur l. hactenus. & l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufr. & l. 1. C. de anno. & trib. li. 10. l. sine hrde. §. Lucius. ff. de admi. tut. l. fructus. C. de act. em. l. in summa. C. de pign. sed maritus est de talib. l. pro onerib. C. de iur. do. l. dotis fructus. ff. de iure do. l. 3. §. genera. & l. Pomponius. §. in doté. ff.
4 de acq. pos. & l. vnica. C. de vsucap. pro dote. ergo &c. ¶† Ad munera etiam personalia clarum est dũam Mixinam non esse vocandam in castro S. Io. vnde oriunda est, sed de iure cõi vocaretur in loco, vbi Angelus eius maritus incolatum hẽt præalle. l. 1. C. de mulie. & in quo lo. l. fi. C. de incolis. li. 10. & l. fi. §. item rescripserunt mulieré. ff. ad munic. ꝙ etiam est præcisè cautum in d. vltimo statuto, in ver. si aũt filia &c. ibi, realia tm̃. ¶Angelus verò eius maritus ad aliqua ex prędictis munerib. in castro S. Io. minimè vocari põt, tum rõne priuilegij, de quo infra dicetur, tum ẽt rõne allegatæ consuetudinis habentis, ꝙ nullus ciuis Bononiæ, vel forensis in ciuitate Bononiæ habitans vocari possit ad aliqua onera realia vel personalia ordinaria vel extraordinaria aut cuiuscunq, gñis vel speciei in comitatu Bononiæ etiam occasione bonorum q̃ in comitatu possideret vel acquisiuisset nec etiam tunc vigore dictæ consuetudinis ad onera prædicta vocatur ille in talem ciuem vel forensem. talia bona æstimata transferret vel alienaret post alienationem vel translationem prædictam, quæ consuetudo in talib. attendenda est, vt est casus in d. l. sine hærede. § Lucius. ff. de admi. tu. in l. licitatio. §. earum. ff. de pub. & l. fi. C. noua vect. & in l. 1. C. de auro coro. li. 10. cum conc. ¶Vltra prædicta constat neque Angelum neque Mixinam ad subeunda munera in castro S. Io. cogi debere authoritate priuilegii eisdem in latissima forma concessi ab habente ptãtem legati de latere in ciuitate Bononiæ &c. & à dñis Ancianis & consulib. dictæ ciuitatis, ex cuius priuilegii vigore creati, & constituti fuerunt Angelus & Mixina ciues ciuitatis Bononię taliter ꝙ gaudere debeãt oĩbus immunitatib. exemptionibus priuilegiis, prærogatiuis, officiis, munerib. honoribus, commodis incommodis, & aliis quib. gaudent ciuitatis Bononiæ origine propria, paterna & auita, vel saltem duab. ex eis quoad personas, res & bona sita in ciuitate, districtu, & comitatu Bon. tam acquisitis q̃ acquirendis, & quo ad q̃cunque alia in fauorem vtilitatem & in commodum ciuium prædictorum, tam ex forma quorumcunque statutorum, prouisionum, reformationum, & ordinamentorũ dictæ ciuitatis. q̃ alias qũodolibet de consuetudine vel de iure disposito, & ꝙ in omnib. habeantur tanq̃ veri, naturales, & originarii ciues Bon. statutis, prouisionib. consuetudinib. & aliis quibuscunq; in ꝯrium facientib. non obstantib. &c. Vñ stante consuetudine ꝙ ciues Bononiæ subire non teneantur onera in comitatu Bon. realia vel personalia, ordinaria vel extraordinaria, etiam pro bonis q̃ in comitatu possiderent &c. q̃ consuetudo circa prædicta, valet etiam ꝯ ius cõe. d. l. sine hærede. & dixi s̃. ergo Angel. &
6 Mixina ciues ex priuilegio & virtute dictæ consuetudinis grauari nequeũt, maximè cum † consuetudo talis disponens, in
5 ter sententia ferretur † super tali inepta petitione, sentẽtia dicitur ipso iure nulla, secundum glo. quæ non est alibi. instit. de obli. in princ. in glo. quæ incipit, illud, prout ipsam singulariter no. Bal. C. de re. credi. in l. actori. in fi. reddit enim talis exceptio iudicium retrò nullũ, nec est opus φ opponatur. c. cum dilecti, de emp. & uen. l. si patronus libertam, vbi Gul. de Cu. ff. de iurein. no. Bald. in auth. si quis, de epi. aud. & in l. 1. C. ut quæ desunt aduo. & in l. licet. C. de procu. post Bur. ¶ Ad secundum uidelicet, an præsupposito sine præiudicio, quod ex deductis in libello resultet ius agendi, utrum ex actitatis in præsenti processu sequi debeat sententia condemnatoria uel absolutoria diffinitiuæ. Et certè in hoc non uidetur insistendum in sermonibus, cum res non egeat lõga disceptatione. Et primò præsuppono quod iste Tonius agens qui fuit filius Guidonis erat nepos dicto Berto ex fratre, cui Tonio in bonis & hæreditate Berti eius patrui nulla de necessitate debetur legitima ex testamento neque ab intestato, per ea quæ habentur. C. de inoffi. test. in l. fratris. & l. fratres. ff. eo. ti. in l. 1. nisi quoties ab intestato proximior esset in gradu, quo casu ad uniuersam hereditatem ex dispositione legis 12. tab. admitteretur. C. de suis & leg. in auth. cessante. & in cor. vnde sumitur, sed in casu proposito nihil habet releuare proximioritas gradus dicti Tonii stante instrumento facto inter dictũ Bertum & Catharinam coniuges de anno domini 1419. scripto & rogato per ser Ioannem quondam Tioni de Turiclia publicum notarium, & stantibus etiam publicatis attestationibus in causa factis, in quo & quibus expresse cauetur φ dictus Bertus omnia bona sua, & uice uersa dicta Gatharina omnia sua bona adinuicem promiserunt in simul tenere, custodire, & gubernare & saluare toto tempore eorũ uitæ: & uno ipsorum mortuo alter superuiuens possit & ualeat dispensare pro anima utriusque ipsorum, cum pactis, clausulis & conuentionibus, de quibus latius in dicto instrumento continetur. Quo instrumento celebrato contingit dictum Bertũ intestatum & sine liberis decedere & per consequens euenit casus quò bona dicti Berti consolidata fuerunt in dictam Ca-
6 tharinam cum onere dispensandi, ut supra. ¶ Nec ad hoc † obstat, si diceretur, dictum instrumentum non tenuisse: eo quia sapit naturam donationis inter uirum & uxorem, quæ est de iure prohibita. Respondeo primò, quia donatio inter uirum & vxorem constante matrimonio ualidatur iuramento in cõtractu apposito, ut firmauit Bar. ff. de fideiuss. in l. si quis pro eo. in fi. prin. & in l. Seius & Augerius ad le. Fal. & idem Gul. de Cu. in l. sed si possessori. §. Item si iurauero. ff. de iureiur. & quod no. Bal. & do. Io. in l. si quis inquilinos. §. fi. de le. j. & latius per eundem Imo. in commento. c. cum contingat, de iureiu. & hæc est cõis opin. pro qua etiam facit, quia licèt donatio inter patrẽ & filiũ sit iure prohibita, fallit tñ nisi iurm interuenerit, scđm Bal. in l. 2. C. pro donato. ¶ Scđò rñdetur qđ hæc donatio licet prohibita morte uiri confirmatur & retro trahit. C. de do. inter ui. & vx. l. donationes quas. & l. cũ pr. §. pr filiæ. de le. 2. maximè qñ traditio interuenit, ut l. Pap. ff. de do. inter ui. uel si interueniat aliquid quod loco traditionis ueræ uel fictæ habeatur, ut no. gl. & doc. in l. quod de suo.
7 C. de dote cau. nõ nu. & in d. l. Pap. Sed † in casu pposito inter uenit constitutio pcarii, q̃ traditionẽ operatur. l. Iul. §. ex uendi. de act. emp. & quod no. gl. & Bar. in l. ab empt. ff. de pac. & Bar. in l. si is q pro emptore. in pç. q. de usuc. & in l. Titia. de
8 uer. ob. cũ si. eiurg. &c. ¶ † Tertiò, nã licet aliàs prohibita sit donatio inter uirum & uxorẽ, fallit nisi sit donatum ut cõuertatur in piã cãm, ut est tex. no. in l. si spõsus. §. concessa. ff. de do. inter ui. no. Bar. in d. l. Seius & Augerius. sed sic est in casu nostro per gl. in l. si qs Titio. de le. 2. ergo &c. Quinimò quoties donat uir mulieri ut alteri det, ut in casu nostro semper ualet donatio: quia nõ efficitur mulier locupletior. text. est in l. profectitia. §. si qs certum. ff. de iu. do. & in l. si spõsus. §. si qs rogatus. de do. inter ui. qđ sequitur Io. de Imo. in l. 2. in prin. ff. de do. bene facit gl. in c. 1. de relig. do. in 6. & l. cogi. §. hi q solidum. ff. ad Treb. & l. si pro patre. §. uersum. ff. de in rẽ uer.

M 9 ¶ † Præ-

9 ¶†Preterea quotiescunque maritus & uxor inuicem [d] sibi do
d nent prout in præsenti contractu, ualet donatio ét constante matrimonio. text. est no. in l. qđ aũt. §. si uir & uxor. ff. de do. inter ui. no. Pet. & Bal. in l. si pr̃ pupilli. C. de inoff. test. ¶Ac ét
10 si rectè † consideretur ista magis est donatio causa mortis, [e] q̃
e inter uiuos, patet, quia effectus confertur post mortem, & in eo fit mentio mortis, vt declarat glo. in l. quæ dotis. sol. ma. & in l. Seia. de dote præle. & est tex. per doc. in l. Seia. §. fi. de do. cau. mor. & quod no. Bar. in l. stipulatio hoc modo, de verbo. ob. quæ donatio causa mortis indubitáter tenet inter virũ & vxorẽ, ut l. cum seruum inter uirũ, cũ. l. seq. & l. sed interim. §. pe. de do. inter uir. & ff. de do. cau. mor. l. si mortis causa inter uirũ. ergo clarè constat ex prædictis dictum instr̃m ex multis ualidari, nec contra Catharinã donatariam dari posse nec cõpetere petitionem hæreditatis. l. quod si in diem. §. idẽ scribit. ibi, ergo nec ab eo cui mortis causa donatum est peti hæreditas pôt &c. ff. de pet. hæ. cum si. & ex his sic breuiter cõprehẽditur apertè q̃ habeant esse partes dñorum arbitrorum in pronunciando. Laus Deo. Subiungo tñ licèt à parte non opponat̃ quod si diceretur dictum instrumentũ non ualere ex eo maximè q̧ sit contra bonos mores auferens liberã testandi facultatem, dũ dr̃ in eo quod in præsenti contractu veniant generaliter oĩa præsentia & futura, per ea q̃ habẽtur in l. stipulatio hoc modo. ff. de uer. ob. & C. de pac. in l. fi. quia respondeo & pri-
11 mò, † qđ dictus contractus censet̃ magis donatio causa mortis, ex eo qđ post mortem confert̃ quam inter uiuos, secundũ gl. & ibi hoc doc. in d. l. fi. in uerbo commodauerit. C. de pac. & in d. l. stipulatio. & per ea q̃ habentur in preal. l. Seia. & per Bal. C. de iure do. in l. si stipulatio. q̃ donatio causa mortis etiã oĩum bonorum presentium & futurorum ualet & tenet: quia liberam testandi facultatem non impedit. l. non oĩs. ff. si cert.
12 pet. l. senatus. §. donatio. ff. de do. causa mor. ¶ †Secundò, q̃a ét si dictum contractum donationem inter uiuos appellamus ualet & tenet quotiescunq; donatur ecclesiæ uel ad pias cãs: ita firmat Bar. in auth. si qua mulier. C. de Sacros. Eccl. per tex. in l. iubemus, in prin. eo. tĩ. licèt Bar. sub dubio indecisum re-
13 liquerit in d. l. de q. C. de pac. ¶†Præterea Ange. multum singulariter consi. 106. inci. Quędam mulier, consulendo tenuit q̧ donatio inter uiuos oĩum bonorum præsentium & futuro
f rum ualeat quò ad præsentia, [f] non quò ad futura, per tex. in l. sancimus. C. de don. & l. si periculum. §. 1. ff. de pec. le. qd sub
14 dubio fortè indiscussum reliquit Bar. in d. l. fi. de pact. ¶†Sub do ét q̧ dictus contractus & conuentio q̃ fuit, q̧ ille qui ex ipsis contrahentibus superuixerit, possit liberè disponete & dispensare pro anima alterius oĩa dicta bona, fortè habet vim vltimæ uoluntatis in genere, prout dixit tex. singu. C. de pac. in l. licèt. ibi, ut is qui superuixerit alterius rebus potiat̃ &c. ubi quasi in propriis terminis fuit factus similis contractus inter milites. & dr̃ ibi singulariter q̧ tale pactum fauore militum valet, & habet uim ultimæ uoluntatis. quam legem habere locum in quocunque contractu simili facto ad pias cãs tenuit multum no. Bal. in d. l. fi. C. de pac. sed sic est in casu nostro q̧ talis conuentio est ad pias causas: quia oẽ id quod relinquit̃ pro anima, dr̃ ad pias causas, secundum gl. in l. si quis Titio. ff. de lega. 2. ¶Pro hoc similiter adduco quod singulariter dixit Barto. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. quòd fauore militum & fauore piæ causæ potest in contractu inter uiuos hæreditas in aliquem conferri. ¶Nec prædictis habet obstare, si diceretur quòd eo casu, quo haberet talis contractus vim donationis causa mortis, uel alterius vltimę uoluntatis quòd inualidaretur ex capite carentiæ numeri testium. lege si unus. C. de testamentis. & l. hac consultissima. & C. de donatio. cau
15 sa mortis. l. fin. quoniam respondeo, † quod cùm talis dispositio fit ad pias causas, & quod fortius est facta in terris ecclesiæ, in talibus sufficit præsentia presbyteri cũ duobus testibus. c. cum esses, & c. relatum de testam. nota. Bar. & Bal. in l. 1. in repeti. in 6. quæst. principali, de Sacros. Eccl. & per do. Ioã. ff. de le. 1. in l. nemo pôt. quæ solennitas in præsenti 5̃ctu ad unguẽ seruata fuit, ut in eo cõtinetur. Ex quibus concluditur, dictũ instrumentum ex omni capite tenere. ¶Insuper repeto q̧ omninò diligenter aduertat dominus iudicans quòd nullo modo sequi potest sententia condemnatoria. ex prædictis omnibus, & potissimè cum intentata sit hæreditatis petitio per partem agentem, vt supra, dixi in prin. & nullo modo probatum sit dictam Catharinam possidere, nullo iure potest condemnari ad restitutionem rerum hæreditatis, quas non habet, neque dolo aut culpa saltem probata desierit possidere, ut apertiùs superius deduxi, & ideo hic breuitatis causa omitto l. ampliorẽ. §. in refutatoriis de appe. l. fi. C. de prec. Imp. off. Alex.

ADDITIONES.

a Nunquam. supra lib. 5. nu. 2. consi. 183. nu. 2. supra eo. consi. 70. in fi.
b ¶Nisi infra eo. consi. 206.
* Nunquam fuerit.] Non dicitur offerre se liti, nisi interrogetur, ut uult etiam Bar. ad d. l. is, qui se obtulit. Natta.
d ¶Inuicem. sup. lib. 5. consi. 86.
e ¶Mortis. sup. lib. 1. consi. xiiij.
f ¶Præsentia. sup. li. 2. consi. 83. nu. 15. quod uerum non est.

EPITOME.

BLASINVS hypothecauit Isoldę vxori suæ pro restitutione dotis certa prædia sua, quæ constituit se possidere precario nomine d. Isoldæ, nullo alio recipiente pro ea, cum pacto de ingrediendo propria authoritate. postea uendidit illa prædia, uel in solutũ dedit Petro & decessit. filii & hæredes impetunt Petrum ex l. fi. C. de acq. pos. respondet Alex. quod non possunt prætendere possessionem, etiam si per statutum possessio defuncti continuetur in hæredem: sed si volunt agere hypothecaria primò discutere debent hæredes & bona Blasini.

CONSILIVM CLIII.

AN virtus precarii transeat ad hæredes, etiam si statutum dictet, q̧ possessio defuncti transeat in hæredes.

Et an per constitutum acquiratur possessio absenti.

Et an precario rogans uendendo & tradendo alteri illam rẽ dicatur spoliare possessione ciuili illum creditorem à quo rogauit.

Et an pactum de ingrediendo possit exerceri contra singularem successorem.

Circa litem uertentem inter filios & hr̃des dñæ Isoldæ ex una, & Petrum de Bragerii ex alia, presupposito q̧ dictus Petrus possederit & possideat petiã terræ qua est q̃stio, licet in ea turbetur per dictos filios & hæredes dictę Isoldæ, posset in dubium reuocari an posito q̧ Blasinus dictæ Isoldę maritus haberet bona sufficientia pro dote restituenda dictis hæredibus Isoldę, ut in facto præsupponitur,
1 possent † dicti heredes absque ulla excussione consequi possessionẽ dictę petię terrę uirtute precarii positi in instr̃o dotali, per remediũ l. fi. C. de acq. pos. quemadmodum vr̃ ibi tenere Ia. Bu. & Ang. & Mod. in l. exitus. ff. de acq. pos. & in l. 1. §. hac actione. ff. ui bo. rap. & ét Bal. in l. 1. C. de reuo. his q̃ in frau. cre. ¶ Tñ in casu de quo quęritur, sentio ueritatẽ esse in contrarium, eo quia dictus Blasinus constituit se possidere pre-
* cario * noĩe dictę Isoldę nulla facta mentione de hęredibus
a Isoldę, ideo ad hęredes Isoldæ non transit. [a] l. cũ precario. §. j. ff. de preca. possessio enim de sui natura non est transitoria ad heredes. l. cum heredes, in prin. ff. de acqui. pos. & l. 1. §. Scæuola. ff. si quis testa. li. esse ius. fue. Ideo nisi de hærede mentio facta fit, non comprehendit̃ hæres. l. stipulatio ista. §. si ita. ff.
2 de uerb. ob. ¶Præterea † si bene inspiciantur uerba instrumenti
b ti circa pactum precarii nullus [b] interuenit qui precarium recepit pro Isolda; igitur ei acquiri nõ potuit, per no. in l. illud. C. de Sacros. Eccl. & expressè uoluit Iac. Bu. in l. quædam mulier. ff. de rei uend. ubi concludit q̧ per constitutum seu precarium non requiritur possessio absenti, nisi absens postea apprehendat possessionem. non enim acquiritur possessio alteri nisi ipse corpore & animo uerè uel fictè per se uel alium suo nomine possessionem recipiat. l. 3. in princ. cum ibi not. & l. quemadmodum. ff. de acqui. pos. Et quando alius apprehendit nomine alterius si carebat mandato: requiritur quod ille cuius nomine apprehenditur ratificet, aliàs nõ acquiritur ei. Et l. communis seruus. §. 1. ff. de acq. pos. l. si ego. ff. de neg. gest. & debet esse differentia inter dantem & recipientem. c. fi. in fi.
3 de insti. & c. per vestras, de iure patr. ¶ Deniq; † dictum precarium

carium fuit collatum in euentum cõditionis, s. restituendę dotis, ut patet ex uerbis instrumenti, iuncta. l. lecta, in fi. cum si. ff. si cer. pet. Igitur ante euentum conditionis non fuit acquisita possessio dictæ Isoldæ. l. qui absenti. §. 1. ff. de acqui. poss. Et conditio euenit per mortem dictæ Isoldæ, & sic ipsi non fuit acquisita possessio, & per consequens multò minus hęredibus suis. ¶Ex his apparet φ cessat remedium. d. l. fi. quia illud acquiritur ei cui acquisita esset possessio uirtute precarii.
4 ¶ Et quamuis † referatur extare decretum disponens, quod possessio defuncti continuetur in hæredem absque ulla apprehensione (quod decretum tamen non uidi) nihilominus posito φ ita esset, tamen nullo modo obstat, quia ex prędictis apparet quod nulla possessio fuit translata in dominam Isoldam. ¶Et posito quod virtute precarii fuerit translata, tamen quia in precario nulla fuit facta mentio de hærede dñe Isoldæ non transit uirtus præcarii ad hæredes. l. cum p̄cario. §. 1. ff. de prec. Et tale statutum vel decretum debet interpretari ut quãtò minus fieri possit, lædat ius commune. l. 2. C. de noxa. c. cum dilectus. de consue. Et sic debet intelligi quando possessio erat apud defunctum ex causa de sui natura transitoria ad hæredes, quia sicut transit uirtus ipsius causæ ad hæredes, ita voluit decretum φ transiret ipsa possessio. Sed in proposito nostro uirtus precarii non est huiusmodi. unde dicit Rapha. Cum. in l. Pomponius. §. quæsitum. ff. de acquit. poss. quod dictum statutum deberet intelligi nisi appareret φ possessio esset
c occupata, per alium,[c] post mortem defuncti: quia non intelligitur tunc habere locum statutum, per dictum. §. quæsitũ & quia statutum debet interpretari, ut sit conforme iuri cõi, quantò magis fieri põt, vt dictum est. & uidemus talem interpretationem fieri de iure communi, nam vsucapio cæpta per defunctum continuatur per hæredem, etiam si non apprehẽdit possessionem post mortem defuncti. l. cæptam. ff. de usuc. tamen intelligitur nisi alius apprehenderit possessionem ante completam usucapionem. l. qui cùm pro hærede. §. fi. ff. p empt. & legitur & no. in d. §. quæsitum. ¶Præterea alia ratione non potest dici dña Isolda possidere tempore mortis, quia posito φ etiam in causa fuisset virtute precarii translata pos-
5 sessio per Blasinum, † tamen quando Blasinus postea dedit & tradidit dictam petiam terræ insolutum dicto Petro & fratribus, constituendo se possidere noĩe Petri discessit omnis possessio à dicta Isolda, per no. in l. interdum. §. fi. ff. de acq. poss. & clarè firmat Bar. & alii post eum in l. Celsus. ff. de usuca. in uer. sed pone φ debitor. & illa opi. communiter a doctoribus ubiq; approbatur, per d. l. interdum. §. fi. coniuncta glo. & ita tenent Mod. ibi & in l. qui pignoribus. & in l. quãuis. §. j. eo. ti. licet Bar. aliter dixerit in l. 3. C. de pig. ad fi. 4. q. principalis per not. in l. si de fundo. ff. de vi & ui ar. Sed illud non obstat: quia ibi loquitur in usufructuario, qui per factum suum nõ potest priuare proprietarium sua ciuili possessione, cum illa ciuilis non requiescit cum naturali. quam habet fructuarius, vt no. in l. 1. §. fi. ff. usufr. quemad. ca. & in l. 3. §. unde ui. ff. de ui & ui ar. sed nos loquimur in ciuili, quæ erat apud creditorem, a quo debitor acceperat rem quam debitor retinuit: & ideo per factum debitoris alteri tradentis uerè uel fictè priuatur creditor sua possessione ciuili. & istud est quod habetur in d. l. interdum. §. fi. cum glo. communiter approbata. & in l. non solũ. §. qui pignori. ff. de usuc. & posito φ licuisset creditori ita spoliato possessionem recuperare propria authoritate, tamen illud fuisset, si incontinenti factum fuisset, non ex interuallo. l. 3. §. cum igitur. ff. de ui & ui ar. l. cum fundus, cũ gl. in uerbo, postea eo. tit. & in proposito no. Iac. Bu. & Ang. in l. 3. C. de pig. & sic istud non potest præstare adminiculũ dictis hæredibus Isoldæ. & tantò magis cum possessio rõne precarii transire non poterat, ut infra dicam. ¶ Et posito φ dicta petia terræ esset obligata dictis hæredibus pro dotibus matemis, tamen non possunt iure hypothecariæ actionis ad illum habere regressum, non facta prius excussione bonorum debitoris principalis, iuxta ea quæ habentur in auth. hoc si debi-
6 tor. C. de pig. ¶Nec licuit † eis propria authoritate ingredi dictam possessionẽ seu petiam terræ possessam per dictũ Petrũ & fratres, non obstante pacto de ingrediẽdo propria authoritate apposita in instrumento. Primò, quia multi tenuerunt φ tale pactum de ingrediendo non possit exerceri contra singu-
d larem[d] possessorem, vt quantũ ad casum nostrum tenuit Iac. de Bel. Ia. Bu. & Sali. in d. l. creditores. C. de pig. & ẽt retenta doc. Bar. ibidẽ, est idem dicendum in casu nostro, quia Barto. vult φ si ius exequendi non erat inesse productũ, ut quia non erat debitum in instrumento liquidatum, non possit exerceri contra singularem successorem. l. si mater. §. fi. & l. iudicati. §. fi. ff. de except. rei iudi. sed in proposito non erat ius exequendi in esse productum, quia nõ euenerat casus & tempus restituendæ dotis Isoldæ, & in instrumento debitum non fuit liquidatum. quia debitum dotis restituendæ erat conditionale, uidelicet si & quando matrimonium solueretur. vnde uide
7 mus φ actio de dote † non nascitur nisi post solutum matrimonium. l. 2. in prin. ff. de dote prælег. & in l. 1. C. de repu. l. in rebus. §. omnes. & ibi no. C. de iure doti. & in l. cùm notissimi. §. illud. C. de præscr. 30. annorum. & no. in l. auia. C. de iure dot. & no. Dyn. Bart. & communiter alii post eos. in l. si constante. §. j. ff. sol. ma. & Bal. in l. iurisgentiu m. §. quinimò. ff. de pac. & in l. 1. C. ut actio. ab hær. Et est communis opinio. Et sic ẽt secundum Bar. non potuit tale pactum exerceri cõtra singularem successorem, & sic non licuit nec licet dictis hæredibus propria authoritate ingredi & turbare dictum possessorẽ & rem illam retinere, aliàs semper diceremus paratam esse viã creditori habenti obligatam rem peruentam ad tertium possessorem apprehendere eam. & sibiipsi ius dicere, & eam rem retinere, vt hypothecatam, & se releuare ab excussione bonorum facienda in bonis debitoris principalis, contra ea quę habentur in d. authen. hoc si debitor. & in l. nullus. C. de iudic. & in l. extat, cum si. ff. quod me. cau. & ex eo quod illicitè faciens, præmium consequeretur, contra l. siue hæreditaria. ff. de neg. gest. l. seruus. ff. quod ui aut clam. & l. meminerint. C. unde ui. reliqua uerò uidẽtur omni dubitatione carere, ideo superillis non insisto. Laus Deo. Alexan.

---

## ADDITIONES.

* Se posſidere precario.] Alex. hìc loquitur in precario, sed in constituto morte constituentis cessat possessio naturalis, non ciuilis, Alex. ad l. interdum. col. fi. ff. de acq. poss. Natta.

a ¶Transit. hæc ratio est falsa & contra tex. in d. l. cum precario. quia Isolda non rogauit precario sed ab ea rogatum est, ergo transit ad hęredes Isoldæ, quod esset expeditum si ipsa re integra ratificasset constitutum & precarium. * Idem tradit Rom. consil. 189. in fin. & Corn. consi. 280. circa fi. lib. 3. Dec. consi. 400. col. pen. Contra uidetur tenetur Tiraq. post plures in tractat. de constituto 13. ampli. Et quòd precarium non transeat ad hæredes recipientis. est casus in c. fin. de precario. & ibi glo. & Abb. in 2. not. Et φ constitutus operętur post mortem constituentis, tenet Claud. ad l. exitus. de acqui. posses. Crauetta consi. 107. Natta. Per constitutum non acquiri possessionẽ absente ante ratificationem, concludit latè Dec. in no. casu cõsi. 226. Magister Ioannes. Natta.

b ¶Nullus. hæc est ratio iustificatiua huius consilii Alex. l. quod meo. in prin. de acq. poss. supra li. j. consi. cx. nu. 3. supra lib. 5. consi. 22. item alia ratio, quia constitutum erat conditionale, & sic interim alienando potuit impediri. Dec. l. contractus. num. 17. de reg. iu. licet in hoc contra sentiat Matth. Affl. in decis. Neap. 34.

c ¶Alium. imò etiam tunc locus est statuto, & competit interdictum recuperandæ, ut decidit Io. Fab. §. j. Insti. de hæ. qual. & diff. & ita obseruatur. dixi in consu. Paris. §. 132. sup. lib. ij. consi. 82. * Huius dicti Cumani meminit Alex. ad l. cum hæredes. col. j. ff. de acqui. poss. Dec. ad l. fi. nu. 34. C. de edicto diu. Cur. Iun. consi. 108. col. 6. Rui. consil. 27. in fin. lib. v.

d ¶Singularem. & est uerius. Cor. consi. ccxviij. lib. ij. uide latè Ant. Negus. tra. pig. parte 3. nu. xxij. cum seq. dixi in consu. Parisi §. 171.

## EPITOME.

BONAE fidei possessor non tenetur computare meliorationes in fructus, q̃ non spectassent ad actorẽ.

## CONSILIVM CLIIII.

Consideratis his quę in themate narrantur, & uisis his quæ eleganter adducta sunt per præstantissimos dominos cõsulentes super ipso prin
1 cipali quęsito, puto esse verum † quod fructus percepti uiuẽte dicto Stoldo venditore, quos non tenerentur restituere dictus emptor & eius hęredes heredibus dictę dñę Helisabetę, non teneantur ẽt compensare in melioramẽtis factis p dictũ emptorem per aliqua ex his q̃ egregiè dicta sunt per prefatos

tos dominos consulentes, quod confirmo sic, nam præsuppo
2 no quod posito † quod titulus venditionis dictorũ bonorum dotaliũ esset nullus, tamen dummodo emptor sit in bona fide, lucrat᷑ fructus eo modo quo lucraretur, si titulus esset validus, vt est tex. in c. pen. de reb. ecc. nõ alie. secundũ vnã lecturam, q̃ est, ꝙ ibi cõtractus esset nullus pp defectũ authoritatis episcopi, q̃ requiritur in alienatione facta per Abbatẽ & capitulũ, ut 12. q. 2. Abbatibus. & 18. q. 4. in venditionibus. quem intellectum approbat Inn. Host. do. Car. Pe. de Anch. & Io. de Imo. in d. c. pen. idẽ probatur in l. bonæfidei, circa prin. ff. de acq. rer. do. licèt secundũ quosdam hoc fallat in ecclesia nulliter alienante per c. si quis presbyterorũ, de re. eccl. non alie. & tex. in auth. qui res, & in corpore vnde sumitur. C. de Sacrosl. Eccl. & per doct. in dictis locis, & maximè per Io. de Imo. in d. c. si quis presbyterorum, qđ vltimum ad præsens non discutio aliter, cùm non expediat, attẽto quod non sumus in ecclesia. regulariter enim non curamus de titulo quò ad lucrũ fructuum, sed sufficit bona fides, vt declarat Bar. in l. sed si lege.
3 §. si fine. ff. de peti. hæ. & probatur ibi & in d. l. bonæ fidei. † & in bona fide esse dicitur quando putauit eã esse vendentis, & sic ignorabat rem uel dominiũ ad aliũ pertinere. l. bonę fidei. ff. de ver. sign. prout in dubio pręsumitur, vt ibi no. in gl. facit d. l. sed si lege. §. scire. ff. de peti. hær. & in l. manifestissimi, in uerbo domini cogitatione. C. de fru. & quod not. gl. in l. quẽadmo. in verbo, emptore. C. de agri. & censi. lib. 11. ¶ Itẽ præ-
a suppono † ꝙ posito ẽt ꝙ dictus contractus fuisset nullus respectu alienationis seu translationis dominii; tamen obligat emptori dictus maritus ex vẽditione fundi dotalis, vt no. gl. Bar. & alii in l. cum lex. ff. de fideiusl. & gl. & doc. in l. si pdiũ. C. de iure do. & probatur in l. & si is. & ibi no. Cy. C. de prædiis mino. & no. in l. cũ uir. ff. de vsuc. & Io. An. in c. cũ contingat, de iureiur. & Spe. in ti. de empt. & uen. §. certum. uer. sed nunquid pòt. cum uersi. seq. & est magis cõis opi. saltem quãdo emptor ignorauit illum fundũ fuisse dotalem. prout in dubio ignorasse præsumitur, vt dixi. vnde dicit in specie Ioan. de Imo. in d. c. cũ contingat, super glo. fi. in uersi. sed iuxta prædicta insurgit dubiũ an maritus vendẽs teneat᷑ de euictione &c. circa finem illius ver. quod si ille qui emit à marito rẽ dotalẽ, si rem ipsam meliorauit, poterit saltem per uiam exceptionis consequi æstimationem talis melioramenti. arg. l. in fundo.
5 ff. de rei vend. vnde † cum solùm reperiatur qđ fructus percepti à bonæ fidei possessore compensentur in impensam utiliter factam per bonæ fidei possessorem, quando tales fructus tempore quo percepti fuerunt: spectabant de iure ad eũ, qui nunc petit fundum sibi restitui, ut in l. sumptus, & in l. em-
a ptor, in prin. ff. de rei uendi. secus [a] si non spectassent tales fructus tempore quo percipiebantur ad illum, qui nunc fundũ sibi restitui petit, ut declarat glo. reputata singularis & communiter approbata in d. l. emptor, in uerbo, superfluum, in fi. & sequuntur illam doct. ibi & in aliis locis allegatis per dominos consultores, & etiam sequitur eam Sali. in l. dotem. C. de rei uendicat. & probatur ex uerbis dictæ. l. sumptus, in uerbo, æquitatis ratione &c. nam ibi Iurisconsultus ad illam cõpensationem faciendam mouetur ex æquitate, sed ubi fructus ipsi non debuissent spectare ad eum qui nunc rem sibi restitui petit, sed ad eum qui aliquo titulo uenditionis uero uel putatiuo rem emptori bonæfidei concessit, ut in casu nostro, fructus debuissent spectare ad maritum toto tempore vitæ suæ tã de iure communi quam municipali, iuxta l. pro oneribus. C. de iure do. & l. cum oportet. C. de bo. quę li. si dictum fundũ non uendidisset, ideo eo casu non dictat æquitas ꝙ fructus pdicti compensentur in sumptibus utilib. factis per bonę fidei possessorem habentem causam ex dicta emptione à marito, quoniam sequeretur iniquitas, s. ꝙ mulier uel eius hęredes locupletarentur cum iactura aliena, & sine aliqua iusta causa pciperet commodum illorũ fructuum, qui debuissent pertinere ad maritum, & sic bis consequeretur idem, nam fructus dotis spectant ad maritum, ut supportet onera matrimonii, & sic ut subueniat uxori & liberis. d. l. pro oneribus, & l. ubi adhuc, eodem ti. & illud factum fuit, quia maritus supportauit onera matrimonii subueniẽdo uxori & liberis, & sic iã mulieri satisfactum est pro eo quod fructus ex legis dispositio spectant ad uirum. Si ẽt nunc mulier compenset dictos fructus in dictis melioramentis, consequitur bis dictos fructus seu eorum emolumentum, quod æquitati non conuenit, ut in regula, bona fides, de regulis iur. cum ibi notatis. & præsertim, q̃ si dictus emptor opposita exceptione dictorum melioramentorum non posset de iure obtinere & consequi dicta, melioramenta aduersus hęredis mulieris agentes ad fundum haberet emptor seu eius hæres in hoc regressum de euictione contra dictum maritum seu eius hæredes: presertim cum fuerit promissum de euictione. & secundum magis cões opin. hoc casu maritus uendens & de euictione promittens tenetur de euictione, ut dixi. su. & sic in effectu mulier remaneret locupletata cum damno mariti seu hæredum mariti, quod est iniquissimum, uulgata. l. nam natura. ff. de condi. inde. & sic fieret contra rationem & mentem dictæ l. sumptus, in uerbo, æquitatis ratione. Ex quibus resideo in conclusione præmissa,

ADDITIO.

a ¶Secus. vt dixi in consu. Paris. S. j. glo. 5. nu. 78.

SVMMARIVM.

3 *Clausula generalis non obstante, non sufficit vbi agitur de præiudicio tertij, nec vbi plura obstant. nu. 4.*
5 *Priuilegij specialis mentio requiritur, vt ei derogetur, sed non singularis. num. 6. 7.*
8 *Expressio quando dicatur specialis vel indiuidua. nu. 9. 10. 11.*
12 *Derogatoria generalis derogatoriorum sufficit.*
14 *Causa præsumitur iusta in principe, etiam non expressa.*
15 *Titulo tertij expresso, non est opus possessionem exprimere.*
16 *Dominium sine traditione transit in priuilegio Principis.*

CONSILIVM CLV.

Videretur in consultatione præmissa, prima consideratione concessioni factæ Titio p clementissimum Pontificem Nicolaum Quintum per secundã concessionem factam Sempronio minimè derogatum esse.
1 ¶†Primò, quia per sequens priuilegium non intelligitur præcedenti priuilegio derogatum, nisi de præsenti mentio fiat ueniens, & ibi no. de præscr. c. ex parte, el 2. de offi. deleg. c. dudum, cum ibi no. de priui. no. in c. 1. & in c. cum ordinem, de
2 rescr. no. gl. 25. q. 2. in sum. ¶†Secundò, quia præsupponitur (vt verbo fertur) Titium esse quasi in possessione, uñ ꝙ erat necessarium mentionem haberi in impetratione facta per Sempronium ut uidetur probari in c. statuto, de deci. li. 6. & in c.
3 cum nostris, & ibi no. de conces. præ. ¶ †Tertiò, qa ubi agitur de præiudicando iuri tertii non sufficit generalis clausula non
a obstante &c. sed requiritur specialis [a] c. si propter, de resc. in 6. facit. l. cum auus. C. de emanci. lib. l. 2. §. si quis a principe. ne quid in loco pub. l. ex facto, in prin. ff. de uul. & pu. l. si quando, in prin. C. de inoffi. test. c. pastoralis. de priuil. c. ex tuarum de autho. & usu pal. c. quãuis. de præ. in 6. & potissimè quãdo secundo loco impetrãs notitiam uerisimiliter habebat de cõcessione facta primo impetranti, ut no. doct. in c. ei cui, super gl. 1. de prebend. in 6. ¶†Pro hoc etiam facit, quia ubi plura
4 obstant scdæ impetrationi, nõ sufficit generalis clausula, non
b obstãte. Ita dixit Bal. in l. 1. C. de fur. & Bal. in l. eã quam. C. de fideic. in uers. sed pone quidam erat &c. allegat id qđ habetur in l. 1. cum ibi no. p Ia. de Bel. C. de dot. pmil & quod legit & no. in d. l. si qñ. Facit quod no. Io. An. in c. fi. de filiis presb. & Bal. in l. si qua illustris. C. ad Orfic. & Old. in consi. 268. in ci. Factum tale est quidam &c. ad supplicationem cuiusdam nobilis &c. & Io. An. in add. Spe. in rub. qui fil. sint leg. & An. de But. in c. per venerabilem, qui fil. sint legi. in uer. nunc descendo ad secũdum &c. & Bal. in l. eum qui aliàs incipit, Pau. ff. de statu homi. ¶Sed (vt dixi) secundæ impetrationi obstabãt duo. s. impetratio Titii, & etiam quasi possessio, ergo non suf-
5 ficit generalis clausula non obstante. ¶†Ad idem quod not. Spe. in ti. de rescrip. præsenta. §. rõne quoq; defectus. in uersi. item excipitur ꝙ faciunt mentionem in genere &c. cum uer. seq. ubi concludit ꝙ impetratio infringitur ex eo quod in genere & non in specie facta fuit mentio de his super quib. impetratio facta est. allegant. c. ex literis, de do. & contu. Et q̃ requiritur fieri specialem mẽtionem priuilegii, ut intelligatur derogatum, uoluit glo. in l. decurionib. C. de silen. lib. 11. quæ in mul-

in multis locis valde commendat Bal. vt per eum in l. nõ plures. in fi. C. de sac. san. eccl. & in secunda cõstitutione. C. & in l. fi. C. si contra ius. & in ca. 1. in fi. & in §. scimus. quo tẽpore miles. & in l. dotalem. ff. de test. mil. & in l. si cùm mihi. ff. de dolo. ¶ Sed præmissis non stantibus contrariam sñiam de iure probabiliorem esse puto, videlicet q non obstante concessione prima, debeat Sempronius in eius concessione antefer-
6 ri. ¶ † Hoc primò videtur * vrgẽti ratione decidere Fed. de Sen.
* in consi. 47. aliàs est in consi. 51. incip. Habita super casu prædicto collatione conuenienti &c. ubi dicit q licet per secundum priuilegium non tollatur primum d. c. ueniens, cum cõcor. supra alle. nisi de primo fiat mentio in secundo: non tñ secundum eum requiritur q omnino specialiter & singulariter fiat mentio de primo, ẽt dato q in primo priuilegio esset
c clausula derogatoria [c] sequentis, quia aliàs sequeretur q cum eorum quæ facti sunt, princeps iustam habeat ignorantiam.
* c. 1. de consti. in 6. principi auferretur * potestas tollendi priuilegii habentes clausulas derogatorias, quod nephas est sentire, cum eius sit tollere, cuius est condere. l. 3. §. diuus Adrianus. ff. de sepul. uio. d. c. 1. de consti. in 6. & l. 3. & l. quod iussit. ff. de re iudi. & pro hoc allegat in specie. c. quia sæpe. de electio. in 6. c. ut officium. §. concedentes. de hær. eo. li. & ca. alma. ad fi. de sen. excom. in 6. & tex. in cle. 1. & 3. de sepul. & ibi no. gl. Io. An. in fi. ubi sufficit generalis derogatoria posita in lege uel canone uel alio priuilegio ad derogandum specialibus priuilegiis quantuncunq; habentib. speciales clausulas
7 derogatorias. ¶ † Secũdò confirmatur per ea quæ no. Bar. in l. si quis in prin. testamenti. ff. de lega. 3. in uersic. quæro quid si testator dicit, & in uer. seq. & in uer. uenio ad secundum. ubi decidit q licèt ubicunque in primo testamento apposita est clausula derogatoria sequentis testamenti, necesse sit ad hoc ut per secundũ tollatur primũ, q in secundo fiat specialis mẽtio clausulæ derogatoriæ appositæ in primo testamẽto, ut d. l. si quis. tñ satis erit q in secundo testamento dicatur, cassans & irritans omne aliud testamentum qđ fecisset, & si ibi essent verba derogatoria sub quacunq; conceptione verborũ &c. licet non fiat singularis mentio de uerbis derogatoriis appositis in primo testõ, in quo dictũ fuerat, nolo per sequens testamentũ derogari huic primo testamento, nisi in sequenti testõ de uerbo ad uerbũ ponatur Pater noster, & Aue Maria. & est de mente gl. in d. l. si quis. & probat hoc Bart. per l. Titius, in prin. cum ibi no. ff. de lib. & post. & idem tenet Bar. in cõs. 21. inci. & dicit Ang. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. & Bal. in l. humanũ. C. de legi. & Bald. & Ang. in auth. hoc inter liberos. C. de testa. & Ang. in consi. 365. incip. Quædam domina Nanna. Pro hoc etiã facit tex. in c. ex parte. el 2. de offic. deleg. vbi qñ per rescriptum tolluntur exceptiones, nõ est necesse singulariter enumerate exceptiones. quod expresè tenet Bal. in l. 3. §. si is pro quo. per illum text. ff. quod quisque iur.
8 Fortificantur prædicta, quia † dato q specialis derogatio sit necessaria, tamen ut dicatur specialis, non est necesse dicere, nõ obstante concessione facta per Pontificẽ Nicolaum Quintum Titio, quia illa appellaretur singularis & indiuidua expressio, vnde ex quo dictum fuit non obstante concessione facta per prædecessorem nostrum Nicolaum, & aliis in contrarium facientibus non obstantibus &c. dicitur esse specialis expressio & mentio facta. hoc apertè no. Bar. in l. fi. C. si cõtra ius uel uti. publi. ubi dicit q qñ princeps in rescripto seu in li
* teris diceret, aliqua lege non obstante &c. istud dicitur generaliter derogare, sed ubi diceretur, non obstante * aliqua lege quæ in contrarium loqueretur &c. dicitur hæc specialis derogatio. si autem diceret, non obstante tali lege, diceretur tunc
d singularis [d] & indiuidua mentio uel expressio. & ita ẽt uoluit Bar. in extrauaganti ad reprimendum, in uer. non obstantib. & d. Ant. in c. quæ in ecclesiarum, de const. & in ca. nonnulli.
9 & ibi Io. de Imo. de rescri. & in c. 1. de exces. præ. in 6. ¶ † Pro quo etiam facit quod no. Bar. & Bal. in l. fi. in fin. ff. si quis in ius uoc. non ierit, vbi dicunt q specialis renunciatio priuilegii dicitur esse, si quis dicat. renuncio oĩ priuilegio fori mihi cõpetenti. non autem est necesse dicere, renuncio priuilegio mihi ut scholari cõpetenti. per aut. habita. C. ne fil. pro pa. qa illa diceretur singularis renunciatio. allegãt id quod hr̃ in l. fi. cũ ibi not. C. quod cũ eo. ubi differunt aliqđ specialiter, & singulariter fieri. ¶ Accedit id quod no. per gl. & doc. in l. 4. §. quæsitum. ff. si qs cau. & maximè per Bal. ibi facientem differentiã inter specialem mentionem & indiuiduam, & conclu-
10 dunt ibi q † quis dr̃ specialiter assumere in se periculũ casus fortuiti, si dixit, suscipio in me periculũ casus fortuiti: licet casus fortuitos singulariter nõ enumeret. & not. Barto. & alii scribentes in l. Titius, in prin. ff. de lib. & posth. & in fin. not. Bar. & doc. in l. filiusf. ff. de dona. & in l. si qs mihi bona. §. ius
11 sum. ff. de acq. hæ. ¶ † Ad idem quod no. Bal. in l. edita. C. de eden. in uer. sciendum tñ est. & in uer. modò uideamus &c. C. de eden. ubi dicit q licet qñ appellat ab interlocutoria, debeat specialiter & sigillatim exprimi in appellatione cã grauaminis. ut in cle. appellanti, de appel. tñ dr̃ satis specialiter expressa si dixero, dico quod sum grauatus, qa iudex non admisit iura mea & defensiones meas. tunc licèt non dicat cã grauaminis expressa singulariter; tñ dr̃ specialiter expressa. alle-
12 gat no. per gl. fi. in l. exigendi. C. de procu. ¶ † Plus dicit Ange. in l. oẽs, per illũ tex. C. de præsc. 30. ann. ubi formaliter sic inquit, No. in uer. specialiter ac noĩatim &c. tex. singularẽ & meliorem qui sit in iure ad clausulã derogatoriam oĩum legum & statutorũ positam in rescriptis, & qñq; in statutis, hoc modo uidelicet, nõ obstantibus oĩbus statutis & cõsuetudinibus q̃ in contrariũ loquerent, de quibus esset necesse specialem mentionem fieri, quibus intelligatur derogatũ perinde ac si specialiter essent enumeratę &c. nam tantũ operant dicta uerba quantum si de oĩbus legib. & statutis & consuetudinibus sigillatim & distinctè mẽtio facta esset. & per hoc concludit q si testator in primo testõ apposuit clausulã derogatoriã sequentis testamenti, ut qa dixit, nolo aliud testamentũ condendũ ualere, nisi in eo describatur. Aue maria &c. & postea in secundo testõ dixit: uolo istud præualere non obstante alio testamento per me facto, ẽt si de eo deberet fieri mentio specialis. nã perinde est acsi noĩatim & expresè in secundo testõ posuisset tenorem primi, per illã. l. vt ibi per eũ. & maximè procedunt hæc, cum in prima concessione facta Titio nulla clausula derogotoria, & sequenti cõcessioni uel impetrationi directò contraria sit spãliter inserta. sed ita est q in cõcessione vltima dr̃ non obstantibus illis oĩbus de quibus forsan specialis & specificata mẽtio fieri deberet: ergo per illa verba est perinde ac si specifica expressio facta fuisset. & hoc vltimum ẽt vo-
13 luit Bal. de pace Constan. in verbo, libellariũ. ¶ † Nõ puto aũt in dubiũ refricari q Papa potuerit tollere priuilegiũ alteri cõcessum per sedem apostolicam: quia hoc notissimũ est, vt firmat gl. in c. decet, de reg. iur. in 6. per iura ibi alleg. & hoc facere põt ẽt sine causa, ita dixit Ang. in l. Antiochensium. ff. de priuile. cre. allegat no. per Inn. in c. quę in ecclesiarũ. de cõst. & no. per glo. in c. constitutus. in ver. à quocunq;. de reli. do. & ibi doc. & glo. 16. q. 1. ecclesiæ. & gl. 9. q. 3. conquestus. per tex. 16. q. 1. frater nr̃ Adrianus. & no. Spec. & Io. And. in tit. de leg. §. nunc ostendendum. ver. 57. & in ver. 89. & Bal. in l. fi. ff. de consti. princ. & in l. rescripta. C. de precibus Imper. offer.
14 ¶ † Quinimò in principe semper in dubio p̃sumitur subesse
e causam [e] iustam, dato q nulla causa in literis exprimat, ita tenuit Cy. & Bal. in d. l. rescripta. & Iac. Bu. in l. fi. C. si cõtra ius. & An. de Bu. in c. cũ inter, de renun. & in d. ca. constitutus. & in d. c. quæ in ecclesiarũ. & Bal. in l. si testamentũ. C. de testa. & do. Ab. in c. cùm olim, de re iud. facit c. in p̃sentia, de renũ. c. cùm inter. & c. sicut. de re iud. & quod no. gl. in fi. in l. relegati. ff. de pœ. Imò Põtifex expressit causam dũ dicit, cum officium ipsum non in perpetuum, sed ad certum tempus tam ex forma statutorum dictæ ciuitatis, quam ex cõsuetudine cõcedi debeat & consuetũ sit. quæ causa dicit esse probata per illa verba narratiua, vt in cle. 1. cum gl. in verbo, fecisse de prob. & gl. 1. in c. nõnulli. de rescri. facit quod hr̃ in c. cum à nobis. & ibi doc. de test. ¶ Et per p̃dicta patet opportunè respõsio ad allegata in contrariũ, & primò nõ obstat q in secundo priuilegio dẽt fieri mentio de primo &c. quia in casu nr̃o facta est mentio de prima cõcessione in secunda. vt est ostẽsum. Secundò nõ obst. q debuit fieri mentio de quasi possessione, vt in c. statut. de dec. in 6. qa respõdeo q ibi nulla facta erat mẽtio de titulo possidentis, nimirũ si concessio nõ trahitur ad ea q̃ per alium possidebantur non facta mẽtione de possessione. † sed
15 in casu nostro facta est mẽtio de titulo & cõcessione alteri facta vnde nõ est opportunum facere mentionẽ de quasi possessione, cùm semper titulus & causa proprietatis velut potẽtior

trahat ad se causam possessionis ca. cùm dilectus. in fi. de cau.
poss. Prætereà per solam gratiam & concessionem principis
acquisitum fuit ius & dominium illius iuris impetrāti absq;
eo quod in possessione inducatur c. tibi & c. gratia. de rescr. in
6. c. si tibi absenti, de præb. eo. li. c. inter dilectos, de fide instr.
16 † Et hoc dicit Bal. no. in præludiis feu. & in c. 1. quid sit inue-
sti. & in ca. fi. de noua for. fide. ꝙ ex priuilegio principis transf-
f fertur dominium [f] sine traditione contra regulam. l. traditio-
nib. C. de pac. & l. si ager. ff. de rei ven. cum sim. vnde satis fuit
facere mentionem de tit. ex quo absque possessione ius tran-
slatum erat. ¶ Non obst. vltimò ꝙ quando agitur de iure tertii
auferendo non sufficiat generalis clausula. c. si propter, de re
scrip. in 6. quia respondeo ꝙ hìc interuenit specialis, non ge-
neralis, vt satis clarè probatum est suprà. Alexan.

---

ADDITIONES.

a ¶ Specialis. supra consi. 153. supra eo. consi. 111. nu. 18.
b ¶ Plura. Cur. iunior consi. 1. Ias. consil. 233. lib. 2. Alb. Bru consi. 8. con
sil. 12. consi. 15. consi. 30.
* Primo videtur.] Hanc opinionem tenet idem Alex. consil. 187. circa
fin. lib. 5. Vide etiam Federicum Senensem consi. mihi 233. Casus
talis est, monasteriis cuiusdam ordinis & vide Fel. egregiè. ad c. ac-
cedentes. col. 3. de præscri. Natta.
c ¶ Derogatoria sup. li. 4. consi. 7. consi. 122. consi. 123.
* Principi auferetur.] In oppositum facit viua ratio, quia priuilegiū
primum nunquam haberet locum, quia illæ clausulæ generales cū
d. forma verborum, de stylo curię semper apponuntur. Et ad ratio-
nem Federici respondet Cardi. quod istud non est multum diffici-
le, quia in registro Papæ facilè apparebit quibus priuilegia concesse
rit sub forma illa speciali. Vide Dec. latè consi. 165. vbi distinguen-
do, dicit opinionem Federici procedere in priuilegio motu proprio
concesso, secus si ad postulationem. Et ita etiam latè concludit Fel.
ad c. accedentes. de præscriptio. & ad vtranque partem Decius ad-
ducit auctoritates, & non determinat ad l. certum. col. 2. ff. si cer. pet.
& plenissimè Ias. scribit consi. 121. lib 4. Aliquid per Dec. consi. 392.
col. pen. & opin. Alex. hìc amplectitur Soc. cōsi. 3. col. 3. lib. 3. Natta.
* Non obstante.] Ista verba addita faciunt vt videatur etiam facta
mentio de verbis derogatoriis in lege positis; ita declarat Bartolū
Dec. & rectè consi. 10. col. pen. Natta.
d ¶ Singularis. sup. li. 1. consi. 139. nu. 6. sup. lib. 4. consi. 122. nu. 12.
e ¶ Causam. sup. lib. 1. consi. 2. ad fi. sup. lib. 5. consi. 1. nu. 32.
f ¶ Dominium. sup. lib. 5. consi. 3. nu. 8.

## EPITOME.

SI secundum instrumentum fiat ad obseruantiam & executionem primi, sed aliter quàm in primo, præsumitur per errorem.

## CONSILIVM CLVI.

Viso instrumento primo in quo de anno 1446. Petrus
Nardi promisit Toxio dare & consignare pro dote
Ioan. filiæ dicti Petri libras centum Bonon. intra terminum
annorum sex, & casu quo in termino non solueret dictā quā-
titatem in pecuniam numeratam, promisit dare, consignare
& assecurare ipsum Toxium pro dicta dote librarum centū
Bono. super domo ipsius Petri posita in contrata Rotæ, cum
hoc quod Toxius non possit vendere nec eam alienare, sed ip
sam possit retinere pro habitatione sua pro sua & tanquam
suam. Viso etiam instrumēto in quo de anno 1450. narratur
quod cum Petrus promisisset Toxio in dotem libras centum
Bono. vel tantam partē dictæ domus quæ ascenderet ad sum-
mam dictarum librarum centum, & ꝙ Petrus volens promis
sa obseruare, iure proprio & in perpetuum dedit Toxio dotis
nomine medietatem dictæ domus, & dictus Toxius promisit
restituere dictas libras centum Bono. in omnem euentum do
tis restituendæ. ¶ Videretur prima consideratione dicendū,
dictam quantitatē pecuniæ soluto matrimonio esse restituen
dam, nō autem dictam dimidiam domus, quia hoc apertè vi-
detur fuisse conuentum inter dictas partes in vltimo instru-
mento, ergo in incertis, non autem certis locus est coniectu-
ris. l. continuus. §. cum ita. de verb. ob. l. ille aut ille. §. cum in
1 verbis. de leg. 3. ¶ † Secundò hoc colligitur ex donatione do-
a mus pro certa æstimatione, quæ æstimatio [a] in dubio facit em
ptionem, adeò ꝙ in casu restitutionis non debetur res sed pre
tium. l. quoties. & l. si inter virum. cum ibi not. C. de iu. do. &
2 in l. si æstimatis. ff. solu. matri. ¶ † Tertiò hoc sonant verba il-
la dedit &c. de cuius natura est ꝙ dominium transferatur, nō
autem quod pignus contrahatur. l. vbi autem, in fi. l. scire de-
bemus. §. fi. & l. si rem tradi. de uerbo. oblig. ¶ Sed his non ob.
contrarium puto uerius, quoniam ex contentis in primo in-
strumento patet ꝙ eo casu quo non soluerentur libræ centū
Bono. tenebatur tantum Petrus ad obligandum tantam par-
tem domus prædictæ ꝙ Toxius ipse redderetur securus hoc
b ostendunt verba illa videlicet, super [b] domum ipsius &c. † per
3 quæ denotatur obligatio pignoris seu hypothecæ, vt probat
in l. fundus quem, & ibi hoc no. Bar. ff. de an. lega. & in l. codi
cillis. §. instituto. & ibi no. Bar. Bal. & alii. ff. de leg. 2. hoc etiā
indicat illud verbum assecurare &c. qđ importat ꝙ quis fiat
securus cum pignore vel fideiussore, & hoc quando vltra sim-
plicem promissionem quis tenebatur creditorem assecurare
prout in casu nostro. l. 1. & ibi no. Ang. ff. qui satis. cog. l. 1. §.
communes. & ibi no. doct. ff. de prę. stip. & no. Spe. in titu. de
emp. & ven. §. 1. uer. sed quid si in instrumento. & p gl. & doc.
in l. si mandato Titio. §. fi. ff. man. ¶ Et licèt in primo instrumē
to dictum esset ꝙ retineret Toxius dictam habitatione ꝓ sua
& tanquam suam, ꝙ uideretur prima facie refragari naturæ
contractus pignoris, cuius natura esse solet quod fructus cō-
putentur in sortem, & sic habitatio non habuisset spectare ad
Toxiū si fuisset contractus pig. l. 1. & 2. C. de pig. ac. l. 1. C. de
4 distr. pig. c. cum contra. extra de pig. quia respondeo † ꝙ illud
fallit in contractu dotis promissæ, quia fructus percepti ex re
pignorata uel obligata pro dote spectant ad maritum, ꝓpter
onera matrimonii ad quæ supportanda tenetur. c. salubriter,
de usu. l. Titia Seio. §. usuras. & ibi no. doc. ff. solu. matr. & no.
doc. maximè Bald. & Ang. in l. diuortio, in prin. eo. tit. & Bar.
in l. at qui natura. §. non tantum. de nego. gest. cum concord.
5 ¶ † Nec obstat uerbum, dare &c. prolatum in primo instrumē
to, quia tale uerbum prolatum in contractu promissionis pi-
gnoris uel hypothecæ non habet alterare naturam cōtractus,
sicut quando in contractu uenditionis dicitur uendidit, de-
6 dit, & tradidit &c. † nam cùm de natura uenditionis non sit
ꝙ teneatur uenditor omninò ad transferendum dominiū in
emptorē. l. ex empto. in prin. ff. de act. emp. tale uerbum. s. de-
dit &c. stat impropriè. l. si stipulatus, in prin. ff. de usu. no. Bar.
in l. fi. ff. de condi. ob cau. & in l. 1. C. de rerū permu. & in d. l.
ex empto. ¶ Non ob. secundū instrumentū in quo est oīs diffi
7 cultas: quia rn̄deo † ꝙ duorum alterū de necessitate esse opor
tet. s. ꝙ aut uerba secundi instrumēti, si fieri pōt, debēt restrin
gi ac reduci ad naturā primi cōtractus. s. pignoris, prout fuit
de mente partiū, ut colligitur ex illis uerbis uolens promissa
obseruare. & ubicunq; fieri pōt, ita debent reduci instrumēta
ad consonantiā, ut euitetur ꝯrietas, sicut reducuntur testes ꝯ-
rii, ut no. Bar. in l. scripturæ. C. de fide instr. & Bal. in l. in exer
cendis. eo. tit. facit c. cū tu. de testi. & qđ no. Cy. & Bal. in l. cū
falsa. in fin. C. de iur. & fac. igno. aut si ad consonantiā reduci
non possunt, & sic ex secundo ꝯctu uideatur absolutè data in
dotē pars illa domus pro æstimatione p̄dicta, & p consequēs
æstimatio faciat emptionē, adeò ꝙ in restitutione sit quātitas,
& nō domus (qđ uerius puto) & tunc rn̄deo & dico ꝙ nec ui-
tute dicti secundi instrumēti poterit Toxius soluto matrimo
8 nio retinere dictā partem domus: qa eo ipso † ꝙ apparet ali-
ter esse factum quàm à principio fuerit actum, etiam ex inter
uallo, præsumitur in actu fuisse erratum. text. est in l. si tibi li-
berum. ff. de act. emp. & in l. si binarum. ff. de serui. quæ iura
ita declarant Bar. & alii in l. Titia. §. idem respondit. ff. de uer.
obliga. & in d. l. si tibi liberum. uerum est ꝙ non intelligitur
esse repetitum in sequenti contractu facto ex interuallo, id
quod fuit actum in præcedenti. l. per rationem. C. de usur. tñ
si est omissum uel aliter factum quam esset actum in præcedē
ti contractu præsumitur interuenisse errorem in secundo, &
repetitioni locus est d. l. si tibi. & hæc maximè uera sunt, quā-
* do uerba apposita * in præcedenti contractu se habebant ad
tempus futurū etiā ex interuallo, sequuturū, per no. per Bart.
in l. pacta nouissima. C. de pac. & expressius no. Io. de Imo. in
l. quot. §. sed si cùm primum. ff. de hæ. inst. ubi dixit ꝙ si in p̄-
cedenti actu fuit dictum quod fieret instrm̄ obligationis cer-
tæ rei in pignus pro certa quātitate, & postea fit uenditio di-
ctę rei ꝓ dicta quantitate: tūc p̄sumitur erratū in ꝯtractu uen
ditionis, per tex. in l. quot. §. sed si cū primū. cū ibi no. p Bart.
& hoc

& hoc secundum eum etiam erit verum, si inter vnum actũ
& alium fuit interuallum: modo verba se expresse haberẽt ad
tempus futurũ ex interuallo per no. per Bar. in d.l. pacta. sed
in proposito nostro verba in primo contractu prolata se habe
bant expresse ad tempus futurum ex interuallo; quia actum
fuit ꝙ si intra terminum sex annorum Petrus non solueret
dictam quantitatem ꝙ tunc deberet assecurare Toxiũ &c. &
sic denotabant illa verba interuallum annorũ sex, & secũdus
contractus factus fuit ante lapsum tanti temporis. quinimò
etiam si illa verba non se habuissent ad futurum tempus ex
interuallo, tamen adhuc idem esset per d.l. si tibi, cũ ibi no. p
Bar. & do. q̃cquid dixerit Io. de Im. in d.l. quor. & ipsemet me
lius fuit loquutus in d. l. Titia. vbi tenet cũ Bar. ibidẽ. & istud
9 est principale ꝙ me in hanc sententiã traxit. ¶† Fortificatur,
quia ex narratione facta in secũdo instrumento iũcto primo
colligitur de errore. nã ĩ secũdo instrumẽto narratur, ꝙ cum
hoc sit ꝙ Petrus promiserit dare Toxio in dotẽ libras centũ
Bono. vel tantã partẽ dictæ domus q̃ ascẽderet ad dictã sum-
mã, & Petrus volẽs promissa obseruare iure proprio & in ppe
tuũ dedit &c. nã nõ est verũ ꝙ in primo instrumẽto ꝓmiserit
dare Toxio partẽ domus in dotẽ, sed promisit Toxiũ assecura
re super domo, & sic obligari domũ, vt supra probauit: ergo
apparet ꝙ Petrus in secũdo instrumẽto vel cõtractu errauit,
quia eo ipso ꝙ ostẽditur realiter se habere p ꝓductionẽ primi
instrumẽti, dicitur esse probatũ de errore. l. si post diuisionẽ.
& ibi doc. C. de iur. & fac. ign. & no. in l. cum de indebito, in
prin. p gl. & Bar. ff. de prob. & in l. de ætate. §. q iusto. ff. de in-
ter. ac. & plenè Bar. in l. non fatetur. ff. de confes. & Can. in c.
10 fi. de confes. & Bal. in l. error. C. de iur. & fac. ign. qui † quidẽ
* error * releuat etiã si sit in facto proprio quãdo errans tractat
de damno vitãdo & aduersarius de lucro captãdo. l. sed si me
putẽ. ff. de condi. inde. sed in proposito tractat Petrus de dam-
no, & Toxius de lucro: quoniã Toxius debebat habere ex con
uentione partium solũ obligationẽ domus, ipse autẽ tractat
de habendo dominiũ ipsius domus, magis autẽ est translatio
dominij quã obligatio pignoris. l. in quantũ. ff. de pig. l. fi. C.
de præd. curia. lib. 10. ergo subueniri debet ipsi domino Pe-
tro, & ẽt non expectato anno postquã res est immobilis, ꝓpter
rationẽ. l. 1. §. exacto. C. de rei uxo. acti. & per hæc patet respõ
sum esse ad omnia in contrarium allegata. Ita dico & consu-
lo ego Alex.

ADDITIONES.

a ¶Aestimatio, sup lib. 5. consi. 79. nu. 2.
b ¶Super. Lancelo. Deci. d.l. fundus. Guido Pap. deci. Delphi. 432. Mat
thæ. Afflict. deci. Neapo. 162. dixi in consu. Paris. §. 52. glo. j.
Verba apposita. ] Protestatio simplex non trahitur ad futurum, nisi
verba futurum respiciant; vt per Alex. ad d.l. pacta nouissima. & ad
l. qui aliena §. fi. ff. de acqui. hære & ad l. non solum §. morte. colũ. 6.
* ff. de ope. no. nunc. Natta.
Qui quidem error.] Vide bo. dict. Pau. Cast. ad l. fi. §. idem quæsiit. ff.
de cond. indeb. vbi ponit de fratre, qui diuiserat bona sibi soli spe-
ctantia, vt propter errorem possit contrauenire. Natta.

CASVS. Petrus Nicola fecit instrumentum & contractũ
istius tenoris, videlicet, Petrus Nicola sciens Titiũ iure
proprio & in perpetuũ dedisse, vẽdidisse & tradidisse Sempro
nio vnũ fundũ pro pretio lib. quadringentarũ Bono. sciẽs etiã
dictum Sempronium locasse ipsi Petro Nicolæ dictũ fundũ
ad affictum & franchandum pro tempore & termino sex an-
norum tunc venturorum dictum fundum pro franchatione
& pretio dictarum centum. ¶ Sciens etiam d.P. dictum Sem-
pronium promisisse dicto Titio intra dictum tempus uẽdere
dictum fundum pro dicto pretio, & dictum fundum eidem
Titio restituere pro dicto pretio, & sciens se Petrus Nicola ad
ista non teneri nec obligatum esse, sed volens se principaliter
obligare licèt non teneatur, solenni stipulatione & pacto pro-
misit præfatus P. dicto Titio stipu. facere & curare ita & tali-
ter omni iure & facti exceptione remota, ꝙ Sẽprenius intra
dictum tempus sex annorum vendet dicto Titio dictum fun-
dum, & e dem restituet pro dicto pretio, & instrumentũ ven
ditionis faciet. ¶ Et casu quo præfatus P. prædicta omnia non
faciet & non seruabit, prout promisit dicto Titio, ex nunc ꝓ
misit ipse P. dare & soluere dicto Titio lib. mille specialiter in
ciuitate Bonon. &c. Et generaliter &c. cum pacto præsentatio
nis pignorum &c. pœna totidem &c. obligatione bonorum
&c. renunciantibus benefic. & defen. &c. & sacramẽto &c. Et
cum pacto inter dictas partes tunc conuento; ꝙ in casu quo
præfatus Titius non posset seu non uellet emere dictum fun
dum, tunc & eo casu præfatus Titius & P. teneantur eligere
vnum pro parte, qui habeant æstimare dictum fundum, & in
in casu discordiæ debeant eligere tertiũ. & præfatus P. tenea-
tur soluere id quod plus æstimabitur vltra dictas libras cen-
tum. cum clausula rato manente pacto. postea durante dicto
tempore sex anno. franchationis prædictæ, dictus Sẽpronius
vendidit dictum fundum dicto P. pro dicto pretio librarum
quadringentarum & per publicum instrumentum clausulis
necessariis roboratum, & vigore dictæ locationis factæ eidẽ
ad affictum & ad franchandum. ¶ Præmissis dictis instrumẽ-
tis dubium occurrit, utrum d.P. teneatur absque alia requisi-
tione facere & curare, quod intra dictum tempus sex anno.
dictus Sempronius det & vendat dictum fundum dicto Ti-
tio pro dicto pretio quadringentarum, vel saltem teneatur ip
se P. ex quo dictum fundum emit, vt supra & de præsenti ha-
beat illud uendere dicto Titio pro dictis quadringentis, &
vtrum si non fecerit prædicta absque alia requisitione incur-
rerit dictam pęnam librarum mille, quia elapsum est tempus
dictorum sex annor. ¶ Et utrum de iure dictus Titius ad con
sequendam dictam emptionem fuerit obligatus protestari &
& requirere dictum P. intra dictum tempus ꝙ faceret ꝙ di-
ctus Sempronius dictam uenditionem & franchationem fa-
ceret, vt supra vel saltem ex quo vt supra dictum fundũ emit
ipse P. teneatur ipse P. vendere & vendidisse intra dictum tẽ-
pus sex annorum absque dicta protestatione.

SVMMARIVM.

2 *Facere & curare promittens, cadit in moram absq; interpella tione.*
3 *Pœna adiecta facto non pręsumit in fraudem usurarum.*
7 *Pœna conuentionalis an possit excedere quadruplum.*
10 *Obligatio est sine causa, quando fit per scientem se ad hoc non teneri.*

CONSILIVM CLVII.

Viso themate de quo suprà, videretur prima facie non
rectè consideranti dicendum, Petrum Nicolã pœ-
nam non incurrisse, & ꝙ dictum fundum nõ teneatur Titio
vendere nec etiam curare ꝙ Sempronius illum Titio vẽdat,
quia promissio de qua in dicto instrumẽto facta per P. Titio,
1 non obligauit P. ad eius obseruantiam, † quia fuit promissio
sine aliqua causa, quæ promissio de iure reputatur inefficax.
l. 2. §. circa. ff. de doli except. & l. generaliter. cum glo. in uer-
bo, causam. C. de non nume. pec. & ibi Ia. de Are. & Cy. in 13.
q. & l. qui sine causa. ff. de conditio. sine causa, no. gl. in l. nun-
quam nuda. ff. de acquir. rerum domi. & in l. 1. in §. fi. in fi. gl.
magnæ. ff. de interrog. actio. bene facit tex. in c. si cautio, de fi
de instr. & l. cum de indebito. §. fi. ff. de probationi. & l. nuda
ratio. ff. de don. & l. 1. cum gl. in uerbo, sine causa. ff. de polli.
& tenuit expresse Roffr. in rub. de actio. quæ ex stipu. comp.
& Spec. de oblig. & solu. § fi. ver. rursus. cũ concor. ¶ Sed his
non obstantibus contrariam sententiam de iure ueriorẽ pu-
to. s. ꝙ dictus P. in pœnam lib. mille Bon. in instrumento con
tentam inciderit absque eo quod aliter fuerit interpellatus a
2 Titio. quod † primò probatur per ea quæ not. scribit Bald. in
* c. * domino guerram. §. ad hæc. in tit. hic finitur lex Conradi
deinde inci. consuetu. regni. vbi dicit ꝙ ille qui promisit se fa
a cere & curare, constituitur in mora absque [a] interpellatione,
quia sola scientia sufficit. alleg. l. 1. C. de priua. car. in arg. & l.
in lege locationis. ff. loca. & l. non impossibile, cum ibi no. ff.
de pac. Sed ita est quòd P. promisit Titio facere & curare ita,
& taliter omni iuris & facti exceptione remota, quòd Sẽpro-
nius intra tempus sex annorum uenderet Titio fundum &c.
ergo absque eo ꝙ aliter interpellaretur, fuit constitutus in
mora, ex quo non apparet eum aliquo modo fecisse & curas
se uel saltem diligentiam suam adhibuisse, ut ea quæ promi-
sit, adimpleret. & sic in pœnam incidit. ¶ Et pro hoc ꝙ aliqua
interpellatio non fuerit necessaria, patet ex alio capite, quia
in instrumento dies expressa. s. tp̃s sex annorum intra quos
promisit Petrus Nicola se facere & curare quod Sempronius
3 Titio fundum venderet, sed † vbi dies adiectus est, nulla est ne
cessaria interpellatio. l. magnam. C. de contrahẽ. & commit.
stipulatio. l. traiectitiæ. §. de illo, de act. & oblig. l. 2. C. de iure

4 emp.& c.potuit.de loc. ¶†Nec habet obstare ꝙ non fuerit de
* sig nata & limitata dies certa,*in qua deberet P.facere curare ꝙ Sempronius venderet,quia respondeo ꝙ hoc nihil refert: nam,ut in fortiori casu dixit Bar. & Ang. in l. cum stipulatus sim mihi a Proculo,in fi.princ.ff.de uerb.oblig.& Bal.in c.2. an ille qui interfecit fratrem domini sui.& in l.fi.§.præterea. C.de iure doti.si promitto tibi dare centum usq; ad Pascha, & abinde in antea ad tui petitionem, an adueniēte die Paschatis absque alia interpellatione sim in mora,& finaliter concludunt quòd sic,per d.l.eum stipulatus, iūcta gl. plus dicit Bal.
5 in d.§.præterea,†quòd si ex forma statuti debitores frumenti propter caristiam non possunt exigi intra annum, sed post annum ex forma statuti possunt conueniri,certè lapsus anni absque alia interpellatione constituet debitorem in mora,per dictum.§. præterea. & per dictam.l. cum stipulatus,cum gloss.
6 ¶† Certum est autem ꝙ dicta pœna commissa propter morā exigi potest, quia cum fuerit adiecta facto, non præsumitur adiecta in fraudem vsurarum. l.Lucius, cum l.seq.& ibi not. ff.de actio.emp.no.glo.& doct.in l.cum allegas. C.de vsur.& in l.Iul.§.ibidem.ff.de actio.emp. & in l.sed & si quis. §. fin. si quis cautio,& Bar.& doct.in l.cum seruus.ff.de condit. & demonst. & in l.rogasti. §. si tibi. ff. si certum peta.& Ang.& mod.in l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de verb.obl.no cano. in c. dilecti.de arbit.& in c.tuam.de pœ. & maximè cum non præ-
7 supponatur dictum Titium fuisse solitum fœnerari.¶†Attento etiam ꝙ verbo fertur, dictam pœnam non excedere qua-
b druplum [b] eius quod continebatur in principali contractu, quo casu secundum sententiam omnium pœna adiecta per nomina simplicia potest saltem vsque ad quadruplum ascendere,imo secundum opinionem magis communem potest excedere quadruplum & ascendere vsque ad summam quæ cōtrahentibus placuerit. l. stipulatio ista. §.alteri, in fine.& ibi Bar.& Ang.ff.de verbo.obligat.not.gloss.Iaco.de Ra. Petrus, Bar.& Bald.in l.1.C.de senten. quæ pro eo quod inter. & gl. in l.si dictum.in princip. ff. de elect.& in §.alteri. institu.de inuti.stipu.& Dy.in §.omnes.insti.de act. sed dicta pœna fuit adiecta per nomina quantitatis seu simplicia, quia promisit P.contenta in instrumento obseruare sub pœna librarum mil
8 le,ergo &c. ¶ † Vltra dictæ pœnæ exactionem adhuc tenetur P.facere & curare, ꝙ Sempronius Titio fundum vendat propter clausulam, rato manente pacto, adiectam in instrumento.l.qui fidem.ff.de transacti.& l.cum proponas. C. eo.tit.& l.ita stipulatus,in fi.ff.de verb.oblig.& licet Sempronius fundum vendiderit Petro Nicolæ, tamen per hoc non euanescit promissio facta Titio per Petrum Nicolam qui promisit Titio se facere & curare, quòd Sempronius vendet dictum fun
9 dum Titio: † quia quanuis fundus non sit amplius Titii, tamen potest dictum fundū vendere, cùm etiam res aliena vendi possit.lege.rem alienam.ff.de contrahenda emptione. l.ex empto,in prin.ff.de actio.empti.l.venditor hominis, & quasi per totum titulum.ff.de euictio. & potissimè interueniente consensu dicti P.l.si fundum per fideicommissum. in princ. ff.de lega.1.l.codicillis.§.primo.ff.de lega.2. l.si debitor.§.si in venditione.& lege sicut.§.si voluntate.ff.quibus mod. pig. vel hypothe. solui. vel poterit citare P. vt Sempronius ab eo dictum fundū titulo emptionis vel donationis aut alio quouis titulo acquirat, & Titio vendat,non dicam quod Petrus Nicola teneatur Titio vendere fundum,quia hoc non est promissum in contractu prædicto, vnde ex dicto contractu stipulationis qui est stricti iuris non potest agi, nisi ad id quod in ea expressè deductum est.l.quicquid astringendæ & l.inter stipulantem.§.si Stichum.ff.de verbo.obligat.l.veteribus. ff. de
10 pac. ¶ † Non obstat ꝙ dicta promissio fuerit facta Titio per P. sine causa, quia ad hoc respondeo, quod verba illa de quibus in instrumento videlicet,Et sciens se P.ad infrascripta nō teneri nec obligatum esse, sed volens se principaliter obligare licèt non teneatur,solenni stipulatione & pacto promisit &c. tollunt obiectum,quoniam vt dixit Ia.de Are.& Cyn. in l.generaliter,in 13.q.C.de non nume.pecu.& ibi etiam Bal.promissio simpliciter facta sine causa ex certa scientia tenet, quia qui promittit sciens se ad illud non teneri, videtur ex causa liberalitatis & donationis promittere.allegant l.Campanus.ff. de ope.li.& l.si patronus.ff.de do.& l.donari. ff.de reg.iur.& idem voluit Bar.in l.nuda.ff.de don.& Bal.in l.fin. C.si certū peta.in §.oppo.& Canonistæ in d.ca.si cautio.& Gul.& Bal. in l.iurisgentium.§.sed cum nulla. ff.de pact. & est de mente glo.in l.3.§.primò,ff.de consti. pecu.& in l.quæ cum alio.ff. de reg iur.in princ.facit.l.1.ff.de condi.indeb. & l.cuius per errorem.ff.de reg.iur.iuncta l.fin. C. ad leg.fal. & Imo.in l.a Titio.ff.de verbo.oblig.per hoc inferens optimam esse cautelam notariorum qui in instrumentis dicunt: talis sponte & ex certa scientia nullo ductus errore sciens se ad infrascripta non teneri,promisit &c.& idem dicit Paul. de Cast.in l.si diuortio,de verbo.oblig. & in d.l.hoc iure,in princ.& quidam moderniores.in l.cum de indebit. §. fin.de proba. bene facit quod no.Bar.& Ang.in l.si dari.ff de verbo.oblig.& in l.4.§. fin.ff.si quis cautio.& in l.fi.§.idem quæsiit.ff.de condi.inde. & Bald.in l.mater. C. de rei ven.& in l.2.in 7.quest.C.de re-
11 scin.ven.¶†Plus dixit Bar.in l.2. §.circa de doli exceptio.& Ang.in l.si diuortio.ff.de verb.obliga.ꝙ etiam si non esset facta promissio ex certa scientia, tamen præsumeretur ex causa
c donationis facta, [c] per l.hoc iure.in princ. ff. de dona.per argumentum a speciali. & tenuit Azo in summa auth.in rubr. de fide instru.& Ioan. de Blenascho in libellis suis sub rubrica de actione ex stipulatu.& Iaco. de Ra. & Petr.vt latè refert Cyn. in d.l.generaliter, vbi etiam refert ita tenuisse Hugolinū in distinctionibus suis in distinctione quæ incipit, Quoniam quidam in iudiciis &c. super quo licet variæ fuerint opiniones, tamen in casu nostro omnes concordant quod si facta est promissio ex certa scientia, idest à sciente se nullo modo teneri prout fuit in casu nostro, valeat, per superius allegata. ¶Ex quibus breuiter concludo, P. in dictam pœnam incidisse, & nihilominus teneri taliter facere & curare, ꝙ Sempronius vēdat dictum fundum Titio. Alexand.

ADDITIONES.

* Bal.in c.] Hoc Bal.dictum sequitur Alex.ad l.ꝙ te.ff.si cer.pet. Are. ad l.si ex legati causa.de verb.oblig.contrarium tenuit Dec. consi.a col.3.Et Alexan.hic sequitur Crau.consi. 272.col.7.& consi.63.

a ¶Absque interp.Ia.l.quod te.si cer.pet.Are.consil. 142.Adde Are. cōsil. 72.Soci.consi.254.lib.2.Lancelo.Galiau.l.2.§. Cato.de verborum oblig.Alex.infra lib.7.consi.148 Cur.iunior.consil. 74.saltem vt quis teneatur ad interesse,non autem vt cadat in pœnam. Socin.consilio 139.l.prima.lib.1.Gozad.consi.27.Aymo consi.64. num.1.

* Dies certa.] Quòd dies incerta non constituat in mora, vide Alex. ad l.quoties in diem.ff.de verb.oblig.vbi plura in materia, & sequitur ibi dicta Bar. ad d.l.cum stipulatus. Natta.

b ¶Quadruplum,imò debet reduci ad duplum in quo inest simplum per ea quæ dixi in l.vnica. C.de sentent. quæ pro eo quod inter.

c ¶Facta.Imola,vt supra lib.1. consi.4.

Casus. Federicus Chyrogicus habens duos filios, videlicet Albertum maiorem annis 25.& duas filias, videlicet Floram & Honestam ex prima vxore, & Gabrielem impuberem ex secunda vxore, condidit testamentum,in quo suos vniuersales hæredes instituit prædictos Albertum & Gabrielem æqualiter,cum conditione sub his verbis videlicet, quod si & quando dictus Gabriel moreretur, siue in ætate pupillari,siue postea sine filiis legitimis & naturalibus,quod tunc & eo casu substituit sibi dictum Albertum. ¶Et subiunxit quod si dictus Albertus sine filiis legitimis & naturalibus & ab intestato,& dictus Gabriel sine filiis legitimis & naturalibus decederent, tunc & eo casu substituit dictas Floram & Honestam vulgariter & per fideicommissum.testator decessit superstitib.suis filiis & filiabus, mortuus est denique dictus Albertus ab intestato & sine descendentibus, & postmodum dictus Gabriel sine liberis, prius per eum condito testamento, in quo extraneum instituit hæredem. Quæritur an Flora & Honesta admittantur per fideicommissum etiam ad portionem dicti Gabrielis tanquam substitutæ, vel excludantur a dicto extraneo hærede instituto in testamento dicti Gabrielis: & dubium oritur quod dictæ dominæ non admittantur, ex eo quod dictus Federicus in dicta substitutione dixit, si dictus Albertus sine filiis legitimis & naturalibus ab intestato, & dictus Gabriel sine filiis legitimis & naturalibus decederent. substituit &cætera, & dictum verbum ab intestato, positum in vna & eadem oratione videtur propter copulam, & quæ coniunxit dictum Albertum & Gabrielem

lem repetitum ad personam dicti Gabrielis, qui non ab in-
testato, sed testatus decessit, ergo non est locus substitutio-
ni, sed pro mulieribus facit, quia in dicta substitutione te-
stator expressit ad personam dicti Alberti, si decederet sine
liberis & ab intestato, & ad personam Gabrielis repetiit so-
lùm sine liberis, & non ab intestato, quod si uoluisset expres-
sisset, ergo &c.

## SVMMARIVM.

2 *Cōditio apposita in una persona, nō censetur repetita in alia. 6.*
3 *Impubes non dicitur decedere ab intestato, sed intestabilis.*
7 *Clausula posita ad qualificandum unum capitulum, non refer-
tur ad alia.*
9 *Dispō includens fœminas est fauorabilis, sed excludēs odiosa.*
11 *Magis coniunctus præsumitur magis dilectus ad hereditatem.*

## CONSILIVM CLVIII.

* Abundè quidem* nec minus subtiliter dubitatio-
nem præmissam prosequuti sunt, in pri-
mis clarissimus aduocatus dominarum agentium, & deinde
celeberrimi complures iurisconsulti, adeò ut nullus ferè dicē
di locus relictus esse uideatur, tamen ut requirentium uotis
satisfaciam, quid sentio paucis absoluam & prætermissis plu
ribus quæ pro parte Leonardi adduci possent, & quæ facilè
colliguntur tum ex plenè traditis per Iac. de Bel. in disputa-
tione, quam ponit in aut. ut cum de appel. cogno. in princ. in
3. q. tum etiam ex deductis per supradictos aduocatum & cō
sulentes, principalia fundamenta pro parte Leonardi sumi vi
dentur. ex l. Seiæ. §. Caio. cum ibi no. per gl. & Bar. ff. de fun.
instr. & ex eo quod no. in l. in repetendis. de le. 3. & in l. auia,
in gl. in princ. ff. de condi. & demon. & ex l. Iulius Paulus, eo.
1 tit. iuncta. l. si seruo. ff. de statulib. ex quibus† prima facie con
cludendum videretur, quod illa qualitas videlicet ab intesta-
to, inserta in persona Alberti, intelligatur in persona Gabrie-
lis repetita ex uirtute copulæ ibi, & dictus Gabriel &c. & ma
ximè ratione æqualitatis inter liberos seruandæ, cui lex præ-
sumit testatorem mentem habere præfixam. l. iam hoc iure.
ff. de vulg. & pupill. l. quanuis. C. de impube. & aliis sub. l. il-
lud. C. de colla. ¶ Quibus parum imò nihil obstantibus, con-
2 trariæ sententiæ velut proculdubio saniori adhæreo. cui † ēt
comperio Bar. adhærere in consi. 3. incip. Titius condidit te-
stamentum in quo filium suum &c. in vltimo dubio, vbi in-
quit ꝙ vbi copula, &, ponitur inter diuersas personas quibus
substitutio fit, siue ibi sit rerum diuersitas, siue unitas, siue in
eadem oratione, siue in diuersa, conditio apposita in persona
unius, nō censetur repetita in persona alterius. allegat ad hoc
tex. pro casu expresso. ff. de leg. 2. & l. fi. §. Seio. hoc etiam ui-
detur probari. in l. Iulius Paulus. ff. de condi. & demon. & ibi
etiam hoc expresè no. Bar. & idem Dy. & Bar. in l. mulieri &
Titio, in princ. eo. tit. vbi per illum tex. faciunt differentiam,
an conditio inseratur post nominationem utriusque perso-
næ, ut tunc in persona utriusque censeatur apposita cōditio,
ut d. l. mulieri. an uerò inseratur conditio post nominationē
alterius personæ duntaxat; & tunc secus ut præallegat. §. Se-
a io. ¶ Nec obstat si ad illum tex. respōdeatur prout a respondet
Bar. in consi. inci. Testator reliquit vxori suę habitationē &c.
Bar. in præalle. l. Seiæ. §. Caio. de fund. instr. & Bal. in d. §. Se-
io. dicentes quod ideo in d. §. Seio, non intelligitur repetita
conditio in persona Marcellæ, quia illa conditio, si hæres nō
erit Seius, non æqualiter congruebat Seio & Marcellæ, nam
in persona Seij erat potestatiua, sed in persona Marcellæ erat
casualis, quia hæc respōsio rectè animaduersa plurimum iu-
uat partem istarum dominarum nam & in proposito thema
te dicta conditio importata per illud uerbū, ab intestato, non
poterat uniformiter & ęqualiter congruere dictis Alberto &
Gabrieli, ut statim ostendam, ergo sequitur quod etiam secū-
dum intellectum proximè dictum de quæstione nostra erit
casus in d. §. Seio. ¶ Quod autem non potuerit cōgruere vni-
formiter dicta conditio seu qualitas in personis amborū pro
batur, nam tempore conditi testamenti Federici, Gabriel im-
pubes & sic intestabilis erat, iuxta l. qua ætate. ff. de testa. & l.
2. C. quando prouoc. non est necesse. & de eius pupillari æta-
te fit mentio in testamento, sed Albertus erat adultus & testa
bilis, & per consequens illa qualitas, videlicet ab intestato, po
terat in persona Alberti omni tempore verificari, secus autē
3 in Gabrielis persona, † quia pupillari ætate durante non ab
b intestato, b sed intestabilis decedere poterat. l. 1. in prin. uersi.
planè. ff. de suis & legit. & nota. gl. in l. cum antiquioribus, in
verb. fuisse. C. de iure deliberan. & glo. instit. de hære. quæ ab
intesta. defe. in prin. & plenè. no. per Cy. Ray. & Bal. in l. inte-
stato. ff. de legi. tutel. & Guli. de Cun. in l. 1. C. quando Impe-
rator inter pupil. & Cy. & antiqui in l. 2. in ult. q. C. qui test.
facere poss. & Bal. in l. 3. in fi. C. si pend. app. mors interue. &
in c. 1. in prin. de success. feud. & Bald. in l. si arrogator. ff. de
adop. & in suo consilio incip. Si mater non extat. ꝙ refert Pe.
de Anch. in repetitione. c. canonum statuta. de cōsti. post me-
dium. in versi. quid dices de patruo. & Io. de Imo. in l. Centu
rio. ff. de vulg. & pupill. & in c. cum tibi. in fi. de testam. nisi in
contrarium esse communem usum loquēdi per apertissimas
probationes doceretur, ut tenet Bal. & alij doct. quos suprà
proxime allegaui reprehendentes communiter opinionem
Bar. in præalleg. l. 1. ff. de suis & leg. ¶ Denique inconuincibi-
4 lius ostenditur† ꝙ dicta qualitas videlicet ab intestato &c. nō
potest ambobus dictis filiis congruere uniformiter & æquali
ter. nam esto ꝙ Gabriel in tempore pupillaris ętatis potuisset
dici intestatus seu ab intestato decedere si in ea ætate eum de
cedere contigisset, tamen talis conditio uel qualitas in ipsius
Gabrielis persona est necessaria, quia testatus in ea ætate dece
dere nō poterat, sed in persona Alberti ætate maioris erat di-
cta conditio omni tempore uoluntaria, quia omni tempore
poterat testari & non testari. certum est autem quòd uolun
taria conditio a necessaria longè differt, ut patet in l. in illa
stipulatione si Calendis. & in l. impossibilis. ff. de uerb. obl. l.
si pupillus. §. qui sub conditione. ff. de nouat. sicut ergo dif-
formitas conditionis casualis a potestatiua facit in terminis
dicti. §. Seio. cessare repetitionem conditionis, ita pariter hic
eadem ratione cessare repetitionem oportet. ¶ Nec etiam ob.
si diceretur ꝙ ideo in d. §. Seio. cessat repetitio conditionis,
quia expressio illius cōditionis facta in persona Seij per hæc
uerba si Seius hæres non erit, tacitè inerat, per l. qui filiabus.
§. fi. cum l. seq. l. planè. §. si duobus. & l. legatum. §. hæredi. ff.
de leg. 1. & per consequens sicut nihil operabatur in persona
Seii expresè nominata. l. 3. ff. de lega. 1. l. si Titio. in fi. ff. quan
do dies le. ced. ita non debet operari in persona Marcellæ, in
qua alias uideretur facta tacita repetitio, ut probatur in l. si
in diem. §. si seruo. ff. de condi. & demonstr. & iste erat intel-
lectus Pe. & Ray. & præalle. §. Seio. quia esto ꝙ iste intellectus
sit uerus, tamen nullus impugnat alium intellectum, quē ad
illum tex. tradit Bar. in præalle. consi. incip. Testator reliquit
uxori suæ habitationem. & Bar. in d. §. Caio. & Bal. in d. §. Se-
io. videlicet ꝙ quando conditio non potest uniformiter con-
gruere ambobus in dispositione nominatis, quod tunc condi
tio expressa in persona unius non censetur repetita in perso-
5 na alterius, prout est proposito. ¶ † Secundò principaliter for
tificatur hæc decisio ex his quæ decidit Iac de Bel. in disputa
tione quam ponit in auth. ut cum de appel. cogno. in prin. in
3. q. vbi in solutione illius. q. dicit ꝙ licet dictio item, expres-
sa a testatore regulariter sit repetitiua qualitatis uel conditio
nis, ut l. in repetendis. ff. de leg. 3. tamen fallit quando in se-
quentibus specialis prouisio adhibita est. allegat. l. sub condi
tione, cum gl. ff. de hære. institu. ubi conditio adiecta in insti-
tutione nunquam censetur repetita in substitutione. & gl. ibi
assignat rationem, quia substitutio semper suam specialē con
6 ditionem habet, uidelicet si primus hæres non erit &c. ¶ † Et
per hoc concludunt Bal. & Ang. in præalleg. l. sub conditio-
ne, quod si testator Titium instituit sub conditione, si capel-
lam construxit in ecclesia sancti Augustini, & si hæres non
erit, substituit Seium, quòd si Titius non sit hæres. & per con
sequens substitutus Seius admittatur, quod non intelligetur
dicta conditio constituendi capellā repetita in persona Seij.
Sed ita est ꝙ testator in substitutione facta ultimo loco Ga-
brieli adiecit conditionem specialem uidelicet si sine liberis
decederet, ergo alia conditio non debet censeri repetita, eo
maximè, quia de dictione item iudicatur idem quod de co-
pula, &, ut tradit Bar. in præalleg. consilio incip. Testator re-
liquit uxori suę habitationem &c. in fi. allegat dictam l. in re-
petendis.

petendis.iuncto.d.§.Caio.& ibi hoc etiam not.Bart. facit ad
prædicta.l.cohæredi.§.qui patrem.ff.de vulg.& pup. & l.sed
si per prætorem.§.deinde.ff.qui.ex cau.ma.& quod no. Bart.
in l.talis scriptura,de legat.1.& Bal.in l.1.C.de leg. hæredib.
7 ¶†Tertiò confirmatur ibi per ea quæ signanter scripsit Bart.
in l.fin.ff.de reb. dub. vbi voluit quod licet alias dicamus, ꝙ
c clausula apposita in prin. vel in fine referatur[c] ad omnia præ-
cedentia uel sequentia.l.talis scriptura.ff.de leg.1.l. 1.C. de
libe.præter.l.2.§.1.ff.de lib.& postu.c.olim.de rescr.c.2. re-
quiris.de app. tamen illud uerum est, vbi clausula est per se
principaliter posita,secus autem si non est per se principali-
ter posita,sed ad aliam dispositionem qualifi cãdam, vt puta,
si conditio vel modus inseritur vni legato,quia tunc ad aliud
legatum non referretur.alleg.l.filium.cum ibi no. ff.quando
8 dies leg.ced.¶†Quartò comprobatur. nam licet ut statim di
xi,clausula in prin.vel in fine posita regulariter referatur ad
omnia præcedentia uel sequentia, tamen vbi si referretur ad
omnia,restringeret dispositionem sui natura fauorabilem, &
latam,non refertur ad omnia præcedentia uel sequentia, tex.
est secundum intellectum Innoc. approbatum in c. cum dile
cti,de don.& ita colligit ibi An.de Bu. sed ita est ꝙ si ista qua
litas ab intestato referretur ad substitutionem factam Gabrie
li restringeretur dicta substitutio sibi facta, quæ est fauorabi-
lis,quia per eam conseruabatur ius legitimarum hæreditatũ
& successionum,iuxta l.vel singulis.ff.de vulg.& pupil.nam
cum per substitutionem vulgarem, & fideicommissariam fa-
ctam Gabrieli succedatur primo testatori.s.Federico.l.cohæ-
redi.§.cum filiæ.ff.de vul.& pup.insti.de pup.substi. in prin.
sequitur quòd per dictam substitutionem vocabantur filiæ
Federici ad hęreditatem patris non minus eis debitam quàm
filiis masculis.l.maximum uitium.C.de li.præte. & in auth.
de trien.& semis.§.consideremus. & in auth. in successione.
9 C.de suis & le.vnde talis† dispositio per quam non excludun
tur fœminæ,dicitur esse fauorabilis. illa uerò per quam con-
tra ius commune excluderentur,diceretur odiosa, ut no.Bar.
in l.cunctos populos.in 6.q.C.de summa tri.& fid.catho.Et
Bal.in l.certum.C.unde leg.in princ. & no.per eundem in l.
veniat,alias est in l.fi.C.de in ius vocan.facit.l. nam & si parẽ
10 tibus.cum simi.ff.de inoff.testam. ¶†Quintò qui in certo ca
su sibi prouidit,videtur velle in casu omisso prouisionem ces
sare.l.commodissimè.ff.de libe.& posthu.l.si cum dotem,in
princ.ff.solu.mat.& l.si extraneus.ff.de condi. ob cau.imò in
casu non expresso,videtur potius uoluisse contrariam disposi
tionem in casu omisso sibi locum uendicare.c.nonne,de præ
sump.l.maritus.C.de procu.l.cum prætor,in prin.ff. de iud.
l.cuncta.§.fi.ff.de condi.& demon.ergo testator qui in perso
na Alberti prouidit substitutionem ita demum locum habe-
re,si decederet sine liberis & ab intestato, videtur nolle hanc
dispositionem sibi locum uendicare in persona Gabrielis, in
11 quo illa qualitas ab intestato omissa fuit. ¶†Sextò quoties in
d præcedentibus est aliqua ratio[d] specialis quæ deficit in sequẽ-
tibus,non intelligitur repetita in sequentibus,etiam si dictio,
item,adiecta fuerit.l.legatum sub cõditione.vltima.ff.de cõ-
dit.& demon.& l.ea lege,in princ.ff. loc. quæ iura ita allega-
uit Iac.de Bel.in disputatione sua de qua superius mentio ha
bita est,sed ita est ꝙ in persona Alberti primo nominati, sub-
est aliqua specialis ratio propter quam testator uerisimiliter
substitutionem eidem Alberto factam restringẽdo per illam
conditionem ab intestato de tali restrictione non curauit, q̃
ratio in persona Gabrielis minimè subest, nam satis æqua &
naturali ratione testator existimauit,ꝙ Albertus cuius proui-
dentia & consilij grauitas testatori nota erat, ut ex pluribus
partibus testamenti colligitur,non ita insulsæ & insanæ men
tis esset,ꝙ decedente eo sine liberis aliam personam potius q̃
proprias sorores utrinque coniunctas & in casu proximio-
res hæredes institueret, cum lex naturæ eas ad hæreditatem
fratris inuitet,ut dicit tex.in l.fi.C.quorum bonorum.& ma-
12 gis† coniunctus præsumatur tanquam magis dilectus ad hę
reditatem uocari.l.si quis cum nullum,in prin.& l.conficiũ-
tur,in prin.ff.de iure codi.& l.si seruus plurium. §. fi. de leg.
1.& l.in fideicommissi.§.cum Pollidius.ff.de usur. quod non
ita firmiter æstimare potuit testator euenire in persona Ga-
brielis tunc impuberis,cuius futura discretio & sensus perfe
ctio non poterat esse testatori nota, cum ætas illa pupillaris
discretione careat.l.1.C.de fals.mone.l.diem proferre.§.co-
ram.de arbi.c.cum uirum.& c.cum simus.de regu. nec ita cõ
iunctæ essent eidem Gabrieli filiæ dicti testatoris, sicut Alber
to,siue dici potest quod testator ideo uoluit cessare substitu-
tionem in persona Alberti,eo casu quo Albertus decedens si-
ne liberis faceret testamentum, quia cum posset contingere
casus quod decederet sine liberis Albertus superstitibus so
roribus & superstite Gabriele,qui non fuit a testatore ipsi Al
berto substitutus,voluit testator tunc committere discretio-
ni Alberti,ut si sibi iusta ratione uideretur, inspecta qualita-
tè personæ Gabrielis expedientius esse quod portio hæredita
tis Alberti transiret ad Gabrielem in totũ uel pro parte, pos-
set Albertus hoc in suo testamento disponere, & per conse-
quens sorores substitutas excludere.quæ ratio non potest ad-
aptari in persona Gabrielis, quia eo casu quo ipse decederet
sine liberis superstite Alberto, & dictis eius sororibus omni-
nò ex substitutione speciali prouisum erat a testatore Alber-
tum duntaxat uocari, & ad hanc rationem fundandam præ-
supponitur ꝙ stante substitutione ultimo loco facta per testa
torem ambobus filiis,tamen si contigisset prout contigit Al
bertum tantum decedere sine liberis superstite Gabriele &
dictis sororibus,locus erat substitutioni in portione Alberti,
vt l.Lucius.§.Caio.& l.hæredes mei.§.cum ita. ff.ad Treb. &
13 l.fi.§.filium.ff.de lega.2.& ista etiam fuit† mens testantis qui
semper in ultimis uoluntatibus principatum obtinet.l. 3. de
lib.præt.l.cum quæstio.C.de leg.l.3.§.condit. ff. de iudi. de
leg.sciuisset enim exprimere testator conditionem gemina-
tam in substitutione Gabrielis sicut in substitutione proximè
facta Alberto exprimere memor fuerat ut in iuribus vulgari-
bus.¶Non obstãt quæ in contrarium allegabantur, & primò
tex.cum glo.& ibi Bar.in d.§.Caio.quia respondeo, quòd ibi
loquitur quando vniformiter & æqualiter poterat conditio
ambobus congruere,& quod hic est secus, vt superius in prin.
ostensum est. Vel illud verum quando circa secundam dispo
sitionem non esset incerta specialis conditio, prout in propo
sito de iure probatum extitit. Plures aliæ responsiones tradi
possunt, quæ rectè intuenti facile ex argumentis in fauorem
dominarum adductis colligi possunt,& iisdem modis. & re-
spondeo ad ea quæ leguntur,& no.in l.in repetẽdis. quia dif
ferentia nulla fieri debet inter dictionem,item, & dictionem
&.¶Ad notata per gl.in l.auia,in princ. respondetur quòd il-
la communiter reprehenditur per docto.ibi, vnde verius lo-
quuta est gl.in l.Iulius Paulus.in verb.necessitudinem.in pri-
ma solu.quæ communiter approbatur per doc. ¶Pariter etiã
non obst.d.l.Iulius.iuncta l.si seruo. de statulib. per argumẽ-
tum a speciali,quia respondeo prout responsum est ad prima
duo argumenta,quinimò posset dici quòd in d.l. Iulius Pau-
lus.ponatur ius commune, patet per id quod no. ibi glo.in
versi.conditio quæ vult quòd illud quod ibi dicitur in lega-
to libertatis,habeat etiam locum in alio legato, ergo ibi hoc
non operatur specialitas uel fauor libertatis.& istum intelle-
14 ctum approbat etiam ibi Io.de Imo.& sic infertur† ꝙ rigori
scripto in d.l.si seruo,præfertur de iure cõmuni æquitas scri-
pta in d.l.Iulius,iuxta ea quæ plenè habentur in l.1. C. de le-
15 gi.& in l.placuit.C.de iud.& in c. fi.de transact. ¶†Non ob.
quod postremò allegabatur de æqualitate seruanda inter di-
ctos fratres in eadem dispositione nominatos,& quòd præsu
mendum est in dubio testatorem inæqualitatem in eis serua-
ri noluisse per l. iam hoc iure. cum si. quia respondeo ꝙ illa
coniectura in casu isto capi non potest, quia testator in pluri
bus ab æqualitate discessit,nam prælegauit Alberto ducatos
centum quinquaginta, nihil autem Gabrieli prælegauit. Itẽ
Albertum Gabrieli substituit non econtra.Item & colligitur
inæqualitatis ratio prout seriosius.suprà in ultimo argumen
to deduxi,unde cum ex præcedentibus declaretur quæ fue-
rit in sequentibus testatoris intentio.l.qui filiab. in princ. &
l.si seruus plurium.§.fi.ff.de leg.1.& l.utrum. ff. de pę. hære.
ideo manifestè comprehenditur testatorem noluisse æquali-
tatem per omnia seruari. denique nullo modo possunt dicta
verba æqualiter & uniformiter congruere dictis ambobus fi
16 liis,ut in primo argumento deduxi. ¶†Ad prædicta facit qd
licet alias dicamus,quod ubi duo in una & eadem dispositio
ne coniunguntur,præsumitur in dubio deponentem uoluis-
se in ambobus ęqualitatem seruari.l.Lucius.ff.de vul.& pup.
l.si

l.si legatarius.ff.de legat.3.tamen illud fallit,si in altero duorum esset maiora & diuersa ratio quam in altero tex.est in l.si seruus lib.ff.de stat.libe.& in l.si ita scriptum. & ibi hoc not. Benedictus Plum. ff.de manu.test.& Io.de Imo.in l.Caius.ff. solu.matrim.Sed ita est ꝙ maior, & diuersa est ratio propter quam moueri debuerit testator ad qualificandam substitutionem factam Alberto, videlicet si ab intestato decederet potius quam in substitutione Gabrieli facta, vt perspicuè ostensum est.s̃.circa sextum argumẽtum: ergo inæqualitatem hoc casu seruari non est nefas dicere. Alexander.

## ADDITIONES.

* Abundè quidem. ] In eodemmet casu contrarium consuluit Franc. Are.vt patet consi.eius primo.incip. Decreueram.
a ¶Prout. Soc. rep.l.mulieri.de cond.& demon.
b ¶Ab intestato. imò ut dixi.supra lib. 2.consi. 115.
c ¶Consilio. quod est consi.53.lib.2.secundum veterem.& conf.132. lib.4.secundum nouam impresionem.sed Bal.ibi loquitur in articulo in quo statutum erat iniquum,& omnino restringendum.
d ¶Referatur.supra lib.1.consi.48.adde supra lib.3. consi.42. num.8. consi. 101.nu.10.supra eo.consi.63.nu.9.
e ¶Ratio. Anto.Rub.consi.49.nu. 4.

## SVMMARIVM.

2 *Excipiens non fatetur.*
3 *Testator si non probat de die expresso, succumbit.*
4 *Statutum loquens in personam, non comprehendit facientem per alium.nu.7.*
6 *Testis debet deponere per actus facti.*
8 *Testi se exoneranti,uel participi criminis non statur.*
10 *Mercantię pars si sit illicita,non perditur totum.*

## CONSILIVM CLIX.

In causa accusationum institutarum per Guidonem vt filium & procuratorem ser Hugonis magni de Bagnacauallo Datiarij Consilicis & eius districtus cõtra ser Georgium Antonij Philippi de Consilice, ex eo quod asserit dictus accusator ser Georgium accusatum exportari fecisse milliaria duo sarcinarum cum dimidio vel circa die 11. Mart.1459. ex districtu Consilicis in naui Petri Antonij. de Donna Piera sine licentia ipsius Guidonis, & iam petiit eum condemnari secundum tenorem instrumenti suæ conductæ. ¶Et etiam accusationum institutarum contra Baldassarem de Signorolis,asserens ipsum Baldassarem extraxisse seu extrahi fecisse de dicto districtu 19. centenaria sarcinarum vel circa, dicta die in dicta naui absque licentia dicti Guidonis, quem Baldassarem petiit condemnari, ut supra & visis exceptionibus & negationibus hincinde factis per dictos accusatos, & viso instrumento dictæ conductæ ac attestationibus utriusq; partis. Primò videndum est,an sumus in regula, quod accusatore non probante reus debet absolui, iuxta l.qui accusare.C. de eden.& in c.1.vt eccl.benefic. attento ꝙ accusati nihil purè & simpliciter confitentur, sed sub conditione, videlicet, si & inquantum appareret accusatori cõpetere ius accusandi,
1 & verum esse dictam exactionem factam esse. quæ† conditionalis confessio nõn releuat, ut no.in l.si quidem. C.de excep. & no.Spe.in tit.de positio.§.fin.versi.pen.& in c.1.de confes.
2 in 6.& not.glo.in l.non vtique.ff.de excep.quinimò † etiam simpliciter opponens exceptionem, non videtur cõfiteri intentionem actoris adeo quòd ipsi reo incumbat onus probandi suam exceptionem actore aliter non probante. & hoc maximè quando actor non fatetur executionem rei esse veram per id quod habetur in c.ex eo,& in c.exceptionem, de regu. iur.in 6.& probatur in c.cum venerabilis,& ibi no.de excep. & no.Spec.in tit.de excep.§.viso.vers.& illud quoque.& Cy. in l.exceptionem.C.de proba.& probatur in d.l. non vtique. & ibi Bar.& per Bar.in l.decem,de verbo.oblig. & Bald.in l. alia.C.de his quib.vt ind.in l.cum mulier.ff.solu.matr.& sic videtur ꝙ cum contenta in accusationibus nõ intelligantur esse probata, nec ex responsionibus Georgij suo nomine ac procuratorio nomine dicti Baldassaris, nec etiam ex testibus ipsius accusatoris, vt statim dicam, ergo sequitur quòd dicti accusati absoluendi sunt. ¶ Nam produxit accusator duos duntaxat testes ad eius intentionem probãdam: quorum primus est dictus ser Anto. de Donna Piera, qui testis non rele-
3 nat producentem ex pluribus.& primò † quia vbi in accusatione accusator exprimit,non solum mensem sed etiam diem commissi criminis,quanuis non teneretur exprimere in accusatione diem, tamen postquam exprimit,si de eodem die non probat.non potest obtinere, vt firmat egregiè Bart. in l.is qui reus.ff.de publicis iudiciis.in versi.venio ad quæstiones &c. sequutus Richard. Malumb. quia imputet sibi qui diem apposuit in accusatione.l.habebat,in princ.ff.de instit. & idem no.Bar.& alij in l.Pantonius.§.rei perduellionis. ff.de acqui. hæredi.per id quod ibi not.gl.& Bal.in l.1.in versi. super septimo puncto &c.C.qui accu.& in l.2.C.de prob.quia variatio diei facit videri diuersam rem.c.Abbate sanè. de re iud.in 6.35.q.1.cum igitur.& ibi notatur.facit l. si non sortem.§.libertus,de condi. indebi. Sed in dictis accusationibus dicitur quod die vndecima Martij dicta ligna fuerũt extracta, & iste primus testis non deponit de die, ergo &c. ¶ Et in hoc etiam peccat secundus testis qui dicit,ꝙ fuit die 11.seu 12.& ꝙ aliter non bene recordatur,& sic non cõcludit de die 11.& per consequens non probat.c.in præsentia,de prob.l.non hoc.C. vnde cogna. ¶† Secundò moueor, nam in contractu conductionis dicti Guidonis continetur ꝙ nemo transire possit per terrenum Consilicis cum aliqua mercantia, sine buletta dicti conductoris, alias perdat mercantiam & nauem in qua portaretur,& incurrat etiam pœnam librarum decem, & sic dictum statutum loquitur in personam,& per consequens non comprehendit nisi facientem seu transeuntem & conducentem mercantias,non autem fieri facientem.l.qui aliter.§.fin. ff.quod ui aut clam.l.hęc verba.& ibi no.Bar.ff.de adu.& notat etiam Bar.in l.sed si unius.§.si seruus.in fi.ff.de iureiur.& Cy.& Bal.in l.non ideo minus.C. de acc. & Bald.in l. omnes
5 populi,cum multis si.ff.de iust.& iur. ¶† Nec ad hoc obstat si dicatur quòd per testes productos per ipsos accusatos uidetur esse probatum quòd de consuetudine fuit & est ꝙ mercatores pro quibus conducuntur mercantiæ debent soluere datium,quia ad hoc respondeo quòd ego non nego quod mercatores non teneantur soluere de suo proprio datium, quia esset absurdum quòd conducentes pro alio soluerent de suo, tamen dico quòd testes non deponunt quòd si conductor cõducat sine licentia officialis, quòd tunc dominus mercantiæ incidat in pœnam. Nam fatendum erit quod tunc officialis poterit a mercatore cõsequi datium, sed quòd in pœnam inciderit mercator,qui non conduxit, certè hoc non dicit instrumentum conductæ, imò totum contrarium. Item nec in hoc testes uidentur deponere,mercatorem incidere in pœnã in casu isto.& si dici possit quòd aliquis testis deponat quòd ad mercatorem spectare solitum sit onus denunciandi, non reperitur nisi unicus testis tantum & singularis, & sic nõ probat.l. vbi numerus. ff. de testi.ca.in omni. de testi.& præsertim,quia Iacobellus testis circa hoc nihil probat,quia nõ deponit super facto & obseruantia facti, sed tantum super eo quod est iuris.nam dicit quòd mittentes mercantias seu conduci facientes tenentur denuntiare. † testis enim ut probet,
6 oportet quòd deponat per actus facti, qui possunt percipi aliquo sensu corporis per quem debet testis deponere. l. qui testamento.§.fi.ff.de testi.l.testium.C.de testi.& in auth.de hære.& Fal.§.fin uerò absunt.ad hoc bene facit quod no. Bar.in l.sciendum.ff.de uer.obl.vbi voluit,quòd testis deponens ꝙ Titius est stipulatus decem, uel quòd fideiussit in decẽ, quia stipulatio & fideiussio est iuris, non probat, vnde secundum eũdem testis debet deponere de actu facti,vt ibi per eum. sed an teneantur mercatores denuntiare an uero conductores,
7 istud est iuris,ergo &c. ¶† Tertiò, dato quod aliquo modo dici posset mercatores & conduci facientes sine licentia incidere in pœnam, tamen in hanc pęnã non potest incidere Georgius, quia nõ apparet quod unquam commiserit quòd ultra duodecim miliaria sarcinarum extraherentur. Nam dato ꝙ commisisset dicto Antonio quòd conduceret vnã nauim lignorum uersus Ferrariam,non debet intelligi quod in illo generali sermone mandauerit illicitum.l.si procurator,in prin. ff.de condi.indeb.l.2.§.si procurator. ff.quod quisque iuris l.pater.ff.quæ in frau.cre. vnde nõ debet intelligi quòd commiserit Antonio quòd extraheret ultra duodecim miliaria si de pluribus non habuerat ser Georgius licentiam a Guidone officiali præsente dicto Antonio, ut ipse Antonius uidetur velle

velle attestari.& maximè cum non appareat dictum Georgiū
habuisse certitudinem quantitatis dictorum lignorum, quia,
vt etiam deponunt testes accusatoris Georgius & Baldassar
non fuerunt præsentes numerationi lignorum, nec apparet
eos fuisse aliter certioratos de numero lignorum, quomodo
ergo potest argui eos fuisse in dolo & fraude, qua cessante ces
sare debet pœna, quia ignoranti non imponitur. l. genero. ff.
de his qui no. infa. l. generali. C. de tab. lib. 10. & certè si bene
inspiciatur, non inuenietur quod duo testes sint qui probent
dictum Georgium commisisse dicto Antonio quòd conduce
ret vltra 12. miliaria lignorum, nam dictus accusator circa
hoc non producit nisi duos testes, qui hoc non deponunt, &
8 præsertim secundus. ¶ † Quartò, quia dictus Antonius vide-
tur deponere ad suum commodum & exonerationem, allegā
do ꝙ ipse fecit de mādato Georgij & sic vult se tueri ex dicta
asserta consuetudine, ꝙ quando conductor non conducit no
mine suo, sed mandato alterius nō tenetur & per consequēs
non est idoneus testis. l. omnibus. C. de testi. & l. nullus. ff. eo.
tit. & sic patet quòd aut dicta consuetudo contra Georgium
non est probata, vt dixi, & non potest condemnari aut est pro
bata, & tunc iste testis deponeret ad exonerationem ipsius te-
stis, & sic non probet. Item dictus Antonius erat pręsens quā-
do Georgius denuntiauit duodecim miliaria, ergo dictus An-
tonius qui postea portauit plura ligna fuit particeps crimi-
9 nis, & † particeps criminis repellitur a testimonio. l. si filium,
& ibi no. glo. C. de lib. cau. l. fi. cum ibi no. C. de accu. & in l.
qui accusare. ff. de accu. & no. Bar. in l. 1. §. si seruus. ff. de qst.
Nec obstat si dicatur quòd dato quòd Georgius habuerit li-
centiam, non tamē habuit bullettam, ut requiritur ex forma
instrumenti conductæ officialis, quia respondeo quòd Geor-
gius non accusatur quòd non habuerit bulletam, sed quòd
non habuit licentiam. Præterea per testes est probatum quòd
obseruatum est a longo tempore quòd sufficiat uerbo habe-
re licentiam. ¶ Quintò, quia est probatum per Petrum & per
Scalabrinum de Lugo quòd dictus Hugo officialis conuenit
cum dicto Georgio pro ipso & pro dicto Baldassare, quòd su
per dictis accusationibus non procederetur ulterius, & com-
promiserunt in quendam arbitratorem, & sic obstat exceptio
ni pacti. l. postquàm liti. C. de pac. in hoc ultimo tamen pro
nunc facio fundamentum cum ex superioribus pateat nō es-
10 se opus hoc vltimo fundamento. ¶ † Et per prædicta patet nō
expedire tractare an propter partem mercantiæ quæ illicitè
a portaretur, perdatur totum: certum est quòd non.[a] l. publi-
canus. §. 1. ff. de publi. & no. Bar. in l. conten. §. 1. eod. tit. & ibi
etiam dicit, ꝙ nauis in qua portarentur res illicitæ non debet
publicari, si non erat illius qui incidit in pœnam, si dominus
nauis nesciebat fraudem, & si sciebat certū est ꝙ ex dolo suo
pœnam suo periculo pateretur. l. 1. C. de falsa moneta.

---

## ADDITIO.

a ¶ Quod non. Idem Albert. 2. statu. q. 4. Petr. de Ferra. in for. lib. super
solu. peda. ver. ceciderunt. in consi. ver. rurium. Franc. Luc. tracta. de
priui. fisci. Bertach. tra. gabella par. vlti. q. 8. 10. Fran. Rip. tract. de pe-
ste. fol. 100. & bene quicquid dicat Gui. Pap. deci. Delph. 572.

## EPITOME.

SVCCESSOR in beneficio non tenetur stare colono.

## CONSILIVM CLX.

VISO ac diligenter considerato instrumento locationis
factæ per Mattheum archipresbyterum plebis san
cti Laurentij pro se & suis successoribus ad affictum in quin-
quennium locantem Facio de Linario nonnullas petias terra
rum pro certa pensione prout latius in dicto instrumento cō
tinetur. visa insuper quadam constitutione synodali speciali-
ter irritante quoscunque contractus per quos bona immobi
lia ecclesiarum quouis titulo ultra duos annos concederen-
tur exceptis locationibus, quæ colonis partiariis fieri contin-
geret &c. prout plenius in ea continetur: Nec non visis literis
G. Imolensis episcopi, dubitatur utrum successor dicti archi-
presbyteri teneatur ad obseruantiam dicti instrumenti loca-
1 tionis pro toto quinquennali. ¶ Et prima facie † videtur dicē-
a dum, successorem teneri[a] ad obseruātiam * locationis in quin-
* quennium per prædecessorem factæ, nam permissum est re-
ctori ecclesiæ absque solennitate aliqua res ecclesiæ locare ad
modicum tempus. in cle. j. ad fi. de reb. eccl. non alie. & quod
leg. & notatur. in c. uestra, de loc. & in c. nulli. vbi per doct. de
2 reb. eccl. non alie. sed † quinquennium appellatur modicum
tempus, vt probatur in terminis nostris in c. fi. ne prælati uic.
suas. & quod no. per gl. & doct. in d. cle. 1. in fi. & est tex. in l.
si filio. §. si uir in quinquennio. ff. solu. mat. & ibi in terminis
nostris firmat Bal. & Ang. & idem Bal. in l. iubemus nulli, in
princ. C. de sacrosan. eccl. & Bar. in l. 1. §. quod ait. ff. de super-
fi. pro hoc quod no. gl. in l. 2. ff. si ager vecti. vel emphy. pe. &
in rubr. C. quæ sit long. consue. & in l. si filius. per gl. & doct.
C. de petit. hære. & in l. cum de in rem uerso. ff. de usur. cum
si. ergo sequitur ualidam fuisse & esse locationem prædictā.
3 ¶ † Secundò pro hoc facit, quia successor in ecclesia censetur
ut hæres prædecessoris. c. j. & ibi no. de sol. & 23. q. 8. conue-
nior. sed hæres tenetur seruare locationem factam per illum
cui succedit. l. viam. C. loc. l. hæredem. ff. de reg. iur. insti. lo-
ca. §. fi. no. Bar. & doct. in d. l. si filio. §. fi. solu. matr. & Cyn. &
Bal. in l. emptorem. C. loca. ¶ Tertiò, quia ea quæ per officia-
les gerūtur, solent firma manere etiam post finitum officium.
l. si tutelæ. ff. de admi. tut. l. j. C. de postu. in auth. vt nulli iud.
§. & hoc uerò iubemus. & quod habetur in ca. quoniam Ab-
bas. de off. deleg. & in c. fi. de offi. vica. in 6. ¶ Sed licet consul
tatio hæc soleat reputari valde dubia, nam refert do. Ant. de
But. in c. fi. ne præla. vi. suas quod ista quæstio semper sibi vi-
sa fuit difficilis & intricata, & circa decisionem huius mate-
riæ, variæ fuerunt opiniones, quarum decem refert do. Flo.
4 in d. c. fi. attamen secundum † quasi omnium opinionem &
communem sententiam puto in quæstione proposita absque
dubio dictum successorem minimè teneri ad obseruantiam
dictæ locationis. nam gl. Bern. principaliter in d. c. fi. ne præ-
la. vic. suas tenuit successorem non artari ad locationem præ-
decessoris nisi talis locatio facta fuerit pro vtilitate ecclesiæ,
& pecunia inde recepta conuersa fuisset in utilitatem eccle-
siæ. ar. c. 1. de sol. & 12. q. 2. hoc huius placiti. quia ultra tem-
pus suum locare non potuit. vbi verò non pro vtilitate eccle-
siæ locatio facta est, sed ut ipse prælatus pensionem uel redi-
tus perciperet, successor stare non tenetur, secundum gl. per
c. 2. de præca. facit de off. or. c. cum nos. & idem sequitur ibi
Innoc. subdens quòd si locatio facta esset absque utilitate ec-
clesiæ teneretur successor stare locationi, ita demum si in di-
cta locatione interuenissent solennitates debitæ, quia tunc va
leret locatio, licet ecclesia posset petere restitutionem in in-
teg. iuxta ea quæ no. in c. sine exceptione. 12. q. 2. & ea. causa
& q. & in summa Host. in d. c. fi. tènet opinionem gl. hoc ad-
dito, quòd nullo casu tenet talis locatio, adeò quòd ad succes
sorem transeat, nisi in dicta locatione interuenerit consensus
episcopi. c. præterea, & c. significauit. de censi. Et idem in effe-
ctu tenet Ioā. And. in dicto cap. fi. dicens, quòd si contractus
non est celebratus pro utilitate ecclesiæ, non tenebitur succes
sor stare locationi, nisi interuenisset solennitas debita, quo ca
su posset tantum petere restitutionem in integ. do. Anto. de
But. in dicto cap. fina. expresè concludit quòd etiam in loca-
* tione facta ad modicum tempus non teneatur * successor stare
locationi, nisi in dicta locatione interuenerit consensus epi-
scopi, & utilitas ecclesiæ, quia nunquam contractus aliquis a
rectore ecclesiæ celebratus efficitur realis siue transitorius ad
successionem, nisi interueniat consensus episcopi. de transa.
cap. de cætero, & c. veniens, cum ibi no. & de censib. c. præte-
rea. & subdit quòd non requiritur probari versum in aliquā
causam utilem ecclesiæ, iuxta plenè no. per docto. in ca. 1. de
deposit. & per Legistas in auth. hoc ius porrectum. C. de sa-
crosan. eccl. tamen debet apparere locationem esse factam ad
aliquam utilitatem ecclesiæ, quo casu si intercesserit authori
tas episcopi tenebitur successor stare locationi. ¶ Et hanc par
tem etiam tenēt domini de Rota cōclusione. 237. alias 227.
inci. Item si prælatus locat ad certum & modicū tempus &c.
cum duabus sequentibus per no. in d. c. fi. ne præ. vic. suas. &
in c. 1. de so. ¶ Et ita etiam in hanc partem inclinat Pet. de An
char. consulendo in consi. 116. incip. In Christi nomine secū
dum ordinem dubiorum. vbi etiam vult æquum esse iura di-
centia posse fieri per prælatum ecclesiæ locationem ad modi
cum

cum tempus, quód intelligantur tantùm de anno vel biénio;
iuxta no.in d.clem.j.de reb. eccle. non alie. huius sententiæ
fuit etiam Arch.in c.alienationes.12.q.2. volens tali locatio
ni successorem stare non oportere, nisi interuenisset in loca-
tione authoritas episcopi, & locatio etiam facta fuisset pro
utilitate ecclesiæ, alias enim dicit ipse, non potuit prædeces-
sor vltra tempus suum locare, sicut nec vsufructuarius. l. si
quis domum.§.& hic subiungi.ff.loca.facit.l.eum qui.§.fi.ff.
de iurisd.om.iud.& l.lex vectigalis.in fi.ff.de pig. cui usufru-
ctuario prælatus æquiparatur.iuxta no.in c. præsenti. de off.
ord.in 6.& in c.fi.de pe.cle.¶Pro hac opinione consonat au-
thoritas Bal.in l.filio.§.fi.ff.sol.mat. dicentis ita demum suc-
cessorem prælati arctari ad locationem prædecessoris, si talis
locatio cum solennitate facta fuit secundum quod not. in d.
c.fi.& pro hoc ꝙ no.idem Bal.in l.defuncta.ff. de vsufruct.&
in l.emptorem.C.loc.& in l.2.& 4.oppo.C. de liber. præte.
Bar.etiam in hac materia consultus in consi. 50.incip. do.Io.
Monachus &c.alias incipit, factum tale est, datum & conces-
sum fuit do.A.&c. concludit non posse prælatum rem eccle-
siæ locare in tempus quod se extendat ad tempus sui successo
ris, nisi pecunia esset conuersa in utilitatem ecclesiæ. allegat
notata in d.c.fi.ne prælati vices suas. Cum ergo nec ex dicto
instrumento locationis nec aliter appareat de consensu & au
thoritate superioris, nec etiam de utilitate ecclesiæ constat
euidenter ex prædictis opinionibus & ex qualibet de per se
videtur inferri dictum successorem non arctari ad obseruan
tiam locationis prædictæ cum dicta solennitas, scilicet inter-
uentus authoritatis superioris tanquam solennitas extrinse-
ca non præsumatur nisi probetur.l. quęcunque.§.fi.de publ.
& quod no.in l.1.C.de fide instr.& iure hastæ fis.lib.10.& in
5 l.sciendum.ff.de uerbo.obl.cum si.¶†Nec etiam ex dicto in-
strumento ab omni solennitate nudo præsumitur contractū
celebratum ad utilitatem ecclesiæ nisi aliud probetur per di-
ctum conductorem, ut no.firmat Bal.in c.1.in prin. qui feu.
da.poss.ad hoc quod no.in c.1.de reb.eccle.non alien.in 6.&
quod no.Gui.in Spec.in tit.de loc.§. nunc aliqua. versic.7.&
uersi.seq.& quod no.Ant.de But.in c.in præsentia, in uersic.
aduerte tamen ꝙ necessitatem intelligo &c.de probat.& quæ
no.doct.in c.1.de depo.& quod no.10.q.2.hoc ius porrectū.
& C.de sacrosan.eccle.in auth.hoc ius per glo. & doct.& no.
Io.de Imo.in c.1.de his quæ fi.a præla.& in c.si quis. de reb.
eccle.non alie.& est expressè de mente gl.in c.fi. ne præla.vi.
suas.¶Cum enim probare contractum locationis fuisse factū
ad utilitatem ecclesiæ sit fundamentum intentionis condu-
ctoris, ut patet per prædicta, igitur sibi conductori incumbe-
ret onus probādi utilitatem ecclesiæ.l. prædiorū.C.de præd.
min.l.1.C.si aduer.cre.cum utrobique no. per doct.l. sed an
6 ultrò.§.1.ff.de neg. gest. ¶†Vltra prædicta uehementer con-
firmatur hæc decisio authoritate dictę constitutionis synoda
lis specialiter prohibentis neminem posse ultra duos annos
fructuum uel redituum futurorum uenditionem facere de
qua fructuum uenditione prout de simplici locatione indica
tur, ut est tex.in cle.j.ad fi.de reb.eccl. non alie. & sic videtur
per dicta uerba prohibita locatio ante dicta. vetat etiā expres
se dicta constitutio bona immobilia aliquo titulo seu modo
concedi posse ultra duos annos, & ꝙ tunc nullo modo cōtra-
ctus obliget successorem, & cōtractus sub alia forma celebra-
tos irritat & annulat. ¶Nec obst. uerba eiusdem cōstitutionis
ibi, non tamen per hoc prohibere intēdimus possessiones &
terras locari sine fraude ueris terrarum cultoribus partiariis
7 ad colēdum &c. † qa soluta* posita inter illa uerba cultoribus
* partiariis, habet uim coniunctæ, & perinde est ac si constitu-
tio diceret copulatiuè cultoribus & partiariis nisi de mente
statuentium in contrarium constaret.l. Seiæ.& ibi gl. & Bart.
ff.de uerb.sign.no.in l.alienationes.§.fi. eo. tit. & sic tantum
permittit locationem quæ fieret cultoribus & partiariis co-
pulatiue, quia utrunque requiritur ut ualeat locatio, scilicet
illum esse cultorem & partiarium.l.si is qui ducenta.§.vtrū.
ff.de re.du.l.si hæredi plures.ff.de cond.inst. Sed sic est, quod
dictus Facius non est colonus partiarius, quia sub pecuniaria
pensione conduxit, ut l.si merces.§.uis maior.ff.loc.ergo etiā
ultra dispositionem iuris communis ex capite dictæ consti-
8 tutionis non tenebitur dictus successor stare locationi prædi
ctæ.¶†Nec prædictis habet obstare quod dixit Io. And.Ant.
de But.& doct.in c.uestra, de loc. per illum tex. dum nolunt
non ualere statutum ecclesiæ arctans clericos, ut non possint
locare nisi certo generi personarum, tanquam contra liberta
tem & utilitatem ecclesiæ, quia respondeo, ꝙ dicta constitu-
tio permittit posse omnibus locari dummodo intra bienniū,
ita quod non ob. Præterea ibi statutum illud, ideo non ualet,
quia est contra utilitatem ecclesiæ. ista uerò cōstitutio hic est
9 inducta in utilitatem ecclesiæ, ut patet† in præfationibus di-
ctæ constitutionis ex quibus præfationibus comprehenditur
intentio statuentis & causa finalis statuti.l.fi.in prin.ff. de hæ
re.inst.l. cum hi.in princ.ff.de trans.& l.regula. §. si quis de
iur.& fa. ign. & ideo cum videatur dicta constitutio facta ex
causa etiam honesta.s.vt ecclesiarum bona cōseruentur, & ne
damnum successoribus afferatur, ideo ualere debet talis con
stitutio, ut expresse firmat do.Anto.in d.c.vestra, dicens inter
alia ꝙ licet non teneat statutum ꝙ unus canonicus nō possit
locare fundum alteri quàm canonico, tamen si statutum fa-
ctum sit ex ea causa, puta.quia fortè si locaretur extraneis de
facili non possunt retrahi ad manus ecclesiæ & surgunt scan
dala, bene ualebit tale statutum, ita in proposito non obstant
quæ deducta fuerunt in contrarium, & primo ꝙ possit præla
tus locare sine aliqua solennitate ad modicum tempus, & ꝙ
quinquennium sit modicum tempus, quia respōdeo, hoc ve-
rum quò ad sui præiudicium, secus quò ad præiudicium suc-
cessoris, ut supra probaui. item, quia ut supra dixi, do.Petr.de
10 Anch.in dicto consilio tenet ꝙ† tale modicum tempus inter
pretatur pro biennio. Io.And. vero in d.cle.j.& ibi quasi om-
nes doct.& do.de Rota.in dicta sua conclu.222. alias 227.te
nent ꝙ hoc sit arbitrio iudicis.ar.l.1.in fi. ff. de iure delib.cū
aliis allegatis per gl.in d.clem.1.¶Secundò non obstat quòd
successor habeatur loco hæredis prædecessoris, ergo teneatur
11 stare locationi sicut & hæres, † quia respondeo quòd succes-
sor & ecclesia non censetur loco hæredis uniuersalis, ut tenet
Iac.de Bel.in aut.ut nul.iudi.§.& hoc uerò prohibemus. pro
quo facit, quia non succedit in omnibus bonis prędecessoris,
imò in bonis suis propriis succedunt sibi agnati, iuxta ea quæ
habentur in c.cum in officiis.de test.& in ti. de success.ab in-
test. hæres uerò uniuersalis dicitur ille qui succedit in totum
ius defuncti.l.hæres in omne.ff.de acquir.hære.l.hæredem
& l.hæreditas, de reg.iur. Item patet, quia successor in benefi-
cio tenetur tantùm ad debita prædecessoris facta per necessi-
tate ecclesiæ.cap.1.& 2.de solut.hæres uero tenetur regulari
ter ad quæcunque debita defuncti.l.fina.§. & si præfatam.&
§.sin uerò postquam. C. de iud. delibe. l. cum a matre.C.de
rei uendit.l.si creditoribus.cum simi. C.de seruo pign. dan.
12 ma. † Vltimò non obstat, quod ea quæ fiunt per officiales,
etiam finito officio soleant censeri perpetua, quia respōdeo,
illud esse uerum quando fiunt cum solennitate tali quæ fa-
ciat contractum transitorium ad successorem & fiāt pro uti-
litate ecclesiæ, alias secus prout in proposito nostro. cap.2.de
rer.permu.c.2.de præca.c.fraternitatem.de dona. Ex quibus
concludo dictum successorem non arctari ad obseruantiam
dictæ locationis. Et ita dico & consulo ego Alex. de Tar. de
Imo.die 24. Martij 1451.

---

ADDITIONES.

a ¶Teneri. Et est uerum, ex quo habebat administrationē, ut per Pan. dispu.3.q.5.Bal.consi.255.lib.1.Soci.consi.32.consil.125.lib.1.& Alexan.hic malè consuluit. amplia, etiam in commendatario, ut tenet Fulg. consi.126. Reuerendus. licet in hoc contrarium teneat Steph. Ber.consil.140.locatio.lib.2.aliud autem in simplici canonico, qui non potest ultra tempus suum.doct.d.c.fi.ne præla.vi.su.Bal.l. iubemus.C.de sac.eccl.c.unico.qui suc.feu.da.tene in vsi.feu. cons.255. consil.457.lib 1.consi.463.an locatio.lib.3.Anch.consil.116. Gemin. consi.17.nu.7.13.Bertran.d.consi.140.lib.2.

* Ad obseruantiam.] Cynus ad d.l. emptorem. tenet in locatione facta bona fide. Istam opinionem latè tenet Soc.consi.32. Ex his, quæ superius.dub.2.li.1.& latē Car. consi.95. D. Abb. Et an solutio facta per conductorē prælato ultra tempus uitæ prælati, præiudicet successori vbi locatio est confirmata Apostolica auctoritate, Rui.consi. 60.lib.1.& articulum latè tangit Soc.consi.34. lib.3. Nat.

* Non teneatur.] Bald.consil. 483. An locatio facta per rectorem. tenet quòd locatio facta nomine ecclesiæ ex causa probabili, transeat ad successorem. & illudmet consilium de uerbo ad uerbum ponit Bal.in comment.ad l.iubemus.la ij.in princ. col 2. C.de sacr. sanct. eccl.

cecle. Idemque Bal. & Ang. ad l. emptorem. C. locati. tenent etiam
istam partem, vbi Sal. dicit, se sequi Canon. Idem tenuit Cald. consi.
1. sub tit. de locat. & communem sententiam attestatur Ias. cons. 94.
pro Do. Galeatio lib. 1. Et quæ etiam tangit Bal. consil. 457. Reueren
dus pater dub. i. lib. i. Et officium prælatus non concedit in præiudi-
cium successoris; Afflict. Decis. 101. Vtrum successor teneatur stare
locationi prædecessoris, ponit Alex. ad l. si filio. §. si uir. col. pen. ff. sol.
mat. Ang. consi. 245. Quoniam omne. col. v. cum seq. Fulgo. consil.
cxxvi. Reuerendus in Christo vbi loquitur in Commendatario, quē
dicit esse similem prælato. Nat.

* Quia soluta.] Nota q soluta habet uim copulæ, de quo ponit Dec.
ad l. in eo. §. vbi verba. ff. de reg. iur. Bar. ad d. l. sæpe plenè tangens,
dicit cum Alex. hic quòd in dubio in legib. soluta capitur pro con-
iuncta. Et quòd punctus in oratione soluta habeatur loco copulæ,
est gl. & ibi Alex. ad l. pretia rerum. ff. ad l. Falc. Nat.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio non transfertur per constitutum, nisi ab eo qui tunc possidet.*
3 *Dominium & possessionem ab eodem haberi, non requiritur. nume. 4.*
5 *Coniuncti a latere non repelluntur a testimonio.*
6 *Fructuum perceptio possessionem ostendit.*

C O N S I L I V M C L X I.

Viso ac diligenter considerato instrumento cōpromis-
si facti per Baptistam quondam Tondi de Valpe-
draga ex parte vna, & Bertrandum procuratorem dominæ
Ricciæ filiæ olim Tonij & Mazoli de Fagnano & dominarū
Margaritæ & Melinæ sororum & filiarum quondam domi-
næ Grandinæ filiæ quondam dicti Tonij. Mazoli tanquā hæ-
redum dicti Tonij ex parte altera in prouidos uiros Christo
phorum quondam Butini de Fagnano, & in mengum quon-
dam Belli de Bello, & animauersa potestate eis & mihi cōsul
tori attributa, & uiso insuper processu agitato coram potesta
te castri Casalis fluminensis, super accusatione producta per
dictum Baptistam contra Vianum Paulini de Valpedraga de
asserta turbata possessione dicti Baptistæ in quadam petia ter
ræ buschiuæ quatuor tornaturarum uel circa sita in curia ca-
stri Fagnani in loco dicto Seruina, iuxta Laurentium Busigni
de Fagnano uiam communis & alios suos confines, inciden-
do ligna &c. & uisis exceptionibus dicti Viani, & instrumen-
to emptionis dicti Baptistæ per eum producto & instrumen-
to emptionis dicti Tonij producto per dictum Beltrandum
procuratorem dictarum dominarum, & visis attestationibus
pro utraque parte productis, & certis oppositionibus contra
dicta instrumenta, & uiso quodam instrumento depositi ce-
lebrato inter Com. quondam Cruñ. de Frasineta deponentē
& Chelem alias dicto Mucho quondam Bartolini de Fagna-
no & dictum Tonium Mazoli depositarios de summa. 30. du
cátorum, & instrumento absolutionis inde sequutæ. Et gene-
ráliter visis pluribus aliis scripturis mihi per dominos arbi-
tros exhibitis. Omissis argumentis ad partes & multiloquio;
iuxta. l. fi. C. de præc. imp. offe. l. ampliorem. §. in refutatoriis.
C. de ap. & l. 1. ff. quòd met. cau. breuiter concludo dicto Ba-
ptistæ non competiisse ius accusandi dictum Vianum, & di-
ctam petiam terræ spectare ad hæredes dicti Tonij, & non ad
dictum Baptistam & ita per dictos arbitros esse pronuncian-
dum. Et hæc uera esse ostenditur. & primò ad hoc ut in iudi-
cio accusationis institutæ per Baptistam de turbata possessio-
ne obtineret accusator, necesse erat per accusatorem probari
se possedisse tempore turbationis, iuxta l. 1. & quasi per totū
ff. uti poss. l. 1. C. eo. tit. §. hodie. inst. de interd. c. licet causam.
1 de proba. hoc aūt non reperio probatum in processu. ¶ † Nec
obstat si dicatur, quod per instrumentum emptionis Bapti-
stæ constat q frater Iacobus venditor constituit se nomine di
cti Baptistæ possidere per quod constitutum transfertur pos
sessio in emptorem l. quod meo in princ. ff. de acquir. poss. c.
cum venisset. de rest. spol. ea. l. quidam. ff. de rei vend. respon-
* deo quod hoc esset verum, si probaretur* dictum venditorem
a possedisse tempore[a] venditionis, & non aliter, vt l. quanuis. §.
si conductor, cum glo. ff. de acquir. poss. & ibi dicit Ang. q in
practica cautus debet esse ille qui se fundat ex constituto, ut
probet constituentem tempore constituti possedisse. idem
etiam no. Ang. in l. 2. C. de acquir. poss. & ibi de hoc est gl. in
verb. tradita. & Inn. & Ant. de Bu. in d. c. cum uenissent, & in
c. in literis. eo. tit. facit. l. traditio. ff. de acquir. rerum do. Sed
non est probatum quòd dictus frater Iacobus tempore dictæ
2 venditionis possederit, ergo &c. ¶ † Ex hoc infertur in dictum
Baptistam non posse dici ex dicto titulo venditionis transla-
tum esse dominium uel quasi, quia non potuit sine possessio-
ne seu traditione transferri. l. traditionib. C. de pac. l. si ex sti-
pulatione. ff. de acquir. poss. l. si ager. ff. de rei uen. l. sed si res.
alias incipit eum qui. §. fi. cum l. seq. ff. de pub. ¶ Quod autē
spectet ad hæredes dicti Tonij patet per instrumentum uen
ditionis sibi factæ a dicto Chele alias dicto Mucho, in quo
est constitutum & licentia de ingrediendo, & probatum est
etiam per testes Baptistæ quòd dictus Chele possedit dictam
petiam terræ buschiuæ vt deponunt Petrus & Tonius, ergo
per constitutum in dicto instrumento uenditionis insertum
translata fuit possessio, & per consequens dominium uel qua-
si dominium, vt d. l. quod in eo. & d. l. traditionibus, cum si.
3 ¶ † Præterea dato etiam quòd non appareret de possessione
dicti Muchi, tamen cum appareat quòd post dictum titulum
uenditionis factæ Tonio, Tonius seu eius hæredes uel alius
nomine eorum possederit, hoc sufficit ad acquisitionem do-
minij vel quasi, dato quòd dubitetur a quo obuenerit posses-
sio dicto Tonio uel eius hæredibus, ut declarat Bar. in l. cum
solus. ff. de vsucap. ad fi. dum allegat. l. hæc si res. cum glo. ff.
de rei uend. & expressius no. Bald. in l. indicia. C. de rei ven. &
Ang. in l. super longi. C. de præscrip. long. temp. non enim est
4 necesse † quo ad titulum habilem ad vsuscapionē quòd pos-
sessio habita sit ab eodem a quo habitus est titulus, ut dicunt
docto. in locis præalleg. & eadem ratione idem dicendū quo
ad acquisitionē quasi dominij vel publicianæ. vt l. sed si res.
§. eum qui. alias est. l. eum qui, in prin. ff. de publ. & in specie
* Bal. in d. l.* indicia. hoc autem, scilicet quòd hæredes Tonij
vel alius pro eis possederit, probatur per testes productos pro
5 parte dictarum dominarum. ¶ † Nec obst. quòd aliqui ex di-
ctis testibus asserant esse coniunctos hæredibus dicti Tonij
ex linea transuersali, quia respondeo, quòd in causa ciuili testi-
monium in fauorem transuersalium non repellitur, & potis-
simè quando transuersales unà cum eo pro quo testificantur,
non sunt in eiusdem patris potestate constituti, ut no. glo. &
doct. in l. parentes. C. de testi. & gl. & doc. in c. insinuante, de
off. deleg. & Spec. in tit. de teste. §. 1. ver. sed nunquid frater. &
ver. sed nunquid agnati. & Innoc. & Ioan. And. in c. nonnulli,
de rescrip. & Bar. in l. qui testamento, in princip. ff. de testa. &
Bal. in l. 1. ad fi. C. de episc. & cler. & in l. fi. C. de prob. & Ang.
in consil. 194. incip. Visis processibus causæ principalis &c.
vbi ad hoc allegat notata per Innoc. & Ioan. And. in c. nonnul
li, de rescript. ¶ Fortius concludi potest, quod esto quòd per
instrumentum aut testes nihil esset probatum de possessione
dicti Tonij aut eius hæredum, tamen attento quòd non ap-
paret de possessione seu traditione facta dicto Baptistæ, sine
qua non potuit transferri in Baptistam dominium uel quasi,
vt dixi, & appareat ex narratis in petitione dicti Baptistæ qd
6 Vianus incidit ligna & sic fructus † percepit ex possessione
prædicta, per quem actum inducitur apprehensio & acquisi-
tio possessionis, ut l. Titia. ff. de sol. l. 2. & ibi Bar. C. de acqui.
poss. no. in l. qui uniuersas. §. per colonum. ff. de acquir. poss.
& in l. litibus. C. de agric. & censi. lib. 11. l. si quis super. C. fi-
nium regundo. no. in l. stipulatio ista. §. 2. qui. ff. de verb. obli.
& plenè Bald. in l. indicia. ad fi. C. de rei vend. & asserit Via-
nus se possedisse nomine dictorum hæredum Tonij, quibus
hæredibus ratum habentibus acquiritur dicta possessio. l. cō-
munis seruus. §. 1. cum ibi no. ff. de acquiren. poss. & l. si ego.
ff. de nego. gest. & facit. l. qui iure familiaritatis. cum ibi not.
per docto. ff. de acquiren. possess. sequitur quòd in pari causa
potior debet esse conditio possidentis, id est, dictorum hære-
dum, ut est tex. in l. siue autem. §. si duobus. ff. de publi. & fa-
cit. l. si seruum. §. sequitur. ff. de uerbo. oblig. l. fin. ff. de condi.
sine cau. & in regula, in pari. de reg. iur. in 6. ¶ Nec prædictis
obstat quòd opposita fuerat per Baptistam exceptio simula-
tionis contra dictum instrumentum emptionis Tonij, iuxta
l. sicut. §. superuacuum, quib. mod. pign. vel hyp. soluitur. &
in l. post contractum. per Bart. ff. de dona. & plenè Bar. consil.
65. incip. Petrus Nicholæ. & in l. 3. & ibi per Bald. C. plus va
lere quod agi. & per Bald. in l. illud. C. de sacrosanct. eccle. &
Ang. in consil. 47. incip. Quidam Franciscus. & Bald. in l. ab
Anastasio. C. mand. quia non reperio probatum vel articula-
tum

tum aliquid concludens ad exceptionem simulationis osten-
7 dendæ. † nam licet dicatur quòd Tonius non possedit post
contractum emptionis, non sequitur ex hoc quod cõtractus
reddatur simulatus, cum non appareat quod aliqua causa si-
mulationis prædecesserit, vt apertè declarat Bar. in præallega
to consilio. quinimò non apparet quod author dicti Tonij
post dictam celebratam venditionem possederit per aliquod
tempus & non breue, vt requiritur de iure d. §. superuacuum.
& l. si quis. in fi. C. de natu. lib. & l. si is qui. ff. de acquir. hære
dita. & plenè notant doct. in locis. suprà proximè allegat. nec
ad propositum facit dictum instrumentum depositi, quia in
dubio præsumitur esse verum & celebratum ex causa in eo
inserta, nisi aliud doceatur. l. cum precibus. C. de probati. l.
generaliter. C. de non nume. pecu. ex quibus resultat conclu-
sio de qua supra.

---

ADDITIONES.

a ¶ Tempore. Alex. d. §. si conductor. Dec. l. contractus. num. xiiij. de re.
iur. Bertran. consi. clxiij. etiam si libellus. consi. ccc. Nobilis. lib. ij. cõ-
sil. lxxxv. etiam si. li. iiij. Math. Afflict. dec. Neapo. cxxxix. Alex. lib. vij.
* consi. xxiiij. nu. v. * Vbi probaretur. Tamen inter ipsos contrahen-
tes constitutum probat, ut per Bal. ad l. si. viij. q. C. de edic. diui. Ang.
ad l. quædam mulier. ff. de rei vend. Et ratio est, quia constituens con
fitetur se possidere. Vnde constitutum probaret possessionem con-
tra hæredem constituentem, imò & contra singularem successorem
qui postmodum habuisset causam ab eo, quia confessio auctoris, ta
li successori præiudicat, Io. And. in add. Spe. in tit. de teste. §. nunc tra
ctemus. in add. magna. Are. consi. xxxvj. Casus. col. ij. ver. ij. dico.
* Bal. in d. l.] Idem vult Bal. ad l. eum, qui. §. prætor. ait circa princip.
ff. de publicia. Nat.

SVMMARIVM.

1 *L. si vnquam. C. de reuoc. don. habet locum etiam in re particu*
*lari non modica, sed non in lucris dotalibus. nu. 3.*
2 *Filiæ dotatæ exclusio intelligitur & tempore mortis.*
4 *Lucra dotalia habentur titulo oneroso.*
5 *Pleno iure, verbum, non excludit.*
6 *Belli tempore factum dicitur, quod est paulò ante, vel post.*

CONSILIVM CLXII.

Visis his quæ copiosè & eleganter allegata sunt per
præfatos celeberrimos dominos Perusinos
1 consulentes, puto ueram esse conclusionem, quod † dicta dona-
tio quatenus a principio valuerit, reuocata fuerit per super-
uenientiam liberorum iuxta. l. si vnquam. C. de reuo. dona. si
non fuit donatio facta de modico, quia d. l. si vnquam, habet
locum etiam quando non est donata dimidia vel alia quota
a bonorum, sed etiam res particularis, a vt per Bar. & Bal. in l. Ti
tia. §. Imperator. ff. de leg. 2. dummodò non sit facta de modi
co, ut etiam concludit Io. de Imo. in c. fi. de don. & actum est
per primum dominum consulentem. & attento quod dicta Ba-
ptista tempore mortis dominę Helisabetæ matris suę erat in-
fans, ut patet ex narratis in themate, delata fuit sibi successio
pro sua uirili in hæreditate matris de iure communi, iuxta l.
leg. 12. tabularum. C. de legi. hære. & l. fin. C. de libe. præter.
2 ¶ Secundò non obstat † statutum sub rubrica quod mulier dotata
non succedat extantibus masculis, quia illud statutum loqui
b tur de filia dotata, b & ideo non habet locum in dicta infan-
te, ut ultra allegata per dominum consulentem decidit in ter
minis. Bal. in l. si plures. C. de condi. inser. in ver. iuxta prædi-
cta formatur talis quæstio, statuto cauetur quod filia dotata &c.
& Pet. de Anch. in repe. c. canonum statuta, de consti. in ver.
pone statuto cauetur quod filia dotata, vbi concludunt, quod statu-
tum disponens quod filia dotata a patre non succedat, non
habet locũ in ea quæ remansit infans, quia iste est casus omis
sus a statuto, & ideo fratres eam dotare uolentes non exclude
rent a successione, vt etiam consuluit Pet. de Ancha. in consi.
300. & Pau. de Cast. li. 2. consi. 6. incip. Super eo de quo quę-
ritur. & clarè hoc procedit quando tunc tempore delatæ suc
cessionis maternæ non exercuerat in eam aliquis actum do-
tandi, saltem eo modo quo cauetur in dicto statuto requiren
te quòd maritus pro ea receperit dotem uel confessus fuerit
recepisse. nam hoc non interuenerat in casu nostro & sic ces-
sat disputatio tradita per Barto. in l. Titio centum, §. Titio ge
nero. ff. de conditi. & demonst. & in l. non est matrimonium.
ff. de ritu nupti. & in l. cum plures. §. pe. per ibi not. per gl. ff.
de admin. tuto. & in l. qui pupillam. ff. de adulte. & per Bal. in
l. non sine. C. de bon. quæ liber. dum tractant quando statu-
tum excludit filiam dotatam, quòd intelligatur dotata quan
do pater in ea actum dotandi exercuit quantum in eo fuit,
puta relinquendo sibi dotem in testamento. nam in casu no-
stro tempore delatæ successionis maternæ neque pater neque
mater in dictam Baptistam ullum actum dotandi exercue-
rat. ¶ Præterea statutum declarat quomodo intelligatur dota-
re, & tempore etiam quo dicta Baptista fecit dictam donatio
nem fratribus non exercuerat aliquis actum dotãdi in eam,
eo modo quo statutum requirit, quia neque maritus recepe-
rat dotem neque confessus fuerat recepisse, & propter hæc
omitto quòd multi tenuerunt contra opinio. Bar. in d. §. Ti-
tio genero, cum similibus nam illa disputatio in casu nostro
3 non esse necessaria per prædicta. ¶ † Et sic apparet quòd tem-
pore quo ipsa Baptista fecit donationem fratribus de omni-
bus bonis quæ ei obuenissent vel obuenire possent, tunc ex
hęreditate & bonis tam maternis quàm paternis habebat tũc
ius in bonis maternis, scilicet pro sua uirili, & etiã spem pro
reliquis partibus desinente masculo, prout desiit extare, quo
casu ex forma statuti filia assumit successionem in totum, iux
ta plenè tradita per Barto. in l. fin. cum suis concor. ff. ad Ter
tul. ex quibus colligi potest quòd non erat quid modicum il-
lud quod in dicta donatione comprehendebatur, in qua etiã
inspecta generalitate uerborum uidebatur comprehendi dos
quæ postea sibi uel eius uiro data fuit a patre si vllo tempore
fuisset dicta dós in dictam Baptistam consolidata, attento
quod erat de bonis patris, & quòd in dicta donatione iura-
mentum interueniebat, iuxta cap. cum contingat, de iureiur.
& cap. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. & per consequens non
potest dici quòd dicta donatio circa modicum uersaretur.
¶ Nec obst. quòd non debeat reuocari per superuenientiam li
berorum, per id quod habetur in §. dotes. in authen. de nupt.
& in l. 1. C. si dos const. matr. ubi mulier fecit cum marito pa-
ctum quòd ipso prædecedente maritus lucraretur dotem, &
tamen si ipsa prædecedit superstitibus ex illo matrimonio li-
beris maritus lucratur dotem. & sic uidetur ibi quòd per su-
peruenientiam liberorum non reuocetur pactum lucrandæ
dotis, quia ultra id quod egregiè respondit secundus consul-
* tor puto posse * responderi quòd ille est casus longè diuersus
a casu nostro, nam ibi dato quòd superuenientibus liberis il-
lud pactum lucrandæ dotis non reuocaretur, non ex hoc ve-
risimiliter inferebatur magnum præiudicium liberis, quia
aut pater non transiret ad secunda uota, & iuris præsumptio
ne remanebunt hæc bona liberis in successione paterna, quã
lex pręsumit patrem relinquere liberis. l. Scripto. in fin. ff. vn
de lib. aut transibit ad secunda uota, & cogitur reseruare di-
ctum lucrum liberis primi matrimonii, ut in dictis iuribus.
quinimò per §. præterea. in authen. neque uirum. in coll. 7.
fuit inductum quòd etiam si non transeat ad secũda uota co-
gatur reseruare, sed in casu nostro cessat ista ratio in donatio
4 ne facta fratribus. ¶ † Item respondeo quòd iura allegata in cõ
trarium non loquuntur in donatione mera, sed in pacto adie
c cto in contractu dotis c de ipsa dote lucranda uxore prædece
dente, quod quidem lucrum non censetur propriè donatio,
sed quià uidetur dari in recompensationem onerum matri-
d monii, non censetur haberi ex titulo lucratiuo sed oneroso, d
vt voluit glo. notab. & approbata in l. si donaturus, in fin. in
uersic. duntaxat. ff. de conditio. ob cau. & probat tex. no. in l.
1. §. si uerò, & illum ad hoc ibi ponderat Ange. C. de impo. lu
cra. descrip. lib. 10. no. Bald. in l. cum multæ. C. de donat. an-
te nupt. & in authen. præterea. C. vnde vir & vxor. & in l. hac
edictali. in princip. C. de secun. nupt. Sed dispositio. d. l. si vn-
quam, non habet locum in donatione quæ non est propria
* donatio, ut in donatione facta in recompensationem * merito
rum, ut concludit Ang. in d. l. si vnquam, & etiam Bald. ibi in
aliquibus lecturis per illum tex. in uerb. largitus iuncta l. si
pater. §. 1. ff. de don. & ista uidetur mihi adhuc tutior respon
sio ceteris. ¶ Non obst. etiam prędictis si diceretur quòd di-
cta reformatio quę incipit, Item cum sępe &c. vbi videntur
statuentes uelle quòd talis donatio ualeat pleno iure, ergo vi
detur

detur quòd irreuocabiliter ualere debeat, quia respondeo, ꝙ
5 † illa verba pleno iure, licet importent ꝙ valeat quo ad proprietatem & usumfructum & in totum, tamen non importãt quòd valeat irreuocabiliter aliquo casu nouiter super uenien te, qui iure communi tenderet ad reuocandum & infringendum donationem, ut probatur in l. Iulianus. §. fi. iuncta. l. seq. ff. de rei uend. & ibi ponderant Bald. & Ange. vbi probatur ꝙ quis dicitur habere rem pleno iure, si in ea habet dictam proprietatem cum vsufructu, quamuis illa res sit subiecta restitutioni & euictioni, vnde dicit etiam Bal. in l. mater. per illum tex. C. ad Tertu. quòd quando quis habet proprietatem cum vsufructu, dicitur habere rem pleno iure quamuis eam non habeat stabili iure, vt quia si superueniat quòd transeat ad secunda vota, debeat perdere proprietatem, vt ibi. ita igitur in casu nostro, intelligitur quod donatio pleno iure valeat, scilicet rebus in eodem statu manentibus, & non dicit quòd per superuenientiam liberorum reuocetur, vel non reuocetur, & sic ille est casus omissus, & per consequens remanet in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. c. susceptum, de rescrip. in 6. ¶ Preterea dictum statutum loquitur in donatione, quæ fieret tempore nuptiarum tantum uel postea, & disponitur expresè in dicto statuto seu reformatione quod non extendatur ad alios casus quam ibi expressos, sed dicta donatio non fuit facta post nuptias nec tempore nuptiarum, sed per plures menses ante nuptias, vt in themate
6 narratur. ¶ † Accedit id quod dixit Bald. in c. 1. in princ. de pace tenen. vbi inquit, quod si quæritur, quid dicatur factum tempore guerræ, intelligitur illud quod est factum immediatè ante vel immediatè post, per no. in l. 1. C. de oper. liber. & no. etiam in l. vt iusiurandi, iuxta princip. ff. de oper. lib. deniq; reformatio loquitur in donatione facta fratribus vtrinque coniunctis, & sic quò ad illos qui erant fratres consanguinei tantum non habet locum reformatio, nec pars eorum accresceret fratri vtrinq; cõiuncto. l. si mihi & Titio. cum si. de ver. obl. concludo dictam donationem non subsistere. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Particulari. supra li. j. cons. 41. & li. 2. cons. 47. & li. 4. consi. 71. And. Tiraq. repe. l. si vnquam. ver. omnia vel partem. nu. 2. C. de reuo. do.
b ¶ Dotata. supra lib. 3. consi. 13. nu. 12.
* Puto posse.] Has duas responsiones ad d. l. refert Socin. in com ad l. 2. in 1. no. ff. sol. mat. & eas conatur euertere. tamen si quis rectè considerct, potest Alex. facilime defendi. Nat.
c ¶ Dotis. And. Tiraq. repet. d. l. si vnquam. versi. dona. largi. q. 10.
d ¶ Oneroso. idem Matth. sing. 73. in fi. Ias. l. non tantum. C. de leg. cõs. 171. li. 4. Deci. aut. præterea. C. vnde vir. & vxo. consil. 67. consil. 353. consi. 401. fa. Old. q. 244. Latè And. Tiraq. repe. d. l. si vnquam. vers. donatione largi. q. x. & est verum licet aliter dicat Deci. l. in eo. de reg. iu. l. 1. C. de se. nup. consi. 260. consi. 577. in fi.
* In re comp.] Latius Ias. consi. 154. col. 1. lib. 2. Nat.

SVMMARIVM.

1 *Appellatus in causa appellationis potest petere sequestrari fructus.*
2 *Sequestratio non fit nisi prius constet de debito.*
6 *Statutum licèt continuet possessionem in hæredem, tamen non potest agere recuperandæ.*
7 *Interdictum quorum legatorum, cessat, si constet de legatarijs.*

## CONSILIVM CLXIII.

Circa id de quo quæritur in causa sequestrationis cõtra illos de Pauinis concedendæ, paucis agã propter rei euidentiam, & quia coram bene merito res agitur, præsupponenda est in primis vulgata regula quæ habet sequestrationem de iure communi esse prohibitam. l. vna. C. de prohib. seque. ¶ Solùm est videndum, an simus in aliquo speciali casu in quo de iure communi vel municipali permit
1 tatur. ¶ † Et dicitur primò quòd sic, quia pendet lis super proprietate, ergo super fructibus potest fieri sequestratio l. Imperatores. §. fi. ff. de ap. c. fi. de sequestr. poss. & fruct. sed ad hoc respondetur, quòd illud solum habet locum in causa appel
a lationis,[a] quia ille qui obtinuit primam sententiam pro se potest petere sequestrationem fructuum, quam petere non posset in causa principali, antequam aliquam obtinuerit pro se sententiam, quia tunc remaneremus in regula. d. l. vnicæ. ita vult in specie Io. An. in d. c. fi. quem ibi sequitur Ant. de But. & communiter docto. idem exprelsè no. Sali. in d. l. vnica. & fuit originale verbum Io. Mo. in regula locupletari. li. 6. & sequitur Arc. 11. q. 1. in c. quia res. ¶ Præterea potest negari nullam pẽdere litem de præsenti inter partes, nec in iudicio, nec
2 coram arbitris. ¶ † Insuper de iure communi non potest peti
b sequestratio, nisi quando de debito constat per publicum[b] instrumentum, secundum quod singulariter decidit Bart. in l. litibus. in fi. C. de agr. & censi. li. 11. & in l. per hanc. per illũ tex. C. de ero. mili. anno. lib. 12. & Bald. in c. olim. de rescrip. sed nullum produxit instrumentum aduersarius petens sequestrationem, per quod appareat istos de Pauinis esse debitores petentis sequestrationem. ¶ Non ob. si diceretur, quod per alium iudicem seu in officio præcessorem fuit facta sequestratio ei, licet illa postea fuerit reuocata, tamen per literas dominorum aduocatorum reuocata est illa reuocatio, & partes redactæ in pristinum statum, & sic in statum primæ sequestrationis, quia ad hoc respondeo, quod dato sine præiudicio quod appareret de parte aliqua dictorum bonorum vel fructuum factam fuisse sequestrationem per dictum iudicem ex suo officio, tamen non debet reiterari dicta sequestratio,
3 nec de illis bonis nec de alijs, quod probatur, quia dictũ assertum sequestrum fuit, & est nullũ quò ad istos de Pauinis, s. dominum Aluisium & dominum Franciscum, quia fuit factum eis non citatis, & clarum est quod quò ad eos non tenuit. l. fi. C. si propter pub. pen. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. l. fi. C. si per uim uel alio modo. ac etiam quia iudex non debet nec potest incipere a præcepto. l. 1. & ibi Bar. C. de execut. rei iudicat cum suis concor. & ita etiam de iure municipali, vt patet in statuto incip. Iudex quilibet ordinarius &c. & in statuto sequenti incip. De cætero nullus &c. Quinimo statutum non permittit sequestrationem quo ad casum nostrum posse fieri, nisi in casibus a iure permissis, inter quos non est casus noster. ¶ Præterea dicta statuta etiam in casibus in quibus potest fieri sequestratio, disponunt certam formam seruari, quæ minimè seruata reperitur. scilicet quòd petens sequestrationem iuret se esse creditorem in tanta quantitate a lis debitoris, & quod debitor est persona suspecta & fugitiua, & non possidés immobilia sufficientia ad debitum, & quod non uidet aliter posse sibi satisfieri nisi per sequestrum. ¶ Nec etiam ob. id quod dicitur in dicto statuto in uersi. possint tamen &c. vbi cauetur ꝙ potest potestas & eius uicarius quandocunque & contra quemcunque, & in quocunque casu, & tam in causa appellationis quàm in principali committere sequestrum ad petitionem cuiuscunque persone, secundum quod sibi melius & utilius videbitur, quia respondeo, ꝙ statutum in ea parte loquitur in potestate & vicario, & dictum assertum sequestrum fuit factum authoritate iudicis uictualium, insuper
4 per statutum in dicto uersi. loquitur † per verbum uidebitur, quod est verbum importans arbitriũ boni viri. l. si sic. in prin. ff. de leg. 1. l. fideicommissa. §. quanquam. de leg. 3. & in extra uag. ad reprimẽdum. in verb. videbitur. cum ibi no. per Bar. & sic non habet sequestrare vbi bonus vir. i. iudex de iure sequestrare non posset. in proposito ergo si dicta asserta sequestratio facta non ualuit, & iudex nunc uellet eam facere efficiter, non reponeret rem in pristinum statum, quia de nullo faceret validum. Item id quod est nullum pro infecto habetur. l. non dubium. C. de leg. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iu. & per consequens non est habenda consideratio sequestrationis nullæ. ¶ Denique si dicta sequestratio facta fuisset, esset reuocanda tanquam iniqua & iniusta, posito ꝙ fuisset aliqua, quia est contra regulam prohibitiuam iuris communis, ut d. l. vnica. vnde petenti sequestrationem obstat exceptio, doli quia facis, quia petis quod restituturus &c. l. dolo. ff. de doli. exc. Aduertatur et, quia per literas dñorum Aduocatorum non mandatur nobis dño iudici ꝙ reponatis partes in pristinum statũ, sed dicũt ꝙ ipsi dñi Aduocatores reponunt in pristinum statũ. & sic nobis quantũ ad hoc nihil mandant, imò subiungunt ꝙ ipsi remittunt partes iudicio Paduano, ut secundum formam legum & ordinem ipsius ciuitatis agatur & procedatur. Sed ita est ꝙ ex forma legũ & statutorũ non permittitur nobis dño iudici sequestrationẽ committere, sed potius illa quæ facta fuit tanquã minus legitimè factã reuocare & nullã declarare, ut patet ex prædictis. ¶ Postremò non obstat, si dicetur ꝙ prælegata capienda sunt de manibus cohæredum, & possessio

possessio non debet apprehendi per illos hæredes, quib. prælegata relicta sunt, attento præcipuè q ex forma statuti possessio defuncti ipso iure transfertur in hæredes. ¶† Quia hoc
5 respondeo, q antequam cohæres apprehenderit possessionē, potest legatarius propria authoritate impunè apprehendere, rem legatam, quia tunc non dicitur priuare hæredem possessione, vt no. per glo. & doc. in l. non dubium. C. de legi. & in l. 3. C. quorum leg. Sed in casu prædicto non apparet, q petentes sequestrationem possiderent tempore quo d. Aluisius
6 apprehēdit possessionem. ergo &c. ¶† Nec ob. statutum, quia virtute statuti prædicti non dicitur possessio taliter transferri in hæredem, q hæres talis possit dicere se possessione fuisse spoliatum aut turbatum, nam tale statutum fingens continuari possessionem in filium seu hæredem, non facit q hære-
c di aliter non apprehensa possessione competat [c] interdictum recuperandæ, vt dicit expressè Bal. in aut. defuncto. C. ad Ter
7 tu. & alle. id quod habetur in l. 1. C. quorum bo. ¶† Nec etiā competit interdictum quorum legatorum, dictis cohæredibus quia eis obstat exceptio dolo facis, quia petis quod restituturus &c. quando incontinenti est paratus legatarius probare de iure suo, vt not. Bar. & alii. in l. 1. C. quorum leg. & tale interdictum non habet locum, nisi quando hæres agens, tali interdicto vellet rem apprehēsam per legatarium sibi hæ
* redi restitui, eo quia vult * de ea detrahere Falcidiam debitā, de legatis, alias non, vt no. per glo. & doct. in l. 1. in princ. in ver. vt inde. ff. quorum leg. Sed hic non est tractandum de falcidia, quia filius non potest vltra legitimam detrahere Falci-
8 diam, quia † non debet habere illas quartas, quando purè est institutus in portione ascendente ad legitimam, vt plenè notat. in l. quanquam. C. ad l. fal. & in capitu. Rayn. de testam. cum suis multis concordant. ¶ Rursus posito, quod competere posset, aliquod interdictum, vel remedium dictis cohæredibus Aluisij, agendi contra dictum Aluisium, vel per interdictum, quorum legatorum, vel per interdictum recuperandæ experiantur, & agant ordinariè de iure suo, sed non sequitur per hoc quod sit facienda sequestratio prohibita ex forma iuris & statutorum, vt per prædicta clare puto esse ostensum. Alexander.

## ADDITIONES.

a ¶ Appellationis. Cur. trac. de seq. * Item tunc requiritur, q fructus dilapidentur vt habetur in d. §. si ad quem hoc vult Ang. & cōsentit Imol. & latè Cur. in tracta. de sequestris col. 2. versicu. tertio fallit. Natta.

b ¶ Publicum. idem Ias. §. item si quis. insti. de act. sed q sufficiat solum illud quod requiritur ad primum decretum, tenet Alex. l. si fideiussor. §. si. qui satis. cog. Cur. tract. de sequestr. q. 12. Pan. c. 2. in fi. de sequest. poss. & fru. * Contrarium tenet Abb. ad c. 2. in fi. de sequest. possess. quia si duo testes sufficiunt ad debitum principale probandum, ergo multo magis ad sequestrum. Et Abbatem sequitur, Alex. ad l. si fideiussor. §. si. ff. qui satisd. cog. Dec. ad l. pactum, quod bona fide. C. de pac. Fel. ad c. examinata. col. 8. de iud. Et Bar. reprobat etiam Imo. ad l. Imperatores. §. si. ff. de appel. Natta.

c ¶ Competat. imò vt dixi supra lib. 2. consi. 82.

* Quia vult.] Istud tenent ibi etiam Cy. Bal. & Sal. ad d. l. 1. & Azo in summa illius tituli. Raph. Comens. consi. 61. Pet. hæres, & ratio est quia legatarius nil facit mali si apprehendit possessionem cum titulo, nec hæres potest conqueri, quia nondum habebat, aliquod ius hæreditate non adita, & ideo dicit ibi Bal. istud esse notandum, pro vxoribus, quibus mariti aliquid legant, vt statim occupent legata ante aditam hæreditatem, quia non tenebuntur restituere, nisi immineat Falcidia. Vide de istis Dec. consi. 243. Et cum prædictis concordat Ias. ad l. non dubium C. de leg. Et post aditam hæreditatem, & nondum apprehēsam possessionem per hæredem, potest legatarius capere possessionem rei legatæ gl. Bar. Pau. Cast. & Ias. ad d. l. non dubium. Bar. ad d. l. j. ff. quo. lega. Cor. consi. 140. Circa hanc consultationem in fi. li. j. In contrarium adduco Ang. ad l. 1. C. quorum legatorum Et idem q Ang. sentit Bal. & Sal. ibi. Sed primam opinionē tenet Ias. ad l. si ex stipulatione. ff. de acqui pos. & Alex. hoc eo. consi. supra vers. postremo non obstat. Natta.

## EPITOME.

LOCVS iudicij semper attenditur, in ordine procedendi.

## CONSILIVM CLXIIII.

Circa dubitationem præmissam qua quæritur, an si appellatum est ad reuerendissimum d. Legatū Bono. a sententia lata in castro Bolognesio, & appellatio per dominum legatum commissa est cognoscenda, & terminanda domino G. vni ex iudicibus appellationum in ciuitate Bonon. debeat instantia causæ appellationis & ordo procedendi regulari secundum ritum statutorum ciuitatis Bonon. an verò secundum ritum terrę castri Bolognesij, vbi lata fuit prima sententia, attento q litigantes non sunt suppositi statutis, ciuitatis Bononiæ, videtur prima consideratione dicendum attendi & seruari non debere ordines & statuta ciuitatis Bo-
1 non. † quia statuta loci non ligant non subditum. l. 1. in fi. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. l. neque. C. qui dare tu. poss. l. cùm vnus §. pe. ff. de bo. auth. iud. poss. c. vt animarum, de const. in 6. 8. dist. quo iure, cum concor. ad hoc allegatis, maximè per Spe. in tit. de consti. in prin. vers. & not. & plenè habetur in l. cunctos populos C. de sum. Trini. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & in l. fi. ff. de iuris. om. iud. & in c. 1. de constitu. ¶ Secundo pro hoc adducitur id quod habetur in authen. vt
* cum de app. cog. in prin. vbi habetur q iudex * appellationis debet seruare leges quas seruare debet iudex principalis cau-
a sæ. [a] ¶† Tertio pro hoc allegatur tex. iuncta decisione Bal. in
2 tit. de pace Constan. §. in causis. vbi inquit Bal. in tertio not. q si coram iudice appellationis est quæstio de processu, seruabitur consuetudo primi fori, si autem est quæstio de re, vel causa, seruabitur per iudices appellationis illud ius, quod primus iudex seruare debebat, quia id quod debebat, secundum iustitiam causæ & fori facere primus iudex debet etiam facere iudex appellationis, quia ei succedit vt confirmator, vel reformator, per quæ audio ita per quempiam celeberrimum consultorem fuisse conclusum. ¶ Sed præmissis nō obstantibus videtur mihi proculdubio cum reuerentia non fuisse rectè consultum, & contrariam sententiam esse de iure veriorem, quod prubetur & primo ex communi glossarum, &
3 doctorum conclusione, quæ habet † q in spectantibus & cōcernentibus ordinem iudicij & modum procedendi semper
b locus iudicii [b] attendendus est, etiam si diuersus esset mos patriæ vel fori litigantium, licet in decisoriis sit secus, vt est vulgata gl. in l. 1. C. quæ sit long. consuetu. & ibi sequitur Iac. de Are. & Cy. in 2. q. & Bar. ibidem. per l. 3. in fi. ff. de test. & l. 2. C. quemad. test. ape. & l. 2. circa fi. C. de iura. calum. iuncta l. j. in princ. ff. de vsur. & l. si fundus. ff. de euic. & l. j. de eman. li. & ibi expressè Iac. de Bel. in distinctione sua & Cy. Ray. Bar. & alii in præalle. l. cunctos populos. & Spec. in titu. de feriis. §. 1. versi. sed pone. & idem ibi Io. And. in additione. & Ioan. Cal. in disputatione sua inci. Statuto ciuitatis cauetur q si ab actore &c. & canonistæ communiter in c. quod clericis, de fo. compe. & in c. 1. de const. & sentit glo. in cle. dispendiosam. in glo. quæ incipit, cum repetuntur. de iudic. quam ad hoc allegat Ioan. Cal. in præallegata disputatione, & no. Bal. in l. 1. in 4. q. C. ne filius pro pat. & in l. receptitia. C. de consti. pecu. & in l. 1. C. de excu. rei iud. & inst. de iure natura. in §. ius ciuile. adeo q etiam si clericus agat coram iudice seculari, debebit seruari statutum, & consuetudo illius secularis curiæ, quo ad ordinem procedendi, quamuis clericus non sit illi curiæ subditus, ita probatur in l. cum clericis, in fi. secundum Cy. ibi. C. de episc. & cle. & per omnes in locis superius allegatis. ¶ Secundo & in propriis terminis decidit quæstionem nostram Ioan. And. in rub. de consuetudine. cū quo omnes ibi transeunt nam ibi quærit, an iudex causæ appella-
* tionis debeat sequi * consuetudinem loci, vbi iudex principalis causæ tulit sententiam, an verò consuetudinem loci litigātium, an propriam loci, vbi de appellatione cognoscitur? & concludunt omnes, quod aut quæritur, quo ad decisoria, & seruari debet consuetudo loci contractus, vel delicti, præallegata lege si fundus lege saccularii. §. sunt quidam. ff. de extraordina. crimi. l. 2. C. de noxa. aut quæritur, quo ad præparatoria vel ordinatoria iudiciorum, puta an debeat produci libellus in scriptis, an debeat procedi summariè &c. & tunc si iudex causæ appellationis hēt iudicare, ex actis præteritis de quibus quæritur, & tunc debet sequi consuetudinem loci principalis causę, vt no. gl. in c. licèt canō, in verbo, decreto, de ele. li. 6. sed si agitur de actis futuris in lo-

eo, vbi agitatur de causa appellationis, tunc quo ad illa inspicitur consuetudo & statutum loci causæ appellationis.d.l.3. in fi.ff.de testamen.cum concor.alleg.supra & quod not.glo.
4 in d.c.licet canon, in verbo decreto. ¶ † Tertio deciditur præsens quæstio ex ijs quæ no.Ioan.And.& communiter omnes post eum in præalleg.rubrica de consue. vbi quærunt, an delegatus debeat sequi consuetudinem delegantis, an propriã, an verò litigantium, & ponunt opiniones quas recitat gloss. 12.distinctio.illud in verbo contrario more, & 1.distinct.con suetudo. Et finaliter concludunt, non esse differentiam inter ordinarium & delegatum, quia in decisoriis seruabitur lo-
* cus* contractus, sed in præparatoriis vel ordinatoriis iudicii seruabitur locus iudicij c.cum venissent.de eo, qui mittitur
5 in poss. causa rei seruandæ. ¶ † Nec obstat ꝙ delegatus fungitur vice delegantis.l.1.§.qui mandatum.& l. & si ꝑtor. ff.de offi.eius cui mandat.est iurisd.& c.super literis, de rescr. quia respondetur secundum Compo.& do.Anto.in prælle.rub. de consuetu.quod illud est verum quo ad potestatem ꝓnunciandi, sed quo ad alia non fungitur omnino vice delegantis, secundum eos, vel melius secundum Ioan.de Imo. in præall. rubrica, est verum quod in omnibus delegatus fungitur vice delegantis, quia etiam delegans tenetur seruare consuetudines & statuta loci, vbi de causa cognoscit, quo ad præparatoria & ordinatoria iudicii.d.l.1.C.de eman.li. cum si. allegatis superius.idem sentit Ang.in d.l.& si prætor. ¶ Quartò confirmatur ex his quæ no.Bal.in l.aduersis.C.si aduer.rem iudi. vbi quærit, pone ꝙ dicta constitutio Legati Sabinensis in partibus Romandiolæ ꝙ procedat appellatio, licet nunquam petantur Apostoli.modo in vrbe Romana Pontifex delegauit causam cognoscendam in partibus Romandiolæ, delegatus tulit sententiam a qua fuit appellatum, nec fuerunt petiti Apostoli intra 30.dies.quæritur an appellatio intelligatur deserta. Primo dicit videri ꝙ non, quia ita dictat constitutio Sabinensis, tamen ipse distinguendo decidit, ꝙ aut dicta constitutio fuit edita a legato Sabinensi virtute suæ legationis, & dicta appellatio erit deserta, quia illud quod non potest Legatus per sententiam non poterit per suam constitutionem, sed contra sententiam delegati Principis nihil statuere potest Legatus.c.studuisti.de offi.leg. ergo constitutio Legati nihil operatur in casu prædicto, aut dicta cõstitutio fuit edita authoritate apostolica sibi Legato specialiter concessa, & tunc appellatio non erit deserta. ¶ Et sic vult Bald.ꝙ vbi statuta loci vbi de causa delegata cognoscitur, sunt condita, ab habente potestatem in delegatum debent per illum delegatũ seruari in ordine procedendi, dato etiam ꝙ aliud fuisset seruandum in foro delegantis. ¶ Ad allegata in contrarium re-
6 spondeo, † primo ad id quod dicitur, statuta non ligare non subditos, quia illud est verum quo ad decisoria, secus quo ad ordinatoria iudicij, vt est dictum, nam cum in iudicio quasi contrahitur.l.2.§.idem scribit.ff.de pecu.l.de ætate.§.qui interrogatur.ff.de interro.act.ideo ratione talis, quasi contractus efficitur subditus ille qui alias non erat subditus.l.hæres absens.§.proinde l.interdum.§.fin.ff.de iu.ca. si.de foro
11 gnio, & per rectores apostolicos, † ergo licet aliqui testes di
cerent ꝙ intra illud tempus Oppizo tenuit dicta bona, non
probarent possessionem postquam constat de antiquiori pos
sessione, q̃ sit possessio Oppizonis, ita dixit multum clare Iac.
Butr. in d. l. incerti. C. de interdi. allegat. l. si finita. §. vbi autẽ
ff. de damn. infect. & Bal. facit mentionem de illis verbis, in
l. post sententiam. C. de sentent. licet non ita aperte, prout Ia.
But. loquitur ad hoc tex. in c. licet causam. de probati. & quæ
not. doct. in l. 1. C. vti poss. & in l. si duo in prin. ff. eo. tit. cum
suis concord. & in proposito not. Bar. in l. qui vniuersas, & p
colonum, & in l. quamuis. §. j. ff. de acqui. poss. ex quibus cõ-
stat non esse pro parte actoris probatum id quod est suæ in-
tentionis fundamentum, & aduertendum ꝙ per testes produ-
ctos pro parte domini Alberici non solum probatur negati-
ua, scilicet ꝙ comes Bernardinus & Oppizo non possedit, sed
etiam probatur affirmatiua. s. ꝙ alius possedit, videlicet illi,
de Lugo, & rectores apostolici, & illustrissimos Marchio, &
hoc a quinquaginta annis, & circa. vnde per probationem ta
lis affirmatiuæ dicitur in consequentiam verificata & proba
ta negatiua ꝙ Oppizo non possederit, & ita saluatur glo. in l.
1. §. 1. ff. de iti. actuque pri. secundum Bal. in c. si quis per 30.
si de feu. fue. contr. inter do. & agna. Alex.

---

### ADDITIONES.

a ¶Factam supra li. j. consi. 110. nu. 3. supra li. v. consi. 22. supra eo. li.
consi. 154. num. 2.
* Per legem, bonorum. ] Adde Abbat. ad c. accedens de præb. Nat,
b Sororis. Amplio etiam si fratrem putabat se solum hæredem & ha-
bilem, vt scripsi in consu. Pari. §. 132.
c ¶Ratio. supra li. v. consi. 120. nu. 6.

### EPITOME.

TESTATOR legauit certum prædium postea illud cum alijs prædijs locauit ad duodecim annos eo pacto ꝙ conductor possit redimere, & locator tenetur ei vendere dicta prædia pro pretio mille librarum, de cuius pretij parte conductor soluit locatori septingẽtas libras. nouissimè testator fecit codicillos in quib. quædam alia disposuit. cætera vero omnia legata, & contenta in priori testamento generaliter confirmauit. Quæritur an dictum legatum sit ademptum, Respõdet Alex. ꝙ non, saltem attentis codicillis.

## CONSILIVM CLXVIII.

Stantibus verbis his quæ supra in themate conti-
nentur, videtur prima facie dicendum,
1 dictum legatum fuisse tacitè reuocatum & ademptum, † qa
per alienationem voluntariè factam a testatore de re iam le-
gata inducitur ademptio legati. l. fideicommia. §. si rem. ff. de
leg. 3. l. rem legatam. ff. de adi. le. l. scribit. §. idem scribit. ff. de
2 aur. & argen. leg. institu. de leg. §. si rem. Sed per dictam † lo-
cationem factam ad magnum tempus, scilicet pro 12. annis,
videtur testator rem alienasse, vt in cle. 1. ad si & ibi gloss. in
verbo, locationes. de reb. eccle. non alie. in c. ad audientiam,
& in c. nulli, & ibi docto. eo. tit. in antiquis. nõ. Dy. Bartol. &
communiter omnes legistæ in l. codicillis. §. instituto. ff. de le
ga. 2. Innoc. in c. ad hæc. de deci. & Bald. in l. si domus. §. fin.
de lega. 1. & in authen. ei qui in 16. colum. C. de bono. autho
ri. iud. poss. & Bald. & Angel. in l. si filio. §. fin. ff. solut. matri.
cum simi. & per consequens infertur ꝙ per dictam locatio-
nem fuit legatum ademptum. ¶Secundo principaliter con-
firmantur, quia constat ꝙ testator omnino voluit ꝙ dominiũ,
dictæ rei legatæ transferretur in alium quàm in legatarium
quia nedum rem locauit, sed etiam illam cum certis aliis pe-
tiis terræ conductori vendere promisit pro certo pretio, pro
cuius pretij parte recepit libras ducentas Bon. & facta inte-
gra solutione pretij, promisit facere solenne instrumentum
venditionis, & secundum communem stylum & cursum si-
milium contractum, vnde non videtur posse negari ꝙ saltem,
adimplente conductore, & soluente reliquam quantitatem
dicti pretij, & eueniente conditione fiendæ venditionis nõ
debeat reuocari legatum, vt aperte probatur in l. quod si alii.
ff. de adi. leg. & in l. quod purè. ff. quando dies lega ced. ¶Sed
his non obstantibus contrarium puto de iure verius. Nam po
sito ꝙ dicta locatio fuerit ad magnum tempus & per illam ac
quirat conductor ius in re. l. j. §. quod ait. ff. de superfi. l. 1. in
3 fin. cum l. sequen. & seq. ff. si ager vecti. vel emphy. pet. † qa
tamen proprietas rei non dicitur alienata, vt d. l. 1. §. fin. & l.
si domus. §. fin. ff. de leg. 1. non dicitur per hoc reuocatum
legatum, licèt rei legatæ constituatur per testatorem alteri ius
in re, vt firmat glo. no. & illam sequitur Iac. de Bel. Old. Cy.
Bal. & Sal. in l. 4. in fi. C. de leg. vbi concludit, ꝙ si rei legatæ,
testator ex causa voluntaria alienauit vsumfructum, non per
hoc inducitur ademptio legati, & no. Bar. in d. l. rem legatã,
& probatur in l. 2. ff. de cond. inst. quanquam. vsufructuarius
habeat ius in re. l. eorum. ff. de dam. infec. & l. 4. ff. de vsufru.
l. qui vsumfructum. ff. de verb. obli. ¶Probatur euidenti ratio
ne, nam, vt dixi, clarissimum est, ꝙ per talem locationem non
est in totum res & proprietas alienata, vnde sicut quando alie
natur pars rei legatæ non reuocatur legatũ in totũ, l. si ex toto
in prin. ff. de le. 1. l. legatũ. §. 1. ff. de adi. lega. l. scribit. §. idẽ scri
bit. ff. de aur. & ar. le. instit. de leg. in §. si rẽ. ita & in casu præ
dicto. Et per hoc patet responsum ad id quod in contrarium
dicebatur de locatione ad magnum tempus, quæ pro aliena-
4 tione iudicatur. ¶†Secundò moueo, nam id quod iure caue
tur, ꝙ per alienationem &c. inducitur ademptio legati, hoc
est verum, nisi post alienationem appareat de contraria volun
tate, vt est casus in l. cum seruus. ff. de adi. leg. bene facit l. 4.
eo. tit. Sed ita est quod in casu nostro post dictum contractũ
locationis constat de mente testantis volentis legata in testa-
mento descripta firma manere prout ipse in codicillis declara
5 uit, ergo &c. ¶†Tertio comprobatur, nã posito ꝙ per dictum
contractum a testatore celebratum induceretur reuocatio le
gati eo casu, quo talis contractus esset factus ex causa volun-
taria per iura superius allega. tamen quando testator contra-
a ctum vel alienationem rei legatæ facit titulo oneroso [a] prout
in casu nostro, onus probandi ꝙ testator per dictum contra-
ctum mutauerit voluntatem, & voluerit adimere legatum, in
cumbit hæredi, qui habet necessè probare quod ex causa nõ
necessaria, sed voluntaria alienauerit, vel aliter de mutatione
voluntatis testatoris ostendere debet, vt d. l. fideicommissa. §.
si rem. secundum verum intellectum de lega. 3. no. glo. inst. de
leg. in §. si rem. non enim præsumitur mutatio voluntatis te-
statoris, nisi per heredem probetur. l. Lucius Titius. la 1. ff. de
leg. 2. l. eum qui. ff. de proba. & l. quinquaginta. in fine, eodẽ
titul. Et ita verificatur id quod nota. dixit Iacob. Butri. in l.
3. C. de leg. volens quod vbi alienatio rei legatæ facta est ti-
tulo oneroso, tunc in dubio præsumatur facta ex causa neces
saria, & sic non reuocabitur legatum nisi per hæredem con-
trarium probetur, ita intelligit dicta l. fideicommissa. §. si rem
quæ probatio mutatæ voluntatis, vel quod ex causa non ne-
cessaria, sed voluntaria fuerit initus contractus, non erit for
te sine difficultate hæredis. Ex quibus omnibus concludo,
quod dictum legatum debetur, & res ipsa legata peti debet,
secundum gloss. & doctor. in l. Lucius, la prima, ff. de legat.
2. in ver. reliqui. & probatur in præallega. §. si rem. institu-
tio. de legat. & in dicta lege fideicommissa. cum concordan.
6 ¶† Non obstat dicta lege quod si alii. de adimen. legat. & le-
ge quod pure, quando dies legat. ced. quia illa iura proce-
dunt in alienatione facta titulo lucratiuo, quo casu, sem-
per præsumitur alienatio facta ex causa voluntaria, & indi-
stinctè reuocatur legatum. lege rem legatam. & lege lega-
tum. §. pater. ff. de adimen. legat. Nos verò loquimur in
contractu facto, ex causa onerosa, quo casu incumbit hæ-
redi, onus probandi mutationem, voluntatis testatoris, vt
dixi

7. dixi.5. ¶† Aliter etiam potest ad contrarium responderi,
videlicet quod loquatur in alienatione sub conditione facta,
sed in casu nostro non fuit facta venditio sub conditione, sed
tantummodò fuit promissio de vendendo, aliud enim est vé-
dere, aliud est promissio de vendendo. l. in bonæfidei, cum ibi
no. ff. de eo, quod cer. loc. pro hoc, quod not. Bal. in l. fi. §. fi. in
ver. no. ex hac litera. C. com. de leg. vnde quia per promissioné
de vendendo non est facta aliqua alienatio rei, nec purè, nec
conditionaliter non habent locum iura, quæ in materia di-
cunt per alienationem extingui legatum, & licèt per dictam
promissionem de vendendo factam per testatorem per se, &
suos hæredes videatur voluisse testator, ꝙ hæres suus possit di
ctam rem vendere, tamen non per hoc inducitur legati reuo-
catio, vt est tex. no. in l. postquam. §. fi. in fi. ff. vt leg. not. ea. &
no. Bal. & Sal. in l. 3. C. de leg. Postremò respondetur, quòd cõ
firmatio legatorum in codicillis facta tollit omne dubium,
per dicta superius.

ADDITIO.

a ¶Oneroso. imò hoc non sufficit, nisi constet ex necessitate alienatũ
potest enim ex mera voluntate vendidisse, quæ casu dico in dubio
æquè reuocari legatum sicut per donationem, quicquid omnes gl.
& doc. ad vsque opinati sint, ut dixi in nouis intell. super d. l. cum
seruus. & l. rem legatam. de adi. leg.

EPITOME.

TESTATOR legauit fundum, postea vendidit
& transtulit dimidiam omnium bonorum suorum,
sponte & nulla necessitate vrgente, respondet Alc. le-
gatum esse reuocatum pro dimidia.

CONSILIVM CLXIX.

Inspecto ac maturè considerato dicto themate, &
contẽtis in eo. Quia noscitur iure satis cla
ram esse consultationem hanc, idcirco tantummodò super op
portunis in declaratione præfatæ dubitationis insistendo bre-
uitate gaudebo, iuxta l. ampliorem. §. in refutatoriis. C. de ap.
1 & C. de preci. Impe. off. l. fi. † Et primo videtur dictum legatũ
in nulla parte minimè reuocatum, per tex. ff. de adi. lega. l. pa-
ter inter filios. vbi legata fuerunt ducenta, quæ per testatoré,
postea extra ius patrimonium translata fuerunt, nihilominus
remanet infirmitate legatum. ¶Secundò ad idem adducitur
tex. ff. de leg. 2. l. Lucius Titius. el 1. vbi si testator legauit mili
tiam, quam postea viuens vendidit, non redditur legatum in
utile, sed agitur ad pretium, ergo in casu proposito videtur agi
posse ad integrum pretium. ¶Tertiò confirmantur per tex. C.
de lega. l. qui post. & insti. eo. ti. §. si rem. vbi licet testator præ
dia iam legata obligauerit, vel hypothecauerit extraneo in cõ
tractu, post testamentum, & tamen semper testamentum, quò
ad prædia legata robur, & integras vires retinet, quæ pignora-
tio dicitur alienationi æquipollere. l. 1. §. eam rem. ff. quæ res
pign. C. de reb. alie. non alie. l. fi. & de prohi. feu. alie. c. impe-
2 rialem. §. fi. 10. col. in vsi. feu. ¶† Sed his non obstantibus stan-
te veritate superioris thematis contrariam sententiam, puto
de iure veriorem, videlicet, ꝙ legatum antedictum reddatur
ademptum & inutile, quantum est pro dimidia, scilicet pro
ea parte ꝓ qua facta fuit in Iuliũ Caiũ vẽditio, & de hoc sunt
iura clara & vulgaria. ff. de leg. 3. in l. fideicommissa. §. rem. in
prin. ff. de adi. leg. l. rem legatam. insti. de leg. §. si rem. in ter-
minis in alienatione partis rei legatæ sunt tex. ff. de leg. 1. in l.
si ex toto, in prin. in l. legatum. §. 1. de adi. leg. in l. scribit. §. ité
scribit. de auro. & arg. leg. & in d. §. si rem. facit de leg. 1. l. Sti
chum qui meus erit. vbi per venditionem, seu alienationem
etiam onerosam, dummodò non sit facta vrgente necessitate,
semper reuocatur legatum pro ea parte, pro qua facta est alie
natio. semper enim considerant, & differentiam faciunt præ-
alleg. iura inter alienationem factam sponte, & illam, quæ ne-
cessitate vrgente contrahitur, non autem diuersificant aliena-
tionem onerosam à lucratiua, quotiescunque vtraque aliena-
tio libera, ac spontanea, voluntate celebraretur. patet in tex. in
d. l. rem legatam. vbi considerat necessitatem rei familiaris. &
ibi hoc expressè Bar. non attendendo quid ibi dixerit glos. &
fortius etiam tex. in d. §. si rem. de leg. 3. iuncta gl. j. & 3. & ibi
Bar. & Bal. & gl. insti. de leg. §. si rem. & idem gl. Cy. & doc. C.
de leg. in l. 3. & ita rectè intelligendo absque violatione literæ
loquitur tex. in d. l. si ex toto. & in l. cum seruus. de adi. leg. &
etiam gl. in d. l. Lucius, vide tamen singulariter Iac. But. in d.
l. 3. qui aliter videtur sentire, & ego pro hoc dico esse text. ex-
pressum. ff. de aur. & leg. in l. scribit. §. item scribit. prealle. qui
loquitur in venditione. & sic in tit. oneroso. tamen facit diffe
rentiam, an venditio fuerit voluntariè facta, an necessitate cõ
pellente, vt primo casu reuocatum intelligatur legatum, se-
cundo vero non. & ibi hoc expressè sensit Bartolus supplen-
do ad literam in verbo, diminuere. dum dixit, quod quidem
præsumitur in alienatione voluntaria &c. ¶Et prædicta etiá
procedunt in alienatione donationis, quod est fortius, vt est
dictum aureum Dyn. secundum Bal. & post eum. ff. de lega. 1.
in d. l. Stichum qui, quod non puto intelligendum in reuoca
tione donationis factæ vxori suæ, per tex. no. C. de don. inter
vi. & vxo. l. si maritus. la 2. & l. cum hic status. §. si maritus. ff.
eo. ti. & no. Cy. in l. 3. C. de leg. quod no. ff. de dona. l. fin. §. Lu-
cius. & per no. per Bar. ff. de adi. leg. in d. l. rem legatam. ad fi.
¶Posset insuper hæres prædictus se alio iuris remedio tueri,
posito ꝙ non constaret dictam alienationem sponte & nulla
necessitate cogente celebratam fuisse, vt præsupponitur in ti-
tulo quæstionis, videlicet quod verè, vel præsumptiuè proba-
ret testatorem huius animi fuisse, vt per dictam alienationem
3 legata intelligerentur pro ea parte adempta, † cuius probatio
a nis, onus ipsi hæredi [a] incumberet. ff. de proba. l. eum qui. &
præalleg. §. si rem. & ff. de leg. 2. l. Lucius Titius, la j. alleganti
enim mutatam voluntatem. semper probandi necessitas incũ
bit. l. 2. & l. quinquaginta. in fin. ff. de proba. c. 1. extra ut eccl.
benefi. 6. quæst. vlt. actor. ¶† Non obstant allegata in contra-
4 rium. & primò l. pater, de adi. lega. quia ibi legatum consiste-
bat in genere & quantitate, & licèt talis quantitas, scilicet pe-
cunia legata fuerat per testator in alium translata, tamen lo-
co eius, & de ipsa pecunia testator rem & speciem emit, ex
qua specie legatum præstatur quasi res ipsa loco pretij succe-
dat. arg. l. si rem & pretium. de peti. hær. l. Imperator. §. fi. ff. de
leg. 2. & quod habetur. C. de rei ven. l. mater. & in l. ut propo-
nis. diuersitas ergo rationis est, tam in vno casu, quàm in alio,
ergo nimirum si diuersitas decisionis statuta est, ff. de verbor.
oblig. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obli. l. sed
hæc dissimilia sunt. & ff. de calum. l. fi. de neg. gest. l. eum actũ.
¶Successiue non obstat tex. alleg. in l. Lucius. de leg. 2. quia ibi
non simpliciter legauerat militiam, siue fundum, vt in casu
dubitationis præmissæ, sed legauerat militiam, seu pretium, ꝙ
ex venditione militiæ redigeretur, nimirum igitur, si ibi per
venditionem militiæ non reuocatur legatum cum testatoris
voluntate etiam pecunia legata fuerit, a cuius verbis, & mente
minimè recedendum est, cum legis vim. & effectum habeat.
C. de libe. præt. l. 3. de lega. 3. l. non aliter. & l. si quis ita. §. con
ditio. de admen. le. in auth. de nup. §. disponat. ¶Postremò ad
l. qui post. C. de leg. & §. si rem. instit. e. ti. dico ꝙ præsens con
sultatio & supradicta locum habent in venditione, contraria
vero loquuntur in pignoris, seu hypothecæ obligatione, per
quam non videtur tacitè de iure reuocata præambula testan-
tis dispositio, vt ibi. ¶† Nec habet obstare, ꝙ obligare dicatur
5 alienare, quia vt dixit Cy. & doc. in d. l. qui post. nam illud est
verum largo sumpto vocabulo, probatur. ff. de pign. l. in quo-
rum. & not. gl. Cy. & doc. in l. fi. C. de reb. alie. non alie. patet
ibi in rubrica, dum dixit, de reb. alie. non alie. & prohibita re-
rum alienatione, vel hypothecarum &c. nisi tamen talis obli
gatio, seu pignoratio facta fuisset pro tanta pecunia, ꝙ nulla
esset spes luitionis. vel ita obligatio facta fuisset, vt res cõtinuo
remaneret pœnes creditorem. tex. est no. & ibi Bart. ff. de leg.
3. in l. qui habebat. in prin. & no. idem Bar. in d. l. in quorum,
& Pet. & Cy. in d. l. 3. C. de leg. Ex prædictis concludo, legatum
fundi de quo. s. pro dimidia reuocatum fuisse per dictam alie
nationem spontè factam, & in reliqua dimidia vires hr̃e. Alc.

ADDITIO.

a ¶Hæredi. idem. infr. lib. 7. consi. 157. imò in dubio non incumbit,
onus probandi hæredi, quia alienatio præsumitur in dubio sponta-
nea & voluntaria, vt dixi in nouis intel. in d. l. cum seruus. de adi. le.

EPITO-

## EPITOME.

POSTERIOR conuentio non derogat priori, si concordari possint.

## CONSILIVM CLXX.

Viso instrumento consignationis certæ petiæ terræ factæ per Blasium de Bernutijs Bartholomæo, &
Antonio de Castolis ex causa dotis pro libris centum, cũ certis pactis de quibus plenius, in instrumento superindè confecto sub die. 19. Ianuarij anni. 1458. ¶ Quæritur an elapso quinquennio cum non fuerit dicta petiæ terræ in alium translata,
nec redempta per dictum Blasium, possit per dictum Blasiũ
peti quanti plus valeat dicta petia terræ ex seipsa, secundum
quod per bonos viros in similibus peritos & de confidentib.
partium eligendo æstimabitur, detractis per ipsos de Castolis
melioramentis si qua fecerint, non obstante alia subsequenti
clausula eiusdem instrumenti, in qua cõtinetur, ꝙ dictus Blasius renunciauit, ꝙ non possit vllo tempore dicere se in dicta
consignatione fuisse deceptum vltra, vel citra dimidiam iusti
pretii, aut supra scriptam petiam terræ plus suprascripto pretio valere, vel valuisse. quod si quo tempore apparuerit, vel apparere poterit, fecit finem & quietationem de non petendo illo pluri, prout latius in dicto instrumento cõtinetur. ¶ Et breuiter concludo, ꝙ non obstante dicta subsequenti clausula,
potest per dictum Blasium peti, quanti plus valeat dicta petia terræ, secundum quod per bonos viros eligendos de nume
1 ro confidentium, vt s. æstimabitur, quia licet† posterior cõuentio regulariter sit attendenda, tanquam derogans priori. l. pacta nouissima. C. de pac. & l. si quam. ff. de rescin. vend. l. pacta
conuenta. ff. de contrahen. empt. tamen vbi in vno, & eodem
instrumento, seu contractu sunt duæ clausulæ, quæ quamuis
prima facie videantur continere repugnantiam, si tamen cum
* aliqua subdiuisione, seu distinctione potest illa * contrarietas
a & repugnantia euitari, illud ª fieri debet, vt in prima constitutione Cod. §. quibus. l. item videndum, in prin. & l. illud. ff. de
pet. hær. c. cum tu. de testi. & ita not. Cy. in l. in exercendis. in
2. q. C. de fide instru. & Bar. & alii. in l. scripturæ. eo. tit. & Ioã.
An. in c. imputari. de fi. instr. facit l. sed posteriores. ff. de legi.
& l. 1. C. de inoff. do. vnde dicta sequens clausula intelligi potest, & debet, ꝙ vllo tempore non possit dicere se deceptum,
aut dictam petiam terræ plus suprascripto pretio valere, & si
quo tempore apparuerit, de illo pluri, fecit pactum de non petendo illo pluri, scilicet aliter, quam eo modo, quo in præcedenti parte instrumenti cõtinetur, videlicet, nisi elapso dicto
quinquennio dicta petia terræ non existente translata in aliũ,
nec redempta per dictum Blasium appareret per æstimationem bonorum virorum eligendorum, de numero confidentium dictam petiam terræ ex seipsa plus valere, quia de illo
pluri debeat dicto Blasio satisfieri. multis enim modis posset
constare de valore & æstimatione, vt legitur & not. in l. pretia
rerum. ff. ad le. Fal. & no. in l. 2. C. de rescin. vend. & in c. cum
causam quæ inter economum. cum si. de testib. sed quo ad casum nostrum, vt possit dictus Blasius consequi illud plus, debet seruare formam æstimationis, de qua fit mentio in prima
parte instrumenti, nec enim est capienda interpretatio, quòd
contrahentes voluerint incontinenti se corrigere, quia nõ est
verisimile, vt legitur & no. in l. non ad ea. ff. de cond. & demõ.
2 ¶ Accedit id, † quod no. Albe. de Ros. in l. non erit. §. dato. ff.
de iureiu. vbi per ibi no. per gl. dicit, ꝙ si testes dixerunt tale,
quid fuisse factum præsente Titio & Seio, postea in fine inter
* rogati, quibus præsentibus factum fuit, dixerunt * nullis præsentibus. debet intelligi nullis præsentibus. l. excepto Titio &
Seio. & isto modo saluabitur dictum eorum, & bene facit, qđ
in fi. no. Spe. in tit. de noto. crimi. §. fi. ad fi. cum si. Ex quibus
veram dico conclusionem suprà positam. Ale.

### ADDITIONES.

Potest illa. ] Verba instrumenti intelliguntur, saluis suprascriptis, vt vult Ale. consi. 21. col. 2. lib. 7. & saluis infrascriptis, secundum Bar. ad l. fi. §. idem quæsijt. ff. de lib. leg. Natta.

a ¶ Illud. supra lib. 2. consi. 141. nu. 5. supr. e. consi. 117. nu. 14.

* Dixerunt. ] Istud idem vult Bart. ad l. de ætate. col. 3. ff. de minor. ponunt recentiores ad l. 1. ff. si cer. pet. Natta.

## SVMMARIVM.

1 Testamenti tempus inspicitur in legatis.
4 Responsio refertur ad factum, non ad qualitates.
5 Filius an præsumatur habere de bonis patris.
6 Aliud est non esse in bonis, vel in dominio, vel quasi. nu. 11.
7 Nomina non veniunt in legato mobilium.
9 Non iuratur in litem, nisi contra dolosum.
10 Sententia in æstimatione rei petitæ, non valet.
14 Confessio interpretatur pro confitente, nec potest diuidi. numero 15.
16 Affinis non est integer testis.

## CONSILIVM CLXXI.

In causa & lite inter Bartholomæum, quondam Stephani
de Tassonibus agentem, tam nomine suo proprio, quã
tanquam cessionarius Oddonis suis fratris, & Lucam, quondam ser Petri, & Tonium, quondam Iacobi de Tassonibus se
defendentes, super tribus, videtur principaliter insistendum.
¶ Primò vtrum iustè potuerint, & debuerint condemnari Lucas & Tonius ad quantitatem canapis petitam, seu loco canapis in certa quantitate pecuniæ potuerit ferri condemnatoria, prout lata esse dicitur. ¶ Secundum, vtrum potuerit ferri
condemnatoria pro certo pari boum petito, vel loco eorum
in certa quantitate pecuniæ, prout dicitur sententiatum esse.
¶ Tertiò similiter quid in curru, vel eius æstimatione breuibus expediam, quia res euidentissima est, propter defectum
actoris intentionem suam non probantis, tum etiam quia in
voce satis opportunè dictum fuit, tum quia coram intelligen-
1 tissimo res agitur. ¶ Et pro fundamento † omnium prædictorum præsuppono, quod in legato facto per ser Petrum, Bartholomæum & Oddo. in quo reliquit eis tertiam partem omnium ipsius testatoris bonorum mobilium, comprehendun-
a tur tantum ea bona, quæ tempore testamenti ª erant in bonis
testatoris. l. fi. §. 1. ff. de leg. 2. & ibi hoc firmat Pe. Bart. & Bal.
hoc apertius & plenius firmauit Bar. in l. si ita. ver. 2. est uidendum &c. ff. de aur. & arg. leg. vbi concludit, ꝙ si testator dixerit, lego omnes res meas, quæ sunt in tali villa. vel dixerit. lego
omnes res meas mobiles, & sic non legauerit omnem suam
substantiam, tunc comprehenduntur tantum ea, quæ erãt in
bonis tempore testamenti. allegat. d. l. fi. §. 1. & l. si mandaue-
2 ro. §. is cuius. ff. man. ¶ Hoc idem voluit gl. † & ibi Petr. Cyn. &
Bar. in l. fi. C. quæ res pig. obli. pos. & ibi concludunt præfati
doc. ꝙ vbicunque fit dispositio generalis aliqua, in qua venit
translatio dominii, prout in legato bonorum, tunc si non potest præuidere dispositionens quot bona in futurum possent
comprehendi sub dispositione illa, nunquam talis dispositio
refertur nisi ad præsentia. l. si ita. & l. medico. ff. de aur. & arg.
leg. vt in testatore legante mobilia, nam præuidere non potest
quot mobilia in futurum habiturus sit. Et in si. no. idem Cyn.
in l. non modus. C. de ser. & in terminis firmat Pet. in l. grege
ff. de leg. 1. cuius originaliter fuerunt doctrinæ prædictæ. ¶ Secundò præsuppono, ꝙ testator in dicto legato, videtur legasse
ea, quæ erant in dominio, vel saltem, quasi dominio ipsius testatoris. l. seruos. ff. de leg. 3. & l. 5. §. ex argento. ff. de aur. & argen. leg. ¶ Et hoc ostendunt verba testamenti ibi, de bonis ip-
3 sius testatoris. † genitiuus enim denotat dominium. l. 2. §. in
locum. ff. de reli. de proprio significato, à quo etiam in testamentis non est recedendum, nisi aliter de mente constet. l. nõ
aliter. ff. de leg. 3. & l. & alii. ff. de usuf. leg. & declarat in proposito Bar. in prin. C. & in rub. ff. de oper. nou. nun. & in d. l.
Quintus. §. argen. ¶ His præsuppositis uenio ad quantitatem
canapis, & dico quod in processu minimè est probatum, ꝙ canapis tempore testamenti esset in bonis testatoris, imò nec ab
eo detentus uel possessus testamenti. Item non est probatum,
quod iure domini, uel quasi spectauerit ad testatorem, imò
expresse facta est ab actore positio, in qua dicitur. Item ꝙ dicti Lucas & Antonius sciuerunt, & sciunt, uel saltem credunt
ꝙ dicta quantitas canapis erat in bonis dicti, ser Petri tempore, quo condidit testamentum &c. & illi positioni responsum
est, non

est, non credit, ita quod non est probatum, ꝙ esset aliquo tem
pore testamenti in bonis ser Petri. ¶Nec obstat si diceretur, qd
vna positio est, in qua dicitur, quòd dictus Lucas & Antonius
sciunt, ꝙ constitutus in iudicio Ioannes Rubinus in præsen-
tia Lucæ fuit conuentus a Luca pro octo milibus libris capa-
nis prædicti. Et vnus ex principalibus nostris negauit, alius ve
ro respondet & dicit, credit quod conuenit dictum Io. pro li-
bris duobus milibus canapis &c. Nam etiam quantum ad istũ
sic respondentem dico, ꝙ non nocet dicta responsio, quia nõ
4 dicit de quo canape, nec debet referri † ad canapem in posi-
tione qualificatum, qui erat ser Petri tempore testamenti, &
c sic vna cum omnibus qualitatibus suis, [c] vt firmat eleganter
Bar. in l. si cui serui. §. si a filio. ff. de leg. 1. per illum tex. & idẽ
ibi Bal. idem Spe. in ti. deposi. §. 7. ver. 11. & d. Ant. in c. 1. cir-
ca. 2. col. de plus peti. & Imo. in l. si quis à filio. in princi. ff. de
leg. 1. & in l. sed si dubitet. §. j. ff. de fideiuss. ¶Præterea vt patet
in actis dictus Lucas, quando petiit à Io. Rubino dictum ca-
napem petiit, tanquam suum, non tanquam de bonis olim,
5 ser Pet. ¶Nec ob. si quis diceret præsumitur, † ꝙ esset de cana-
pe patris viuentis, quia filius ea, quæ habet præsumitur habe
re de bonis patris, quia respondeo pluribus modis. Primò ꝙ
non apparet in actis probatum, quod tempore, quo canapis
peruenit ad Ioannem Rubinum patrem Lucæ, Petrus testator
viueret. Secundò respondeo, ꝙ licet glo. & doct. communiter
in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. in prin. & Specu. in tit. de
actore. §. 1. ver. sed quid si dubitatur. & Bald. in l. iubemus. C.
ad Treb. & in l. 2. C. de pa. pot. dicant quod debet attendi qua
litas personarum & industria filii &c. tamen in hoc non insi-
sto. Sed in hoc pondero notabilia verba Bal. in auth. ex testa
mento. in 7. col. C. de coll. qui in hoc dicit, ꝙ onus hoc pro-
bandi per istas qualitates incumbit alleganti & agenti. & idẽ
videtur ipse velle in d. l. cum oportet. vnde cum aduersarius,
scilicet Bartholomæus agat & etiam alleget, quod dictus ca-
napis, quem Lucas, tanquam suum proprium petiit, erat ser
Petri, oportet quod ipse illud probet probando coniecturas
prædictas, quod minimè probatum est. ¶Præterea posito, ꝙ
præsumeretur fuisse de bonis ser Petri canapis petitus per Lu
cam à Ioanne Rubino, vt patet in actis, tamen non præsumi-
tur, nec apparet, ꝙ fuerit in bonis ser Petri tempore testamen-
ti, prout requiritur, vt superius est ostensum. ¶Denique si ad
hoc diceremus omnia prædicta probata, vel confessata esse,
scilicet ꝙ fuerit in bonis ser Petri tempore testamenti, vt dñt
6 positiones, quod est falsum, tamen hoc † non sufficit, sed re-
quiritur probari, ꝙ esset in dominio, vel quasi dominio ser Pe
tri, vt s. est ostensum, non enim sunt paria rem esse in bonis,
& rem esse in dominio, vel quasi, vt probatur in l. bonorum
appellatio. §. in bonis. ff. de verb. sig. & l. rem in bonis. ff. de
acq. re. do. vbi in bonis nostris esse dr̃ non solũ, qd in dñio no
stro est, sed etiã id, quod tm̃ possidemus. ¶Pro confirmatione
pdictorũ adduco, quia si canapis peruenerit ad Ioannem Ru
binũ viuo testatore, vt ipsi dñt, actio cõpetebat testatori con
tra Ioannem Rubinum, posito, quod canapis fuisset testatoris
7 † ergo in legato bonorum mobilium non comprehendeba-
tur dicta actio, quia actiones sunt tertia species separata à mo-
bilibus & immobilibus. l. quam Tuberonis. §. pen. ff. de pecu.
& l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & no. Ia. de Are. &
Bar. in l. mouentium. ff. de verbo. sig. & in l. potest. ff. de auth.
tu. & Gul. de Cu. & Bal. in l. 1. ff. de statu ho. Bal. & Ang. in l.
si constante. §. fi. ff. sol. mat. & Bart. in l. si arrogator. de adop.
Et in terminis nostris refert do. Abb. in c. nulli, de reb. eccle.
d non ali. quod Old. [d] consuluit, quod si princeps reliquit bona
sua mobilia distribuenda in pios vsus, nõ veniunt actiones, &
nomina debitorum, quia in testamentis verba propriè debent
intelligi. allegat. l. qui hæredi, in prin. ff. de cond. & demonst.
sed actiones dicuntur propriè tertia species, iuribus. s. allega.
ergo &c. ¶Nec ob. si dicatur ꝙ pars aduersa petiit contra prin
cipales nostros, vt canapem exhiberent, & in cõtumaciam eo-
rum non exhibentium potuit in litem iurari, iuxta l. in actio-
nibus. ff. de in litem iur. & l. 3. §. 2. ff. ad exhiben. quia cum re-
8 uerentia isti somniant in Parnaso. Primò, quia hoc iuramentũ
in actis non reperio. † Item quia actione ad exhibendum con
ueniri potest ille tantum, quem constat possidere, & possedis-
se tempore litis contestatæ, vel post, & habeat facultatem rei
exhibendæ. l. Cellus. §. fi. & l. 3. §. fi. & l. tigni. §. item munici-
pes. cum seq. & sequenti. ff. ad exhiben. Sed non est probatum
ꝙ principales nostri dicto tempore possiderent canapem, er-
9 go &c. ¶Præterea dictum iuramentum † non defertur, nisi cõ
tra illum, qui dolo non exhibet. d. l. in actionibus. sed de dolo
non est probatum, & non præsumitur, nisi probetur. l. quo-
ties. §. qui dolo. ff. de prob. & l. dolum. C. de dolo. ¶Circa hoc
etiam non omitto, ꝙ Bar. qui agit, tanquam cessionarius Od-
donis pro dimidia minimè cessionem probauit. nec obstat,
quoddam instrumẽtum diuisionis productum, & à muribus
corrosum, quia non est verum, ꝙ ibi sit aliqua cessio de dicta
parte bonorum mobilium legata per dictum ser Petrum, sed
solum fit ibi quædam cessio de bonis mobilibus hæreditatis
Stephani de Tassonibus, quæ nihil commune habet cum re
ista, ita est si rectè perlegi. ¶Postremò circa canapem apparet
ex alio capite sententiam non tenere, nam in petitione peti-
tur canapis si extat, aliàs autem æstimatio, & in sententia, (ut
audio) simpliciter facta est condemnatio in quantitate pecu
niæ, nec apparet probatum canapem non extare, ergo senten-
tia non est conformis libello, prout esse debet. l. vt fundus. ff.
communi di. & l. fi. C. de fideicom. lib. c. licèt Heli, de sym. &
10 & ꝙ † repetita non valeat sententia lata in æstimatione, fir-
mat gl. Bar. & doc. in l. vinum. ff. si cer. pe. & Bal. in l. fin. C. de
fideic. lib. ¶Circa secundum, scilicet circa boues, similiter di-
co, ꝙ non est probatum, quod iure dominii, vel quasi specta-
rent ad ser Petrum, prout requiritur de iure, vt s. declaraui,
imò non est in positionibus, vel capitulis deductam, nam in
positionibus continetur, quod erat in bonis & hæreditate ser
11 Petri, † sed in bonis esse potest, licèt non sit in dominio, vel
quasi dicta l. bonorum. similiter in hæreditate esse potest, il-
lud quod non fuit in dominio, vel quasi. l. & non tantum. ff.
de peti. hær. ¶Quinimò principales nostri, respondendo di-
ctæ petitioni dicunt, videlicet vnus credit, sed ignorat cuius
erat. & ipsos conducebat ad zoaticam ser Petri, ergo apparet,
quod respondens non confitetur, quod essent ser Petri, imò
totum contrarium dicit, vt ostendunt verba illa, & ipsos con
ducebat &c. nam vt dicunt Pe. Cy. & Bal. no. in l. cum falsa. C.
12 de iur. & fac. igno. pone † quod confiteor fundum esse meum
& tuum, vtrum ista confessio implicet contrarietatem, cum
res non possit esse duorum insolidum. l. si vt certò. §. si duob.
ff. commo. l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. poss. respondent ipsi
quod non, quia confessio debet interpretari, vt nihil contra-
rietatis contineat. arg. l. eum debere. ff. de ser. vrb. præ. proba-
bitur ergo, secundum eos in casu prædicto per dictam confes-
sionem communio dominii, quia illo modo intelligendo, cõ
fessio nihil continet contrarietatis, quod est notatu dignum,
secundum Bal. ibi dicentem hoc considerandum esse, vbicun-
que responsiones videntur sibi contrariæ, quia vt contrarie-
tas euitetur, debent sic interpretari, vt prima dicta trahantur
ad vltima, & vltima ad prima, quod dicit esse menti tenendũ.
facit ca. cum tu. de testi. ita in proposito debet dicta responsio
in qua dicitur credit, scilicet ꝙ erant in bonis ipsius ser Petri,
scilicet ratione custodiæ & detentionis, non ratione dominii,
quia esset sibi contrarius. ¶Alius verò principalis noster dictæ
positioni respondet. credit tempore, quo recesserunt nepotes
& boues ipsos consumpsit tempore suæ vitæ. nam ita respon-
sio non præiudicat, quia dicit, ꝙ credit tempore, quo recesse-
runt, non autem dicit, quod essent sui tempore testamenti, ut
13 requiritur ad hoc, vt legato cederent. ¶Et pro hoc † allego gl.
reputatam singularem in l. certum. in prin. & ibi sequitur Dy.
& Bar. ff. de confess. quæ vult, ꝙ licèt aliàs, qui semel fuit do-
minus, præsumatur hodie dominus l. siue possidetis. C. de p-
ba. tamen si aduersarius meus confitetur me fuisse certo tem-
pore dominum, non probabit ista confessio, ꝙ alio tempore
præsumar fuisse dominus, & illam glo. sequuntur etiam Petr.
Cy. & Bal. in l. edita. C. de eden. & Bald. in l. si minorem. C. de
in inte. resti. mi. & do. Ant. in c. 2. de libel. obla. in illa q. dum
quærit, an sufficiat libellum præsumptiuè concludere. ¶Pro
14 quo facit, † quia confessio debet interpretari contra illum,
e qui vult vti [e] dicta confessione ad probationem iuris sui, nisi
petierit per confitentem declarari, & certificari debere con-
fessionem, vt no. glo. & doct. in c. ex literis, de spon. & in c. cõ
tra eum, de reg. iur. in 6. & Azo in summa Pandectarum. ff. de
reb. dub. Bar. clarè in l. inter stipulantem. §. 1. ff de ver. obl. &
in l. si quis intẽtione. ff. de iudi. & Bal. in l. si quidẽ. C. de exce.

Item potuit esse, quod tempore quo dicti nepotes recesserunt & sic tpe de quo fit mentio in dicta responsione, iam conditũ erat testm̃ ser Petri, & sic licet fuissent boues ser Petri tpe, quo nepotes recesserunt, non sequitur, ergo erant ser Petri tempore testamenti. l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pign. & declarat Bal. in l. si qui adulterij. in fi. C. de adul. Præterea, & similiter sententia est, vt audio non super bobus petitis, sed super æstimatione, & ideo etiam ex hoc capite retractari debet, vt etiam dixi suprà in præcedenti dubio. ¶ Quo ad tertiã, scilicet quo ad currum vnus ex reis respondendo positionib. dicit, credit & ꝙ durante eius vita consumpsit. Alius simpliciter, dicit, credit, responsiones istorum dico, ꝙ non preiudicãt. Primò, quia non respondent, quod currus spectaret iure dñij, vel quasi ad ser Petrum, quia hoc in positione non continet, sed dr̃ in positione, quod erat in bonis ser Petri, quod nõ importat dominium vel quasi, vt est dictum. ¶ Præterea rñsio illius qui dicit, credit, & quod durante eius vita cõsumpsit &c. alia ratione non nocet, quia si boues consumpti fuerunt viuo testatore, & sic sine culpa hæredis, ad illos non tenetur hæres, nec ad eius æstimationem l. cum res. ver. itaq;. & in §. pe. & fi. ff. de leg. 1. & dicta † confessio cum sit cõnexa, oportet quod
15 f in totum [f] acceptetur. l. Publia. §. fi. ff. depos. l. etiam. §. 1. ff. de mi. no. Cy. & Bald. in l. 1. C. de confes. & in l. 2. C. de do. ante nup. Bar. in l. Aurelius. §. item quæsiit. ff. de li. le. Spe. in tit. de posit. §. fi. ver. pe. & Bal. in l. si quidem. C. de transac. & in l. cũ precum. C. de li. cau. per do. An. in c. ex parte decani. de rescr. & in c. bonæ. el 2. & ibi plenius per do. Flor. de postu. præla. & in c. cum venissent, de insti. cum si. Et valebat iste currus totus libras. c. vt patet ex responsione vnius ex reis respondentis positionibus. Retractari etiam debet sententia circa currũ lata, quia similiter lata est super quantitate, & non super curru petito, prout fieri debuit, vt in primo dubio scripsi. frustrà ergo insistendum puto circa defectum cessionis, quem allegaui. s. postquam etiam si cessio apparet, nihil tamen deberetur. ¶ Circa testes partis aduersæ non oportet insistere, quia nihil probant. Nam Gaspar primus testis dicit, quod fuit præsens diuisioni bonorum ser Petri, & ꝙ Bar. & Oddo remanserunt contenti, ꝙ Lucas & Anto. darent eis libras sexaginta pro sua parte Canapis, & libras. 14. pro parte boum & currus, & non recordatur de tempore, an fuerit ante testm̃ vel post. & dicit, ꝙ est affinis Bar. nam primò testis non probat, quia vt j. patebit. ipse est vnicus & singularis, & vox vnius. vox nullius. ca.
16 in omni. de testi cum vulg. Item est † affinis, ergo repellitur, vt no. Spe. in ti. de teste. §. 1. ver. sed nunquid frater. cum duob. ver. seq. Et ad hoc vt testis semiplenam probationem faciat, requiritur, ꝙ sit omni exceptione maior, vnde etiam si esset amicus parti, vel alio modo coniunctus, non facit semiplenã probationem, ita notanter dixit Bar. in l. admonendi. in 9. col. ff. de iureiu. & d. Ant. in c. fi. de iureiu. allegat glo. in l. etiam matris. ff. de prob. Et posito etiam, ꝙ faceret semiplenam probationem, tamen non habet locum delatio iuri in defectum semiplenæ probationis, quia statutum ciuitatis prohibet. Item posito, ꝙ iste testis probaret, tamen non iuuat actorem, quia si verum esset illud, quod testis dicit, debuisset peti per Bart. dicta quantitas pecuniæ, non autem debuissent peti res, prout petitum est, & sup quib. reb. oporret iudicari, non super quãtitate, vt s̃nĩa sit conformis libello. Nec probat iste testis, quòd tpe testamenti in dominio, vel quasi ser Petri esset aliqua quãtitas canapis, & quanta, & similiter de bobus, & curru, imò dicit, ꝙ nescit, an prædicta fuerint, ante testamentum vel post. ¶ Melchio secundus testis nihil probat, nam simpliciter dicit ꝙ tempore quo castrum Butrii fuit inuasum Lucas extraxit, de quadam domo illorum de Tassonibus certum Canapem iudicio suo. 16. centenariorum, & nescit cuius esset, licèt iudicio suo existimet, ꝙ erat ser Petri, nam non deponit, ꝙ esset tpe testamenti. Item non deponit, tanquam testis per sensum corporis, vt requiritur. l. qui testamento. §. fi. ff. de testam. l. testium. C. de testi. sed deponit, vt iudex per verbũ iudicio. ¶ Ioannes vltimus testis deponit pro reis conuentis, nam dicit, ꝙ ipse vna cum Gaspare fuit vocatus à ser Petro, vt dicta eius bona mobilia diuiderent, & tertiam darent Bar. & Oddoni, & ꝙ ita diuiserunt & dederunt, & assignarunt tertiam Bar. & Oddoni, qui de dicta parte remanserunt contenti, excepto canape, cuius quantitatem ignorat, & excepto curru & pari boum, quorum omnium pretium ignorat, & quod fuit inter eos cõuentum, quod Lucas & Ant. vẽderent canapem, & de pretio datent eis tertiam, & quod currus & boues deberent æstimari, & tertiam æstimationis eis dari. & sic iste contradicit dicto primi testis. vt clarè ex eius inspectione patet. & sic quilibet remanet singularis, imò vnus diminuit de fide alterius. c. in nostra, cum ibi no. de testi. & posito, ꝙ iste etiã probaret, debuisset peti æstimatio, & non bona, prout factum est. Item nõ probat iste, ꝙ tempore testamenti essent ser Petri & in eius dominio, nec deponit de quantitate rerum, scilicet canapis, nec de valore rerum. Ex his ergo patet, quòd sumus in regula actore non probante reus debet absolui diffinitiuè l. qui accusare. C. de eden. c. 1. vt eccle. benefi. & sic partes domini iudicantis esse debent in pronunciando malè iudicatum, & bene appellatum. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶ Testamenti. supr. lib. 2. consi. 171. col. 2. supr. lib. 5. consi. 17. nu. 3. sup. eo. consi. 59. nu. 7. Dec. Tholosa. 190.
b ¶ Genitiuus. supr. lib 4 consi. 25. num. 14.
c ¶ Suis. idem Ro. consi. 455. In casu præmisso. consi. 460. illa verba. Ange Are. tra. malefic. vers. compa. dicti inqui. & confit. totũ. co. 1. Matt. sing 33. Cur. l. 2. §. quod obseruari, col. 6. C. de iur. cal. Io. Ana. in rub. de adul. dic ꝙ responsio simplex refertur ad omnes qualitates pertinentes, non autem ad impertinentes, responsio vero super facto vno res persona tantum, non refertur ad cæteras qualitates. Adde Alex. d. l. si cui. Ias. l. si quis nec causam. col. 3. si cer. pet. l si duo patroni. §. si quis iurauerit. 1. col. 2. de iureiur Alcia. l. 1. §. si quis ita. nume. 99. de verborum obli.
d ¶ Old. q. 218. dixi supra lib 1. consi. 45.
e ¶ Vlti. Ro. consi. 455. consi. 460. Ale. sup. lib. 3. consi. 115. nu. v. sup. lib. 5. consi. 183. nu. 7. Soc. l. cum quæritur de re. dub. Ia. l. fructus. col. 3. sol. ma. Hip. Mar. sin. 218. Dec. cap. cum venerabilis. col. 14. nu. 24. de excep. consi. 482. col. 1. consi. 129. col. 1. Ale. de præsum. re. 2. præsum. 12. in fi. Sed vide Cal. consi. 7. de confes. Phil. Fran. c. 2. col. 5. de conf. in 6. idem Ale. infr. lib. 7. consi. 30. nu. 10.
f ¶ Totum. Pau. consi. 296. in fin. lib. 1. sed Cor. consi. 306. litera c, lib. p dixi in consu. Pari. §. 78.

SVMMARIVM.

1 *Positiones & articuli, quomodo differunt.*
3 *Filij triginta annis ab aditione hæreditatis excluduntur.*
5 *Iudex tenetur supplere statutum, sicut ius commune.*
6 *Pluralitas nominum non præsumitur.*
7 *Mors probatur per famam in ciuilibus.*
10 *Testis, vel per verbum credo, vel possibile, non probat. nume. 11. & 15.*
17 *Vir & vxor si simul vendunt, pretium præsumitur peruenire ad virum.*
19 *Statutum quod repetitioni dotis, quinquennio præscribatur, non valet.*
20 *Interesse non liquidatum æstimatur per iudicem.*
21 *Dies tacita interpellat, ut expressa.*
23 *Malafides defuncti impedit hæredem.*
24 *Minor non restituitur contra confessionem, nisi probato errore.*

CONSILIVM CLXXII.

Allegationes.

In causa & lite inter dominam Dorotheam agentem, & Bartholomæam filiam & hæredem, quõdam Iacobi de Bagnagallinis se defendentem, plura sunt considerãda. Et primò an Franciscus filius, quondam dñæ Iacobæ de cuius hæreditate tractatur, fuerit hæres eius in totum, vel pro parte, & pro qua. ¶ Secundò, vtrum Iac. filius quondam Io. de Bagnagallinis, & frater de latere patris dicti Francisci, fuerit hæres dicti sui patris, & an in totum, vel pro parte, & si pro parte, pro qua, & quos habuerit in cohæredes. ¶ Tertiò, vtrum allegata cõpensatio pro parte dictæ Bartholomeæ habeat obstare, & in qua parte, ista sunt tria principalia fundamenta vtriusq; partis, ex quibus relicta depennet si rectè sentio. ¶ Ad primũ dico, ꝙ dictus Franciscus fuit solus hæres & insolidum dictæ Iacobæ eius matris, quod manifestè probatur. Nã pars aduersa respondendo nouæ positioni dictæ Dorotheæ confitetur, ꝙ dictus Franciscus fuit hæres dictæ Iac. eius matris pro rata, habito respectu ad alios filios & filias. & idem confitetur pars aduersa in suis

In suis positionibus nona positione inci. Item quod post mor
1 tem dictæ Iacobæ &c.† quæ confessio preiudicat ponenti, iux
ta ea, quæ hn̄r in l.cum precum. de libe.cau.l.transactione.&
ibi Bal.C.de transac.& quod no.Bar.in l.certum.§. si quis ab
sente.ff. de confes. hæc enim vna est de differentiis interposi-
tionem & articulum, quia ponens vr̄ fateri contenta in posi-
a tione, articulans [a] non, vt no.Io.An.& can.in c.fi.de iureiu.in
6.in no.& Spe.de posit.§.8.in prin.& §.fi.ver.quid si actor.&
Bal.in l.1.in 1.col.de confes.all.Inn.in c.statuimus, de conf.
& quod no.Bal.in l.generaliter.§.1. C. de reb. cred. vnde stat
valida probatio, ꝙ hæres fuerit pro parte, tunc sic, nullibi re-
perio probatum in processu saltem legitimè & plenè, quod
2 aliquis alius ex filiis dictæ Iac. eius hæreditatē adiuerit.† nec
ex potentia suitatis allegari potest, si filius ergo hæres, cum in
matre non sit patria ptās, nec in ea est dare potentiam suitatis
ff.de suis & legi.l.nulla.l.illud.§.ad testamenta. de contratab.
§.fœminæ.inst.de adop. Sed cum iam sunt elapsi anni quadra
ginta & vltra, quibus dicta Iacoba decessit, vt apertè deponūt
testes partis aduersæ, videlicet Ioannes quondam Sancti exa-
minatus super 9. capitulo partis aduersæ, item Gerardus, &
Mengolinus etiam eorum testis super 3.c.& fatetur pars ad-
uersa rn̄dendo positioni septimę ex positionibus dictæ Doro
theæ, vbi fatetur ꝙ decessit Iacoba relicto Ioanne eius viro,
post se iuncta prima eorum positione, quæ dicit, ꝙ sunt.35.an
ni, ꝙ dictus Ioan.eius maritus decessit, ergo si decessit Iacoba,
post se relicto Ioanne, sequitur ꝙ iam elapsi sunt 35. anni. &
3 vltra, † quo lapsu tpis dicti alii filii non adeūtes exclusi [b] sunt
b ab hæreditate paterna, maximè secundū veram & cōem opin.
l.licèt.de iure delib.plenè.ff. de acquir. hære.in l.quandiu.&
gl.in l.cum antiquiorib.C.de iure deli.Bart.etiam in l.j.ff.de
4 condi.ex le.& scribentes omnes in præalle.l.quandiu.† & per
consequens portio filiorum non adeuntium accreuit etiā ip
so iure absq; aliqua aditione dicto Francisco pro parte hære-
di, gl. reputata no. & cōiter approbata. C. quando non peten.
par.in l.1.& in l.sed cum patrono.ff.de bo.pos.ti.generali. &
licèt decessissent aliqui ex dictis filiis cum liberis, vt fuit tan-
tum Blonda, non potuit ad liberos transmitti hæreditas ma-
c tris non adita. [c] l.2.C.ad Orfi.in l.1.vbi no.C. de his qui an-
te aper.tabu.plenè Bar.& doc.in l.ventre.ff.de acq. hær. Nec
ad hoc habet obstare si diceretur, ꝙ Dorothea respondendo
12.& 14.positionibus partis aduersæ ponentis, quod fuit, &
est absq; eo, quod dictus Franciscus fuerit, siue sit hæres dictæ
Zannæ & Margaritæ olim filiarum dictæ Iacobæ, quibus di-
cta Dorothea cautè & appensatè respondit, credit ꝙ nō sit hæ
res pro verba de præsenti, cui dubium quod dictus Franciscus
qui iam mortuus est per 11.annos non est modo hæres dicta-
rum Zannæ & Margaritæ, sed ꝙ tempore, quo vixit Frāciscus
ꝙ ipse non fuerit hæres, hoc non dicit do. Dorothea. Et hæc
tutissima sn̄ia nullatenus relinquenda vr̄. Et posito pro constā
ti, quod prædicta vera non essent, quæ omnino sunt, dico alia
ratione dictum Franciscum esse hæredem insolidum suę ma-
tris. Nam vt pars aduersa confitetur respondendo positionib.
dicit, ꝙ post mortē Iacobæ ex ea remanserunt Frāciscus, Mat-
thæus Sanctes, Zanna, Blonda, & Margari. Tunc sic, dicta Ia-
coba fuit de districtu ciuitatis Imo. nec ad hoc obstat depositio
certorum testium in contrarium facta per partem aduer-
sam, quia non concludunt necessariò, & quasi impossibile es-
set probare contrarium, vt satis tactum fuit in ipso processu,
vt pars aduersa confitetur respondendo.46. & 47.positionib.
Dorotheæ, in quo districtu seruantur statuta ciuitatis Imo. di
sponentia quod stantibus masculis fœminæ non succedant,
5 † quod statutum etiam si non esset in causa allegatum, necesse
habet index supplere, & qn̄cunq; allegari potest sicut, & iuris
dispositio, per ea quæ hn̄r.in l.C.vt quæ desunt aduo.par.ple
nè in l.4.§.hoc autem.de dam.inf.& quod not.gl.& doc.in l.
3.§.si rem.de leg.3.& in l.non solum.ff.de rei vend. & Bal.in
l.terminato.C.de fru.& li.expen.cum concor. ergo dictæ fœ
minæ fuerunt exclusæ, & hæreditas fuit deuoluta ad Francis-
cum, Matthæum & Sanctem. Et demum mortuis Sanctæ, &
Matthæo intestatis, siue per ius accrescendi si non adiuerunt,
vel si adiuerunt ex prouisione legali, successit dictus Francis-
cus.l.consanguinitatis.& auth.cessante, & in cor. vnde sumi-
tur.de legi. hær. ¶ Quòd autem sit probatum de morte dicto
rum Sanctes & Matthæi, ostendo, Nam Iacobus Vgolini testis

Dorotheæ dicit, ꝙ sunt anni 39. quibus decessit Sanctes. &
36. quibus decessit Matthæus. & ꝙ vidit dictū Sanctem mor-
tuum, & quod audiuit dictum Matthæum esse mortuum. po
stea interrogatus & examinatus super capitulo de fama, dicit
ꝙ de his quæ testificatus est, est publica vox & fama. Deinde
Iacobus Simonis alius testis dicit, quod habiti & reputati fue
runt pro mortuis dicti Sanctes & Matthæus, & quod vidit fie
ri luctum & corruptum de morte eorum ab affinibus & con-
iunctis eorum. & examinatus super c.famæ, dicit ꝙ de testifi-
catis per eum est publica vox & fama. Similiter Mengolinus
alius testis dicit, quod audiuit dictos Sanctem & Matthæum
esse mortuos. & in c.de fama, dicit ꝙ est publica vox & fama.
& licet dicat, ꝙ nescit, cuius fuerint filii, nihil habet obesse ex
6 eo, quia † pluralitas nominum * non præsumitur, sed identi-
* tas. facit ad hoc. l.qui habebat, de reb.dub.l.duo sunt Titii. &
ꝙ ibi hr̄ de testa.tut.& quod habetur in l. eum quem temere,
de iudi.no.Iac.But.& Bal.in l 2.C.de erro. aduo. & expresè
Bal.in l.neq; natales.in 3.col.de probat. & clarius per eum in
suo consil.inci. Cum apparet de condemnatione &c. & quod
no.Cy.& Bal.in l.si qua per calumniam, de epis.& cle. Bal. in
l.edita, in pe.col.de eden.& in l.fi.C. de reb.cred.cum si. ¶ Ad
idem Andræas alius testis dicit, ꝙ audiuit, quod Sanctes &
Matthæus erant mortui, & ꝙ vidit facere corruptum in villa
Liuarii per sorores & alios coniunctos. Tunc succedit theori
ca glossarum & doc.in l.2.§.si dubitetur.ff.quemad. test.aper.
& in l.si quidem, vbi per Cy.Bar.& Bal.C.sol.ma.& in l.sed si
de sua.ff.de acq.hær.ar.l.fi.ff.de hær. inst. & l.3.ff. de condit.
7 inde. ꝙ † vbi tractatur de commodo pecuniario ad mortē ꝓ-
d bandam. sufficit fama, vel rumor de morte, [d] maximè, si inter
ueniant aliquæ aliæ coniecturæ, vt si consanguinei de morte
luctum fecerunt, vel eos pro mortuis habuerunt, & maximè
vbi mortui fuissent in loco de longinquo, vt est in casu nostro
nam vt dicit Iacobus Vgolini primus testis, Sanctes decessit
in territorio Mediolanensi, alter in territorio Veronensi. &
istis addo no.per Bar.in tract.de teste.3. char. & in l.quoties.
C.de naufra.lib.11.per dom.Ant.in c.in præsentia. de spons.
& Bal.in l.conuenticulam, in vlt.col.de episc.& cler. per quæ
supradicta, tam in iure, quam in facto constat probatum esse
mortem dictorum Sanctes & Matthæi. ¶ Quinimò etiam præ
supposito, ꝙ dictum statutum nunquam fuisset in rerum na-
tura, ostendo alia ratione, dictum Franciscum esse insolidum
hæredem eius matris. nam præsupposito, ꝙ dicti Sanctes, &
Matthæus sint mortui, & etiam Zanna, Blonda & Margarita,
vt probatur de morte istarum filiarum, tam per responsionē,
& confessionem partis aduersæ in respondendo positionibus
Dorotheæ, quàm etiam per testes partis dictæ Dorotheæ, &
partis aduersæ deponentes de morte Zannæ, & Blōdæ & Mar
garitæ defunctarum, iam sunt anni. 18. & 17. tredecim & vl-
tra singula singulis referendo. Et per consequens decesserunt
ante mortem Francisci, qui decessit, iam sunt anni. 11. tātum
probant manifestè testes Dorotheæ, & per consequens hære-
ditatem matris non aditam, non potuerunt transmittere etiā
ad liberos.d.l.2.C. ad Orfi. & suprà dixi & fortius cum nulla
earum liberos habuerit, nisi Blonda, vt patet in positionibus,
responsionibus, & in probationibus, ac etiam si adiuissent hæ
reditatem matris, quod minimè fecerunt ipsis intestatis dece
dentibus, successit in effectu dictus Franciscus proximior in
gradu, vt s̄.tetigi. Et ex hoc primo capite apparet, ꝙ dicto Frā
cisco & Dorotheæ eius hæredi competit insolidum actio ad
prædictas libras ducentas vna cum interesse petitis. ¶ Ad secū
dum, vtrum dictus Iacobus fuerit hæres insolidum dicti Ioā-
nis eius patris vel pro qua parte, & per cōsequens, vtrū possit
conueniri insolidum, vel pro parte, & dico ꝙ non cauillando,
tam per Zoanninum, quam per ser Iacobum Belestreum, &
alios testes examinatos pro parte Dorotheæ, quam etiam ex
infinitis testibus examinatis pro parte aduersa, liquido con-
8 stat, † tam Iacobum, quam Franciscum solos fuisse hæredes in
ex inhabitatione & possessione, ac recollectum fructuum, &
redituum possessionū hæreditatis dicti quōdam Ioannis, iux
ta ea, quæ plenè hn̄r maximè per Bar. in l. gerit, de acq.hær.&
eo.ti.in l.pro hærede.& in l.2.de repu.hær.& quod not.gl.&
Bal.in l.1.C.si ut se ab hærede abstine. Ex quo videretur, ꝙ ꝓ
dimidia tm̄ conueniri posset dictus Franciscus cum pro alia
dimidia confusæ sint actiones per aditionē hæreditatis factā
per Fran-

per Franciscum.l.debitori.C. de pact.l.Vranius.ff.de fideiuss.
& quod plenè no.in l.socer.§.Lucius.ff.solu. mat.¶Nec præ-
dictis habet obstare, si diceretur, ꝙ imò Franciscus, Iacobus,
Matthæus, & Sanctes, & Catharina filii dicti Ioannis, qui post
eius mortem remanserunt, & non alii, vt pars aduersa confi-
tetur in respondendo decimæquartæ positioni Dorotheæ, &
9 per testes probatur, ergo quilibet † eorum ex potentia suita-
tis fuit hæres patri, & illam ad quoscunque etiam nõ aditam
transmisit iuxta l.1.§.si is qui in potestate.ff.si quis omissa cã
testa.l.ex militari.§.fin.ff.de testam. mil.l. hæreditatem.§. fi-
lius.de castren.pecu.secundum cõem sententiam, de qua ple-
nè in l.si infanti.C.de iure delib.& in l.apud hostes.C.de suis
& legi.in l.1.C.de his qui ante aper.tab.& in d.l.ventre. quia
respondeo vt suprà dixi, ꝙ cum dictus Ioannes mortuus fue-
rit, iam sunt anni 35. vt ipsi ponunt in prima eorum positio-
ne, ergo cum non appareat de aditione aliorum, quàm Iacobi
& Francisci, præscriptione 30.anno. fuerunt exclusi, & adeun
tibus accreuit.d.l.licèt, de iure delib. & suprà latius scripsi.&
etiam si adiuissent, cum decesserint sine liberis, successit eis di
ctus Franciscus ab intestato, vt d.auth. cessante. & dixi.s. ¶Et
aduertat bene iudex, quia etiam si reperiret aliquem testem di
centem se credere, ꝙ aliquis prædictorum fuerit hæres dupli-
10 ci ratione non probat, quia in istis actibus qui † ad sui essen-
tiam requirunt aliquid facti, nullo modo testis probat, nisi as-
signet causam sui dicti per aliquod factum extrinsecum. vnde
ad probandum dolum, vel culpam, vel negligentiam, vel quẽ
hæredem, non sufficit si dicat, talis fuit in dolo, vel culpa, vel
negligentia, vel talis fuit hæres, nisi assignet & probet per fa-
ctum, & sensu corporis, vt multum not.declarat Bal.in l.solã.
C.de testib.in l.de quibus de legi.& Inn.& can. in c. cum cau
sam, de testi. & Bart.in tractatu de teste. debet ergo deponere
testis talis est hæres, quia debita hæreditaria soluit. & sic de
11 singulis &c. ¶Alia † ratione non probaret testis, quia deponit
per verbum credo, etiam si dixisset pro certo credo, vt no.Bal.
in l.siue possidetis.de prob.no.per glo.& Bart.in l.2.§.Labeo.
de aqua plu.arc.& Bal.in l.3.in 5.q.C.de testib.Cy. Ia.de Are.
& Bal.in l.testiũ, in vl.col.eo.ti.& in c.ex literis. de præsu.m.
plenè.in c.quoties, & in c.tam ex literis, de testi. ¶Sed his etiã
non obstantibus dico, quod in totum conueniri potest & de-
12 bet dictus Iacobus, seu dicta Bar.eius hæres. † Nam certũ est,
quod hæres hæredis testatoris est hæres.C. de hær.insti.l.fin.
ff.de cast.pec.in l.1.& quod no.in l.3.ff.de peti. hære. & ideo
dicta Bar.dicitur hæres dicti Ioannis de Bagnagallinis mediã
te persona dicti Iacobi quæ Bartholomæa negauit se esse hæ-
redem pro aliqua parte dicti Ioannis, & etiam dictum Iacob.
fuisse heredem dicti Ioannis, vt patet in responsionibus factis
interrogatoriis primis secundis, & positionibus Dorotheæ,
13 quo casu iure † clarum est hæredem negantem falsò se esse
hæredem comperto mendacio debere conueniri insolidum,
atque si in totum esset hæres, ff.de interrog. act.l. de ætate.§.
si cum esset.& melius.in §. qui tacuit. ea.l. Subdo etiam ꝙ at-
tento, ꝙ dictus Franciscus erat creditor hæreditatis dicti Ioã-
nis vigore dotium maternarum & obligationis omnium bo-
14 norum Ioannis factæ in instrumento dotali, ꝙ † licèt probe-
tur dictum Franciscum possedisse aliqua bona hæreditaria
dicti Ioannis, quòd præsumendum est ipsum possedisse ex cau
sa dictarum dotium & obligationis prædictæ, quia illud erat
sibi vtilius.ff.de solu.l.1.& per consequens non erit probatũ,
dictum Franciscum esse hæredem dicti Ioannis, & in nulla
parte confusam esse actionem competentem dicto Francisco,
vt in terminis firmauit Iacob.de Aret. & Bar. post Azon.ff.de
acquiren.hæred.in l.gerit.in 4.col.in ver. ad secundum quã-
do potest fieri vtroque modo, quod approbant ibidem Mo-
derni scribentes. ¶Ad tertium vtrum allegata compensatio
habeat in aliquo obstare & releuare dictam Bartholo.dico ꝙ
non.& primò super compensatione, quam allegãt facere vel-
le de sumptibus factis per dictum Ioannem in sepeliendo di-
ctam Iacobam, per l. in eum. & l. sic pro rata.ff. de religio. &
sumpt.fun.quia incertum est, quid expendiderit. nam Men-
gus primus testis, & omnes alii testes super hoc deponentes
15 deponunt ut iudices, non vt testes.nam † dicit ꝙ verisimiliter
tantum expendere potuit, vt credit, & non per aliquem sen-
sum, nec per necesse, sed per possibile, quæ omnia inualidant
dictum testis, l.qui testamento.§.veteres.ff.de test.l.j. in prin.
ff.de his quæ in test.delen.no.Bar.in l.de ætate.ff.de mino.&
Bal.in l.3.in vlt.col.C.de testib.& quod hr̃ in l.neq;.C.de pro
bat. cum si. ac etiam quia dicti testes sunt singulares & nullã
fidem facientes.l.ob carmen.§.fi. ff.de test.& ibi not in cap.li-
cet ex quadam.de testi.plenè in c.qualiter & qñ, de accu.cum
concor. ¶Minus etiam obstat allegata compensatio de non-
nullis fructib. & recollectis certarum vinearum & terrarum
pro dimidia, videlicet pro ea parte qua erat hæres Iacobus p-
dictus, quia similiter, vt dixi dicti testes nullo modo probant,
16 saltem necessariò, & singulares sunt. Ac etiam † qa dico, ꝙ de
quantitate pecuniæ, quam nos petimus ad quantitatẽ fructuũ
non procedit compensatio, vt est gl.no.& ibi expresse Iaco.de
Are.Bar.& doc.in l.diuortio.§.ob donationes.ff.solu. mat.&
gl.& doc.in l.neq;.C.de compen. & Bal. in l.fi.in vl.col.e.ti.
& deponunt omnes dicti testes, vt dixi, vt iudices nõ, vt testes.
& per verbum credit, tanto minus etiam fit compensatio de
quantitate ad vineas & terras & res mobiles, vel immobiles.
l.si conuenerit.ff.de pign.act.l.si creditor.§.1.de pecul.l.cum
fundus.§.seruum tuum, cum ibi no.ff.si cert. peta.¶Similiter
non obstat quoddam instrm̃ in quo continetur, quod dictus
Ioannes & Iacoba eius vxor vendiderunt ambo in simul vnã
petiam terræ sex tornaturarum pro libris quinquaginta, quia
non est probatum, ꝙ dicta petia terræ fuerit insolidum ipsius
17 Io.quod quidem † etiam si probatum fuisset, præsumeretur
c totam [c] pecuniam versam fuisse & peruenisse ad manus mari
ti, vt no.tenuit Bal. per ea quæ ibi hñr in auth. si qua mulier.
C.ad Velle.& do. Io. de Imo. multum eleganter in commen
to c.cum contingat, de iureiu.& qd not.Bal.in l.si liqueat.C.
de inof.dona.in add.& Bal.in l.mater, in 7.col.C. de rei ven.
ꝙ non disputo pro modo, quia non expedit. Si aliquid aliud,
ꝙ est minimum quid vendidisset, bene fortè compensandum
esset pro parte, pro qua fuit hæres Ioannis ipse Iacobus. Et
etiam aduertat dñs iudicans qd vbi testes examinati pro par
te aduersa deponunt de nonnullis æstimationibus, testes sunt
18 singulares, nec deponunt, ut testes. ¶Nam vt † dicit notanter
Bal.in d.l.3.C.de testi.in 3.col.in ver. quæro nunquid de æsti
matione. vbi tractatur de æstimatione domus, vel fundi, & si
milium, non creditur testi, nisi reddat causam dicti sui & suf
ficientem, & ita refert tenere Bat.in trac. de teste, & not. per
Bar.& Bal.in l.2.C.de rescin.ven.& in l. pretia ad ie. Fal. & l.
fi.& ibi Bar.C. de præd. & reb. naui.lib.11. ¶Non obstat etiã
victoriæ præsentis causæ, si pro parte aduersa allegaretur, qd
negatum fuit rñdendo positioni.28. Dorotheæ videlicet ser
Ia.quondam Zannis Bazani, de Ducia, qui fuit rogatus de di
cto instro dotali, non fuisse publicum notarium, ergo instrm̃
est priuata scriptura. quia respondetur, ꝙ pars aduersa in re-
spondendo secundæ positioni Dorotheę confitetur in effectu
tenorem instri.quæ igitur probatio magis efficax est quam cõ
fessio.l.cum te.C.de transa.l.proinde. ad leg. Aquil.& c. ¶Mi-
nus etiam obstat tenor constitutionis allegatæ per eos in exce
ptionibus suis, qua cauetur, ꝙ mulieres à die soluti matrimo-
nii intra quinquennium debeãt petere & exegisse dotes, aliàs
cadant à iure suo, quia respondetur, quod dicta cõstitutio nul
19 lo † modo [f] ualet neq; tenet.& hoc habeo pro indubitato tan
f quam peccatũ inducens, vt firmat Tancr. de Cor. in ope suo,
in 12.rub.in q.24.& Bar.in l.oẽs populi, de iust. & iur.Bal.in
auth.ad hæc.C.de vsuris.Ang.in l.1.C.de iu. Io.An.in c.2.de
exce.in 6.& in regula possessor.& do.Ant.& ibi latè per Imo.
in c.fi.de præsc.& idem Imo.in l.sequitur.§. si viam.de vsu.&
Raph.in l.1. ff.e.ti.quod non reputo expediens altius discute
re, quia hęc est cõis & vera snĩa, quam à mille annis citra vsus
approbauit.¶Et ideo dico ex prædictis, ꝙ non tm̃ dictã quan
titatem petitam in libello, sed etiam vna cũ debito interesse
consequi debet Dorothæa prædicta, qd quidem interesse erit
ad rõnem librarum decem pro centenario secundũ quod de
20 clarant testes Dorotheæ.quæ † quidem æstimatio ẽt fieri po-
g test per iudicem [g] ẽt si probatũ non esset.l. quod ex Pamphi-
la.§.fi.de leg.2. Bar.post Cy.& doc.in l.1.ad fi.C.de sent.quæ
pro eo, quod inter.Et hoc à tpe mortis dictæ Iacobæ, quo so-
lutum fuit matrimonium, qui sunt anni vltra quadraginta, vt
probant testes, maximè partis aduersæ, & dixi suprà, vel saltẽ à
tpe 35.annorum citra quibus mortuus est dictus Ioannes, vt
ponitur in prima eorum positione. Et hoc etiam si nulla in-
terpellatio facta fuisset de dicta dote restituenda, cum dies
tacita

21 tacita data à lege, † vt est annus ad dotem restituendam, ita
interpellet, & constituat in mora pro homine, sicut dies ex-
pressa, vt est gl.no.& ibi do.Ioan.& doc.ff.sol.'mat.in l.si mo-
ra.facit c.potuit, de loca.& l.2.C.de iure emphyt. & est etiam
similis gl.in l.si duo.§.fi.ff.de consti.pe. quam ad hoc reputat
no.Bal.in rubr.C.de consti.pecu.in 3.q. & Bald.in l.si pacto,
22 quo pœnam.in 5.col.C.de pact.deposuisset † enim suas pecu
nias mulier ad honestam partem lucri penès mercatores, qđ
sibi licitum fuisset, iuxta c.per vestras, de don. inter vir.& no.
Bar.in l.diuus.ff.ad leg.Falc.& Bal.in l.1.in fin.C. de condit.
indeb.& in l.fi.ad fi.C.de peti.hær.& in l.1.C.pro socio.& ꝙ
no.Bar.in l.tutor qui repertorium.§. pen. & fin.ff.de admin.
tuto.& maximè cum fuerit contractus dotis bonæ fidei.inst.
de actio §.fuerat. & expresse firmat Bal. in terminis nostris in
auth.ei qui.C.de bon.autho.iudi. possi.& quod habetur per
Bar.& doct.in l.1.C.de sent.quæ pro eo, quod inter.& Guil.
de Cu.& scribentes in l.2.ff.de eo quod cert.loc.& in hoc nō
dico vlterius: quia remitto in pectore iudicantis. ¶Postremò
non obstat si per partem aduersam allegaretur, ꝙ stante cōfes-
sione Dorotheæ facta primæ positioni partis aduersæ, quòd
iam sunt anni 35. quod dictus Ioannes decessit, ergo tuta est
Bartholomæa præscriptione 30.annorum. Quia respondeo,
ꝙ ipse Ioannes nullo modo potuit præscriptionem incipere,
23 cum esset in mala fide.† Nec etiam dictus Iacobus eius filius,
h & hæres h stante vera communi sententia, quod successor au-
thoris malè fidei minimè præscribere possit, quod principali-
ter tenuit Host.in summa de præscr.re.immo.§.qui exigūtur.
per c.nouit, extra de iudi.vbi successor in regno conueniebatur
per viam denunciationis ex facto prædecessoris mouetur
etiam quia mala fides authoris obligauit eundem ad restitu-
tionem, & per consequens descendit obligatio in successorē,
licet non sit malæ fidei, sicut etiam hæres vsurarii tenetur ad
restitutionem, licèt ipse hæres non sit vsurarius, nec conscien
tiam habuerit vsurarum, extra de sepul.in c.fi.& ibi not.& cū
hac sententia Host.transit d.Io. de Imo. in commento.c.fi.de
præscr.in quadragesima col.hoc idem tenuit expresse.do.An-
to.in c.si diligenti.de præscr.vbi voluit, ꝙ tam de iure ciuili,
quam canonico successor authoris malæ fidei non possit quo
quō præscribere, per l.cum hæres.ff. de diuer. & temp.præsc.
& quia hæres tenetur animam defuncti à peccato purgare, ꝑ
id quod habetur in c.in literis, de rap.& in dicto.c. fin.de se-
pultu.& hanc opinionem dom.Anto.etiam probat animosæ.
do.Io.in d.c.fi.de præscr. in 3. col. maximè loquendo in suc-
cessore hærede, vt in casu nostro qui dicit in omne ius defun-
cti succedere & eius personam repræsentare, imò vna & eadē
persona censentur.ff.de acquir.hær.in l.hæres in omni.in au-
then.de iureiu.a mori.præsti.C.de fruc.& lit.expen.l.2.& ꝑ
rationem do.Ant.bene facit quod no.Bal.C. ne ex delic.defun.
in l.vni.in pe.col.& Bar.ff. de priua.deli.in l.1. & hanc eandē
sententiam vr̄ amplecti Io.And.in addi.ad Spe.in tit.de præ-
scr.§.fi.Bal.in auth.ad hæc.in 7.col. in ver. sed quid dicemus
de hærede præscribentis per d.c.nouit. & quod no.idem Bal.
& quod no.Bar.post gl.in l.sequitur.§.fructus. & §. hæres.ff.
de vsucap.& hoc idem etiam tenuit Bal.ff.de publici. in l.sed
res.alias inc.eum qui.§.in hac.post gl.in vers. nec proderit.&
do.Raph.in l.Pompo.§.1.ff.de acq.pos.Et per consequens mi
nimè poterit dicta Bartholomæa se tueri iniquissimo iuris ꝑ-
sidio præscriptionis, aut lapsus temporis, quæ sicut nō potuit
fundari in Ioannem obstante sibi sua mala fide, ita nec potuit
in persona Iacobi eius hæredis. Ex quibus omnibus clarè satis
deductum est, & infertur dictam Bartholomæam condemna-
ri debere ad restitutionem dictarum librarum ducentarū vna
cum interesse petitis, & victum victori in expensis condēnan
dum esse. ¶Nec etiam prædictis habet obstare illud, quod mo
do petitum est pro parte dictæ Bart. ipsam restituendam esse
aduersus certas confessiones rn̄dendo positionibus factis per
eam cum authoritate curatoris, tanquam læsam, quia rn̄deo,
24 ꝙ ad hoc, vt dicatur læsa, † & veniat restituenda aduersus ta-
i lem confessionem, requiritur, ꝙ expresse probetur de errore,[i]
aliàs non potest vllo modo obtinere.tex.est cum glo.& ibi ex-
presse Bar..& doct.in l.nam & postea.§. si minor.ff. de iurei.
& Bal.in l.1.C.si aduer. lib. & in terminis nostris p̄cisè Guil.
in Specu.in ti.de resti.in inte.§.1.versi. sed nunquid ecclesia,
vel minor.vbi hoc no.firmat.& cano.in c. auditis. & in c.co-
ram fœlicis.de resti.in integ. aliisq; rationibus & causis allega
tis in processu super quibus breuitatis causa non scribo, quia
non expedit. ¶Atq; etiam non habent derogare fidei nostro-
rum testium tres testes examinati pro parte dictæ Bartholo-
meæ, dum conantur probare, ꝙ Iacobus noster testis erat do-
mesticus & familiaris. Et ad primum testem examinatum pro
dicta Bartholomæa, qui vocatur Iacobus Tonij. ille certè ni-
hil habet obstare, quia deponit & iurauit parte non præsente,
nec citata, vt patet in processu, ergo nullius momenti.C.de te
25 sti.l.si quando.similiter etiam non fuit ille testis citatus,† sed
sponte se obtulit contra ea, quæ habentur in l. post legatum.
§.his vero.de his qui. vt indig.in l.libertorum.C.de testi.Spe.
in ti.de teste.§.qualiter.ver.iudex.& Bald. in l. presbyteri.C.
de epis.& cler.& in auth.sed nouo.C.si cer. peta.& in c.1.de
testi.cog.in l.3.§.lege.de testi.Præterea non dicit, ꝙ fuerit di-
ctus Iacobus domesticus dictæ Dorotheæ. ¶Secundus testis,
26 quę † est domina Francisca nihil etiam obstat. primò, quia nō
deponit dictum Iacobum fuisse de talibus domesticis, qui re-
pellantur a testimonio, de quibus in l.respiciendum.§.fur. de
pœnis.& in l.præsenti.§.sicubi.C.de his qui ad ec.& in l.etiā.
C.de testi.vbi no.& no.in c.literis.& ibi Inn. expresse de test.
in c.insinuante.per eundem.de offi.dele.& Bald. in l.1.C. de
epis.& cler. Præterea non deponit, ꝙ fuerit domesticus tēpo-
re iuramenti, nec depositionis, quod tempus in prædictis at-
tenditur.l.3.§.lege Iul.ff.de testi.l.notionem.§. instrumento-
rum.de ver.sig.l.3.§.duæ.de car.edi.& ibi Bar.& Bal.in l.1.§.
cum quis.ff.de quæstio.Bal.in l.2.& in l. seruos.C. de testi.&
latè per eum.in c.1.qui testes sint neces.in ver.fi. Tertius testis
qui vocatur Bar.iisdem rationibus non probat, & etiam potis
simè quia deposuit, & iurauit parte non præsente, nec citata,
& ipso etiam non citato.

---

ADDITIONES.

a ¶Articulans. Idem Cur. tra. positio. & interroga. col.2.sed isti valde
impropriè loquuntur, quia articuli fiunt ad probandum, positiones
autem fiunt de corpore, vel mente libelli, vel articulorum elicitæ,
vt super his aduersarius respondeat, ut sentit Bald.l.generaliter.§.1.
C.de iureiur.& sic in vtrisque, & ponens & articulans, sicut libellās
fatetur. secus in simplicibus interrogatoriis, quia dans, vel suggerēs
interrogatoria, non fatetur ideo non admittuntur nisi in præparato-
riis, vt per Rotam de sequestra.pos.& fruc.in antiquis Pau.Ias.l.iudi
ces.in fi.C.de iud.Phili.Fran.c.1.col.2.de confes.in 6.

b ¶Exclusi.sup.l.5.consi.73.col.1.

c ¶Addita. Valde errat ꝯ tex.legis vnicæ.C.de his qui ante aper.tabu.

* Pluralitas nominum.] Adde Bar.'ad l. demonstratio falsa.q.6.ff.de
condi.& demon. Natta.

d ¶Morte.supr.lib.2.consi.4.nu.7.supr.lib.4.consi.25. sup. lib.5. consi.
172.Maria.Soc.c.quoniam frequenter.§.porrò.col.pe.vt lit. non con-
test.Bal.consi.398.lib.2.Cor.consi.204.col.2.lib.3.Cæpol. causa ciui.
consi.50.Ale.inf.eo.consi.187.in fi.inf.lib.7.consi.127.in fi.

e ¶Totam.Fab.trac.de emp.& vend.col.26.Cur.senior cons.3. Matth.
Affli.deci.Neap.209.sed dic, vt per And.Tiraq.in consu. Picto.tit.re-
tra.§.31.nu.4.Bal.noue.tra.de dote.par.7. princ.in l.1.col.7. Aymo.
consil.91.

f ¶Modo.fa.supr.e. consi.83.num.4. sed contrafacit.supr.lib.2.consi.
138.nu.6. dixi in consu.Parisi.§.68.

g ¶Iudicem.supr.eo.consi.77.nu.13.

h ¶Hæres.supr.eo.consi.77. nu.3. supr. lib.5. consi.61.nu.7. sed dic vt
supl lib.1.consi.90.in fi.

i ¶Error.sup.lib.5.consi.55.in fi.vbi dixi.

## CONSILIVM CLXXIII.

De requisitis ad probationem consuetudinis.

Viso & diligenter considerato processu redacto in bre
ui summario inter Paulum & Iacobum de Brissā-
nis agentes, & Christophorum, quondam Tuxii de Catellis
ex parte altera. Ad euidentiam dicendorum præsuppono, ꝙ
1 † de iure communi regulariter quilibet potest omnem suam
substantiam alienare in quemcunque etiam post positis pro-
ximioribus & consortibus.tex.optimus.C.de contrah.empt.
in l.dudum.C.communi diui.in l.1.& l.falso.C. de commu.
rerum alien. fateor tamen quod lex municipalis, vel consue-
tudo contrarium dictans, est attendenda & de iure valida, ut
est tex.aper.extra de restitu.in integrum. in cap. constitutus.
quem ad hoc ponderauit Bar. in rubr.C. res inter alios acta.
& in

& in præalle.l.j.cõi diui.Modò igitur restat videre, vtrũ dicta
consuetudo de qua in processu fit mentio, vigeat in munici-
pio terræ Massæ. & sit legitimè probata pro parte dictorum
Pauli & Iacobi, adeo quòd condemnatoria sit ferenda.¶Et eui
a dentissimè patet nullatenus esse probatam, [a] quod pluribus
deefectibus ostendo. nam cum præfati actores fundent se ex
consuetudine eam allegando, in dubio intelligitur de consue-
tudine præscripta.tex.est no. in c. Cumana. de electio quem
ad hoc allegauit Bal.in l.binos.C.de aduo.diuer. iudi.& in c.
1.in prin.de cognitio.feudi.Sed ad hoc, vt consuetudo de qua
in processu probetur esse præscripta, quia habet caussam dis-
continuam.ff.de serui.vrb.præd.l.foramen.requiritur proba
ri consuetudinem viguisse à tanto tempore citra cuius in con
trarium memoria non existat.l.hoc iure §. ductus aquæ.ff.de
aqua quoti.& æsti.firmat hoc not.Innoc.in capitu.cum dile-
ctus,in gloss.fina.de consuetu.& ita procedit gloss. in §.ex nõ
scripto.institu.de iure natura. Sed non est deductum, capitu-
latum, nec probatum de consuetudine tanti temporis, cuius
in contrarium memoria non existat, ergo &c. ¶Ad talẽ enim
consuetudinem tanti temporis probandam oportet, quòd te-
* stes deponant, quod communis * hominum opinio est memo
riam non extare contra dictam consuetudinem.text. est.ff.de
proba.in l si arbiter.not.Barto.ff.de aqua.plu. arcen.in l.2.§.
item Labeo, ad fin.notatur in capitu.1.de præscrip.in 6.& In-
noc.extra, de verbor.signifi.in c.veniens.& Spec.de probat.§.
1.in ver.vl.quæritur & Bal.C.de epis.& cle.in l. conuenticu
lam.quod nullo modo deponunt testes in præsenti cã exami
nati.Sed nedum quod probatum sit de consuetudine, tam lõ-
gissimi temporis, sed nec etiam probatum est de alia consue-
tudine, quæ ad minus decennij tps expostulat, iuxta ea, quæ
habentur & notantur ff.de legi.in l. de quibus & in l. diutur-
na.& in rubr.C.quæ sit longa consuetud. quod clarè demon-
strõ.Nam testes pro parte agentium dicunt, ꝙ ab annis.40. ci-
tra audiuerunt semper dici, ꝙ in terra Massæ est de consuetu
dine, ꝙ volens vendere rem, requirat vicinos, & se id fecisse,
4 quando vendiderunt aliis &c Nam† per dicta verba iam sunt
40.anni citra &c.non probatur ꝙ sint 10. anni elapsi quibus
fuit dicta consuetudo obseruata.sed dicta verba verificantur,
& verificari possunt etiam si vno anno, vel mense proximè
elapso semel, vel bis audiuerunt prædicta dici.Nam ad hoc, vt
testes prædicti probarent de tempore sufficiẽti oportebat eos
dicere, ꝙ iam sunt anni.40.& citra. & per dictum tempus, ꝙ
audiuerunt dici &c. ista probantur in l.1.§. quod autem.ff.de
aqua quoti.& æsti.& declarat Bart.in materia præscriptionis.
ff.de vsucapio. in l. Celsus. & in l. si post.ff.de rei vendi.& in
terminis nostris per eum in l.Labeo.ff.de suppel.lega.& Hos.
& Ioan.And.in c.licèt causam.de probatio.Inno.extra de fide
instrumen.in cap.inter dilectos.Bal.C. de rei vendi. in l.iudi-
5 cia. ¶Nec obstant† quod dicant se, ita audiuisse semper &c.
quia dictio semper, potest verificari in vno anno, duobus vel
tribus annis dictorum.40.annorum, vt no.Dyn. & Bar.ff.so-
lut.matrim.in l.1,& in §.quotidiana per illum tex.ff.de aqua
quoti.& æstiua.& Iac.de Are.& Bart.in prima constitutione.
C.in fin.princip.& Anton.de Butr.& Ioan. de Imol. in proœ-
mio decretalium. & quod dictio semper verificetur etiam in
solo triennio est text.cum gloss.1.& ibi nota.Bal.ad fi.in l.ad-
uersus.C.de vsur.¶Præterea ad hoc, vt testes probent consue
tudinem, oportet quod in omnibus sint concordes.& nullo
6 modo singulares in aliquo, vt j.dicam,† vnde in proposito di-
co, ꝙ ad hoc, vt isti testes probarent consuetudinem, oporte-
bat, ꝙ deponerent, ꝙ iam sunt 40.anni incepti tali tempore,
b & finiti tali [b] tempore: quia posset esse, ꝙ vnus testis intellige
ret de vno tempore, & alius testis de alio tempore, & sic cum
probatio sit dubia, non releuat.c.in præsentia, de proba.l. in-
ter stipulantem.§.1.de verbo.oblig.l.neque natales.C.de pro
ba.cum vulga.ita not.tradidit Bartol.in præallegata.l.Celsus.
in fi.quem sequendo reassumpsit Bal.C. de edicto diui Adri.
tol.in fi.in decimaquinta Oppo. ¶Quinimò etiam vltra præ-
7 dicta dico, ꝙ testes † deponentes super consuetudine in cau-
sa scientiæ & redditione causæ, deponere debent de vsu con-
suetudinis, & declarare vsuum frequentiam, & temporis diu-
turnitatem, & tales vsus & actus fuisse visitatos in loco præsen
tibus & scientibus multis, & infinitis personis, adeò quod ve-
risimiliter constet interçessisse in talibus, tacitum consensum
maioris partis populi illius loci.ita not.declarat Azo.in sum-
ma, C.quæ sit longa consue.& melius Cyn.in repe.l.2.quæ sit
longa consuetu.in versi.sed quæro, quid deponent testes &c.
& Bal.in d.l.de quib, imò vt dicit Cyn.in d.l.2.oportet quod
concordent testes in tempore, & in identitate actuum, alias
essent singulares, & non probarent. quod sequitur Anton. de
But.in c.licèt ex quadam.extra de testi.& Bal.in l.1.C. de test.
in ver.8.quæritur.& Pau.de Leaza in q.incip. Contra instru-
mentum debiti.& Imo.ff.de re iudi.in l.inter pares, quæ om-
nia in depositione prędictorum testium deficiũt. nam nullus
eorum in identitate vnius actus concordat cum alio, nec pro
bant frequentiam actuum, cum præsentia & scientia multa-
rum personarum, adeò ꝙ dicatur constare de tacito consensu
8 populi.¶†Rursus etiam non constat, ꝙ dicta consuetudo fue-
rit obtenta in contradictorio iudicio, prout requiritur.l.cum
de consuetudine.ff de legi.firmat gl.in §. ex non scripto.inst.
de iure na.& in rub.C.quæ sit longa consuetu. vel saltem re-
quiritur, ꝙ extra iudicium aliquis cõtradixerit tali vsui & cõ-
suetudini, vel actui ad hoc, vt virtute talis consuetudinis, quis
postea possit compelli ad talem actũ faciendum, ita notabili-
ter firmat Pet.& Cy.in d.l.2. in ver.3. quæritur circa hoc nu-
quid sine contradictione &c.C.quæ sit long.consuet, ergo cũ
non sit probatum de aliqua contradictione facta, qñ aliquis
vendidisset irrequisitis proximis & consortibus, talis vsus abs-
que contradictione non est efficax, ad hoc ut eius vigore pos-
sit compelli, quis ad vendendum propinquis, vel cõsortibus.
Et ne insistamus in multiloquio, dico ꝙ isti testes absque du-
bio non probant consuetudinem, sed conantur probare quod
publica vox & fama est, ꝙ talis consuetudo seruetur in loco,
9 nam dicunt, ꝙ ita audiuerunt dici &c.Sed certum † est, ꝙ fa-
ma non est plena probatio, vt no.in l.3.§. eius quoq;.ff. de te-
sti.& in l.admonendi.ff.de iureiur.& in l. in bonæ fidei.C.de
rebus cre.& in c.veniens, de testi.& in c præterea, de appel.&
in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæst.cum concor. ¶Et secun-
10 do † ꝙ ad probandum consuetudinem non potest deferri iu-
ramentum in defectum semiplenæ probationis, vt firmat no.
Bal.ff.de legi.in l.de quibus.in antepen.col. in versi. item vbi
agitur de probando &c.Dixit etiam Bal.in l. admonẽdi.ff. de
iureiu.quod vbi quis tantum habet per se famam, non potest
sibi deferri iuramentum in defectum probationis. & idẽ vbi
tractaremus de probanda præscriptione.quæ est odiosa, nun-
quam in defectum semiplenæ probationis poterit deferri iu-
ramentum secundum eum.in d.l.admonendi.¶Fortius dico,
& est verissimum, ꝙ dicti testes etiam non probant, dictam cõ-
11 suetudinẽ per famam, pluribus de causis.Et primò, † nã ad hoc
vt probetur fama, requiritur qd testes dicant audiuisse à maio
c ri parte populi [c] hoc sentiente, vt no.gl in l.3.§.eiusdem quo
que.ff.de testi.& Inn in c.veniens.de ver.sig. no. plenè.Bar.in
l.de minore.§.tormenta. in ver. quæro qualiter probetur fa-
ma.ff.de quæstio. & Spe. in tit. de noto.cri.§.fama.quod non
deponũt testes isti, vt patet ex lectura attestationum. Itẽ opor-
tet quod deponent, quod audiuerunt hoc dici ab hominibus
terræ Massæ s.in illo loco, vbi oportet famã vigere, vt no.Bar.
in d.§.tormenta, in ver.quæro quid si testis dicit, ꝙ hoc audi-
uit dici &c.quod quidẽ non dixerunt testes præfati. Itẽ debẽt
testificari à quibus personis hoc audiuerunt dici, vt cognosca-
tur, an à fide dignis secundũ Inn. in c. qualiter & qñ, de accu.
& Spe.in ti.de inquisi.§.nunc tractemus.& Bar.in d.§. tormẽ-
ta.in ver.quæro quid si testis interrogat &c. & Bal. in l.dissa-
mari.C.de inge.& man.& Sal.in d.l.3.§. eiusdem.ff. de test.&
per eundẽ.C.de accu.in l.ea quidem.Itẽ non sufficit ꝙ testis p-
bet famam simpliciter, sed requiritur ꝙ testificetur ex qua ca
probabili traxit originem talis fama, aliàs aũt non esset fama,
sed vana vox populi, quæ non est attendenda.C. de pœnis.l.
decurionum, & firmat hoc Bar.in d.§.tormenta, ad fi. & Bald.
C. de prob.in l.proprietatis.¶Vltra prædicta etiam dico, ꝙ po
12 sito, ꝙ plenè probata esset talis consuetudo, † tamen dico, qd
dicta consuetudo non est attendenda, quia introducere con-
suetudinem, quæ est altera lex, est iurisdictionis, quæ iurisdi-
ctio non est apud homines castri terræ Massæ, sed apud excel-
sum dñm Marchionem eorũ superiorem, vnde dico, ꝙ homi-
* nes terræ Massæ apud se iurisdictionem * non habentes, non
possunt consuetudinem introducere, vt notanter firmat Bal.
post gl.in d.l.2.in prima & tertia oppo.C. quæ sit longa con-
sue.&

sue.& in d.l.de quibus,in prin.per l.fi. C.de testa.sicut uidemus ꝙ non possunt ēt statuta condere, ut eleganter declarat Barto.ff.de insti.& iure.in l.omnes populi.in 1.q.principali.
13 ¶† Prætereà ēt dicta consuetudo fuit interrupta. vt probant testes examinati pro parte Christophori; ergo cum fuerit interrupta,non est amplius attendenda, iuxta glo.in l.nemo,§.tēporalis.ff.de reg.iu.& Cy.& Bal.post gl. in d.l.2. C.quæ sit longa consue.& Bal.in d.l.de quibus.& Bal. per illum tex.in l.fi.C.de serui.& Io.An.in c.fi.de consuet.& in c.ad audientiā de cle.non resid.& Abb. Mod.in c.per illorum.de præbē. ¶Vlterius etiam dico, quod dicti testes non dicunt ꝙ sit de consuetudine,quod si vicinus uendiderit alteri irrequisito vicino ꝙ uicini possint auferre rem ab emptore:ergo nō habet
14 locū in casu nostro.nam cum talis consuetudo † sit grauis & iniuriosa & contra rōnem, vt dicit tex.in d.l.dudū C.de contrah.empt.talis consuetudo tanquā odiosa & stricti iuris non est attendenda, sed restringenda & in suo casu tantū strictissimè intelligenda.l.quod non rōne,cum ibi notatis.ff.de legi.& no.gl.Cy.& Bal.in l.1.C.quæ sit longa consue.facit.l.prospexit.ff.qui & à quibus,& ff.de libe.& posth.l.cum quidā.cū
15 si.¶Ad prædicta † ēt facit quod not.Bal.in l.1.in prin.per illum tex.cum glo.C.de communi seruo manu. vbi dicit ꝙ licèt statutum compellat aliquem emere, non tamen cōpellat alium uendere nec econtrà. ita in proposito, licet cōsuetudo compelleret venditorem requirere conuicinos, non per hoc tñ compellit emptorem ad reuendendum uel tradendā rem cōuicinis prout in præsenti iudicio intentatū est,& per con
16 sequens sine actione agunt. ¶Nec ēt † habet obstare d.Christophoro, quod non fuerit solutum pretium: quia sufficit ꝙ fuerit habita fides de precio.in §.venditæ. insti.de rerum di.& l.ꝙ uendidi ff.de contrah.emp & ibi gl.singularis.& alia.est.gl. multùm peregrina in proposito in l. inciuile. C.de rei vendi. ¶ Denique debebant saltē dicti agentes si obtinere volebant,offerre d.Christophoro pretium emptionis prędictę,& offerre se velle emere prout ipsi in suis capitulis dñt esse de cōsuetudine, vt probatur in l.filiæ licèt, & ibi Bal.C.de coll.& l.Iul.§.offerri.ff.de act.empt.& quod no.Bal.C.de his quę sub modo.in l.ex his. bene facit dictum.c.constitutus, de restit.in integ.& l.ex placito.C.de rerum permu. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Probatam.supra lib.2.consi.45.
* Quod communis.] Communis opi.fortior est quàm fama.Bal.ad l.ea quidem.col.pe.C.de accus.Spe.in tit.de no.crim §. sequitur.ver.1.& 2.Et quid sit communis opi.& de eius probatione. Spec.in tit.de proba.§.1.vers.illud autem sciendum. Natta.
b ¶Tali.supra lib.5.consi.89.nu.2.
c ¶Populi.supra.lib.2.consi.94.in fi. Hæc eadem de probatione famæ ponit Dec.ad c.1.colum.pen.de appel.Adde prædictis, quòd testes de fama debēt esse optimæ opinionis,secundum Dec. ad ca. primum col. pen. de appel. vbi infert ad statutum disponens stari iuramento damnum passi,vt iurans debeat esse optimæ opinionis.
* Iurisdictionē.] Cōtra facit,quia licet Clerici nō possint statuere aduersus ius cōe,tñ consuetudinem possunt inducere;Fel.latè ad c. ꝙ super his col.1.de maio.& obed. Et pro confirmatione eius, quòd hic scribit Alex.facit quia, vna familia non potest inducere consuetudinem, nisi habeat imperium, & sic ius statuendi, vt pulchrè per Alex ad l.si nō speciali.col.2. C.de testa.post plures Doctores, quos allegat Opinio verò Alex.videtur esse de mente Inno. ad c.cum accessissent.de constitu.vbi formaliter inquit,quòd vniuersitates,quæ habent iurisdictionem, possunt facere statuta super omnibus quæ ad iurisdictionem suam pertinent, sicut & consuetudinem inducere possunt. ff. de legib.l. de quibus. Et de prædictis vide Ias. ad l.omnes populi.in euidentialibus.ff.de iusti.& iu.& in 1.q. Bart.vbi latè tangit, & eundem ad d l.de quibus.3.no. col.8. & opinionem Alex.amplectitur Marian consi.7.col 3.lib.1.inter consi.Soc.& est de mente Bartoli ad d.l.omnes populi.q.1.prin. Nat.

EPITOME.

CONFESSIO liberatoria non valet parte præsente nisi acceptante.

CONSILIVM CLXXIIII.

In causa & lite inter Magistrum Dominicum Calzaiolum agentes & Maxium de Saxuolo se defendentem: quia intētio actoris clarè fundata est per productionem instrumenti debiti. Difficultas consistit in hoc: vtrum per testes Maxij concludentes ꝙ magister Dominicus existens in præsentia d. Maxij ad interrogationē Simonis de Manfredis confessus fuit per hæc verba, Io ho hauuto à fare con Massio de Sassuolo, & ci sono rimasto seco d'accordo, perche mi ha molto ben contentato, & pagato interamente di ciò che hauemo mai à fare insieme, & etiandio di Buoi & Zoattiche &c. in præsentia dicti Maxij nil dicentis nec interrogantis,sit & intelligatur esse probatum d.magistrum Domi
1 nicum fuisse satisfactum? in quo breuiter † videretur dicendum quod sic: quia talia uerba prolata præsente aduersario, habent vim taciti pacti de non petendo, maximè quò ad liberationem.l.tale pactum. in prin.ff.de pact.l.postquam liti supra de pact.facit.l.fi.ff.de interrog.act. & l.certum. §. si quis absente.cum ibi no.ff.de confessis. & plenè etiam not.in c.fi. de confessis.imò tenuit gl.reputata notabilis in l.non solum. §.si liberationis uerba.ff.de libe.lega.quod quò ad liberationem &ad inducendam doli exceptionem sufficiat confessio extraiudicialis etiam facta parte absente, & sequitur Guil.de Cu.in l.Pompo.ff.de neg.gest.¶Sed præmissis non obst.puto
2 contrarium.ad quod ostendendum præsuppono, ꝙ † etiam ad liberandum non sufficit confessio extraiudicialis facta parte absente secundum communem sententiam, vt infra ostendam,dum rñdebo ad no.per glo.in d.§.si liberationis verba. ¶Præsupposito igitur ꝙ necessaria sit præsentia, dico ꝙ ubi in confessione requiritur partem esse præsentem,non sufficit sola præsentia nisi pars præsens dictam cōfessionem recipiat &
a acceptet. [a] ita tenuit Cy.in l.1.in 6;q. C.de confessis.Idē firmat ibi latius Sal.in 15.opp.vbi dicit ꝙ si confessio tam ad liberandum quam ad obligandum emauauit aduersario non petente seu non instante nec recipiente uel saltem acceptante,non præiudicat confitenti.probat ipse primò: quia nō deseruit significato uerbi.l.2.§.appellata.ff. si cer.pet.l.tugurij. ff.de verb.sig.c.cum secundum.de præben.est.n.confessio simul duorum pluriumue eiusdem rei fassio, ex dictione cū, quæ simultatem no.ff.de pac.l.1.ff.de act.& obl.l. consensu.& l.j.C.de lit.contes.& fassio,quod idem est,cum,dictio.deriuatur.n.a faris uel fare &c.si ergo simul uterque non fatur, nō debet valere confessio.ar.l.1.in prin.ff.de verb.oblig. Secundò mouetur: quia cum aduersarius neutrum prædictorū fecerit,non videtur de ea curasse, vt nō uera. Tertiò,quia multi per locū uel per solatium talia uerba proferunt vel ut euitent interdum petitores quærentes ab eis mutuari & ipsi curialiter uolentes illos repellere dicunt:ego non habeo: imò a Petro hic existente recipi pridie centum mutuo, & tñ Petrus tacet,qui si forsan testem uocaret,ille tunc negaret.Item quia in confessione quasi contrahitur l. de ætate. §. qui interrogatus.ff.de interr.act. & in quasi contractu consensus exigitur. ff.de acti.& obli.l.obligationum substantia.§.1.& 2. Et idem etiā tenuit ipsemet Sali.in l.iubemus.C.de liber.cau.ubi iuxta illam gl. ibi dicentem quod non sufficit confessionem apparere in actis factam coram tabellione uel iudice,sed requi
3 ritur† ꝙ fiat coram iudice & in figura iudicij.quærit Sali. ibi quomodò intelligatur fieri in figura iudicii. & respondet ꝙ suo iudicio intelligi debet,qñ fit ad petitionem partis si pars est præsens,uel ad petitionem iudicis interrogantis seu cōfessionē acceptantis,& in figura iudicij.i. eo pro tribunali sedēte.l.interrogatū.C.de libe.cā.¶Et ex hoc dicit notari, ꝙ non sufficit ꝙ testes super confessione deponentes dicant illū cōfessum fuisse coram uel præsente iudice,nec sufficeret eadem ratione si dicerent ꝙ confessio extraiudicialis facta fuit parte præsente,sed debent addere,& eo instante & petente seu confessionem acceptāte,secundū cō.Idem ēt tenuit Bal.in l. suus hæres.C.de repud.hære.in 2.no. & ibi vr̄ esse tex. iuncta glo. hoc etiā sequitur Florianus de S.Petro in l. fi. ff.de interrog. act.per aliquas rationes quæ in effectu fuerunt Salic.in locis
4 suprà allega.& recitaui supra.Pro hoc etiam adduco† no.per Pet.& Cy.in auth.sacramenta puberum.C.si aduer. uēdi. in 10.q.vbi dicunt ꝙ licèt sufficiat fieri confessionem coram iudice ad hoc ut acquiratur parti etiam absenti, quia iudex tanquàm publica persona potest acquirere absenti.l.1.§.exigere. ff.de magi.conue.l.2.cum seq.ff.rem pup.sal. fore. & ibi plenè per docto.tamen hoc dicunt esse uerum,si iudex erat præsens ad hoc,& apparet ꝙ erat huius propositi, vt confessionē

pro absente reciperet, aliàs non sufficeret præsentia. & probant per d.l.fi.ff.de interrog.act. idē in hoc vlti. videtur sentire Bal.& Bar.in l.postquam liti.C.de pact. & do. Ant. in c. fi.de confessis.& plenè prosequitur Petr.de Anch. in cle.j.de renuncia.cum si.¶Ad prędictorum confirmationem adduco vrgentem rationem,nam vt dixi secundum communem sententiam requiritur in confessione saltem præsentia aduersarij.
5 Modò dico sic,† vbi lex requirit præsentiā alicuius,requiritur præsentia & intelligentia simul, vnde non sufficeret sola corporis præsentia.l.coram.ff.de verb.sign.l.idem;proferre.§.coram.ff.de arbi.l.1.in fi.ff.de autho.tutor. licet ergo testes Maxij dicant Maxium fuisse præsentem dictæ confessioni,tamen non per hoc dicuntur probare præsentiam cū intelligētia prout requirebatur. hoc apertè decidit Bar.in d.l.j. in fi.ff.de auth.tut. & Bar. in suo tracta. de teste in secūda char. & Bal.& Ang.in l.hæredes palàm.in princ. ff.de testa. & Bal. in l.1.ad fi.suprà de bo.poss.secundum tabu.& in l. testium. in 4.col. C. de testi. vbi dicunt ꝙ licet testis interrogatus an Titius talia verba dixerit &c. deponat ꝙ sic, interrogatus in causa scientiæ dixerit scio,quia fuit præsens,dicatur præsumptiuè & opportunè cōcludere,quia intelligitur pręsens & intelligens cum de sua intelligentia semper sit certus. & ita intelligatur.d.l.1.de auth. tut. cum si. tamen vbi non deponit
6 †de pñtia ipsiusmet testis,sed de pñtia tertij tunc non intelligitur testis deponere & concludere,ꝙ ille tertius qui fuit pręsens fuerit intelligens, quia potuit esse præsens corpore & nō animo.l.2.§.voluntate.& quod ibi not.in glo.in verbo, sed si absens.ff.sol.mat.vnde in proposito testes deponentes de pręsentia Maxij,non dicuntur deponere & probare præsentiam eo modo quo requiritur.s.cum intelligentia, & sic non habetur pro præsente.d.l.coram,cum si.¶Ex prædictis apparet clara responsio ad contraria iura dicentia ꝙ confessio facta parte præsente præiudicat, nam debet intelligi parte præsente.s. ac instante & acceptante,ut supra deduxi. item saltem debet intelligi parte præsente.s.& intelligente,de qua intelligentia non est probatum,vt clarè ostendi suprà.¶Postremò non obstat quod vbi agitur de liberatione,confessio facta parte absente præiudicat,vt no.gl.in d.§.si liberationis verba.quantò magis si sit facta parte præsente, licet non instante vel non intel-
7 ligente?quia ad hoc respondeo † ꝙ opinio gl.prælleg.communiter reprehenditur. & in contrarium est gl.in l. Pōpo.ff. de neg.gest.in gl.magna,& in l.idem in duob.& ibi doc.ff.de pac.& pro hac opi. Bar.in d.§.liberationis.inducit text.in l.si tibi.§.si pactus. ff. de pac. & pro hoc ēt allegat alia iura & rationes,vt ibi plenius per eum.& idem tenuit Pet.& Cyn.in l. gñaliter.in 4.q.C.de non nu.pec.& do.Ant.in c.fi.de confessis,& Bal.in l.non idcirco.C.de iuris & fac.ignor.& in c.j.de eo qui finē fecit agna.& in rub.C.res inter alios acta.& multum latè hoc firmat Bal.in l.& heredi.§.nos aūt.ff.de pac.per plures rōnes,quas breuitatis cā omitto,idē Bar.in d.l.tale pactū.in prin. idē tenet Sali.in l.j.in 15.opp.C.de cōfessis.hoc ēt tenuit do.Ant.dom.Flori.& Imo.in c.veniens,de renun.& Richar.de Salic.& do.Bar.& Sali.in l. postquā liti.C.de pac. vbi inter cætera rñdent ad no.per gl.in d.l. non solum.§.si liberationis verba.ꝙ illa gl.procedit in renunciatione,secus in confessione,per dictum.§.si quis absente,& d.l.fi.de interro. actio.& per c.si cautio.cum ibi no. de fid. instr.& in d.c.fi.de confess.& ratio diuersitatis est secundum eos:quia per cōfessionem quis agit principaliter declarare non aūt aliquid inducere principaliter; sed per renūciationem quis agit renunciare principaliter, & sic tollere obligationē,cui actui est standū, cū obligationes sint odiosæ & liberationes fauorabiles.l. Arrianus.ff.de actio.& obli.& l.fauorabiliores.de reg.iur.Ex quibus oībus clarè constare vř quod cum remaneat perfectè probata intentio actoris per productionē dicti instri obliga-
8 tionis: & † quanquam reus semiplenè probasset intentionē suam:non per hoc remanet in aliquo elisa plena actoris probatio.c.per tuas,de conditio.appo.c.in præsentia,de probat. & ibi eleganter declarat Pet.de Anch. in reper.in 2.opp.& c. vt nostrum,& ibi doc.de off.Arch.& no. Cy.in l.1.C.de procura.Bart.in l.admonendi,de iureiuran.in ver.quæro quid si actor probauit &c.cum ver.seq.& Bal.in l.in bonę fidei.in fi. post Cy. C.de reb.cre.& do. Ant in c.fi.in vlti.no.de success.ab intesta.& in c.post electionem,de concel. præben.

ADDITIO.

a ¶ Acceptet.supra lib.4.consi.131.nu.8.

EPITOME.

PATER hoc duos filios instituit vnum vniuersalem, alterum in ea tantùm parte quæ videbitur instituto? Respon. Alexan. quòd non debet arbitrari minus dimidia.

CONSILIVM CLXXV.

Contingit dubitari stante testamento cōdito per magistrum Alex. pictorem de Fauentia, in quo inter cætera Bartholomæum eius filium sibi hæredem instituit in ea parte & portione suorum bonorum, quæ videbitur & placebit infrascriptis suis hæredibus vniuersalibus, volens & mandans ipsum de dicta parte & portione suorum bonorum esset tacitum & contentum. Et ꝙ plus de bonis dictæ suæ hæreditatis petere non possit vel habere vigore legitimæ sibi debitæ in dictis bonis iure naturæ seu alia quacunq; ratione vel causa. In omnibus autē alijs suis bonis &c. dominum Ioannem eius testatoris filium,& Stephanum Guidatium eius nepotem & filiū dicti domini Ioannis, sibi æquis portionibus hæredes vniuersales instituit &c. Vtrū d.Bartholomæus, siue ex causa testati siue intestati petere possit dimidiam dictæ hæreditatis paternæ, vel quam partem? Et breuiter videtur dicendum ꝙ ad eum spectet dimidia prædicta,& illam petere possit. Ad quod ostendendum, primò præsuppo-
1 no † ꝙ per institutionem factam de dicto Bartholomęo in ea parte bonorum &c. non efficitur Bartholomæus hæres vniuersalis, sed particularis & in re certa, vt plenè traditur per Bar.& doc.in l.si quis seruum.§. fi.ff.de leg.2. & de ipsis bonis deducenda sunt debita & credita.l. si subsignatum.§. bona.ff.de verb.signi.ff.de iure dotium.l.mulier bona. nec non etiam legata deducenda sunt prout tamen declarat Barto. in prælleg.l. si quis seruum.§.fi. quod tamen intelligēdum est
2 salua legitima debita iure naturæ, quæ per † legata quoquo modo minui non potest.l.quoniam.& l.sancimus.C.de inoff. testam. vnde cum talis hæres institutus in re certa habeatur loco legatarij.C.de hæredib.instituendis.l.quoties,cum materia.& iuxta plenè no.per doct.maximè per Angel.& do.Io. de Imo.in l.1.§.si ex fundo.& in l.ex facto.la grande.ff.de hę-
3 redib.instituen. sed sic † est ꝙ legata collata in voluntatē hæredis per verba importantia arbitrium boni viri de iure valida sunt.ff.de lega.1.in l.sic in princi.& ff.de leg.3. in l.fideicommissā.§.quanquā. sed in casu nostro verba testatoris fuerunt importantia arbitrium boni viri, vt verbum, videbitur, & placebit, vt ff.de fideicom.lib.l.fideicommissaria libertas. & in l.Thais.§.sororem.& in l.Lucius.& C.eod.titu.in l.cum
4 proponas. ¶ Prætereà posito etiam ꝙ verba † non importarent arbitrium boni viri, tamen quotiescunque sola quātitas legati, & non substantia ipsius legati confertur etiam in me-
a ram voluntatem alterius, tamen valet [a] legatum, vt est tex.no. rectè intellectus.ff.de fideic. liber.in l.fideicommissaria libertas.ita poterit ibi in versi. quanquam autem in hæredis arbitrium conferri, an debeatur non possit, quantum debeat conferri potest. Pro hoc etiam videtur text.in l.Theopompus.ff. de dote præleg.quem ita intellexit.do. Pet.de Anch. extra de
5 testa.in c.cum tibi.¶ Pro hoc † etiam facit:quia licet substantia legati non possit conferri in liberam volūtatem hæredis, vel alterius: tamen electio personarum legatariorum potest conferri in meram voluntatem hęredis. ff.de reb.dub.l.vtrū. §.1 ff.de leg.2.in l.cum pater.§. hæreditatem filius. pro hac decisione etiam vř tex.in l.1.ver.sed cum ita.ff. de leg.2. Vnde in proposito siue dicamus ꝙ institutio prædicta valet tanquam collata in arbitrium hæredis, per verba importantia arbitrium boni viri: & certè isto casu debet bonus vir arbitrari quòd ad Barthol.prædictum spectet dimidia hęreditatis prædictæ,& sic tantundem quantundē spectare debet ad Io.prædictum eius fratrem & hęredem institutum vnà cum Stephano Guidatio eius filio & nepote dicti testatoris. ęquum.n.de-
6 bet arbitrari bonus † vir hæreditatem paternam inter filios æqualiter diuidendā. vt C.fami.ercis.l.inter filios. & C.de lib. præte.

præte.in l.maximum uitium.versi.sancimus &c. cum si. qui bonus vir potissimùm debet æquitatem amplecti. ff.eo quod certo loco.l.quod si Ephesi.§.fi.& ff.de religio. & sump.fun. l.vt si quis.§.idem Labeo.Et debet bonus vir considerare charitatem & affectionem quam habebat & habere debebat testator erga d.Barthol. & etiam qualitatem & quantitatem patrimonij, vt no.in d.l.1.& ibi Barto.ff.de lega.2.sed cum maxima sit affectio & charitas patris in filium.l. scripto. in fi. ff. vnde liberi.& l.isti quidem.in fin.ff. quod metus causa,ergo non videtur iniquum arbitrari de dimidia, cum affectio patris in filios par esse præsumitur dictis legibus. ¶Nec in casu nostro potest dici ꝙ testator vocauerit Stephanum Guidacium eius nepotem ad partem hæreditatis suæ, ꝙ & per consequens Ioannes non possit habere dimidiam dictæ hæredi-
7 tatis,& d.Barthol.aliam dimidiam, quia† respondetur quòd illud quod acquirit nepos ab auo, isto casu reputatur profectitium,& totum pleno iure acquiritur patri, scilicet d.dom. Ioan.l.dedit dotem,& ibi Barto. ff.de collat. bono. & firmat Ioan.de Imol.post Barto.& ibi docto.ff. de acquiren. hæred. in l.qui in aliena.§.interdum.Et fortius posito quòd esset aduentitium saltem quò ad proprietatem acquiritur patri. C. de bon.quæ libe.l.cùm oportet,cum vulgaribus.ergo quò ad d.Ioannem in effectu institutio facta de Stephano Guidacio & de ipso Ioãne reputatur pro vna eademque portione cum vni soli acquiratur. ¶ Aliter etiam potest ad hoc responderi quòd institutio facta de Stephano Guidacio unà cum Ioan-
b ne eius patre intelligatur ordine successiuo, [b] scilicet quòd nepos intelligatur institutus post mortem domini Ioãnis sui patris, vt firmant glo. Barto.& docto.in l. Gallus. §. quidam rectè.ff.de libe.& posthu.& sic concludendo cùm in dicto testamento uideatur quò ad effectum unus tantùm hæres vniuersalis institutus, scilicet Ioan. non sunt per bonum uirum fiendæ nisi duæ partes uiriles, quarum vna confertur d. Ioanni,& alia d.Barthol. ¶ Siue etiam dicamus ꝙ dicta institutio in re certa sit collata in hæredem per uerba importantia meram voluntatem (quod fortè videtur verius) vt infrà dicam.
8 & tunc† cum dictus hæres.s. Ioannes distulerit vltra annum declarare partem & quantitatem bonorũ quam assignare intendat d.Barthol.talis declaratio, & electio est deuoluta ad d.Bartholomæum, vel saltem ad bonum virum, hoc est ad illustrem dominam Rengardam de Gonzaga arbitratricem ad hoc per partes electam, iuxta id quod legitur & no. in l. fi. §. sed & si quis.& ibi per doct.C.communia de leg.& in l. 1. & in l.cùm quidam.ff.de legá. 2.ergo d.Barthol.seu d.do.Rengarda possunt declarare de dimidia hæreditatis prædictæ, qđ
9 etiam videtur æquissimum & iuri cõsonum iuribus maximè & rationibus præallegatis. ¶Quòd autem dicta † verba prout uidebitur & placebit, in casu isto, importent liberam voluntatem, patet ratione adiunctorum uerborum, nam ad dictam institutionem testator adiecit, quod de bonis suis ipse Barth.petere vlterius non posset vel hr̃e vigore legitimę debitæ iure naturæ, uel alia quacunq; de cã, & per cõsequens permisit eius hęredes vniuersales arbitrari posse minus legitima debita iure naturæ, & sic cõmisit eorũ liberæ uoluntati, non autem ad arbitrium boni uiri, quod bonus uir non minueret qũ de iure naturæ debetur. vnde dico quod licet in dubio dicta verba videbitur & placebit, importent arbitrium boni viri, tñ fallit quando alia verba adiunguntur quæ important liberam voluntatem, ut no. Bar.in d.l.fi sic in prin. ff.de leg. 1.
10 & in l.alio.ff.de ali.& cib.leg. ¶† Quinimò etiã si diceremus ꝙ dicta institutio tanquam captatoria non teneret.l.captatorias.& l.illa institutio.ff.de hære.instit. tamen testm̃ prætetitione filij esset ipso iure nullum.l.inter cætera.ff. de lib.& posthu.l.maximum uitium.de libe.præte.ff.de iniusto testa.l.filio præterito, cum materia.ergo cum nos simus in causa intestati, dicti filij debent admitti ad hæreditatem paternam qui libet pro dimidia.d.l.inter filios,& l.lego.C.de legit. hær. cũ vulgar.Ergo vtroque casu siue ex testamento siue ab intestato partes arbitratricis debent esse in declarando dimidiam hæreditatis prædictæ spectare ad dictum Barto. Alex.

ADDITIONES

a ¶Valet. Soci.l.quidem relegatus.col.fi.de reb.dub.
b ¶Successiuo. non est verum hic, quia dixit æquis portionibus.

SVMMARIVM.

1 *Venditio ad mensuram conditionalis est.*
2 *Locator tenetur tradere detentionem.*
3 *Confessio procuratoris vel consortis non nocet. nu.4.*

## CONSILIVM CLXXVI.

In causa & lite inter Magnificam dominam Mariã Contarenam agentem, & præstantes uiros Hieronymum & Blasium de Lignamine se defendentes, non puto cum supportatione potuisse de iure ita iudicari quemadmodum iudicatum est, condemnando dictos reos conuentos ad soluendũ libras quingentas sexagintaquinque pro pensionibus debitis vsque & per totum annum 1468.& successiuè singulis annis ad dandum & soluẽdum lib.97. cum dimidio. moueor, quia locatio fuit facta de cãpis 1500. terræ pro pensione soluenda ad rationem solidorum 12. pro quolibet campo. & sic apparet quod merces debet solui ad numerum
1 camporum,& sic ad rationem mensuræ,† quo casu cõtractus non dicitur perfectus nisi facta mensuratione, ante uerò dici-
a tur [a] contractus esse conditionalis.s. si & inquantùm tanta reperiatur esse mensura.l.quod sæpe.§.in his.ff.de contrahen.
* emp.l.si in uenditione.§.1.ff.de peri.* & com.rei uen.siue loquamur de contractu celebrato super rebus mobilibus, siue super immobilibus, vt inquit Bar.cons.121.inci.In qõne do. Cioli & patet ex no.per Bar.in l.Iul.§.si Titius.de act. empt. & in d.l.si in venditione.§.1.per illum tex. & vbicunque pretium seu merces constituitur pro numero mensuræ, tũc semper dicitur facta locatio seu uendicatio ad mensuram, dato quod certum corpus cum demonstratione confinium esset expressum, ut probatur dictis iuribus,& no.Bar.in d.leg. Iul. §.si Titius.ff.de act.emp.& Bal.in l.1.in 4.opp. C. de periculo & commo.rei venditę.ergo cum non sit probatũ per duos testes contestes vel aliter de mensuratione dictorum camporum.150.sequitur ꝙ non potest dici dictum cõtractum fuisse perfectum,& sic ex eo agi non potest.l.cedere diẽ.de verb. sign.l.Iul.§.offerri.ff.de act.emp. ¶Accedit† quia locator te-
2 netur assignare & tradere detentionem rei locatæ conductori, aliàs non dicitur adimpleuisse cõtractum pro parte sua.l. ex conducto.in prin.ff.loca.& non potest dici quod ante mẽsurationem tradiderit detentionem dictorum centum quinquaginta annorum, quia non potest constare ꝙ tanti fuerint, & sic non releuet illa assignatio facta per illum presbyterum Baptistam, de qua apparet iuxta instrumentum locationis. ¶Nec ad hoc obstat si diceretur ꝙ dicti fratres de Lig.remanserunt concordes & contenti de quantitate mensuræ, quia respondeo quod quò ad Blasium nihil est probatum, scilicet quod ipse consenserit vel alius qui ab eo sufficiens mandatũ
3 haberet, nam confessio† procuratoris sine speciali mandato sponte facta non preiudicat domino.l.certum §.sed an ipsos. ff.de confess.& plenè no.in l.1.C.de confessis.& in c.fi.de cõ-
4 fessis. ¶Nec dicatur quod confessio† vnius ex dictis debitori-
* bus & fratribus noceat alij, quia hoc est falsum.l.1. & 2.* C. quibus res iudi.non nocet. nec sumus in materia, an cõfessio vnius ex pluribus reis debendi obligatis insolidum noceat alteri, quia isti non sunt duo rei debendi obligati insolidũ, sed pro hæreditariis portionibus.l.1.C.si cer.peta.l. pro hæreditariis.C.de hæredi.vel act. ¶Ex quibus cõcludo quod saltem quò ad Blasium non potuit ita pronunciari. Et ex prædictis apparet quod quò ad neutrum dictorum fratrum potest dici habere locum pœna priuationis ex non solutione pẽsionis, quia requiritur cessatio per triennium l.2.C. de iure emphy. & non probatur per testes quòd d. Hieronymus fecerit dictã
5 confessionem iam triennio elapso. ¶Prætereà, verbo† fertur, quod dicta res liuellaria ex causa diuisionis obuenit d.Blasio,
b & de iure ex causa diuisionis hoc fieri potuit,[b] vt per Bart. in l.qui Romæ.§.duo fratres,in 10.q.de verbo.oblig. & in l.& ideo.ff.de cond.furti.& in l.cum hi.§.si vni. ff.de transact.& in l.si domus.§.fi.de leg.1.& in suo consi.incip. Ex themate prædicto tria dubia &c.& est magis communis opin. & ideo factum d. Hieronymi post dictam diuisionem non posset nocere d.Blasio.l.si partem.§.fi.ff.quemadm.serui amit.l. si superatus.in princ.ff.de pigno.cum si. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Dicitur.s̄.eo.consi.33.nu.5.
* De peric.]Melius probat tex.in l.2.C.de peric.& com.rei uend.Nat.
* Lege prima, & 2.] Isti textus loquuntur in sententia, quamobrem
sit mihi uerisimile Alex.voluisse allegare.l.1.& 2.C.res inter al.acta
quæ iura melius probant. Et ꝙ confessio unius non præiudicet alte-
ri,tradit Rui.consi.147.nu.13.lib.1.Afflict.decis.150.nu. 35. Nat.
b ¶Potuit.dixi in consu.Pari.§.13.gl.6.nu.5.s̄.eo.consi.19.nu.13.

## CONSILIVM CLXXVII.

Allegationes.

In causa & lite inter magistrum Iacobum Mainetti
tanquam legitimum administratorem Be-
nedicti eius filij,seu ser Antonium procuratorem dicti magi
stri Iacobi & dominæ Pieræ eius nurus agentes, & Nellum
& Zuntinum fratres & filios Pauli de Florentia se defenden-
tes. Tria principaliter veniunt consideranda ad fundandam
intentionem d.magistri Iacob.vt ei competere possit condi-
ctio ex statuto posito sub rub. de possessionibus ablatis a flu-
mine Santerni in 2.lib.statutorum. rubr.41. Primum est, vt
doceatur de titulo d.Iacobi legitimi administratoris dicti Be
1 nedicti,& de isto est probatum † per instrumentum dotis di-
ctæ Pieræ,per quem titulum dotis translatum fuit dominiū,
vel quasi in d.Benedictum maritum dictæ Pieræ.l.doce ancil
lam.C.de rei vendi.ff.de iure dot.l.quamuis.& C.eod. tit.in
l.in reb.cum simil. Et in d. Benedictum tanquam in singula-
rem successorem fuit translatum ius agendi ad restitutionem
dicti terreni. vt patet per verba instrumenti dotalis vbi dicta
petia terræ habet pro confine viam publicam, & datur in do-
tem dicta petia terræ, cum omnibus & singulis iuribus & a-
ctionibus quæ res habet in se seu suprà se,seu intra se, seu ip-
si rei aliquo modo spectantibus,& cum accessibus & egressi-
bus vsque in vias publicas,ergo dicta petia terræ fuit data ti-
tulo dotis vsque ad viam publicam Pusterlę,& sic ultra illam
viam quam pars aduersa dicit esse viam publicam Pusterlæ,
quæ non est,vt infrà tangetur. & probatur hoc etiam apertè
in secunda causa appellationis super 6.capitulo,vbi expresśe
dicunt quod via publica Pusterlæ cōsueuerat ire, & ire debet
per terrenum occupatum per Nellum Zuntinum, & dicti
confines de iure nedum probātur per testes,sed etiam per in-
strumenta,maximè per instrumētum ipsius tituli.l.Titius hæ
res.de act,empt.l.si fines.C.de euict. Et etiam sine illis verbis
istud est de iure communi.ff.de aqua plu.arc.l. si tertius. §. si
prius.& ibi plenè Bar.& doct.& gl.in l.1.§.1.in uerbo,actio-
ne.eod.tit.l.non solum.§.fi.de oper.nou.nuncia.per Iaco.de
Are,in l.qui bona.§.fin.de damno infect. & Dyn,in l. flumi-
num.§.adiicitur.de dam.infect.& per eundem in regula, cū
quis in ius,lie.6.& quod not. Bar.in l.3.C. quod met. causa.
pro hoc.l.alienatio.ff.de contrahen.empt.& l.rei.la ij, ff. de
verb.sign.¶Et potissimè in casu nostro quo d.Benedictus ha-
bet dictam possessionem & petiam terræ titulo & iure dotis,
2 † quod [a] est ius vniuersale,sicut est hæreditas, peculium &c.
a l.quod dicitur.ff.de impen.in re.dota.fac.& no.doc. in rubri
ca.ff.sol.mat.sed sic est quòd translata hæreditate uel alio iu
re uniuersali transeunt iura & actiones.l.nihil aliud,de verb.
sign.l.2.§.non solùm.cum sim.de hær.vel act.ven.ergo tran-
slata re in dote transeunt & quæcunq; iura & actiones.¶Prę
tereà vltra hoc ius agendi deductum in præsenti iudicio,com
petit etiam dictæ Pieræ iure hæreditario,quod sic ostēditur.
Nam probatum est per testes quòd Antonius fuit filius legiti
mus & naturalis Matthæi Magnani,& quòd pro eius hærede
se gessit post eius mortem,& quòd d. Piera fuit filia legitima
naturalis dicti Antonij, vt probant testes producti in secun-
da causa appellationis, videlicet Andræas quondam Petri &
Franciscus quondam Vgolini, & Benedictus & Petrus Ioan-
nes, & Tonius Dominici super 45.46.49.51.& 52.& etiam
super 42. cap. probatum est etiam de morte dictorum Mat-
thæi & Antonij, per confessiones partis aduersæ, in respon-
dendo positionibus productis per dictum Iacobum. produ-
ctum est etiam testamentum dicti Matthæi, in quo instituit
3 suū hæredem vniuersalem dictum Anto.eius filiū,qui† Anto
nius etiam si non adiuisset hæreditatem dicti sui patris trans-
misisset eam non aditam ad dictam Pieram eius filiam. ff. de

testam. mili.l.ex militari.§.fin.cum l.sequen.ff.de stip.ser.l.li
ber homo.§.1.& de castren.pecu.l. hæreditatem. §. filius. &
plenè per scribentes in l.ventre.de acquir.hæred.& in l.si in-
fanti.de iure delibe. quæ Piera per publicum instrumentum
productum in causa solemniter adiuit,& se immiscuit hære-
ditati dictorum Matthæi & Antonij. ¶Probatum est etiam
quod dicta possessio Pieræ, & etiā dicta particula terræ,quæ
nunc in præsenti iudicio petitur, fuit tenta & possessa longo
& longissimo tempore per dictum Matthæum usque in tem
pus suæ mortis,etiam antequàm flumen Santerni ibidē inun
dasset,vt probant hoc testes multi.& maximè testes producti
in hac secunda causa appellationis, vt Franciscus quondam
Vgolini quartus testis super 38. capitulo, & sequen. & me-
lius super 58.& 59.capitulo, & probat etiam Benedictus su-
per eisdem capitulis,& etiam Tonius Dominici super 58.&
59. capitulis.& alij testes, quæ possessio remansit in hæredita
te dicti Matthæi, & sic successiue iure hæreditario spectat ad
dictam Pieram.ergo condictio ex statuto prædicto dispone
te quòd si flumen Santerni acceperit de possessionibus alicu
ius quòd prout tendit testa & frons eius possidentis sequatur
flumen,& quòd nullus debeat ante testam seu frontem pos-
sessionis alicuius eius quòd a flumine fuerit relictum posses-
sionem ingredi &c. quæ condictio fuit quæsita dicto Mat-
thæo propter inundationem fluminis, postea iure hæredita-
rio quæsita est dictæ Pieræ, ergo ex vtroque capite constat
quod dictum ius agendi competit dictæ Pieræ seu dicto Iac.
¶Secundum quod necessariò oportet probari, est quòd flu-
men Santerni corroderit de possessione dictæ petiæ terræ, &
istud est similiter probatum per testes, & primò per Franci-
scum Sciaueris, qui est secundus testis actoris super 22. ca-
pitulo, idem etiam probat Andræas de Fiorenzola qui est sex
tus testis, Iacobus Belligambi duodecimus testis. Andræas
Danioli decimus testis, Christophorus vigesimus testis acto-
ris. Et optimè etiam probat hoc Ioannes de Monte Catone,
qui est decimus testis partis aduersæ super primo capitulo,
partis aduersę,& etiā super quinto & sexto interrogatorio,&
etiam Tonius de Solarolo duodecimus testis partis aduersæ
super primo capitulo,&Petrus Surriginus septimus testis par
tis aduersæ super 5.cap.probatur etiam per testes clarius in se
cunda causa appellationis super 3.& 4.capitulis.& sic de sin-
gulis, ut poterit summa intelligentia iudicare debentis per-
quirere. ¶Tertium quod oportet probari est quòd pars ad-
uersa conuenta occupatam teneat eam partem terreni, quæ
petita est per dictum Iacobum, & istud etiam est probatum
tam per responsionem factam ad libellum per dictos conuē-
tos, maximè in sexta positione, vbi dicunt quòd inter eos
& conuentos & actorem mediat asserta uia publica & lectus
fluminis,& per consequens cum per Iacobum dicatur & pro
betur per testes quòd sua petia terræ petita transcendit dictā
assertam uiam & lectum fluminis, imò per nouem testes in-
ter alios apertè probatur quòd petia terræ petita per dictum
actorem transcendebat vltra plantatam & fossatum factam
seu factum per dictos Nellum & Zuntinum, & infrà subdā.
¶Probatur etiam hoc in quadam positione facta per partem
aduersam quæ incipit,Item quòd testa, vbi ponit pars aduer-
sa ꝙ per quædam asserta testa uiæ Pusterlæ,& iuxta ipsam uiā
ab vtraque parte sunt infrascripti confines, uidelicet inter a-
lios Nellus & Zuntinus. Sed dictus Iacobus dicit & probat
ꝙ dicta asserta uia non est uia,imò ultra dictā uiam sibi acto-
ri competit ius,maximè quia non probatur illam esse uiam,
vt infrà declarabitur. ¶Item, quia dictum terrenum occupa-
tum per dictos Nellum & Zuntinum est positum ante testā
& frontem possessionis dicti actoris. vt patet ad oculum, &
clarius patebit per lineam & mensurā, ergo per ista probatur
ꝙ ipsi possident seu occupant terrenum petitum per dictum
Iacobum. Et (vt dixi) non potest alio modo melius cōstare, an
possideat dictū terrenum petitum quàm per oculum vel per
b lineam [b] & mensurā, ut petitū est in processu. Et ꝙ dicti Nel-
lus & Zuntinus teneant & tenuerunt dictam partem terreni
petitā per dictum Iacobum manifestè confitetur pars aduer-
sa in secūda causa appellationis in positionibus per eam pro
ductis hoc anno 1443.die 18.mensis Ianuarij, & clarissimè
etiam deponunt testes Iacobi examinati in hac secunda causa
appellationis super secundo capitulo, vbi expresśè dn̄t quod
Zuntinus

Zuntinus & Nellus occupauerunt & occupant dictam partẽ
terreni a flumine relictam, quæ est ante testam & frontem
possessionis dominæ Pieræ, & quòd si dicta possessio domi-
næ Pieræ intret tramite recto secundum testam & frontem
ipsius possessionis quòd necessariò protenderet per terrenum
occupatum per dictos Nellum & Zuntinum. ¶ Vnde cum
probat sint hæc tria, quæ sunt fundamenta intentionis acto-
ris, clarè sequitur, quòd sibi competit condictio ex statuto
posito sub rubrica, de possessionibus ablatis a flumine San-
terni, maximè in vltima particula dicti statuti volentis, quòd
si flumen acceperit de possessione alicuius, licitum sit tali
domino possessionis sequi flumen prout testa & frons posses-
sionis suæ vadit, quod etiam est iuri communi consonum. ff.
de acquir. rer. do. l. adeò. §. quòd si toto, cum se. & l. ergo. §. al
luui. & l. Martius, alias, Martianus, eod. titu. & institu. de re-
rum di. §. quod si naturali, cum seq. Item si dicta petia terræ
dominæ Pieræ habet flumen pro confine, ut probatum est
per testes, & instrumenta multa, ergo cum cepit flumen alio
fluere, alueus fluminis derelictus spectat ad prædia possiden-
tes, iuxta ripas fluminis, vt legib. suprà proximè allegatis. ¶ Vl
tra hæc etiam corroborantur iura Iacobi per 20. testes exami
natos in causa principali, & per quatuor examinatos in cau-
sa appellationis pro parte sua, & etiam per aliquos testes exa-
minatos pro parte aduersa, ut per Simonem de la Cauatta &
complures alios, quos poterit diligenter ponderare do. Vica-
rius, quorum fides in eius pectore quàm plurimum consistit.
ff. de testi. l. 3. §. diuus. & quòd no. Bart. in l. Lucius. ff. de infa.
probant enim omnes testes quòd dicta via a longissimo tem-
pore citra ab vno capite vsque ad aliud iuit tramite recto, ut
4 ergo hoc† constet, an hodie vadat tramite recto, oportet per
lineam seu liuellum & per agrimensores mensurari parte re
quisita & iudice ad locum adeunte, ut est casus quęstionis no
stræ in l. si irruptione. ff. fi. reg. & C. eod. tit. l. si quis super. vbi
dicit quòd si vna ex partibus requisita recusauerit ad locum
accedere, vadat agrimensor cum altera parte tantum. cum
enim omnis scientia alia ancilletur, & hæc ars quæ archite-
c ctoria [c] appellatur de aliis cunctis disponit, ut dicit Aristote-
les in primo Ethicorum, non igitur iniquum est iudicantem
huius artis remedia in hac causa interponere. vltra hoc etiã
testes Iacobi examinati in secunda causa appellationis dicũt,
ꝙ via consueuit esse recta, & quod hodie non est recta. ¶ Præ-
tereà & fortius nouem testes deponunt & probant expresse
ꝙ a longissimo tempore citra dicta via erat consueta ire vltra
plantatam & fossatum factum per dictos Nellum & Zunti-
num, quorum testium nomina sunt hæc, Franciscus secũdus
testis super 9. capitulo Bergaminus tertius testis super 9. cap.
Andręas de Fiorenzola sextus testis super 9. & 32. & 41. cap.
Andræas de Gambaralde octauus testis super 9. cap. & super
33. cap. Mengus nonus testis super 9. capitulo, Dominicus
11. testis super 9. cap. Iacobus Belligambi 12. testis. super 9.
& 33. cap. Stephanus 14. testis super 9. cap. & super 33. cap.
& idem optimè probat Christophorus super 39. cap. proba-
tur etiam per testes productos in secunda causa appellatio-
nis, qui etiam expresse deponunt quòd dicta possessio Pieræ
protendit ultra fossatum & Bedullam, & ultra præsentem
viam vsque & intus terram quam occupant Zuntinus & Nel
lus. ita deponunt dicti testes super 37. cap. & super 69. cap. &
sequentibus, per quos testes manifestè apparet de occupatio
ne dictorum Nelli & Zuntini indebitè facta, & quod asserta
via non est consueta ire prout hodie uadit. ¶ Confirmant etiã
iura dicti actoris per multa instrumenta antiquissima produ
cta per eum, per quæ probatur quod tã ista petia terræ quàm
etiam aliæ plures ibi contiguæ & circunstantes habebant flu-
men Santerni pro confine, ergo non poterant habere hanc
assertam uiam, quæ est a latere fluminis. & similiter in dictis
instrumentis nullibi fit mentio de hac asserta via, vnde cum
5 † antiqua instrumenta probent de iure confines. [d] c. cum cau-
d sam, de proba. c. cum olim, iuncta gl. 1. de censi. & no. Bal. C.
de iure delibe. in l. cum aliquis, in 4. notabili. & glo. & Bal. in
l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipul. imò dictis in-
strumentis antiquis in istis antiquis magis eis creditur quàm
testibus contrarium dicentibus, iuxta glo. no. in cap. tertio lo
co, in glo. magna, de prob. & Bald. in l. optimam. C. de contra
hen, & commit. stipu. & inducitur ad hoc tex. no. ff. de proba.
in l. census. bene facit. ff. fin. reg. l. in finalibus. ¶ Non obstat
prædictis si diceretur, ꝙ pars aduersa per plures testes probat
ꝙ dicta asserta via publica a lõgissimo tempore citra iuit pro-
ut hodie vadit, quia respondeo (& in hoc rogo dñationem iu
6 dicantis ut placeat aduertere) nam præsuppono† ꝙ illa dr̃ via
publica quæ habet solum. i. terrenũ publicum certis finibus
directum, constituta ab eo, qui habuit ius publicandi. i. eã pu
blicam faciendi, vt diffinit iurisconsultus in l. 2. §. locorum.
ver. viæ autem publicæ &c. ff. ne quid in loco pub. aliàs autẽ
non põt dici via publica, nisi sit constituta via publica ab ha-
bente ptãtem, vt dixi. vel nisi fuerit vsitata pro via publica tã
to tpe, cuius in contrarium memoria nõ extat, ut est tex. in l.
vię vicinales, ff. de locis & itinerib. publicis. clarum est autem
ꝙ non probatur istam viam fuisse de publico constitutam ab
habente ptãtem. an autem sit probatum istam fuisse viam vsi
tatam tanto tpe cuius in contrarium memoria non extet, [a] di-
co ꝙ non, nedum tanto tempore, sed etiam nec tpe 30. anno.
continuorum absque aliqua interruptione & interuallo, prę
supposito ꝙ tp̃s 30. ann. satis esset (quod tñ non arbitror ve-
rum, per d. l. viæ.) bene fateor ꝙ spatio 30. anno. esset præscri-
ptum iuri petendi, rem occupatam bona fide per dictũ Zun-
tinum & Nellum quominùs possent inter eos poni cõfines,
ut est tex. in l. fi. C. finium regun. sed de illo non est tractan-
dum, quia nullibi est probatum ꝙ dicti Nellus & Zuntinus
tenuerint dictum terrenum occupatum nedum per 30. ann.
sed nec per 20. vnde reuertendo ad propositum dico primò
quod non est probatum de tempore, cuius in cõtrarium me-
moria non existit, quia nullus testis partis aduersæ, maximè
dum est interrogatus in causa scientiæ super 1. c. hoc minimè
7 deponit. debet enim† testis ad probandum memoriam in cõ-
trarium non extare, dicere ꝙ cõis opi. est memoriam nõ exta
re. est casus in l. si arbiter. ff. de prob. ponit Bar. ff. de aqua plu.
ar. in l. 2. §. item Labeo, qui est, §. pe. in fi. & Inn. in c. ueniens,
de ver. sig. & gl. Io. An. in c. 1. de præscr. in 6. & Bal. in l. cõuen
ticulam. de epis. & cle. post Spe. in tit. de prob. §. 1. ¶ Fortius
dico quod nec ẽt probatum est de præscr. 30. ann. quod pro-
bo, nam si testes expresse probarent id quod cõtinetur in pri-
mo. c. partis aduersæ, nõ per hoc esset probat præscriptio viæ
publicæ. dr̃. n. in d. c. quod. a 10. 15. 20. 35. 45. annis citra &
vltra, & a tanto tpe citra cuius initij memoria non extat in cõ
trariũ, uia Pusterlæ fuit via publica &c. nam. d. c. est verificatũ
ẽt si de una tm̃ in toto tpe prædicto dicta uia fuerit habita ꝓ
8 publica, est ergo necesse vt probetur † continuatum tp̃s ꝙ ca-
pitulum dicat a tanto tpe & citra. l. 1. §. quod aũt. ff. de aqua
quoti. & æsti. ista fuit no. practica Bar. ff. de vsusc. in l. Celsus.
& Host. & Io. An. in c. licet causam, de prob. & Bart. ẽt in l. si
post. ff. de rei ven. vbi dicit, ꝙ debet dicere articulus a 10. an-
nis citra & per dictũ tp̃s. & Bal. idẽ in l. indicia. C. de rei ven.
& Inn. in c. inter dilectos, de fi. instr. ¶ Et idem dico in tertio.
c. qui stat similiter, vbi dicit ꝙ a dicto tpe citra vsq; in pręsen
tem &c. & non dicit per totum dictum tp̃s. ¶ Super secundò
vero capitulo ꝙ uia Pusterlæ cõtinuè a dicto tpe citra fuit &
erat prout hodie est directa per directum iter, prout hodie
pergit. Dico ꝙ ẽt si testes expresse probarent istud capitulum,
quod quidẽ nullo modo probant, sed præsupposito ꝙ proba-
rent. non habet reuelare, ut dicatur probata præscriptio uiæ
publicæ, quod ostendo per solennem practicam Bart. in d. l.
Celsus, ad fi. quẽ sequitur Bal. in l. fi. in 15. opp. C. de edic. diu.
Adri. vbi dicit ꝙ nõ sufficit articulare & probare ꝙ quis pos-
sederit puta per 10. annos, vt quis dicatur rem præscripsisse,
sed dẽt articulare ꝙ possederit per 10. anno. finitos tali tpe, vt
sic se ad certũ tẽpus referat, aliàs aũt poterit esse ꝙ unus testis
sentiet de quibusdã 10. annis, & alius de aliis 10. annis, vnde
cum probatio sit dubia nõ releuabit. c. in præsentia, de prob.
l. inter stipulantem. §. 1. de uerb. obl. Ita quod in proposito li-
cet articulus contineat ꝙ a 45. annis citra uiam Pusterlæ con
tinuè fuit prout hodie est, cum non sit articulatum de 45. an
nis finitis tali tpe nihil releuat, vt dixi. ¶ Item aduertat dñatio
uestra, quia nonnulli testes dñt ꝙ iam sunt 30. anni, ꝙ dicta
uia Pusterlæ ibat prout hodie uadit, quia isti testes nihil pro-
9 bant, † quia, vt dixit Bar. in d. l. Celsus. debent dicere quod iã
sunt 30. anni elapsi ante tp̃s litis contestatæ, & non ante tem-
pus depositionis eorum. tex. est melior de iure secundũ Bart.
ibi in l. motæ. C. de rei uendi. & in l. si post. ff. eo. ti. & in l. nec

bona.& ibi Bar.C.de præscr.longi temp.& Bal.in l.super lon
gi.ad fin.eod.titu.Item si aliquis testis diceret quòd uidit sem
per dictam viam vsitari pro publica, non probat aliquod tē-
pus cōtinuum, imò etiam si diceret quòd vidit 50. annis sem
per ita vsitari, non probat tempus continuum, ut not. Dyn.
& Bart.in l.1.ff.solut.matrimo.Iacob.de Are. & Bald.in l.pri
ma constitu.C.ad si.do.Anto.& do.Ioan.in proœmio decre-
talium. Ita quòd multum iuuat actorem quòd pro parte rei
non fuerit bene articulatum & malè examinatum in causa
principali. ¶Item vnum est ponderandum, per quod omnes
probationes partis aduersæ corrunt.nam testes vtriusque par
tis dicunt quòd iam longum tempus est quod flumen inun-
dauit dictam assertam viam. quidam enim dicunt iam sunt
46.anni, vt dicit Vgolinus decimus quintus testis Iacobi su-
per 6.cap.Andreas de Fiorenzola sextus testis eiusdem super
32.cap.dicit de 30.annis.& idem Donatus septimus testis su
per 9.cap. & Mongus nonus testis deponit super 22. cap. de
30.annis. Ioannes octauus testis partis aduersæ super 1. cap.
dicit quòd sunt 40. anni quòd flumen inundauit dictam as-
sertam viam. Tonius de Solarolo duodecimus testis partis
aduersæ super 1.cap.deponit de 35.annis.Bittinus de Caluis
septimus testis eiusdem partis super 5.cap. dicit de viginti an
nis, aliqui alij sunt qui dicunt de aliis tēporibus, aliqui sunt
qui non sunt interrogati de tempore, vnde cum omnes depo
10 nant de ista inundatione,† per ipsam inundationem fuit in-
terrupta præscriptio dictæ assertæ uiæ.ff.de acquir. possess.l.
3.§.Nerua filius.& ibi Bart.& l.qui vniuersas. §. item quod
a mari.eod.titu. & no.idem Barto.in tractatu de alueo super
verbo, aliud sanè &c. ita ꝙ de nouo oportebat reinchoari &
compleri præscriptionem.not.Bar.in l.si is qui pro emptore.
§.si is qui bona. de vsucap. cum si.quæ non potest esse com-
pleta, quia pluries inundauit dictum flumen per dictam viā,
& longo tempore tenuit alueum super dicta uia, ut patet per
lecturam dictorum testium, per quam apparet nō esse ab alio
tempore citra decursum longissimum tempus, quod etiam si
verum esset (ꝙ est falsum) non est probatum quòd a tempore
inundationis & citra dicta uia fuerit continuò usitata pro via
publica. Et est maximè aduertendum, quia testes multi depo-
nentes de ista inundatione absque certo tempore, non pro-
bant necessariò dictam præscriptionem fuisse completam an
te dictam inundationem, ergo probatio est dubia, quæ non
releuat, ut d.cap. in præsentia. Item etiam benè aduertatis ꝙ
si qui testes reperientur, qui necessariò concluderent & pro-
barent, modis quibus necesse esset eos deponere, ut probarēt
prout supradictum est, non poterit tamen negari quin sint
pauciores testibus Iacobi, ergo &c.l.ob carmen.§.fi. cum vul
ga.ff.de testib. ¶Subdo & credo dicere maximam ueritatem,
ꝙ cum testes Iacobi in effectu deponant ꝙ uiderunt per lon-
gissima tempora dictam assertam viam ire tramite recto, &
aliter quam hodie vadat, & per terrenum occupatum per di
ctos Nellum & Zuntinum. Testes uerò partis aduersæ dicūt
quod semper viderunt iam sunt 40. 50. 60.anni &c. ꝙ dicta
11 via ibat recto tramite prout hodie vadit† quòd isti testes par
tis aduersæ debent reduci ad concordiam cum testibus acto
ris hoc modo, videlicèt, ꝙ ipsi viderunt iam est longissimum
tempus dictam viam ire tramite recto prout hodie uadit, vi-
delicèt a domo Siuerij Masaroli vsque ad bedullam seu fron
tem possessionis Iacobi tramite recto prout hodie uadit, sed
abinde infra non viderunt illam ire tramite recto prout ho-
die uadit, quia illò tunc flumen veniebat usque ad dictam be
dullam & testam possessionis prædictæ, & occupabat dictam
assertam viam abinde infra, ita quòd, videri non poterat quò
ire deberet uia. & ista est intentio multorum testium etiam
partis aduersæ, & maximè est intentio ser Ioannis de Monte
Catone decimi testis super primo capitulo, & Francisci Ghi-
ni vltimi testis super primo capitulo, ad quam concordiam
toto posse laborare debemus ca.cum tu.de testi.l.inter stipu-
lantem.§.1.cum ibi no.de uerb.oblig.& no.in l.3.§.fi.si cer.
pet.& in l.insulam, solut.matr.cum infinitis concor. ¶Præte-
rea & postremò pars aduersa opponit quòd ista asserta uia est
12 publica, & sic † opponit de iure tertij. in quo non debet ad-
mitti.l.loci corpus.§.competit, si serui.vendi. quia quantùm
ad reos conuentos liberas ędes habemus, & maximè quando
ius tertij non est ipso iure exclusiuum iuris agentis prout est
in casu isto, quo ius tertij scilicet uiæ publicæ est causatum
13 ab asserta præscriptione secundum eos, quæ † præscriptio
non tollit ius ipso iure, sed ope exceptionis, ut est text.gloss.
& ibi Bald.in l.1.C.si aduersus creditorem libr.7.& glo.in l.
cùm notissimi.in princip.quæ incipit, sed cum persona. de
præscript.30.annorum & Bald.in l.sicut.eod.titu.facit quod
no.Bartol.in l.legaui, de liber.lega.& in l.si is qui §.Flauius.
de solut.& in l.fi.rem ra.hab.cum sim. ¶Ex quibus concludo
fundatam & probatam esse intentionem actoris tam ex cau-
sa principali quàm appellationis, & probationes partis aduer
sæ in nihilo obstare. Et pronunciari & declarari debere di-
cto Iacobo & eius procuratori restitui debere quantum ostē-
dit & demonstrat testa & frons possessionis suæ in terreno oc
cupato per dictos Nellum & Zuntinum. Et ut prædicta ha-
bilius fieri possint quòd per agri mensores per uos eligendos
ponatur linea & filum seu squadrum vt videatur quantum
sit occupatum, & pronunciari & declarari debere malè iudi-
catum & bene appellatum, & in omnibus & per omnia pro-
ut in libello appellationis continetur. ¶Nec habet etiam iu-
uare quòd in causa appellationis pars aduersa conetur uelle
probare quòd dicta petia terræ in qua hodie est plantata sa-
licus, fuerit tenta & possessa per dictos Nellum & Zuntinum
a 20.annis citra, & sic uelint se tueri exceptione præscriptio
nis, quia cantafola est pluribus rationibus. Et primò, quia
non constat de titulo, ergo præscriptio longi temporis nihil
iuuat. Et si de aliquo titulo constaret, non constat quòd in
dicto titulo comprehendatur dicta particula possessionis, de
qua nunc est quæstio. Item non probatur per testes saltem
concordes, quanto tempore possederit, & in dubio sunt sin-
gulares in tempore. Item, ut dixi, suprà non deponunt testes
de initio neque de fine eiusdem temporis. Item non est alle
gata bona fides sine qua nulla prescriptio causari potest.cap.
fin.de præscrip. & in regula, possessor. & licèt aliàs dicamus,
14 † quod ex titulo uel alia quauis de causa bona fides præsu-
c matur, tamen semper debet allegari, [c] aliàs non opitulatur ex
ceptio præscriptionis. l. si adulterium cum incestu. §. idem
Pollioni.de adul, per quem tex. ita not. dixit Bald. in l.super
longi.in versic.illud autem tene fixum cordi &c. de præscri.
lon.temp.& Ang.in l.eum qui.§.fi. ff.de publicia. facit quod
no.in cle.appellanti.de ap.& in c.2.ut lit.non conte. ¶Prete-
rea qui fundat se ex præscriptione longi temporis hoc est.10.
15 annorum, oportet† quod probet [f] etiam presentiam illius cō
f tra quem prescribitur, aliàs non obtinet.ita tenet Iaco. Butr.
in l.vlt.per illum tex.C.de prescript.long.temp. quem sequi
* tur Bal.* per illum tex.in l.prescriptione. C.quibus ob.lon.
temp.prescr.vnde cum in casu nostro non sit tractandum de
prescriptione 20.annorum, sed 10.tantùm, quia de 20.annis
saltem completis ante motum presens iudicium non proba-
tur per testes aliquo modo, ergo frustrà de prescriptione tra-
ctandum est. ¶Nec etiam habet releuare partem aduersam id
quod conatur probare, videlicet quòd possessio Ioannis de la
Stella ueniebat & protendebat usque ad Bedullam, quia te-
stes hoc non probant.imò dicunt ipsimet testes partis aduer
sę, quod Matthęus Magnanus potuisset possidere ultra Be-
dullam, quin ipsi sciuissent. sed si Ioannes de la Stella ibidem
possidebat duo, non poterant insolidum tenere, neque insoli
dum possidere.l.3.§.ex contrario. ff. de acquiren. possess. l.si
ut certo.§.si duobus uehiculum. ff. com. & ultra hoc multi
& plures testes Iacobi deponunt ꝙ possessio dicti Iacobi pro-
tendit vltra Bedullam per decem perticas, & etiam de anti-
quiori possessione deponunt, ergo tales testes tū quia plures,
16 tum quia† de antiquiori possessione deponentes preualēt te
stibus dictorum Nelli & Zuntini.l.ob carmen.§. fi.ff.de test.
c.in nostra, de test.& c.licet causam, de prob. ¶Preterea nihil
amplius tractandum est de terra Io.de la Stella, quia cum to-
ta terra fuerit a flumine inundata & corrosa, & primā formā
amiserit, licet postea flumen cessauerit, nō rediit dominium
dictę terrę ad dictum Ioannem de la Stella, sed ad habentem
predium ibi uicinum, ut l.adeò.§.quod si post cum ibi no.ff.
de acqui.re.do.ꝙ aūt dicta terra Ioannis de la Stella fuerit in
totum inundata & corrosa, probant testes Iacobi, & maximè
Franciscus quondam Vgolini quartus testis super 2. ca. & se-
quentibus, & oēs alij testes dicentes quod flumen inundauit
& corrosit vsq; ad Bedullam. Item isto casu pars aduersa op-
ponere

poneret de iure tertij,& sic nõ debet audiri, vt supra dixi. ¶Et per prædicta & alia multa quæ patent in processu, quæ declaratione & legum auxilio non indigent, constat dictum Iacobum tam in iure quam in æquitate iustitiã fouere, quod clarius etiam patebit per inspectionem oculorum. & ideo pronunciandum est indubitanter malè appellatum per dictũ ser Ludouicum, & bene iudicatum per dictum dominũ Saluianum. Consideret etiam ad maiorem euidẽtiam rei dominus iudicans, quod magister Lucas vnus ex ingrossatoribus & iudex primæ causæ examinatus pro parte dicti Iacobi in causa appellationis attestatur quòd semper ei & socio visum fuit quod Iacobus iustitiam foueret. Et quia pluribus impeditus & anxius sum, finem faciam. Laus Deo. Alex.

## ADDITIONES.

a ¶Quod supra lib. 3. consil. 49. nu. 7.
b ¶Lineam. tetigi in consu. Pari. §. 9. nu. 6. cum seq.
c ¶Architectoria. Aristo. symbolicè vocat architectonicam omnẽ precellentem artem ad quem cæteræ minores referuntur.
d ¶Confines supra eo. consi. 90. col. 1.
e ¶Allegari supra lib. 3. consil. 69. nu. 13.
f ¶Probet. suprà, lib. 2. consi. 118 colum. 5. Bal l. penul. C. qui non ob. long. temp. præscr. fa. suprà li. 5. cons. 80. nu. 13. late. Franc. Balb. trac. præscr. par. j. 4. part. princ. q. 3. lib. 1. eo. consil. 220. nu. 4.
* Sequitur Bal.] Oppositum tenet Bal. ad l. emptor. C. de præscr. lon. tempo. Nat.

## EPITOME.

TESTATOR voluit quòd Christophorus possit cum sua familia morari cum Paula vxore testatoris in domo suæ habitationis, & toto tempore vitæ suæ habere alimenta sibi & familiæ suæ de fructibus hæreditatis unà cum d. Paula post mortem testatoris, Christophorus pro se & familia sua renunciauit d. legato & decessit, cuius vidua & filij repudiata hæreditate patris petunt certam summam pro alimentis a tempore mortis testatoris vsque ad obitum Christophori. Respon. Alex. quòd non possunt petere, ex quo per eos stetit quominùs morarentur cũ vidua testatoris, & si petere possent, non possunt petere ęstimationem.

## CONSILIVM CLXXVIII.

Videretur forsan ad consultationem præmissam prima cõsideratione competere dictis filiis quondam Christophori & eius vxori ius agendi ad dictas quantitates ratione alimentorum non præstitorum. Nã fuerunt legata alimenta Christophoro vnà cum familia sua,
1 & † appellatione familiæ comprehendũtur filij. l. detestatio. l. pronunciatio. ff. de verbo. sign. & l. fi. C. eod. titu. & l. qui in adoptionem. ff. de adoptio comprehenditur etiam vxor in dispositione vltimæ voluntatis, vt probatur in d. l. fi. & ibi Bar. & est tex. apertus in l. quicunque. C. de re mili. lib. 12. & in authen. de rest. fideicom. in rub. facit. 11. q. 3. quoniam multos. ¶Quinimò dicit Bald. in l. consentaneum, super penul. gl. C. quomodo & quando iud. quòd quęlibet persona mihi domestica dicitur esse de familia mea. allegat. l. cum scimus. C. de agricol. & censi. lib. 11. inter quos domesticos enumeratur vxor, vt no. glo. pen. Cyn. & alij in l. 2. C. de testi. & Specu. in tit. de teste. §. 1. in versic. sed quid de uxore. & ibi Ioan. Andr. & notant. docto. in cap. in literis, & alibi dicit iurisconsultus quod legans habitationem viro, videtur etiam in effectu legasse vxori. l. cæterum. §. mulieri. ff. de vsu & habita. & l. si ita stipulatus fuero per te non fieri quominus. ff. de verborum
2 obligatio. ¶ † Et legando alimenta Christophoro cum familia perinde est, ac si testator dixisset, relinquo alimenta Christophoro & etiam familiæ, vt l. illi cum illo. ff. de vsufruct. lega. & l. Titiæ textores. §. nihil. cum simi. ff. de leg. 1. & in l. si ancilla cum liberis. eodem tit. & plenè per docto. in l. si cui. ff.
3 de fun. instrum. & in l. fundum. C. de verbo. sign. ¶Nec † habet obstare renunciatio facta per Christophorum, quia primò non uidetur valuisse propter defectum authoritatis pretoris, quæ necessaria videtur in transactione quæ super alimẽtis celebratur. l. de alimentis. C. de transact. & l. cum hi. quasi per totam. l. ff. eodem titu. & propriè in renunciatione ponit Spec. in tit. qui fil. sint leg. §. 1. versic. sed pone quidam. & expressius Bald. in l. pactum quod dotali. in fin. C. de collatio.
4 ¶Denique † dato quòd Christophorus potuisset renunciare quantum erat pro alimentis suæ personæ debitis, tamen quò
* ad alimenta * debita uxori & liberis non potuit renunciare. l. si arrogator. ff. de adopt. cap. filij nati. si de feud. fuer. controuer. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. & l. transactione. C. de transact. & quod in specie no. glo. in l. pactum quod dotali. C. de col. & pulchrè Dyn. Ang. & Bald. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de lega. 1. cum simi. vbi dicunt, quod si pater acquisiuit feudum pro se & filiis, non potest pater in præiudicium filiorum renunciare feudo. de quo etiam per Bald. in l. qui se patris. in 9. colum. C. vnde libe. & in l. si in personam. C. de fideicom. Item dato quòd ille cui alimenta relicta sunt, se aliunde aluerit, debet tamen ab hærede consequi. l. de alimentis. & illum tex. ad hoc ibi no. Bald. C. de transa. ¶Sed
5 † his non obstantibus puto proculdubio dictos agentes obtinere non posse ex pluribus. Nam reliquit testator dicta ali-
* menta præstanda in domo * dicti testatoris seu habitationis eius vxoris, & vnà cum eius vxore de redditibus & fructibus suæ hæreditatis, vnde alibi quam in dicta domo & habitatione præstari non debuerunt nec debent dicta alimenta, ut l. Caio. §. imperator. & ibi Barto. ff. de ali. & cib. leg. l. si quis ita legauerit. ff. de conditio. & demonstratio. & l. qui concubinam. §. vxori. cum ibi nota. ff. de leg. 3. dicta enim verba quòd dictus Christophorus cum familia habeat alimenta vnà cum vxore testatoris in domo habitationis ipsius, cẽsentur adiecta ad commodum & fauorem illorum ad quos spectat onus alimentorum ratione commodioris præstationis. l. 3. §. fin. a contrario sensu. ff. de alimen. & cib. leg. ita dixit Barto. in l. 1. C. de leg. & in l. illis libertis. ff. de conditio. & demonstrat. & in l. Caio. §. Imperator. in fin. ff. de ali. leg. & Specu. in titu. qui fi. sint leg. in versic. quid si dixit in testamẽto. & expressius Barto. consil. 211. incip. Quidam sibi filios hæredes &c. vbi apertissimè decidit casum nostrum. Quærit enim ipse, testator legauit filio fratris sui uictum & uestitum in domo dicti testatoris, & de bonis dicti testatoris, dubitatur an dictus legatarius possit petere legatum extra domum testatoris. Secundò quærit an dictus legatarius possit petere alimẽta pro præterito tempore quo sibi satisfactum non fuit. Tertiò quærit, an dato quòd petere possit pro præterito tempore, an petere debeat æstimationem, an verò res ipsas de quibus alimenta præstantur. quò ad primum concludit quòd si legatarius commodè habitare potest in domo ipsius testatoris, non debent alimenta extra domum præstari, quia illud respicit fauorem illius qui alimenta præstare debet, quia cum minori sumptu in domo sua alimenta ministrat, ut docet facti experientia, quæ est omnium rerum magistra. cap. quam sit. de electio. nisi legatarius ibidem habitare impediretur propter factum vel sæuitiam etiam eius, qui ad alimenta tenetur in domo eius præstare. allegat. d. l. Seio amico fidelissimo. §. vxori. & l. Mæuia. in princip. & §. 1. ff. de ann. leg. cum concordantiis allegatis per eum in dicto consilio, vbi etiam respondet ad nonnulla quæ possent in contrarium allegari. ¶ Circa secundum dubium respondet, quod si legatarius in domo stetit, in qua alimenta præstanda erant, vel per ipsum legatarium non stetit, sed per alium quominùs in dicta domo staret, potest legatarius pro tempore præterito petere si sibi præstita non fuerunt, ita dicit esse casum in l. libertis quos. §. manumissis. ff. de alimen. & cib. leg. & istud quo ad consultationem nostram ponit gladium ad radicem. cum enim steterit per dictum Christophorum & eius familiam quominus habitauerint in domo habitationis prædictæ & vna cum vxore dicti testatoris, nec probatum sit de aliquo iusto impedimento, ideo sine dubio uidetur nulla peti pos-
6 se alimenta. ¶Pro hoc † facit, quia ille cui legata sunt alimenta in domo testatoris pręstanda, debet in domo præstare seruitia secundum qualitatem suæ personæ, vt egregiè uoluit Barto. in l. Caio. §. Imperator. ff. de alimen. & cib. lega. & expressius Bal. in præalle. l. 1. C. de leg. vbi dicit quòd talis persona saltem ad operas obsequiales tenetur, aliàs non debet habere alimenta, iuxta illud, qui non laborat, non manducat. allegat in argumentum. l. in rebus. §. possunt. ff. commoda. & l. Seio. §. fi. ff. de annuis leg. cum qua decisione etiã transit Pau. de Cast.

de Cast. in l. diuortio, in princ. ff. solu. matrim. ¶ Quò ad ter-
7 tium† dubium, scilicet an dato quòd aliqua alimenta pro tē-
pore præterito peti possent, an peti possit æstimatio? Respon
det Barto. in d. consilio præmittendum esse quòd in alimen-
tis præsentibus & futuris non dicitur debita quantitas pecu-
niæ, sed debetur habitatio. Item vinum, frumentum, medici-
næ, lectum, vestimentum, & alia necessaria ad victum. l. verbo
victus. cum l. seq. ff. de verbo. sign. & l. legatis. ff. de ali. & ciba.
legat. ideo ista erant in petitione in alimentis futuris. Sed in
præteritis dicit quòd quædam sunt quæ præterito tempore
pereunt, vt est habitatio. nam impossibile est quod tu des mi
hi habitationem præcedentis temporis, vnde pro illa petitur
æstimatio. allegat. l. si vsufructus mihi in biennium. ff. de vsu
fru. leg. Quædam sunt quæ non pereunt, tamen non expedit
nobis vt præstētur de præsenti, vt medicinæ quibus anno ege
bam, nunc non egeo, quia sum sanus, & pro istis etiam petere
tur æstimatio. l. patronus qui operas. & l. si libertus artem. ff.
de operis liber. Quædam sunt quæ expediunt etiam nobis ho
die dari, licèt pro præterito datæ non fuerint, ut frumētum,
vinum, oleum, carnes, vestimentum, & lectum, quæ annis prę
teritis dari debuerunt, & tunc secundum eum nō æstimatio,
sed id ipsum quod præstari debuit petendum est. alle. l. in li-
bertis quos. §. manumissis. & ibi hoc idem voluit Barto. ff. de
alim. & cib. lega. & l. nulli. C. de erog. mili. anno. lib. 12. & idē
Barto. in tractatu suo alimentorum. in versic. quæro mihi de
bebas alimenta & non præstitisti &c. vbi etiam ad hoc alle-
gat. l. cum vnus. §. verbis. ff. de alim. & ciba. leg. nisi constaret
quod ille qui tenebatur ad alimenta præstanda fuisset inter-
pellatus & constitutus in mora, quia tunc post tempus moræ
posset peti æstimatio, iuxta. l. vnum cum materia. ff. si certum
pet. & l. in hac. ff. de tritica. Et expresse in l. qui vsumfruct. §.
fina. & l. quæsitum, cum ibi not. ff. de vsufruc. & tantò minùs
consequeretur legatarius quantum fuisset interesse dictarum
operarum obsequialium, ad quarum præstationem teneba-
tur, vt dixi, vt not. Barto. in l. diuortio, in princip. in j. colum.
ff. solut. matrimo. argum. l. si constante. §. quoties, eod. tit. Sed
ita est quod de aliqua interpellatione facta hæredibus testa-
toris, nec de aliqua eorum mora constat, ergo ratione moræ
nulla potuit peti æstimatio. ¶ Sed dato quòd aliqua alimen-
ta pro præterito tempore peti potuissent, quia constaret di-
ctos legatarios in domo habitationis prædictæ stetisse seu sta
re voluisse, possent peti alimenta in rebus & in speciebus ac
redditibus hæreditatis testatoris, non autem potuit peti æsti
8 matio prout petita est. † Nec etiam quò ad habitationem pe
ti potest æstimatio, quia habitatio in qua residebat uxor di-
a cti testatoris, erat illa quæ parata [a] extitit pro dictis legata-
riis, & imputetur dictis legatariis, si in ea non habitarunt,
cum ex hoc nullum commodum resultauerit hęredibus, qui
eiusdem habitationis patientiam dictæ uxori præstare op-
portuit, & sic possunt dicere hæredes legatariis prædictis,
gratis habituri eramus habitationem nobis concedendam. l.
2. in fin. C. de nego. gest. & sic non potest ab hæredibus peti
per legatarios, quanti fuissent hæredes conducturi habita-
tionem pro legatariis, ex quo absq; mercede aliqua domum
prædictam ad hunc usum deputatam habuerunt. l. in sum-
ma. versic. & sic habitationem. & ibi Barto. ff. de conditio. in-
debi. ¶ Quinimò dato etiam quòd testator non expressisset
quod dictis legatariis deberent præstari alimenta in domo e-
ius, in qua dicta uxor habitabat, tamen uerum erat hæredes
non teneri præstare alimenta in alia domo, sed liberabantur
* præstando dictis legatariis alimenta * in dicta domo hæredi-
taria, in qua vxor testatoris etiam habitasset si commodè po-
tuissent dicti legatarij in ea habitare, & ita interpretatur testa
torem sensisse q in domo hæreditaria alimenta præstentur,
ita signanter voluit Bal. in l. annalibus, in fi. C. de leg. & Bal.
& Pau. de Ca. in l. si domus, in princ. per illum tex. ff. de leg. 1.
facit quod no. Bar. in l. 3. in princ. per illum tex. ff. de vi. tri. &
ole. leg. Ex præmissis euidens patet responsio ad allegata in
cōtrarium, quia fateor verum esse, quod ad dictum legatum
alimentorum videbantur vocati filij & vxor Christophori, &
q renunciatio facta per Christophorum non valuit saltem in
preiudicium filiorum & vxoris, tamen inspecto q per dictos
filios & coniugem Christophori stetit quominùs habitarent
& morarētur cum uxore dicti testatoris, nulla petere possunt
alimenta, & esto q petere possent, nō potuerunt petere æsti
mationem prout petierunt. Laus Deo. Alex.

ADDITIONES.

* Quo ad alimenta.] Nota quòd potest fieri donatio alicui & filiis ex eo nascituris, Guido Papæ q. 267. Et quòd legatum factum familię, intelligatur de filiis nascituris, tradit Ias. ad l. fin. C. de verbo. sign. Legando autem filiis utrum ueniant nati post mortem testatoris, seu post testamentum conditum vide Alex. cons. 37. in fi. supra eod. lib. dum allegat. l. qui in filiabus. ff. de leg. 1. Et Guidonem sequitur Dec. consi. 225. col. ij. & consil. 578.

* In domo.] Hoc procedit, etiam si simpliciter alimenta fuissent legata, quia intelligitur in domo testatoris, vt Alexan. hic declarat in fi. consilij. Nat.

a ¶ Parata. fa. no. in l. duo fratres. de acquiren. hæred. in l. 1. C. qui te sta. face. poss.

* Alimenta.] Communis opin. est contra Alex. quòd legatarius habere debeat alimenta extra domum, Crauet. consi. 205. in princ. Ias. ad l. cum hi. §. vult igitur. circa fin. de trans. Nat.

* Et mox inquit Alex. Facit quod no. Bar.] Bar. ibi vult, quòd quando testator legat aliquid, intelligatur de eo, quod erat in eius patrimonio, sequitur Dec. consi. 653. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Liber rationum sine causa non probat.*
2 *Verba enunciatiua non probant solennitatem, cui non potest renunciari.*
3 *Tituli substantia non probatur diuturnitate temporis.*
4 *Solennitas non præsumitur in præiudicium tertij nisi post 30. annos.*
5 *Scientia & patientia domini extendit mandatum.*
6 *Factum de facto, eodem modo retractandum est.*

CONSILIVM CLXXIX.

In causa & lite inter hæredes quondam magnifici
equitis domini Iacobi de Gratis appellan-
tis, & hæredes quondam spectabilis uiri Bartholomæi de Pre
tis appellatos, videtur mihi partes iudicantium esse in pronū
ciando fuisse bene iudicatum in fauorem dictorum hæredū
1 Bartholomæi de Pretis, quoniam fundata † videtur intentio
agentium ex scriptura libri campionis Montis salis, qui regu
latur & gubernatur per personam authoritate publica depu-
tatam. l. quędam. §. nummularios. cum gl. & ibi declarat Bar.
in fi. ff. de eden. l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisc. no. Bar.
in auth. & si contractus, ad fi. C. de fid. instr. & Sal. in l. exem-
plo. in prin. C. de prob. & doc. in c. 2. de fide instr. & maximè
Io. de Imo. ibi circa vltimam chartam cum etiam dictus liber
sit in archiuo publico ciuitatis Bononiæ plenam fidem facit
vt in auth. ad hæc. C. de fide instrum. & declarat Ioā. And. in
addi. Spec. in tit. de instru. edi. §. nunc dicendum. in add. ma-
gna ad fi. & Bal. in rub. supra de fide instr. in pen. col. & in d.
l. ex empto. & doct. in d. c. 2. & in dicta scriptura exprimitur
causa crediti. nam describuntur creditores hæredes Bartho-
lomæi de Pretis in libris 2000. quæ factis certis detractioni-
bus deductæ fuerunt ad summam libra. 1783. solidorum sex
& denariorum octo pro stipendio sibi debito pro tempore
quo præfuit tanquam capitaneus palatio ciuitatis Bononiæ
prædictus Bartholamæus. constat etiam de causa per manda-
tum domini Legati, qui causa cognita mandauit notario de-
putato ad scribendum creditores cameræ super libro dicti cā
pionis montis, q scribere deberet dictos hæredes pro credi-
toribus cameræ in dicta quantitate. ¶ Solum restat uidere an
ea quæ per partem aduersam obiiciuntur, habeant obstare di
ctis hæredibus Bartholomæi? Et primò dum obiicitur quòd
si dictus liber probat pro hæredibus Bartholomæi, debet etiā
eadem ratione probare pro hęredibus domini Iacobi, & in di
cto libro reperitur in effectu descriptus dn̄s Iacobus credi-
tor in quantitate librarum septingentarum octoginta triū so
lidorum sex denariorum octo, quæ summa est pars dictæ to-
tius maioris summę in qua fuerant descripti creditores dicti
2 hæredes Bartholomæi. & dico hoc† nō obstare, quia liber ra
tionum nō probat in ea parte in qua ratio in eo descripta [illegible]
ret causa. l. nuda ratio, & ibi no. gl. in uerbo, intelligitur. ff. de
dona. & Bart. ac cæteri doc. ibi communiter ita illam. l. intel-
ligunt. & l. cum de indebito. §. fi. ff. de proba. cap. si cautio. de
fi. instr.

fi.instr. sed dicta scriptura cõtinens rationem & creditum Iacobi nullam continet causam secundum quod apparet in copia libri mihi exhibita: ergo dicta ratio tanquam indiscreta
3 in ea parte non probat, ut dixi. ¶ Fortificatur, quia dicti † hæredes Bartholomæis de Pretis tempore dictæ scripturæ erãt minores, neque de iure communi neque de iure municipali poterant dictum creditum alienare sine decreto iudicis. l. lex quæ tutores. C. de admi. tu. l. non solùm. C. de prędiis min. & præcipuè, quia tales annui reditus inter immobilia computãtur. l. iubemus nulli. in prin. & ibi no. C. de Sacros. Eccl. & in auth. de non alie. §. hoc nos. in uerbo, ciuiles annonas. & ibi no. in cle. exiui. de uerb. sign. in uersi. cumque. annui reditus.
dicis officium.l.sicut.& ibi no. C.de præscrip. 30.ann. & no.
C.de fal.in l.querelam.maximè si intra annum in iudicio uel
extra conquestus est de grauamine sibi illato per arbitros, per
l.qui se grauatos.C.de censi.& censi.& peræquatuor. lib.11.
vt firmauit Bar.in l.si societatem.§.arbitrorum.in ver.quęro
intra quantum tempus &c.ff.pro soc.istam etiam opi. ꝙ spa-
b tio[b] 30.annorum possit peti reductio ad arbitrium boni uiri,
firmauit etiam Bal.in l.fi.C.de contrahen.empt. & ita refert
tenuisse Cyn.in additionibus in d.l.si societatem.§. arbitro-
rum.istam etiam opinionem firmauit Ang. & Bal. in l.sicut.
C.de præscr.30.anno.& hæc est etiam communis opin.cano
nistarum in c.Quintauallis de iureiur.licet.Spec.aliter dixe-
rit in tit.de arb.§.sequitur.versi.sed intra quod &c.cuius opi
nionem communiter reprobant doct.in dictis locis. ¶Et for
4 tius dico ꝙ posito etiam quod dictus † Michael nõ reclamas-
set intra tempus, tamen iudex reclamationis & querelæ si ui
det sententiam siue laudum esse iniquum & iniustè latũ con
tra non reclamantem potest in fauorem non reclamãtis pro-
nunciare laudum fuisse iniquum & ipsum corrigere & refor
mare.

mare.uerbi gratia, iudex condemnauit Titium in quinq; de quantitate decem petita per Seium. Seius appellauit à sñia, & dicit sententiam iniquam: quia Titius debuit condemnari.in 10.& non in quinque. certè licet Titius non appellauerit, c potest iudex appellationis in totum c absoluere Titium etiam à quinque, in quib. fuit condemnatus per primum iudicem. iste est text. ualde no. in l. ampliorem, in prin. C. de appel. quem Bal. ibi dixit esse mirabilem. hoc etiam probat expressè in d.l. fin. maximè secundùm tertiam lec. quæ est uera. C. quando prouo. non est neces. & ibi not. Cyn. Bar. & Bal. & in terminis firmat per dicta iura Bart. in l. si quis libello. C. de app. & ēt in nostris terminis precisè firmat dom. Ant. de But. in c. cum Ioannes, in fi. de fid. instru. ¶ Quod autem dictum laudum arbitrorum fuerit iniquissimum in ea parte in qua condemnarunt d. Michaelem ad dandum d. Francisco libras 22. Bono. hoc apertissimè probatur ex plurib. capitib. & primò quia superius dixi nec in prima causa agitata in castro Duciæ, nec etiam in secunda agitata coram arbitris, nec etiá in tertia eam pendente coram domino potestate fuit unquá deductum uel saltem probatum per d. Franciscum quod d. Michael fuerit uniuersalis hæres dicti Tonii quondam eius patris, prout requirebatur iuxta not. in d.l. necessariis, supra de acq. hær. & supra plenè dixi, si non fuit hæres patris: ergo ad eius debita non tenetur, ut l. 1. & per totum. C. ne filius ꝓ patre, præterquá in casu singulari uidelicet in debito ex causa primipilari, ut est text. singularis. l. fin. C. de primipilo. lib.
5 12. per quem notabiliter dixit † Bald. in l. dotis. C. de iure do. ꝙ ualet statutum disponens quod filius teneatur ad debita paterna, etiam si non fuerit eius heres. & idem sequutus est Pet. de Anch. in commento c. canonum statuta, de consti. ¶ Item & secundò fuit dictum laudum iniquissimum, quia actor ēt non probauit dictam uenditionem, quod ostendo, nam posito ꝙ testes examinati coram arbitris perfectissimè probarent intentionem ipsius actoris, quod tamen est falsum ut infra,
6 declarabo, † tamen quia dicti testes fuerunt examinati super iisdem capitulis super quibus ipsimet testes seu alii fuerunt examinati in causa principali agitata coram Vicario Duciæ, ideo dicta examinatio secundo loco facta habetur pro nõ facta, quia fieri non potuit. siue dicamus ꝙ causa uentilata corá dictis arbitris fuerit causa appellationis, tunc (ut dixi) in causa appellationis non possunt testes examinari super iisdem capitulis, ut C. de temp. app. l. per hanc. & l. ampliorem. §. 1. de appe. & extra de testi. in c. fraternitatis. & hodie est decisio clara in clem. testi. extra de testi. siue dicamus ꝙ dicta causa uentilata corá arbitris non fuerit causa appellationis seu subrogata loco eius, sed fuerit diuersa instantia; & dico similiter quod in ea instantia & causa non potuerunt testes examinari super iisdem capitulis super quibus aliàs fuerunt examinati coram Vicario castri Duciæ, attento quod causa uentilata coram arbitris tendebat ad eundem effectum ad quem tendebat prima principalis causa. & de eadem re & inter easdé per-
7 sonas uertebatur dicta causa: quia tales † attestationes factæ coram Vicario castri Duciæ faciunt fidem in causa secundo loco mota coram arbitris. l. gesta. C. de re iud. ita firmat Inn. in c. cum in tua, extra de testi. & Bar. in l. 2. §. 1. in uer. quæro quid si ille qui produxit testes &c. ff. ui bon. rap. & idem Bar. C. de test. in l. fi. & in auth. at qui semel. in ulti. col. C. de proba. in l. 2. ff. iudi. sol. istud etiam tenebat Iac. de Are. in l. properandum. §. fi. C. de iudi. reprobata glo. ibi & idem ēt tenuit la. But. & post eum Bald. in d.l. fi. C. de testi. qui etiam ibi in terminis nostris dicit hoc procedere in testibus productis coram iudice ordinario, ꝙ postea super iisdem capitulis nõ possunt produci coram arbitro, quia si dictæ attestationes faciũt fidem coram maiori iudice, ergo etiam coram minori. arg. authen. multò magis. C. de sacrosan. eccl. ¶ Vltra hoc etiam dico quod posito quod dicti testes potuissent iterum examinari, quod est falsum, tamen adhuc dico ꝙ tales testes non probát intentionem agentis: nam omnes testes dicti Francisci nihil efficax ad propositum deponunt, ut ex eorum serie & lectura euidenter patet præter quendam Lucam de Zappis, qui ēt nihil probat, saltem ꝙ habeat releuare d. Fráciscum ut statim declarabo. nam d. Lucas examinatus in principali causa corá
8 Vicario castri Duciç deposuit in effectu ꝙ dicta uenditio fuit celebrata, † sed ꝙ tamen non cognouit dictum emptoré, nec eius nomen sciebat, & sic nihil probauit. postea coram arbitris deponit ꝙ d. Franciscus uendidit dictos boues d. Tonio Fabro de Ducia: quomodo ergo iste testis potuit cognoscere d. Tonium a tempore quo prima uice fuit examinatus citra: qm̃ tempore primç examinationis ipse Tonius erat mortuus, ut confitetur d. Franciscus respondendo positionib. in hac ultima causa factis pro parte Michaelis: ergo iste testis est suspectus, & fidem non facit: quia non uerisimilia dicit, ut probat in tex. l. 3. in fi. prin. ibi & ex tempore uerisimilia rñderit &c. & l. ob carmen. §. fi. eo. ti. nam iste testis ex tempore comprehenditur non uerisimilia dicere, scilicet attento tépore mortis ipsius Tonii, & attento tempore primæ depositionis seu examinationis. nam testis potest hominem cognoscere ex inspectione faciei, sed si ipsum non uidet, eum cognoscere non põt per alium sensum corporis prout debet testis deponere,
9 & iste testis † ad probandum talem esse Titiũ reddit causam sufficientem si dicit scio, quia eum uidi in facie: ita not. Bar. per illum tex. in l. stigmata. C. de fabricen. lib. 11. & in l. cum in diuersis. ff. de relig. & sump. fune. & ideo probanti per unum testem non uerisimilia dicentem non posset deferri iuramentũ in defectum probationis, ut firmat no. Bal. in l. 1. per glo. ibi. in l. 1. C. qui & aduer. quos. unde cum dictus testis necessariò sit contrarius sibimet, quia in prima depositione, dixit ꝙ non cognoscebat dictum emptorem qui tunc erat mortuus, & in secunda examinatione dicit ꝙ d. Tonius fuit ille, qui emit di-
10 ctos boues. † unde cum uaria seu contraria dicat, non credit
d sibi nec quò ad primam testificationem nec quò ad secundã d & etiam uenit puniendus, ut est tex. cum glo. ff. de test. in l. ꝗ falsa. & in l. eos. in 3. respõso. & ibi Bar. & doc. ff. de fal. & no. Bal. C. de re iud. in l. gesta. ¶ Aliam cõtrarietatem etiam incurrit dictus testis, quia in prima examinatione deponit de pretio 35. librarum. in secunda deponit de pretio librar. 45. Bono. item dictus testis secundo loco fuit examinatus parte nõ citata ad uidendum delationem iuramenti prout requiritur, ut l. si quando. C. de testi. quam citationem in casu isto uigore cuiuscunque potestatis & arbitrii non possunt omittere iudices seu arbitri, quia est defensio quæ est introducta de iure naturali, ut in cle. pastoralis. de re iudi. & ita dicit Bart. no. in l. 1. ff. de testa. mili. & in l. filiusfa. ff. de donat. & Bal. in l. milites. C. de test. mi. ¶ Et ex istis oppositis contra d. Lucã sequitur necessario ꝙ dictus testis non est omni exceptione maior tunc succedit notabilis doctrina Bar. in l. admonendi, in uer. uenio ad tertium. ff. de iureiu. & do. An. de Bu. in c. fi. de iure
11 iu. dicentium ꝙ † ubi testis non est omni exceptione maior, tunc non facit semiplenam probationé, nec põt deferri iuramentũ in defectum probationis. & dr̃ testis omni exceptione maior, qñ contra eũ nulla exceptio mundi põt opponi, iuxta gl. reputatã singularem. in c. ex literis, el ij. de consang. & affi. & tex. probat in l. optimã. C. de contrah. & commit. stip. ubi ēt dicit Bal. ꝙ oportet ꝙ superet omné ēt friuolam exceptioné, & ꝙ pp solam infamiam facti testis non diceretur oĩ exceptione maior, sed cõtra d. Lucã & eius attestationes plures exceptiones legitimè opponunt, de quibus dixi s. ergo non dicitur oĩ exceptione maior, & sic non facit semiplenã probationem, adeò ꝙ possit deferri iuramentũ in defectum probationis. ¶ Quinimò & adhuc magis urgentius dico ꝙ posito ꝙ d. Lucas testis faceret semiplenam probationem, tñ non potuit d. Francisco deferre iuramentũ in defectum probationis, qa d. Michael corá dictis arbitris plenè uel saltem semiplenè ꝓbauit solutionem dictarũ 22. librar. Bon. factam p d. Toniũ d. Francisco, ut deponunt testes inducti per d. Michaelé, tũc
12 † succedit notabilis doctrina gl. Bar. & Bal. in l. 1. C. qui & ad uer. quos non poss. in integ. resti. ꝙ una imperfecta probatio tollit aliã imperfectam, adeò ꝙ non est locus delationi iuramenti, nedũ si semiplena probatio elidatur p aliam semiplenam probationé, sed ēt si elidatur per quamlibet præsumptioné uel indiciũ, ita dicit gl. & doc. in d.l. 1. & no. ēt Bart. in d.l. admonendi, in uer. quæro utrũ una probatio imperfecta &c. & idé Bal. in l. bonæ fidei, in 3. opp. C. de reb. cred. & est alia gl. in l. fi. in prin. ff. ꝙ met. causa & huic obiectioni pro certo nõ potest rñderi per partem aduersam iudicio meo, qa d. Michael corá arbitris salté semiplenè uel ꝓsumptiuè probauit. ¶ Vlterius ēt possumus dicere ꝙ non tantũ semiplenè probata sit dicta solutio, sed etiã plenè. nam Iacobus q. Petri de Varignana

gnana deponit apertè ꝙ uidit d. Tonium soluere & numerare libras 22. Bono.& licet iste testis dicat ꝙ Ioannes frater di
13 cti Iacobi testis fuit præsens dictæ numerationi,& post ea† ipse Ioan. examinatus dicat ꝙ non uidit numerationem pecuniæ,tamen ex hoc non detrahitur de fide ipsorum testium: quia potuit esse ꝙ Ioan.erat præsens: & tamen non uidit numerationem.l.1.§.tutor.& ibi hoc expressè tenet Bar.ff.de auth. tu. & magis clarè etiam firmat hoc Bal.in l.testium, in 3.col.in uer. modo hoc insurgit &c. C. de testi.principaliter per gl.ibi.& refert ꝙ hæc quæstio sibi accidit de facto Paduę, dum ibi legeret.& idem Bal. Ang. Imo.in l.hæredes palàm, in prin. ff.de testa. deponit etiam d.Ioannis ꝙ eodem loco & testibus d.Frãciscus uocauit se contentatum à d.Tonio. ¶ Itẽ alius testis uidelicet Zonus examinatus in fauorẽ d.Michaelis in hac ultima causa dicit expressè ꝙ uidit numerari d. Frã
14 cisco per d.Tonium libras 21.Bon.† nam licèt primus testis dixerit de libris 22.tamen per hoc non dicitur contrarius alteri testi,ut no.Bart.in l.fin. §.1. ff. de leg.2.& dicuntur omnes saltem constare in libris 21.Bono.quia in maiore summa inest minor.l.1.§.si stipulanti.de uerb.obli.& l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbi. quod argumentum etiam procedit in testibus,ut notat Bal.in l.conuenticulam, in ult,colum.de episc.& cle.de quo per Io.And.in c.1.de arbi. in 6. in nouella.nam bene potuit esse ꝙ dictus Zonus testis non uiderit numerationem pecuniæ nisi de libris 21.& ꝙ dictus Iacobus alius testis uiderit numerari integras dictas 22.libras. quia fortè primò uenit quàm dict.Zonus, ut comprehenditur ad intellectum & per experientiam. ¶ Præterea ad confirmationem iurium dicti Michaelis adducitur: quia pars aduersa in reclamatione sua dicit dictum laudum fuisse nullum: quia excesserunt arbitri formam compromissi. sed si pars hoc confitetur, nulla maior est probatio quàm per confessionem. l. cũ te.C.de transac.& C.de fideic.l.fi.ergo dictum laudum in nihilo habet obstare dicto Michaeli. ¶ Subdo ꝙ stantibus prædictis non est dubium quod dicti arbitri bene iudicarunt absoluendo dictum Michaelem ab expensis, quia etiam eum debuerunt absoluere ab omni summa, & uictum uictori in expensis condemnare, ut patet clarè ex supradictis. Et etiã sup-
15 posito ꝙ prædicta † uera non fuissent & non procederent; dico ꝙ ubi actor probat per unum testem,& supplet per iuramentum sibi delatum in defectum probationis, si reus habet unum testem per se uel saltem aliquam præsumptionem, nũquam debet reus in expensis condemnari.ita singulariter determinauit Bal.in auth.generaliter,in 6.op.C.de epis. & cle. & in uersic. ex prædictis aũt &c.quia si in uno releuatur,s.in probando per iuramentum,grauatur in alio, scilicet ꝙ nõ obtineat condemnationem expensarum.arg.l. eum qui.in prin. ff.de iureiu. secundum Bal.& clarum est quòd in casu nostro dictus Michael nedum habuit pro se præsumptionem, sed ẽt
16 duos testes. Et alio etiam † respectu non potuisset condemnari dictus Michael in expẽsis per dictos arbitros, quia si uincit in prima causa principali licet postea succumbat in causa appellationis,seu in qualibet alia secunda causa,excusatus est
c propter [c] primam sententiam,adeò ꝙ non debet condemnari in expensis, maximè si secunda sententia fuit lata ex nouis probationibus prout fuit in casu nostro ista est glo.not.& ibi Bar.& doct.in l.generaliter.§.1.C.de reb.cred.not.etiã Bart. in l.properandum.§.sinautem alterutra.C.de iu.& in l. tutores.§.curatores.ff.de admi.tut.& in l.fi.ff.de re iu. tenet Ioã. An.in regula,iuris ignorantia.de reg.iu.in 6.& Inno.post gl. in c.finem litib. de do.& contu.& Bal.in l.eos.§.cautione.C. de app. Et hoc maximè procedit in Michaele prædicto q habuit iustam causam ignorantię eorum quę gesta sunt a defuncto patre suo.l.qui in alterius.ff.de reg.iu.& l.fin. ff.pro suo. quem iusta ignorantia excusat ab expensis litis, ut l.qui solidum.§.etiam.cum glo.& ibi doc.ff.de leg.2.& no.gl.& doct. in d.l.properandum.§.sinautem alterutra.C.de iudi. & in l. eum quem temerè.ff.eo.ti.probatur etiam in d.auth.generaliter.& ibi Bal.C.de episc.& cler.Et hæc sufficiant.¶ Nõ omit
17 to ꝙ † etiam dici posset petitionem dicti actoris nõ esse claram & certam prout esse debet; quia res quæ petitur, debet certè & clarè demonstrari, ut l.si rem.ff.de rei uendi.l.1. §. si quis argentum.cum ibi no.ff.deposit. & plenè not. in l.1. in prin.ff.de edendo.& per doct.in l.edita.C.eo.tit.& in c.significantibus.extra de libel.obla.& vt res dicatur certè demonstrari,requiruntur ad minus duæ veræ demonstrationes, vt Petrus Martini de Perusio.l.hac consultissima,in prin.C.qui testa.fa.pos.& similiter res debet demonstrari per duos confines.l.forma.ff.de censi.ita notabiliter declarat Bart. in l.demonstratio falsa.in uersic.septimò quæro ff. de condi. & demon. sed in casu nostro dictus actor dicit ꝙ uendidit bones
* pili nigri, * & sic non ponit nisi unam demonstrationem & p consequens res non dicitur certè declarata & specificata, & p consequens etiam testes & probationes ad idem tendentes non dicuntur certæ sed ambiguæ,& ideo actorem non releuant.c.in præsentia,de prob.l.inter stipulantem. §.Stichum, cum ibi no.de uerb.obl.& l.non ob hoc.C.unde cognati. cũ si.& licèt aliquo casu petitio incerta procedat;tamen semper debet in probationib. certificari ut possit sequi certa sñia, ut est glò.ualde no.& ibi doc.in d.l.1.§.si quis argentum. ff.de posi.& no.Bart.in l.si rem.in fi.ff.de rei uend.& Bald. in l.2. C.de sen. quæ sine cer. quanti. idcircò ex hoc alio capite sequitur id quod suprà dixi,ꝙ actore non probante uel nõ clarè probante reus debet absolui.Et hanc partem pro certo debent dominus iudex fauere, quia est ueritate fulcita ut patet ex testibus optimè probantibus solutionẽ quantitatis.& non est uerisimile quod dictus actor,qui fuit & est satis egena persona ualde cauta & astuta distulerit tanto tempore petere pecuniam sibi debitam,nisi quia scit mortuum esse d.Tonium, & æstimauit dictam solutionem esse ignotam præfato Michaeli,cui ueritati debet semper iudex hærere 30.q.fin.c.indicantem.C.de eden. l.is apud quem.& hæc ueritas etiam est munita & comprobata pluribus & pluribus adiumentis legum iustitiæ,ut suprà plenè deduxi,& plenius supplebit summa sapientia domini potestatis & iudicare debentis. ¶ Nec prædictis habet obstare.si in actis factis coram arbitris appareret ꝙ fuerit per arbitros statutus terminus d. Michaeli hoc petenti ad probandum solutionem librarum 22.Bonon.allegatam per d.Michaelem quia clarè ad hoc respõdetur,ꝙ d.Michael semper negauit contractum uenditionis bonorum, & eo casu quo constaret de uenditione allegauit solutionem factam
18 fuisse,ut patet in toto processu. ¶ Fortius dico † & est uerissimum, ꝙ eo casu quo ipse Michael reus simpliciter allegasset solutionem bonum, ꝙ propter hoc dicitur confiteri contractum uenditionis præcessisse,maximè,quia actor negauit ipsam solutionem factam fuisse. ista est gl. in terminis multùm notabilis in l.Iul.uerum debitorem. ff.de condi.inde.quã ad hoc pro ualde notabili ponderat & exclamat Bart. ibidem in 6.col.in uersi.opp.ꝙ impossibile est ꝙ sequatur &c. idẽ Bar. Ang.& docto.ff.de excep.in l.non utiq;.per illum tex. & per l.cùm de indebito.in prin.ff.de probatio & Bar.& doct. in l. decem.ff.de uer.ob.& idem tenuit Nic.de Mat. & Cy.& Bal. in l.exceptionem.C.de proba.& Bal.in l.1.in 4.colum. C.de confessis.& Io.And.in c.cum uenerabilis, de exceptio. & idẽ Ant.de But.in c.ex parte decani.de rescript.qui omnes reprobant opinionem Dyn.in c.nullus pluribus.de reg.iu.in 6. in quo non insisto quia est communis opinio. ¶ Præterea dicta
19 scriptura in qua fit mentio de dicto termino, non continet testes,& sic non facit fidem, maximè, quia non fuit actus factus coram iudice.istud probatur in auth.de instr.cau.& fin. §.oportet.& est gl.in auth.de hær.& fal.§.sinuerò absunt. in uerbo quantum.& etiam probat in l.post mortem.ff.de adoptio.& no.doct.in c.quoniam contrà. de probatio & est alia glo.in l.solam.C.de testibus.quæ idem dicit. quam sequitur ad hoc Bal.in l.iurisiurandi. C.de testib.in fi. & per prędicta ex multis membris & ex quolibet de per se sequitur euidenter, ꝙ dictus Michael debet absolui, & dictus Franciscus in omnibus expensis dictarum litium condemnari. Alexan.

ADDITIONES

a ¶Filius, supra lib.3. consi.34.nu.5.
b ¶Spatio.idem Ang.consi.305.Statuto cauetur quòd laudo. Soc.consil.220.col.3.lib.2.dic simpliciter quandiu durat ius uel actio principalis licet aliter dicat Petr. de Ferra.in for.li.quo. agi.ex compr. uersi.nec reductio Panor.d.c. Quintauallis.num.19.
c ¶Totum. & bene, sed non seruatur in hoc regno,nisi formaliter appellet ut subeat periculum mulctæ,alioquin non fiet ei ius etiam liquidum.

liqnidùm.pleræq; sunt id genus apud nos cōstitutiones pecuniariæ.
Hæc de re late Fel.ad c.cum Io.col.7.de fid.instru.
d ¶Secundam.supra lib.2 consi.222.nu.13.
e ¶Propter.vide decisi.Tholo.223.Anch.consi.415. in fi.Bonifa.de Vitali.cle.j.col.4.versi.suas tamen.de re iudi.infra lib.7.consi.179.in fi.
Pilinigri.] Spe.in tit.de libel.concep.§.quid sit libellus.in forma nō ponit in petitione æqui nisi vnam demonstrationem talis pili. Nat.

## SVMMARIVM.

1 *Fructus pendentes tempore venditiunis cedunt emptori.*
2 *Agens ex vna causa probans de alia obtinet.*
3 *Enunciatiua non disponunt, sed tantum probant inter eosdem.*
4 *Locatio non est nisi appareat de pacto certæ mercedis.nu.5.*
6 *Conductor non facit fructus suos nisi perceperit.*
8 *Ius non acquiritur per solam sententiam, etiā in corporalibus.*
10 *Dominus solus vel possessor potest petere reuocari tenutam.*

## CONSILIVM CLXXXIIII.

In causa & lite inter Nigrixolū de Nigrixolis agentem, & Christophorū de Contrarijs se defendentem. Viso quàm copiosè & elegāter allegatum est per excellentissimum iuris vtriusq; doctorem do. Vgolinum mihi vti patrem hoñ.paucioribus vtar. Dico igitur de necessitate ferendam esse absolutoriam in fauorem d. Christophori, & primò ex eo, quia non constat de aliquo iure agentis: nam aut Nigrixolus intendit se fundare ex titulo venditionis dicti iuris decimandi sibi factæ per Philippum de Pasis vt procuratorem dictæ Chaterinæ suæ vxoris, ad quàm dicitur spectare dictum ius decimandi pro rata pro qua agit d. Nigrixolus; & tunc dico quod talis titulus venditionis non suffragatur d.Nigrixolo, dato ꝙ etiam appareret de mandato dicti Philippi ad
1 vendendū, ex eo † quia emptor solùm debet habere fructus, qui erant pendentes tempore emptionis: alios autem non. l. fi.§.vt fructus.ff.quę in frau.credi.& l.Iul.§.si fructibus.ff.de actio.emptio. sed ista venditio fuit facta Nigrixolo de anno 1458.die 16.Septembris, quo tempore fructus non consueuerunt esse pendentes sed percepti, ergo non potest ipse agere ex uenditione, maximè cum non probauerit illos fructus fuisse comprehensos in sua uenditione & sic fuisse pendentes tempore venditionis prout erat fundamentum intentionis suæ, ideo illud probare debebat, scilicet quòd penderent fructus illo tempore.l.eum actum.ff.de nego.gest.l.nauem.C.de probat.not.in clem.fin.de rescrip.& in l.non solum.§.sed ut probari.per Bart.ff.de ope.no.nuncia. ¶Prætereà dato quòd in dicta venditione essent comprehensi dicti fructus; tamen non egit Nigrixolus ex causa venditionis, sed ex causa
2 conductionis vt patet in libello suo. vnde † si agit ex vna causa & probat de alia, non potest obtinere.l.habebat, in princi.ff.de instito.not. Innoc.in c.ex parte abbatissæ, de priuileg.& Bart.in l.1.in princi.ff.de eden.cum concordantijs. ¶Nec obstat si diceretur ꝙ in dicto instrumēto venditionis dictus Philippus confitetur & enuncia dictum Nigrixolum illo anno conduxisse à dicto Philippo dictum ius decimādi, & sibi Philippo esse satisfactum de mercede & affictu, & non reperio quod in processu aliter constet de dicta locatione: & si ita est, fallitur multum dictus Nigrixolus si in hoc confidit: nam
3 præsuppono † quod verba in contractibus quæ enunciant aliquem actum seu contractum pręcedentē & obligatiuum, non inducunt dispositionem, sed solùm inducunt probatio-
a nem illius actus enunciati.[a] l. Publia.§.fi.ff.deposi.l.optimā.C.de contrah.& comit.stipu.& no.Bar.& alij.in l.ex hac scriptura.ff.de dona.talis probatio non habet effectum, nisi inter ipsas personas inter quas facta fuit illa enunciatio, non inter alios, vt in auth.si quis in aliquo.C de eden. cum ibi not.per Bar.in vlt.col.in versi.venio ad aliam materiam &c. & Bald. ibi in 2.col.in versi. iuxta hoc quæro pone quòd unū instrumentum.& ideo dicit Bald.ꝙ si instrumento dotis facto inter Titium & Bertam Titius & Berta confiteantur matrimoniū præcessisse, talis confessio & enunciatio probat inter ipsas partes matrimonium præcessisse, quo ad hoc vt valeat contractus dotis, quæ esse non potest sine matrimonio.l.3.ff.de iure dot. non autem probabit quò ad alias personas quòd illud matrimonium verè præcesserit, vt etiam plenè habetur in
4 cap.illud, de præsumpt. ¶ † Fortificatur hoc: quia ad hoc vt valeat locatio & conductio, adeo ꝙ ex ea agi possit, requiritur quòd appareat de conuētione certæ mercedis seu pensionis, alias non valet.l.2.& l.si merces.in prin.ff.loca.facit text. in §.pretiū, insti.de emp.& vend. & l.fi.C.de contrah.empt. iuncta.d.l.2.sed ex dicto instrumento non apparet de aliqua mercede seu pensione certa, ergo &c. ¶ Plus verbo fertur, ꝙ dictus Philippus non habebat mandatum a dicta Catherina ad locandum nec ad vendendum. ¶ Nec obstat quòd fortasse dicta Catherina ratificauerit, quia responderi potest, quòd dictus Philippus ea quæ gessit cum dicto Nigrixolo fecit tanquam procurator Catherinæ vigore mandati de quo partes asseruerunt fuisse rogatum ser Ioannem de Agolantibus vt apparet in dicto instrumento venditionis.& sic Philippus fecit illum contractum non tanquàm negotiorum gestor, sed tanquam procurator vigore dicti mandati, ergo non potuit transferre plusquàm operaretur dictum mādatum. quia limitata causa limitatum parit effectum.l.in agris.ff.de acquir.rer.do.& l.ita autem, in princip.ff.de admin.tuto.& succedit illa regula, quod potui nolui &c.l.multū.C.si quis alteri vel sibi.&c.cap.cum super de offic.deleg. prætereà in dicta ratificatione non dicitur pro quo tempore facta fuit locatio, nec
5 pro qua vel quanta mercede. † sed simpliciter fit relatio ad instrumentum locationis, quod non apparet; & sic illa ratificatio de per se est obscura & incerta & non releuat, quia non potest esse locatio sine certa mercede & certo tempore vt dixi, & licet in quadam vltima ratificatione facta per dictam Catherinam de anno 1460.die 29.mensis.Maij dicta Catherina ratificet locationem factam Nigrixolo pro tribus annis; tamen non exprimit qui sint illi tres anni, & in dubio debent intelligi de tribus annis proximè sequuturis a die ratificationes.l.eum qui calendis, in prin.ff.de ver.obli.nos autem quęrimus de fructibus anni 1458. & per consequens illi fructus non comprehenderentur in dicta ratificatione. ¶Insuper non potest obtinere d. Nigrixolus etiam dato quòd appareret ve-
6 rè de ipso contractu locationis, quia Nigrixolus assertus † cōductor non potest agere ad illos fructus tanquam suos, quia sui non sunt antequam eos perceperit.l.cum in plures.§.messem.ff.loca.& l.si seruus.§.loci.ff.de fur.nec etiam * aliquo re
* medio aut interdicto possessorio illos fructus petere potest, iuxta ea q̄ no.in l.& ideo.§.fin.ff. de consti.fur. & in l.rē quæ
* nobis.* ff.de acqui.poss.quia eos fructus nunquam habuit seu nunquàm eos possedit, ergo illa remedia non competunt, vt no.iurib.proximè allegatis.nec etiam aliquam actionem personalem habet contra d. Christophorum quia nullus contractus gestus est inter Christophorum & Nigrixolū, ex quo contractu potuerit oriri actio.l.si in area. ff.de cód.indeb.& licèt
7 † cōductori detur actio furti cōtra eū qui fructus rei cōductę perceperit.ff.de fur.l. si apes tñ hic non est intētata actio furti, quia nulla facta est mentio de furto in libello, nec est facta mentio de aliqua cōtractatione dictorum fructuum de loco ad locum, prout de necessitate requiritur in furto. l.1.§.fi.ff.de fur.quinimo in Christophoro cessat præsūptio furti.quia cum in dictis fructibus percipiendis negari non possit Christophorum habuisse partem ratione partis quam in eis habebat cessat suspicio furti in toto, vt l.meritò.ff pro soc. ¶ Vltra prædicta etiam patet d.Nigrixolum non posse obtinere ex iure decimandi per eum conducto à dicta Catherina, quia cùm ipsa vigore suæ sententiæ seu adiudicationis non acquisiuerit
8 ius decimandi, quia † per sententiam [b] non acquiritur ius ēt
b in iuribus incorporalibus adhærentibus rei corporali prout est ius decimandi sine apprehensione possessionis.vt no.doc. in c.cum nostris, de conces.præben.& Bal.in l.traditionibus, ad fin.C.de pac.& in l.1.in fi.C. communia vtriusque.iu.cū si.bene faciunt no.per glo.instit.de offi.iud.§.fi. & per doct. in l.ex hoc iure.ff.de iust.& iu. sed Catherina nunquā apprehendit quasi possessionem iuris decimandi, quia vt etiam di-
9 xit do.Vgolinus, & bene, † per ingressum fundi non dicitur quis apprehendere quasi possessionem iuris decimandi, vt
* no.Inno.* in c.ex literis de resti.spo.in vlt.col.in ver.illud aūt &c. & ex hoc verificat᷑ aliud ꝙ non pōt dici adiudicationem insolutum factam Christophoro non valere, eo quia non fue-
10 rit citata Catherina; quia dico ꝙ † nullus occasione citationis de eo non factę audit᷑ petens reuocari tenutam & dationem insolutum factam super tenuta, nisi ille qui possidebat il-

lam reauterat dominus illius, secus si aliud ius uel interesse
c prætendebat, quia talis non erat citandus. [c] ita dicit Iac. But. in l. manifestissimi. C. de fur. & idem sequitur ibi Bald. in 2. col. qui reputat hoc bene notandum & probari per rationes quas ibi ponunt. Post prædicta exhibitum est mihi instrumẽtum in quo apparet ꝙ d. Christophorus promisit d. Nigrixolo colligere seu colligi facere dictos fructus, & de eis reddere sibi rationem, & consignare ei sextam partem &c. prout latius in d. instrumento, cui respondeo, ꝙ dictam promissionẽ fecit Christophorus conditionaliter si & inquantum dicti fructus debeantur dictæ Catharinæ aut d. Nigrixolo de iure, & sic illa obligatio Christophori nihil releuat partem aduersam, quia non apparet ꝙ dicti fructus debeantur d. Nigrixolo ex causis supra allegatis, nec etiam debentur Catharinæ, quia ius decimandi non acquisiuit per solam dationem insolutum sine apprehensione possessionis, ut est dictum. Vltimò dico ꝙ Catharina non potest habere potiora iura quàm habebat Christophorus, quia non apparet ꝙ episcopus Maynardynus pro illis libris ducentis quas promisit dare Philippo pro dote obligauerit expresse bona sua, ut patet in instrumẽto. unde licet de iure habet tacitam hypothecam. l. 1. §. 1. C. de rei uxo. tamen non præfertur Christophoro qui habet expressam hypothecem, ut no. gl. j. §. fuerat. insti. de act. & gl. c. ex literis, de pig. & no. Bar. in l. assiduis. post glo. C. qui potio. in pig. ubi dicit quod ista opi. approbatur. Alex. de Imo.

ADDITIONES.

a ¶Enunciati. dixi in consu. Pari. §. 5. num. 10.

* Nec etiam.] Colono non competit interdictum, unde ui. l. 1. §. deiicitur. ff. de ui & ui arma. Natta.

* Et in l. rem, quæ nobis.] Bar. ad d. l. rem, quæ nobis dicit quòd quando aliquis habet ius in re, ut creditor, habet locum condictio incerti. d. l. & ideo. §. fi. sed si possidebat tantum, habet condictionem triticariam. l. 2. ff. de tritic. uel condictionem ex lege, si coloni. C. de agric. & censit. quandoque conditionem indebiti, l. indebiti. §. sed si nummi. ff. de cond. indeb. Quando autem habetur sola detentatio, ut commodatario accidit, & depositario, tunc illis succurritur actione in factum uel officio iudicis. & l. non tantum. ff. de peti. hære. l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. C. de fur. Ego cum quidam colonus nomine Vliuus Bigerna egisset ad restitutionem fructuum contra tertium, qui illos collegerat suo nomine, consultus, Vpachii, & Stabiellarum Comiti respondi, actionem furti colono competere, per no. per Bar. ad l. si apes. ff. de furt. & competere saltem colono officium iudicis, quia ubicunque aliquis locupletatur ex re mihi debita, seu ad me pertinente, sine iusta causa, competit officium iudicis. dic. no. Hosti. & Io. And. ad c. bonæ 2. de appel. Alex. ad l. si me & Titium. in fi. ff. si cer. pet. Et petenti iustitiam ministrari, iudex impartiri potest officium suum non petitum, Abb. ad c. fi. in fi. de iureiur. Quidam dicunt, ꝙ colonus non facit fructus suos donec sint repositi in horreo; quæ opi. est contra textum in l. si apes. §. 1. ff. de fur. & contra id, ꝙ Bal. & Sal. censent ad l. [illegible] C. de act. emp. Allegatur pro contraria opi. Fulg. ad l. ex conducto. ff. loc. ubi uult, ꝙ si frumenta in area nondum potuerunt excuti, & immissum sit incendium, teneri locatorem ad remissionem mercedis, quia non potuit colonus re conducta frui. Pro prima opin. uide Bar. ad l. ex diuerso. col. 2. uersic. sequitur alia diuisio. ff. de rei uend. Vide hac de re etiam Bal. ad c. quæ in ecclesiarum. c. [illegible] um. 4. uersic. sed statim. & ad c. 1. circa fin. de pace tenen.

b ¶Sententiam. sup. lib. 5. consi. 1. num. 4.

* Vt no. Inn.] Allegat tex. in l. seruit. §. incorporales. ff. de acqui. rer. domi. & l. datio. §. si iter. ff. de actio. empt. Et quæritur possessio, si quis utatur illo iure patientibus his, qui possident, uel quibus præiudicii generatur. l. si ego. §. 1. de publi. l. quoties. de seruitut. ita sentit Inno. ad d. c. in literis. Natta.

c ¶Citatus. quia eius non intererat, [illegible]cus si agebatur] de ea excludenda per illum actum, ut dixi in consu. Pari. §. 190.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis bona qui postea possidet, presumitur in fraudem non adiuisse.*

2 *Actus habens duos effectus, præsumitur fieri ad finem utiliorẽ.*

3 *Clausula precarij facit ut postea non sit opus discussione.*

7 *Notarius acquirit absenti utilem actionem sine successione.*

10 *Mater quando priuatur successione filij ob non petitum tutorẽ.*

CONSILIVM CLXXXV.

In causa & lite coram dñis arbitris &c. inter dñam Beldá agẽtem, & Euangelistam q. Bernardi olim Matthæi Fasoli de Imola Becarium se defendentẽ: quia res ipsa est arbitraria, ideo pauca dicenda sunt: sed solum pro rei veritate aliqua subiungam & breuissimè. ¶Et aduertendũ est ꝙ in dicto libello intentatur ordo & forma cuiusdam constitutionis positæ in libro quinto constitutionum, sub rubrica, quando de debito constat per publicum instrumẽtum. per quam expresse cauetur, ꝙ vbi constat per instrumentum publicum de debito: possit agi contra debitorem principalem, siue contra eius hæredem executiuè vigore dicti instrumenti summariè, simpliciter, & de plano: & vna via electa possit ad aliam rediri, & vtraque etiam simul, & nedum intentatur dicta constitutio, sed etiam omne aliud ius competens dictæ Beldæ per quod sibi melius consului possit, ita ꝙ vigore dictæ constitutionis & instrumenti de debito agitur executiuè contra d. Euangelistam tanquam contra hæredem quondam Matthæi Fasoli: vel saltem contra eum tanquam contra possessorem bonorum dicti Matthæi. & ad probãdum ꝙ dictus Euangelista sit hęres dicti Matthæi ostenditur clarè per testes productos & examinatos pro parte dictæ Beldæ, qui inter cætera deponunt quod dictus Euangelista tenuit & possedit ac tenet & possidet inter cætera bona hęreditatis Matthęi quandam petiam terræ vineatę duarum tornaturarum, vel circa, positam in territorio Imolæ in fundo Carpenetæ iuxta hęredes quondam Baptistę de Tullis, & hęredes quondam Ioannis Foli de Imola &c. de qua in processu & capitulis Beldę fit mentio, per quem actum inducitur aditio hęreditatis, iuxta l. pro hęrede, & l. gerit. vbi plenè de materia. ff. de acquir. hęredi. & in l. 1. C. de repud. hęredi. & in l. 2. C. de iure delibe. plenè. Bal. in l. non hoc. C. vnde cogna. & in l. potuit. C. de iure delib.
1 ¶ † Nec ob. ꝙ dictus Euangelista repudiauerit hęreditatem Matthęi, quia respondeo ꝙ stante etiam dicta repudiatione pro valida, tamen cum etiam post possedit bona hæreditatis. s. dictam vineam absque aliquo titulo, pręsumitur fraus, & propter eius fraudem postea conuenitur vt hęres. l. si qui bonis. ff. de acqui. hęredi. & in terminis nostris hoc tenuit Cy. & ibi post eũ Bal. expresse in l. si paterna. C. de repu. hęre. pro hoc. l. sicut. §. superuacuum. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. & qui. C. de di. pig. & quod no. Dyn. & Bar. in l. post contractum. ff. de donatio. & Spec. in tit. de dona. §. 1. versi. itẽ pone aliquis. cum sim. Nam dicta vinea non est apud dictum Euangelistam cum aliquo titulo nisi titulo hęreditario. s. tan
2 quam hęredem dicti Matthęi vnde succedit † doctrina Bart. in d. l. gerit. de acqui. hęre. in versi. ad secundũ qñ potest fieri vtroque modo. &c. dicentis ꝙ si quis facit vnum actum, qui potest se habere ad duos effectus, pręsumendum est ꝙ quis faciat eo modo & effectu qui magis est vtilior & minus damnosus facienti. arg. l. 1. ff. de solutio. & l. merito. ff. pro socio. Ita in proposito cum non appareat d. Euãgelistam tenere aliquo titulo dictam vineam, si non diceremus & pręsumeremus ꝙ ex possessione dictæ vineę non adiuerat hęreditatem, sequeretur ꝙ dictus Euangelista incidisset in crimen expilatæ hęreditatis, vel quoduis aliud delictum commisisset: quod in dubio non est pręsumendum, vt dixi per d. l. meritò. & l. item apud Labeonem. §. si communem. cum si. ff. de iniurijs, ergo necessariò pręsumendum est ꝙ animo adeundi hęreditatem fecerit, & rectè aduertatur: quia in quadam adiudicatione facta matri d. Euangelistę producta in processu, non fuit adiudicata ista vinea, & ideo bene faceret d. Euangelista soluere debitum dictæ Beldę. ¶ Prętereà etiam posito ꝙ non esset d. Euangelista hęres, dico nihilominus eum teneri: qđ sic ostendo, nam uos dñi arbitri habetis secundũ arbitriũ uobis concessum uidere, an d. Euangelista teneatur & obligatus sit Beldæ. unde dico ꝙ cum d. Euangelista teneat & possideat dictá uineam, q̃ fuit in bonis & hęreditate d. Matthęi, & per d. Matthæum tenta & possessa ut probatur p testes, & etiam ex confessione d. Euangelistę, respondendo uigesimę positioni, ideo cum dicta uinea in dicto instrumento fuerit hypothecata & obligata pro dicta quantitate restituenda, & etiam uigore † pa
3 cti præcarii fuit ciuilis possessio translata in dictam Beldam l. & habet. §. j. ff. de præca. & quæ plenè habentur in l. 1. quod meo, in princip. & in l. interdum. ff. de acquiren. pos. & quod notat Ia. de Are. & Bald. in l. fin. C. quæ res pigno. cum concor. quod est precarium est tantę potentiæ ut ille cui talis res est obligata, possit ẽt absque aliqua excussione bonorum possessionem

sessionem dictæ rei apud quemcunq; existentiam adipisci.l.
fi.cum gl.& ibi Iac.But.& Bal.C.de acq.poss.& Bal.in l.1.C.
de reuo.his quæ in frau.cred.no.Ang.& domi. Ioan.in l.exi-
tus.ff.de acquir. poss.imò etiam dictum precarium est tantæ
authoritatis ꝙ potest Belda propria authoritate ingredi pos-
sessionem dictæ vineæ.l.si seruus.C.quod cum eo. ita notan-
* ter dixit Bal.* in l.1.C.de seruo pign.dato manu.& in l.pen.
C.de pign.act.& no.gl.expressa secundum vnam opi. ibi rela
tam in l.creditor rē.ff.de fur.& quod no.Bar.in l.j.circa prin
4 ci.C.vnde vi.¶†Imò etiam dico ꝙ etiam absque eo ꝙ probe-
tur dictam vineam fuisse in dominio vel quasi d.Matthæi,po
test euinci à d.Euangelista: quia cum non habeat titulū one-
rosum dictus Euangelista, sufficit probare quod res fuit pos-
b sessa à d.Matthęo,iuxta [b] no.per glo.& doc.in l.cum res.C.si
alie.res pig.& in l.rem alienam.ff.de pig.act. & in l.ante om
nia.ff. de probat. maximè cum omissa hypothecaria sufficiat
agere vtili saluiano interdicto ad possessionem, quo casu suf-
ficit tantum probare rem fuisse possessam per debitorem, vt
est gl.& ibi Bar.notabiliter & doc.in l.1.C.de saluia.interdi.
& Bar.in d.l.rem alienam. Et sic necessariò constat ꝙ etiam si
d.Euangelista non sit hęres; tñ ea ratione quia dictā vineā pos
sidet, debetis pronunciare super eo quod fuit vobis arbitris
commissum,s.d.Euangelistā ratione dictæ rei teneri & obliga
5 tum esse ad illā consignandā Beldæ,quia etiam†ratione rei ꝓ
qua conuenitur qs,dr̃ obligatus saltē largè,vt est gl.& ibi Bal.
in l.fi.C.de compen.& Bal.in l.pe.C.quod cū eo. ¶Et aduer-
tendum, quia nedum per dictū instr̃m constat de dicto debi-
to:sed ēt per tacitā,imò quasi expressam confessionē d. Euan-
gelistæ maximè in sua positione noua, vbi ponit ꝙ dicta Bel-
da fuit satisfacta de dicta quantitate, per quod videtur fateri
debitū,nisi ꝯrium probet.l.cū de indebito.ff.de prob. & Dy.
in c.exceptionem obijciens de reg.iu.in 6.per cano.in c.cum
venerabilis,de exce.cum simi.¶Nec obstat ꝙ pars aduersa in-
ter cætera opponit, ꝙ non valuit obligatio facta in dicto in-
stro inter dic.Matthęum & Ioannem eius filium primò, quia
ego dico quod d. Ioannes erat emancipatus vt cōstat in dicto
instrumento,in quo fit mētio ꝙ notarius vidit & legit instru-
mentum emancipationis,quo casu statur instrumento ēt sine
productione emancipationis,vt no.tenuit Spec.in tit. de in-
stru.edi.§.restat.ad fi.in ver.quid si in aliquo. & fortius dico
6 ꝙ posito ꝙ hoc non sufficeret, tamen dico ꝙ etiam hodie in-
ter patrem & filium in aduētitijs,† vt in casu nostro & oritur
naturalis obligatio.l.iubemus.§.illud.& ibi Bar. & Bal.C.ad
Treb.& l.pactum.C.de pac.conue.not.gl.& ibi Bart. & Imo.
in l.si quis eo.§.1.ff.de fideius. & in l.frater à fratre.ff.de con
di.inde.& est aduertendum, quia quantitas debita Beldæ in
dicto instrumento,nō dicitur proficisci à patre dicti Ioannis,
quia imò profecta fuit ex bonis dictę Beldę,vt in dicto instru
mento continetur.Tertiò ad hoc respondeo,ꝙ cum notarius
in dicto instrumento stipulatus fuerit nomine dictæ Beldæ,
vt statim dicam: ergo non est curandum de persona Ioannis.
7 ¶Opponitur ēt contra dictum instrumentum† ꝙ dictus Io-
annes nō potuit stipulari alteri,s.Beldæ. ad hoc r̃ndeo ꝙ imò
in dicto instrumento si bene legatur, notarius tanquam publi
ca persona stipulatur nomine dictæ Beldæ,ex cuius stipulatio
c ne tali modo facta quæritur vtilis actio etiam sine [c] cessione.
l.1.C.de magistra.conue.notat Barto.in l.si pupillus. in prin.
ff.rem pub.sal.for.notat Cy.& Bal.in l.his verbis.ff.de adop.
& Bal.in l.executorem,in ver.modo ego quæro si tabellio.C.
de execu.rei iud.& Ioan.Andr.in c.quamquam.de vsu. in 6.
cum concor.facit ad hoc gl.no.in l.huiusmodi.ff.de leg.1.in
prin.item cum dic. Ioannes tanquam maritus dictæ Beldę di
catur procurator ipsius.l.maritus.C.de procu.potuit stipula
ri dictę dominę Beldæ.l.pe.C.ad exhiben. in l.si procurator
8 præsentis.& in l.stipulatio ista.§.si stipuler.de ver. obli.& ibi
d plenè per doc. ¶† Quinimò dico ꝙ cum in dicto instrumen-
to interuenerit iuramentum ab vtraq; parte iuramētum [d] est
tantę potentię quod ex stipulatione alteri facta acquiritur ab
* senti etiam si nullus sit qui pro eo stipulationem recipiat glo.
est singularis.* 7.q.1.quoties cordis oculus,per quam ita no.
decidit Pet.de Anch.in cle.1.de iureiu.& in cle.1.in fi. prin.
de vsur.& Spe.in tit.de leg.§.nunc ostendendū.ver.hoc quo-
que.pro hoc quod singulariter dixit Bald. in rub.C.res inter
alios acta.in ver. sed quid si est vsus hoc sermone &c. ¶Rur-
sus posito ꝙ ex stipulatione Ioannis prędicti non esset quęsi-
ta actio dictæ Beldę sed sibiipsi tantum, adhuc dico ꝙ dicta
Belda est in casu victorię: quia cum in processu deduxerit &
capitulauerit & probauerit per confessionem ipsiusmet Euā-
gelistę respondeo positionibus ipsius Beldæ ꝙ dictus Ioannes
decessit ex se relictis filijs, s. Bartholomæo & Dorothæa, qui
postea etiam in pupillari ętate decesserunt, vt etiam constat ꝑ
positiones dicti Euangelistæ, propter obitum quorum deuo-
luta† fuit dicta hereditas ipsi Beldæ eorū matri per auth.de-
9 functo.C.ad Tertu. etiam si dicta hereditas Ioannis adita nō
fuisset per dictos eius filios.ff.de test.mil.l.ex militari.§. fi.cū
seq.l.3.& l.si infanti.vbi plenè per doc. C.de iur.deli.l.apud
hostes,de suis & legi.l.hereditatem.§. filius.ff.de castr.pec.&
latè per scribentes in l.ventre,de acqui.here. ¶Nec habet ob-
stare, si diceretur ꝙ cū nō petierit† tutorem dari filijs dicta
10 Belda, priuatur eorum successione:quia respondeo,quòd nō
sufficit probare ꝙ non petierit tutorem, sed requirebatur ꝓ-
bari quod non petierit tutorem intra annum à die mortis ma
riti.l.sciant.& ita ibi pro communi opini.firmat Bald.Ange.
Sali.& dom.Flor.C.de legi here. per illum tex.& per tex.in-
* stit.ad Tertu.§.fin.idem Bal.in l.matres.* C.ad Tertu.& in l.
precibus,in versic.modò quæritur nunquid mater. C.de im-
e pub.& alijs substi.& Bald. [e] in consilio Quidam nomine Mi-
chael decessit &c. & in consilio in hac materia multum præ-
cisè loquuntur leges &c.& Ange.in consi.161.& ista est com
11 munis sententia reprobata opinione Bar.†vnde dico ꝙ cum
necesse habeat se fundare in tutela non petita & in tempore
anni, incumbit sibi onus probare de tempore. quòd intra an
* num* non petierit tutorem,& ꝙ dicti filij vixerint per annū
post mortem patris.iuxta l.eum actum.ff.de neg.ges.l.matrē.
C.de proba.gl.in clem.fi.de rescr.& per doc. in l.non solum.
§.sed vt probari.de ope.no. nun. vnde cum nō sit probatum
per dictu m Euangelistam quòd dicti filij vixerint per annum
post mortem patris,& ꝙ intra illum annum Belda non petie-
rit eis tutorem, ergo necessariò sequitur ꝙ non est priuata
hæreditate. ¶Alia etiam ratione posset excusari mater, quia
12 cum in positionibus dicti Euangelistæ†constet quòd viuebat
dictus Matthęus auus dictorum filiorum Ioannis, qui auus
erat eorum legitimus tutor, ideo dicto casu non tenetur ma-
f ter [f] tutorem petere iuxta glo.* no.in d.l.matres.C.ad Tertu.
* postremò etiam†non habet excludere dictam Beldam ab hæ
13 reditate videlicet ꝙ transiuerit ad secunda vota intra annum
luctus, dico ꝙ hoc non obstante non priuatur successione.l.
fœminæ.in fi.C.de secun.nup.tenent hoc communiter doct.
Cy.Barto.& Bald.in authen.ex testamento.de secun.nupt.re-
probata gl.ibi & consuluit Bald.in consi.Petrus Carlutij.ma-
g ximè considerato quia vnica [g] tantum filia supererat,quando
transiuit ad secunda vota,vt patet in positionibus. per notata
in dictis locis.¶Subdo etiam ꝙ contra validitatē dicti instru-
14 menti Beldæ nihil modò potest per partem aduersam † op-
poni vel allegari quia cum tempore productionis dicti instru
menti nihil fuerit oppositum dicto instrumento, videtur
pars aduersa illud approbasse pro publico, & valido prout
etiam est. ita notanter dixit Hostien. & post eum domi. An-
to. de Butri.in c.quoniam contra.de probat in versic. quæro
an producto instrumento apud acta &c. Ex quibus omnibus
clarè colligitur sententiam ferri debere in fauorem dictę mi
serabilis viduæ Beldę. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Absque.sup eo.consi.85.

* Notanter dixit Bal.]Nota pro vxoribus vt possessione vacantem ap prehendant, vel vbi adest precarium.qua de re Deci.consi.231. col. 1.& 349.in fin.& ad l.dotis. C. de collatio. vbi vult quòd requiratur animi declaratio.Et adde quòd hęc declaratio semper fieri potest cōtra hęredem, quia pręcarium afficit hæredem passiuè l.cum precario.§.1.ff.de pręcario.Et istud de constituto confirma etiam ex his quę Are.tradit consi.21.dub.3.Non tamen potest vxor virtute pacti executiui de intrando propria auctoritate ingredi, nisi post liquidationem, quòd euenerit mors mariti, & casus dotis restituendæ Are.consi.32.dub.1.Soc.consi.82.col.2.li.3. Et debet accipere possessionem antequam hęres apprehendat; Deci. consil.400.col.2.& ibi dicit quòd requiritur declaratio animi, quādo vxor habitabat cum hæredibus familiariter, sicut viuo marito faciebat. Vide Deci. consilio 671.dub.ij. vbi vult quòd mulier non capiat possessionem

dorum dotalium, nisi ratione hypothecæ, uel præueniendo hære-
dem, ut ibi latius. Et de his etiam uide Ias. ad l. si non sortem. §. si cē
tum. in fin. ff de condi. indeb. & Gram. decis. 92. col. 4. Natta.
b ¶Iuxta. dixi sup. eo. consi. 115.
c ¶Sine. sup. eo. consi. 31. nu. 6. 8.
d ¶Iuramentum. Ant. de Petru. tractatus. effect. 54.
* Licet utilis actio quæratur.] Notario stipulante alteri sine cessione
tamen dominium, & possessio non quæritur nisi secuta ratihabitio-
ne; ita Soci. ad l. 1. §. si iusserim. in fi. ff. de acqui. posses. Et uidetur mi
hi esse de mente Bart. ad l. nec enim. §. 1. ff. de adoptione uersic. sed
quid si tabellio. Idem est à Pau. Cast. traditum consil. 195. Visis his,
quæ narrantur. dub. 2. lib. 2.
* Glossa est sing.] Hanc gl. ad d. c. quoties. allegat Ang. Are. ad §. cum
autem. insti. de adop. quòd pro pauperibus, & pio loco quis possit
etiam directo stipulari. Natta.
e ¶Bald. consi. 379. Punctus talis est libro 3. consil. 489. proponitur. li-
bro 5. Ancha. consi. 250. Alexand. l. si decesserit. in fin. qui satisda. co-
gant. Corn. consil 86. l. 4. Cur. senior. consi. 66. colum. 15. Anto. Rub.
consil. 66. consil. 81. sed non tenetur mater petere quòd tutores co-
gantur administrare Bald. consi. 403. uidetur prima facie. lib. 4. con-
sil. 489. eodem libro quarto adde Paul. consi. 147. libro 1. Bald. consil.
* 133. super quibus lib. 4. * Et istud ibi sequitur etiam Pau. Cast. & sub
tiliter more suo loquens Angelus Gambilioneus Are. ad §. fi. Insti.
ad Tertul. Abbas, & Dec. ad c. ex parte. colum. 2. de appel. & idem te
net Abb. consi. 90. lib. 2. Natta.
* Quod infra annum.] Contrarium uerius uidetur ex mente Barto.
consil. 74. Viso puncto ipsius. colum. 2. lib. 2. Cor. ad l. sciant col. pen.
C. de legi. hæred. Natta.
f ¶Mater. imo ut tenent contra gloss. Alberic. Barto. Bal. in d. l. matres
Anchar. consil. 104. Gui. Pap. consi. 179.
* Iuxta glo.] Istam glo. sequitur Fulgos. consi. 138. Visis in fin. Socin.
consi. 153. col. pen. & Sali. ad d. l. sciant col. 2. uersi. quæro iuxta hoc,
quid si mater. Et opinionem glo. uidetur etiam tenere Bald. ad l. cū
iure per illum text. C. qui pet. tut. Sed quòd d. glo. non procedat nisi
ubi mater renunciasset tutelę, uel aliter esset exclusa, tenent Bald.
Ang. Pau. Ca & Sali. ad d. l. matris. sed glossam indistinctè tenet Bar.
ad l. 2. col. 1. ff. qui pet. tut. Natta.
g ¶Vnica. supra, lib. 5. consi. 63.

## EPITOME.

DOS non est debitum quæstuarium, & non efficitur communis contracta societate simpliciter, nec remittitur per liberationem generalem societatis.

## CONSILIVM CLXXXVI.

Zacharias de Fiesso contraxit matrimonium an-
no 1422. cum Bartholomæa filia Ioan-
nis de Cansaldis. qui Zacharias habere debet pro dote dictæ
Bartholomææ libras quadringētas quinquaginta Bonon. a di
cto domino Ioanne & eius hærede. Postq; uiuente dicta Bar-
tholomæa Bitinus frater Zachariæ fecit saldum rationis cū
Antonio filio & hærede d. domi. Ioannis modo & forma in-
frascriptis, uidelicet, 1433. Antonio de meser Giouanne de
Cansaldi de dare a di. 29. de Octob. lib. 110. & sol. noue per
uno saldo & dacordo cō lui de ogni ragione hauesseno hauu
to a fare insieme con lui & con M. Giouanni suo padre come
appare in questo a fogli 182. non mettendoli una promessa
de Gabriel de Panigo & una de Iacomo di Venei suo socero.
¶Stantib. prædictis Franciscus filius & hęres d. Bartholomęę
petiit dictas lib. quadringentas quinquaginta Bon. dotis præ
dictæ ab hæredib. d. Antonii, hæredes uero d. Antonii dicunt
se non teneri stante suprascripto saldo. replicatur pro parte
d. Francisci ꝙ non obstat dictum saldum. Primò, quia appa-
ret unde & super quid factum fuit dictum saldum, Et in quo
non interuenerint dictæ libræ 450. Bono. nec de eis habita
fuit mentio in dicto saldo, & per consequens in eo cōprehen
di non debet de iure. Secundò, quia d. Bitinus frater dicti Za
chariæ & cognatus dictæ Bartholomææ non habuit manda-
tum ad faciendum dictum saldū, Et per consequens d. Za-
chariæ & Bartholomææ & dicto Francisco eius hæredi præ-
iudicare non potuit. Tertiò, quia ex his quæ de iure non reci
piunt compensationem, &c. Quæritur quod iuris: Viso the-
mate pp rei euidentiā paucis absoluam. uideretur enim pri-
ma cōsideratione dictos hr̄des Antonii nō teneri ad residuū
1 dictæ dotis occasione generalitatis dicti saldi: nā † generalis
liberatio ad oīa indistinctè extenditur. l. plurib. ff. de accepti.
l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. cū ibi notatis per glo. & doc. &
plenè per Petr. & Cyn. in l. sub prætextu specierum, in 3. op-
po. C de trans. & Bar. in l. ab Aurelio. §. Caius. ff. de libe. lega.
& in l. qui cum tutoribus. §. fin. in fi. ff. de transac. & canoni-
stæ in cap. 1. eod. tit. & Bal. in l. pactum quod dotali. in 14. 15.
& 16. q. C. de colla. & Bal. & Ang. plenè in l. tres fratres. ff. de
pact. ¶Confirmantur per illa verba posita in dicto saldo vide
licèt, non mettendoli vna promessa de Gabriele de Panigo, &
vna de Iacomo di Viñei suo socero &c. exceptio. n. firmat re
gulā in non exceptis. l. quæsitū. §. deniq;. ff. de fundo instr. in
auth. de non ali. §. vt aūt. notatur in l. in his. ff. de leg. & in l. j.
ff. de regu. iur. ¶Sed his non obst. contrarium videtur de iure
verius, nam in libro in quo descriptum est dictū saldum, scri-
buntur ea quæ communiter spectant ad Bitinum & Zacha-
2 riam, vt constat ex titulo libri, ex quo † titulo declaratur quo-
modò omnia inde sequuta intelligi debeant, quia secundum
illum regulantur & restringuntur omnia ibi scripta. l. Nesen-
nius. ff. de neg. gest. & no. Bar. in l. si patruus. C. communia v-
triusque iud. ergo dictum saldum nō potest intelligi factum
super his quæ non spectabāt communiter ad Batiuum & Za-
chariam. Sed ita est quòd dos debita Zachariæ non dicitur
esse communis eius, & fratris, quod probatur sic, receptio
3 † dotis non dicitur esse actus quæstuarius. ita præcisè dicit
Bart. in l. legatis, in principio. ff. de lega. 3. argum. l. 1. in prin-
cipio. ff. de tribu. sed ita est quòd societas quæ simpliciter seu
tacitè contrahitur inter fratres simul habitantes & omnia cō
ferentes non extenditur nisi ad ea quæ acquiruntur ex actib.
quæstuariis. l. coiri, cum sequentibus vsque ad l. si conuene-
rit. ff. pro socio. & glo. iuncto tex. in l. cum duob. §. si omniū.
in gl. 1. & in l. socius pro filia, iuncta. gl. 1. pro socio. & Bal. in
authen. ex testamento, in pen. col. C. de colla. ¶ Fortificatur,
quia in dicto saldo apparet per relationē ad aliud, quòd non
fuit debitum dotis comprehensum in saldo, vt colligitur ex
verbis in eo positis, ibi dum dicitur, de ogni ragione hauessi-
mo hauuto a fare insieme con lui & con M. Giouanni suo pa
dre come appare in questo à fogli 182. &c. sed ita est quòd in
toto dicto libro nihil apparet de debito dotis prædictæ, ergo
constat ꝙ salua ratione recti sermonis non potest dictum sal-
dum comprehendere dictam dotem, de qua ibi neque gene-
raliter neque specialiter fit mentio, vt est tex. in d. l. emptor.
§. Lucius. & in l. si ex pluribus, in princ. & ibi notat Bar. ff. de
4 solu. ¶†Item socius non dicitur habere mandatum a conso-
cio remittendi. l. nemo ex sociis in princ. & ibi per Bar. ff. pro
so. l. 2. C. de consor. eiusdem lit. l. 1. & l. 2. C. de commu. re.
alie. ¶Corroboratur, quia in dicto saldo continetur quòd oc
casione dicti saldi & liberationis Antonius dare debet libras
centum decem Bono. vnde si pro libris centū decem Bonoñ.
reperitur liberatus a libris quadringentis quinquaginta Bo-
noñ. pro residuo dictæ dotis, & etiam ab aliis obligationibus
descriptis in dictis libris, sequitur quòd in dicto saldo dictus
5 † Zacharias esset deceptus ultra dimidiā, quo casu in effectu
habet locum remedium. l. 2. de rescind. ven. vel æquipollens
quæcunque sit conuentio, vt no. Cy. Bar. & alij. in d. l. 2. & in
l. Lucius. §. fi. ff. ad Trebel. & in l. si quis cum aliter. ff. de verb.
oblig. & cano. in cap. cum causam, de emp. & ven. ¶Et per prę
dicta patet multiplex responsio ad allegata in contrarium, vi
delicet quòd verba generalia dicti saldi debent trahi ad om-
nia nam primo illud est uerum quòd debent trahi ad omnia,
quæ ex uirtute intitulationis libri possunt comprehendi, sed
dos non poterat comprehendi vt probaui, ergo &c. item per
relationem de qua in dicto saldo patet, ꝙ verba de qua in sal-
do salua ratione recti sermonis non possunt comprehendere
dictam dotem, ut est ostensum. Tertiò respondetur per id qd
dictum est, ꝙ resultaret deceptio enormis etiam ultra dimi-
6 diam, quæ venit retractanda. ¶†Non obstat postremò ꝙ exce
ptio firmat regulam in non exceptis, quia respondeo vltra re
sponsione, quæ colligūtur ex superius dictis, ꝙ licet exceptio
a firmat regulam in non exceptis, tamen[a] non ampliat regulam
vt comprehendantur plura sub regula quàm comprehensa
fuissent nulla facta exceptione, vt l. generali. §. vxori, & ibi Bar
to. ff. de vsufruct. lega. & l. Lucius. §. pluribus. & ibi Oldr. &
Bar. ff. ad Treb. & no. Bar. & Ang. in l. 1. in fi. ff. de regu. iur, &
Bald. in l. in his. ff. de legi. sed ita est quòd si dicta exceptio fa-
cta non fuisset sub regula seu generali saldo non comprehen-
debatur dos debita Zachariæ, quæ non censetur communis,
vt superius est demonstratum, ergo exceptio facta in saldo,
non

non est tantę potentię, vt faciat saldum ad dictam dotem aliquo modo trahi. Laus Deo.

ADDITIO.

a Tamen.sup.lib.1.consil.28.nu.11.sup.eo.consi.36.nu.3.

SVMMARIVM.

2 *Libellus ineptus vitiat sententiam.nu.3.*
5 *Mortem probari per famam in ciuilibus non sufficit.*

## CONSILIVM CLXXXVII.

Viso ac diligenter discusso processu agitatæ litis inter
Lancellotum de Promartinis Imolensem agẽtem,
& Iacobum ac Bartholomæum fratres, & quondam filios hæredes Marci de Casali, vnà cum Constantia eorundem matre
atque tutrice: quia multum euidenter ex dicto processu tam
ex agendi & procedendi ineptitudine quam ex ipsius causæ
meritis & pluribus membris & quolibet de per se cõstat partes iudicantis esse in absoluendo, tum quia super singulis opportunè & plene scriptum reperio in allegationibus per aduocatum: ea propter prętermissis argumentis breuiter ex tribus potissime concludam, id quod mihi verius visum est. ¶Et
1 primò circa † processum dico libellum actoris in intentata
actione de hypothecaria fore ineptissimum, cum de forma,
& substantia dicti libelli sit ꝙ per actorem deducatur Phylippum & Antonium assertos principales debitores fuisse veros
dominos directò vel vtiliter rerũ pro quibus hypothecaria
actum est, item & post tempus obligationis inter eos & creditorem contractæ. Primum probatur.in l. qui prædium.C.si
res alie.pigno.da.sit in l.si superatus.in prin.& l.si ab eo.ff.
de pign.& l.rem alienam.& ibi gl. Bar.& doc.ff.de pign.act.
& doc.plenè in l.cum res.C.si alie.res pign.& Specu. in ti.de
pign.in princi.ver.sed quæritur de oblig.& solu.§.1.ver.sed
quid debet probare creditor &c.cum tribus versi.sequen.Secundum probatur.ff.de pign.in l.& quæ nondum.§.quod dicitur.& ff.de probat.in l.ante omnia. quæ duo copulatiuè in
actoris libello deducta non fuerunt: ergo sequi debet absolutoria ab obseruatione iudicij.ca.examinata, de iudi.l.1.§.j.
2 ff.si mensor fal. mo.dixe. quæ † exceptio inepti libelli quandocunque ẽt post sententiã opponi potest, vt extra de emp.&
vendi.c.cum dilecti.& no.Iac.But.& Bal.in l.licèt.C.de procu.& in l.j.C.vt quę desunt aduo.par.& in l.edita.C.de edẽ.
imo absque eo ꝙ opponatur iudex in reijciendo libello supplere debet iuxta gl.in l.1.ff.de off.asses.no.Inn.in c.1.de off.
vica.& est tex.& ibi notant doc.in l.fi.C.vt nemo priuatus.&
3 gl.& doc.in d.l.1.C.vt quæ desunt aduo.partium. ¶†Et etiã
eo casu quo post dictum ineptum libellum probationes aptę
pro parte actoris subsequuta & factę fuissent, quod tñ non est
vt infra dicetur: tñ tales aptę probationes non adminicularẽtur inepto libello, vt firmat Spe.de off.iudi.§.deseruit.versic.
quid si libellus ineptus &c.& in tit.de sent. prolà.§.qualiter
autem.ver.quid si lis.& sequitur Bal.in d.l.edita.& in l.1. in
fi.C.de pign.act.& in l.1.in princ.ff.si mensor.fal.mo.& in l.
1.ad fi.ff.de iur.om.iud.l.fi.C.de ana.excep.& communis cõclusio doc.in d.c.examinata.quod sequitur etiam Pe. de Ancha.in cle.constitutionem.ad fi.de elect. ¶Et fortius si merita
causę considerentur, dicendũ est dictos Bartholomæum & Iacobum absolui debere à petitis per d.Lancellotum: Quia cũ
fundamẽtum intentionis actoris sit & esse oporteat in dominio directo vel vtili debitorum principalium, vt statim dictũ
fuit, & hoc per actorem nullatenus probatum sit, necessariò
4 sequitur ꝙ actore non probante reus est absoluendus. l.qui
accusare.C.de eden.in c.1.vt eccl.bene.cum vulgarib. ¶†Nec
* per instrumentum diuisionis productum pro parte dicti actoris* probatur dominium directũ vel vtile fuisse trãslatum in
dictos Antonium & Philippum debitores principales, maximè cum traditio non intercesserit, vt probatur hoc in l. cum
solus, & ibi no.gl.& doc.ff.de vsuca.& ex no.per Bart.& doc.
in l.& ideo.in prin.ff.de condi.fur.& tactum fuit per dominum aduocatum. ¶Et etiam aduertendum ꝙ dictum instrumentum debiti productum per actorem exemplatum p aliũ
notarium quàm per eum qui de originali scriptura fuit rogatus, non facit fidem nisi constet de licentia legitimè concessa
authoritate iudicis competentis, vt in c.cum P.tabellio.de fide instru.de qua constare oportet aliter quàm per ipsum notarium qui instrumentũ exemplauit, asserentem alium notarium de dicta licentia fuisse rogatum.l.2.ff.de fi. instru. & in
5 auth.si quis in aliquo.C.de eden.in c.1.de fi.instr.&c. ¶† Nõ
sileam ꝙ cum dictus Lancellotus agat vt hæres dicti ser Raynutij, & etiam egerit tanquam contra hęredes incertos dictorum Aotonij & Phylippi, & tractetur de magno præiudicio,
& commodo pecuniario, non sufficit mortem predictorum
esse probatam tãtummodò per famam, prout per simplicem
famam & communem opinionem conantur dicti testes acto-
a ris probare, sed debuit per aliàs[a] præsumptiones & coniecturas veriores probari, vt multum clarè voluit Cy.post glo.in l.
si quidem.C.sol.ma.& Bart.in l.2.§.si dubitetur. ff.quemadmod.testam.aper.& ibi fortius tenuit Ioan.de Imo.sequutus
Cy.in d.l.si quidem vbi tenent ꝙ indistinctè isto casu requiratur vera probatio mortis, & non per famam & coniecturas.Bart.in l.genero.in fi.ff.de infam.& Bal.per illum text. in
l.fi.in fi.cod.titu.post Bar.ibi.& Bart. in tractatu suo.de teste.
& Bald.in l.conuenticulam.ad fin.de episc.& cler. & notant
cano.in cap. quoniam frequenter.§.siue autem de carnali: vt
lite non contest.& in c.in præsentia, de spons. quod est potissimum fundamentum. Alexand.

ADDITIONES.

* Pro parte actoris.] Hoc latè tangit.Ias.ad l.1.ff.de off.assessor.Natta.
a ¶Alias.idem sup.lib.3.consi.25.adde.supra,eo.consi.172.nu.7.

THEMA Andriolus habens tres filios, videlicet Antonium, Vrsinam & Ioannem, condito testamento, in quo reliquit iure institutionis dictę Antonię eius filię vxo. magistri Lodouici de Bagnacauallo Physici dotes suas, quas eidem consignauerat tempore quo ipsam maritauit, quę dotes fuerunt libras 400. M. cum donis & Iocalibus quæ secum portauit ad maritum. Item reliquit iure institutionis Vrsinæ eius filiæ vxo. Christophori dicto Bussadasso dotes suas quæ fuerunt libras 400. M. secundum promissionem dicto Christophoro factam, licèt actualiter illas nunquam soluerit. Item reliquit iure institutionis prædictis filiabus Antoniæ & Vrsinæ vsumfructum vnius possessionis dicti testatoris positæ in fundo Lagoselli, & hoc quandiu naturaliter viuerent. Item reliquit iure institutionis Ioanni eius testatori filio legitimo, & naturali librarum mille Bonon. pro omni legitima & Trebellianica. & iussit ipsum esse tacitum & contentum &c. in omnibus autem suis bonis mobilibus, & immobilibus iuribus & actionibus suum vniuersalem hæredem instituit Iacobum filium Christophori dicto Bussadasso, cum hac tantum conditione, quòd dictus Iacobus hæres vniuersalis non possit modo aliquo ratione vel causa molestare nec inquietare Vrsinam eius matrem in bonis ipsius testatoris, donec ipsa vixerit: Quinimò ipsa Vrsina possit & valeat bona hæreditatis ipsius testatoris vsufructuare toto tempore ipsius Vrsinæ vitæ, quia sic voluit & mandauit dictus testator, qui decessit superstitibus prædictis tribus filijs, & prædicto Iacobo hærede instituto, qui dictam hæreditatem adiuit. deinde mortuus est dictus Ioannes predicti testatoris filius cõdito testamento, in quo in effectu instituit prædictam domi. Vrsinam eius sororem vniuersalem hæredem &c. successiuè decessit prædicta Antonia relicta post se Bartholomæa eius filia legitima & naturali instituta in parte, hæredes autem vniuersales instituit Iacob.& Ioannem Baptistam eius nepotes filios ex prædicta Bartholomæa. deinde decessit Vrsina relictis post se Iacobo prædicto & Andreola eius filijs, quæ instituit eius hæredem vniuersalem de consensu predicti Iacobi prædictam Andreolam. in ciuitate autem Ferrariæ viget statutum huius tenoris: statuimus quòd filia, vel neptis aut quælibet alia fœmina descendens, sit contenta de eo quod pater vel auus aut quilibet alius ascendens sibi dederit in dotem, vel dare promiserit, aut relinquerit, nec vltra illud occasione legitimę iure debiti, nec etiam mortuo patre vel ascente ab intestato possit facto vel alios descendentes, vel etiam ascendentes inquietare, nec de hęreditate patris aui vel alterius ascendentis petere, nisi id quod pater vel auus vel alius ascendẽs dederit aut dare promiserit vel reliquerit in vltima

voluntate. donec erunt aliqui de descendētibus vel ascēdentibus masculis natis ex legitimo matri. &c. Nunc quæritur an prædicti Iacob. & Ioannes Baptista hæredes prædictæ Antoniæ, ex persona ipsius Antoniæ, vel ex persona ipsorum possit petere supplementum legitimæ in bonis & hǽditate prædicti Andreoli primi testatoris, maximè vigore prædicti statuti, ibi donec erunt aliqui de descendentibus &c. Respon. Alex. ꝙ supplementum legitimæ transmittitur ad hęredes.

## CONSILIVM CLXXXVIII.

Consideratis verbis præmissi statuti & omnibus quæ narrantur in themate requisitus vt conclusiuè dicam, quid sentiam, omisso apparatu verborum, dico dictos Iacobum, & Ioannem Baptistam nepotes ac hæredes prædictæ Antoniæ ex persona ipsius Antoniæ
a supplementū legitimæ petere posse.[a] ¶ Ad quod † ostēdēdum
1 præsuppono ꝙ ius petendi supplementum legitimæ trāsmittitur ad hæredes, etiam si transmittens nunquam illud petiisset, vt in indiuiduo probat & decidit Sali. in l. scimus, in prin. in prima. q. C. de inof. test. aliàs enim vt dixit ibi Sal. si secus diceremus, inesset grauamen, ꝙ esse non debet. l. quoniam in prioribus, eo. ti. & Bal. in l. 2. in vl. q. C. de lib. præte. pro qua opinione vltra eum adduco. l. quamquam. C. ad l. fal. vbi apparet ꝙ ius consequendi quartam seu falcidiam, quod competebat defuncto, transmittitur ad eius hæredem, licet defunctus nunquam illam quartam detraxerit, ex quo infertur ꝙ dicta Antonia trāsmisit ad dictos suos hæredes ius petendi supplementum legitimæ, si illud ius sibi ante mortem competebat, quamuis ipsa nunquam petierit. ¶ Hoc presupposito, ostēdo ꝙ dictæ Antoniæ quę decessit post mortem dicti Ioannis competiit dictum ius petendi supplementum legitimæ, nam clarum est ꝙ de iure communi dicta Antonia potuit petere supplementum legitimæ, vt in auth. vt cum de ap. cogno. §. cæterum. & in l. omnimodo. C. de inoff. testa. & etiam statutū
2 non repugnabat, quia statutum † excludebat eam duntaxat,
b donec[b] extarent aliqui de descendentibus vel ascendentibus masculis illius, de cuius successione tractatur, quæ verba important quòd quam primùm decessit dictus Ioannes filius Andrioli testatoris, cum non superessent alij descendentes vel ascendentes masculi, cessauit impedimētum statuti, & Antonia reassumpsit beneficia ibi a iure communi concessa in succedendo, vt per plura probat Bar. in l. 1. ff. ad Tert. & Bal. in c. 1. §. 1. in titulo Episcopum vel abbatem. in vsibus feudorum. & ibi dicit Bal. quod ita consuluit Franciscus Tigrini de Pisis vir magnæ scientiæ & sanctæ vitæ, prout ipse ibi refert. & Bal. in l. si quis posthumos. §. 1. ff. de lib. & postu. vbi pro hoc adducit plures rationes, & dicit quòd Bart. ita consuluit, & idem Bald. in l. si quis filium. C. de inof. testa. in versi. extra queritur. vbi dicit quòd pro ista parte cōsuluit collegiū Florentinum, & idem tenet Bald. in auth. sed & si quis. in 6. col. de secun. nup. & in l. in quibus. eo. tit. & idem tenet Ang. in l. ei qui soluendo. ff. de hęredi. insti. vbi dicit quòd ita fuit consultum per collegium Bononiense. & hoc sequitur etiam ibi Io. de Imo. & dicit ꝙ est verior opinio, licèt secundum eū Ray. tenuerit contrariū, idem tenet Ang. in d. auth. de hered. & fal. §. si quis autem & Bal. in l. 2. C. de lib. pręte. & idem tenet ibi Sali. & Bal. & Ang. in l. Gallus. §. & quid si tantū. ff. de lib. & posth. ad fi. & dicit ibi Ang. quod ita fuit determinatū Perusij. & Bald. idem tenet in l. cū vxori. C. quando dies lega. ced. & sic patet istam esse communem opinionem a qua in iudicando non est recedendum, vt habetur in locis vulgaribus. & rationes predictorum doctorum hic non refero, quia non est expediens postquam (vt dixi) ita se habet magis cōmunis opi. & casus noster etiam non incidit in eas difficultates, quas disputāt doctores in dictis locis, quia in casu nostro Antonia non erat prætérita. item Antonia seu eius hæredes non quęrunt facere ꝙ ille qui fuit hęres dicti testatoris desinat esse hæres. sed solum petunt supplemētum legitimæ & sic quotam bonorum, non hæreditatis. l. Pap. §. quarta. ff. de inoffi. testa. ex quibus patet quòd cessant rationes quæ militiabant in casu; quem disputant docto. in dictis locis. & sic casus noster nō videtur incidere in illas opiniones quas referūt doc. Et propter illud statutum excludens fęminas temporaliter tantum, id est donec extiterit masculus non est necesse disputare illud, quod tangitur per docto. in l. filiusfa. §. cum quis. ff. de legat. 1. cum simili. scilicet dictus Ioannes filius testatoris excluserit dictas suas sorores a successione & à petitione legitimæ attento, quòd ipse non fuit institutus hæres vniuersalis nec in quota, quia dico quòd dato quòd ipse exclusisset sorores, tamen ipse non exclusit eas, nisi donec ipse vixit,
3 vt disponit statutum. ¶ † Vltimo non obstat si diceretur qđ extant masculi descendentes, scilicet Iacobus filius dictę Vrsinæ qui erat nepos testatoris ex filia ergo vigore statuti non debent admitti hæredes Antoniæ, quia ad hoc respondeo, primo per tex. iunctis ibi notatis per Baldum in capitu. 1. in titu. quemadmo. feu. ad filiam pertineat. vbi per illum tex. dixit, quod si statutum disponit quod fœmina non succedat extantibus parentibus masculis vsque ad quartum gradum, ꝙ intelligetur de parentibus masculis. scilicet agnatis, non de cognatis, & sic non de auo materno. ita in proposito dictū statutum excludens fœminas propter masculos debet intelligi de masculis agnatis; sed dictus Iacobus nepos ex filia scilicet ex Vrsina, non est agnatus, sed cognatus, quia coniunctus per fœminam vt in iuribus vulgaribus, ergo &c. ¶ Secundo comprobatur, quia filia primi gradus non debet esse deterioris conditionis, quam nepos secundi gradus. l. si viua matre. C. de bonis mater. sed si diceremus, quòd nepos ex Vrsina excluderet Antoniam, cui delatum fuit istud ius petendi supplementum legitimæ esset deterioris conditionis filia quam nepos ex filia. ¶ Præterea hoc expresse decedit Bart. in l. libe-
4 rorum. ff. de verbo. sign. † maxime in versicu. quæro pone ꝙ aliquis decessit relicto filio masculo & nepote ex filia &c. iuncta quæstione sequenti. & Bar. in l. 2. §. fi. in vltimis verbis. ff. ad Tertu. & Bald. in l. maximum. C. de liber. prete. in quibus locis concludunt, ꝙ quando ex forma statuti masculus excludit fœminam, certè iudicamus de nepote ex filia, prout iudicamus de filia fœmina. idest de matre sua. Et hęc pro veritate dixisse sufficiat, in discursu tamen. Laus Deo.

### ADDITIO.

a ¶ Posse. istud est de indubitabili attento quòd viua Antonia defecerunt masculi, & sic poterat cum effectu exigere supplementum legitimæ condictione ex lege, prout de iure communi, videlicet vsque ad tertiam partem eius, quod habitura fuisset iure communi in successione patris intestati, ergo hanc actionem transmisit ad quoscunque hrđes, imò si pater mortuus fuisset ab intestato transmisisse ad quoscunque hæres ius adeundi & petendi hæreditatem paternam pro virili sua. sed dubium esset, si Antonia decessisset ante Ioānem fratrem suum, an ad suos quoscunque hæredes transmittat ius petendi supplementum legitimæ, vel ius adeundi nondum natum, & quantum ad ius adeundi vel succedendi Bal. tenet quòd non in cōsi. 298. quamquam. lib. 2. secundum veterem, & consi. 132. lib. 2. secundum nouam impressionem. sed quantum ad ius petendi supplementum legitimæ tenet Bald. quòd transmittat consi. 69. antiquum statutum. lib. j. quod repetitur consi. 326. lib. 2. nihilominus Bald. est sibi (more suo.) contrarius, quia rationes eius idem concludunt de iure adeundi, nec est quantum ad hoc differētia inter hæc duo iura, quia exclusus a successione, est exclusus a legitima. vera & crebrior sententia est quòd non transmittat vt tenet Barto. in l. fin. §. fin ad tertul. Alber. Georg. nata in tracta. de statu. exclu. fœmi. fol. 14. colū. j. latius Bru. eo. tract. arti. 11. q. 9. licet aliter sentiat Anchar. consi. 210. & Cor. consi. 126. colum. 4. lib. 2.

### EPITOME.

NON requiritur quòd maritus agat criminaliter cōtra vxorem adulteram vt perdat dotem, & si viuens comprobauerit mores, non potest obiicere, & coniecturis probare potest & etiam iniuriarum agere.

## CONSILIVM CLXXXIX.

In causa & lite inter Thadęam vxorem quondā dñi Nicolai de Albarota agētē pro exactione dotis olim traditę dicto eius viro, ac Baldasarē & Iacobū Philippū filios & hęredes dicti dñi Nicolai se defendētes, nec nō contra dictā Thadęā recōuenietes. Videretur primò dicendū, procedendū esse ad adiudicationę bonorū dicti quōdā Nicolai de quibus adepta fuit Thadęa tenutā nulla exceptione obstāte, & eandē Thadęā à contentis in petitione vel reconuentione dictorum Baldasaris & Iacobi Philippi fore absoluendā ex pluribus, & maximè

maximè quia allegatio perpetrati adulterij non videtur aliqd suffragari dictis hęredib. Nicolai, dato ꝙ de adulterio pro
1 batum esset: quia licèt mulier propter adulteriũ* dotẽ perdat. l. consensu. C. de repud. in auth. vt lice. matri & auiæ. §. quia verò plurimas. c. plerunque, de don. inter virum. tamen
2 illud verum est si maritus* accusauerit eam criminaliter de adulterio & se ad pœnam talionis inscribat. tex. est secũdum intellectum Bar. in l. miles. §. socer. ff. de adult. & pro hoc etiã allegat Bar. tex. in d. §. quia verò plurimas. & no. per gl. in pal leg. l. consensu. ¶ Præterea, dato quòd non esset necessaria criminalis accusatio tamen ex quo maritus dum viueret, silẽtio vsus est, non videtur hæredes eius ad retinendam dotem posse mulieri obijcere crimen adulterij. l. rei iudicatæ. §. & hęredi. & ibi glo. & communiter scribentes, sol. mat. & Spe. de excep. in §. dictæ. in versi. item quæritur ecce. & in titu. de don. inter vir. & vxo. §. 2. ver. quid si mulier. licèt ibi clarè non firmet. & no. Sali. in l. fi. C. de adul. & ibi etiam per Bal. ad hoc. l. fi. & quod ibi no. C. de reuo. dona. & ꝙ legitur & no. in c. fi. de dona. & quod no. Cy. in l. 1. in fi. C. de reuo. dona. & quod
a no. † gl. in l. omnimodo. in verbo licebit. C. de inoff. test. quæ dixit no. argumentum quòd hæredes domini non possint au
a ferre feudum a vasallo propter feloniam commissam aduersus dominum, si dominus nihil dixit dum vixit. ¶ Quò autẽ ad reconuentionem non videtur etiam posse obtinere, cum nihil videantur testes saltem concludenter & certitudinariè probare, cùm de limitata quantitate non deponant. & sic non
3 possit ferri certa sententia. in c. in pręsentia, de probat. iuncta. l. pe. & fi. cum sim. C. de senten. quę sine cer. quan. ¶ † Sed pręmissis non obstantibus vr̃ in proposito cõtrarium esse verius, & primo ꝙ mulieri possit obijci per hęredes crimen adulterij: ita ꝙ dotem perdat per dictam. l. consensu. cũ si. nã verum est ꝙ hęredes non possent de hoc obijcere, si maritus mores mulieris adulterę approbasset seu conquestus non esset, sed si improbasset mores vxoris adulteræ, aut cõquestus esset dum viueret, tunc ẽt ad hęredes transit facultas obijciendi crimen
* adulterij, ad finem priuandi mulierem iure dotis. ita voluit* Io. de Imo. in l. cum mulier. in 8. col. in versi. item aduerte qa hoc procedit qñ viuit &c. ff. sol. ma. vbi dicit ꝙ si maritus reprobauit mores mulieris adulteræ, licèt contra eã in iudicio non egerit: hęredes possunt eidẽ mulieri opponere de adulterio ad finem excludendi eam à dote. ita dicit tenere Iac. de Bel. in pręal. §. quia verò plurimas. & ibi hoc ponit Ia. de Bel. in fi. vbi pro hoc allegat. l. si vxor, in fi. ff. de adult. & dictum. c. plerunque. ¶ Hoc etiam voluit Ang. in præal. l. rei iudicatę. §. & hæred. ibi, dum dixit, nec sub silẽtio per trãsiuit &c. hoc clarius voluit Pau. de Cast. in pręalleg. l. cum mulier. dum dixit, ꝙ si maritus in vita non fuit de adulterio conquestus, nõ potest hęres eius de adulterio opponere, per dictam. l. rei iu-
4 dicatæ. hoc apertè † voluit etiam Andre. de Iser. in c. 1. §. porrò. quæ fue. prima causa benefi. amit. dum dixit, ꝙ si vasalus offendit dominum, tamen dñs in vita eum non inquietauit, nõ poterit ab eius hęrede feudo priuari. per d. l. fi. C. de reuo. do. & dictam. l. omnimodò. cum gl. & l non tantum. §. si emãcipatus. ff. de contratab. & no. in c. Imperialem. §. insuper. de prohi. feu. alie. per Fed. subdit tamen hoc esse verum, nisi dominus fuisset conquestus in vita de offensa. allegat. l. quæ à patre. sed ita est, ꝙ dominus Nicolaus improbauit mores vxoris eam verberando, ac etiam de adulterio conquestus fuit, & ẽt dixit ꝙ erat malè contentus, ꝙ eam non interfecerat, vt depo
5 nit Antonia vxor Siluestri & dominus Gabriel de Fauentia, & Franciscus de Bonacosis. ¶ † Accedit quod dixit Bal. in l. 2. §. creditum. ff. si cer. peta. dum dixit, quòd licet donatio facta vxori à marito confirmetur morte mariti. l. pen. C. de donat. inter virum. & l. pap. ff. eo. ti. tamen fallit nisi pœnitentia mariti superuenisset, vt in dictis iuribus. & dicit Sali. ꝙ pœnitentia dicitur superuenisse, si mulierẽ pœna affecit, vt in proposito nostro, quia eam verberauit. alleg. l. testamento Centurio. ff. de man. test. & l. 3. in fi. ff. de adi. leg. ergo videtur vxoris mo
6 res odio habuisse, non autem approbasse. ¶ † Imò fortius, dato ꝙ mores eius approbasset, illa probatio non releuaret quò ad adulterium commissum post morum approbationem, vt dixit gl. in d. c. plerumque. in verbo, nec reconciliata. sed ista Thadęa commisit etiam adulterium eo tempore quo maritus erat in vltimo mortis articulo vt deponit magister Iacobinus de Lupis, & dictus dominus Gabriel, ergo quò ad illud non videtur remissa per maritum iniuria, quin per hæredes obijci possit vt dotem perdat, vt firmauit Salyc. in l. fin. C. de adul. per not. per glo. in l. fideicommissum. C. de fideicom. & argu. l. non est ferendus. ff. de transac. & idem etiam tenet Romanus in pręallegat. l. rei iudicatæ. §. 1. vbi pro hoc etiam allegat. l. 1. cum ibi no. per Barto. ff. de his quib. vt indig. Idem
7 videretur † voluisse Cy. in l. 1. in fi. C. de reuo. don. vbi dixit, quòd si dominus non reuocauit feudum cum vasallus commisisset aduersus eum feloniam, quam ignorauit, vel si sciuit, & non habuit commoditatem reuocandi: quia statim mortuus fuit, poterit hæres eius reuocare feudum. allegat in arg. l. vtilitatem. & l. in confirmando. ff. de confir. tut. idem etiam tenuit And. de Iser. & Bald. in d. c. 1. §. porrò. quæ fue. prima causa benefi. amit. vbi idem dicunt, si sciuit & non habuit cõmoditatem vendicandi morte præuentus. pro quo Saly. in d. l. fin. C. de adulte. allegat in argumen. bonum tex. in l. 3. C. de inoffi. testam. idem etiam tenet. d. Abba. in pręallega. c. fin. de dona. sed ita est ꝙ do. Nico. ignorauit seu ignorasse præsumitur, vt etiam dicunt doct. in dictis locis adulterium fuit in vltimo mortis articulo commissum. ac etiam non habuit facultatem vendicandi & accusandi, ergo ratione huius adulterij
8 venit priuanda dote. ¶ † Nec obstat si dicatur ꝙ maritus in vltimo vitæ spiritu dedit ipsi vxori benedictionem, & sic videtur remisisse iniuriam, quia respondeo primò ꝙ dici potest, hoc non esse probatum nisi per vnum testem. s. dom. Gabrielem, & vox vnius vox nullius ca. in omni negotio. de testi. l. vbi numerus. ff. de testi. ¶ Secundò, quia hoc non poterat trahi ad incogitata. i. adulterium de recenti eo ignorante cõmissum. d. l. non est ferẽdus. & l. mater. ff. de inoff. test. c. veniens. de iureiu. ¶ Præterea dominus Nicolaus fecit dictam benedictionem de mandato sacerdotis mandãtis ei ꝙ totam familiã
9 suam benediceret, vt attestatur dictus Gabriel, vnde † per talem benedictionem nõ videtur remisisse iniuriam, sed solùm
b odium. b vt dixit Gui. de Cu. Bar. & Ang. in l. si tibi. §. quædã. ff. de pac. dum dicunt quòd si quis cõfitendo sacerdoti dicat quòd remittit omnem iniuriam, non videtur remisisse nisi odium. & Bar. in l. non solum. §. 1. ff. de iniur. & Bal. in l. 3. C. de lib. & eorum libe. & in l. 2. ff. ad Syll. & in c. 1. §. iniuria. de pace iur. fir. & Ant. de Butr. in c. de his. de accu. & maximè in mortis articulo, vt no. Io. And. in addi. Specu. de instru. edi. §.
10 nunc aliqua. † Non obstant allegata in contrarium, s. ꝙ necesse sit vt maritus lucretur dotem pp adulterium ꝙ eam accuset de adulterio criminaliter, vt tenebat Bar. in d. l. miles. §. socer. per illum tex. secundum intellectum Bar. quia respondeo
* quod communis opinio* est in contrarium, à qua in iudicando non est recedendum, & de hoc ꝙ non requiratur accusatio, est tex. in d. l. cum mulier. ff. solu. mat. & ibi hoc sequitur Bal. Ioan. de Imo. & Pau. de Cast. est etiam tex. in l. Lucius. & ibi hoc sequitur Romanus eo. ti. & tex. iuncta gl. in l. viro. eo. tit. & est tex. clarus iu pręalle. c. plerunque. & l. fi. cum ibi no. C. de adul. & ita tenuit etiam Iac. But. Pet. & Cy. Bal. & Sal. in auth. sed hodie. C. de adul. & Iac. de Bel. in d. §. quia verò plurimas. & Ang. in d. §. si socer. & Pet. de Anchar. in c. intelleximus. de adul. & fuit originaliter opinio Alberti Pap. vt refert Ioan. And. in addit. Specu. in tit. de excep. §. dicto. versic. item queritur. & dicebat esse casum in d. l. C. de adul. idem tenuit Lappus allega. 128. in 10. colum. ubi dixit quod. l. consensu. C. de repud. & alia iura quæ dicunt ꝙ maritus lucratur dotẽ propter adulterium vxoris, habent locum etiam si mulier ciuiliter sit conuicta de adulterio. & idẽ tenuit Bar. in d. §. quia verò plurimas, sequutus Iac. de Bel. ibi. idem tenet Ange. in l. consensu per illum tex. & Ang. in l. fi. C. de adul. & Pe. de Ancha. in d. c. plerunque. & ideo patet ꝙ ille intellectus Bart. ad dictum. §. si socer. non potest procedere, quia est cõtra prædicta iura, nec etiam probatur opinio sua in d. §. quia verò plurimas, quia ibi non negatur, ꝙ si maritus non accuset criminaliter, sed aliàs per modum exceptionis opponatur de adulterio quod vxor dotem non perdat, & ita etiam respõdetur ad
11 notata per gl. in d. l. consensu. ¶ † Confirmo prædicta ex alio capite, nam non dubium est ꝙ per adulterium dictæ Thadęę dicitur illata iniuria domi. Nicolao. l. si maritus sit. §. lex Iulia. ff. de adul. & l. miles. §. socer. eo. tit. & ibi probatur ꝙ non solum marito fit iniuria, sed etiã omnibus de agnatione mari-

ti,vt probat tex. ibi in verbo, vindictæ domus, iuncta. l.1.in
prin.in verbo domus,secundum expositionem Ia.de Aret.&
Bar.ff.ad Sylla.& l.cum vnus.in prin cũ gl.in verbo, domũ.
ff.de ali.& ciba.lega.& est regula, ꝙ iniuria facta vni censetur
facta omnibus de genere suo.l.lex Cornelia, in pri.& ibi Bar.
ff.de iniu.l.1.& ibi Bal.C.si quacunque præditus pote.l.cum
scimus.& ibi Bar.C.de agri.& censi.li.11.& l.1.& 2.ff.de li.
çá.ergo etiam si filij domini Nicolai ex propria persona eorũ
petant iustitiam ministrari super actione iniuriarũ aduersus
Thadæam non potest negari quin iudex debeat dictam iniu-
riam taxare & æstimare,vel ęstimanda sit per iuramentũ acto
ris accedente taxatione iudicis.l.sed si vnus.§.seruus meus.&
l.iniuriarũ æstimatio,cum ibi not.per Bart.ff.de iniur.& ple-
nè per alios in l.si non conuintii.C.de iniu.¶An autem adul
c terium sit probatum, [c] non refrico in dubium, cum constet
12 ꝙ sic,attento quòd † per plures testes probatum sit quòd vi-
sa fuit Thadęa sola cum solo in lecto & deponũt etiam testes
de alloquiis secretis & de publica fama, q̃ omnia sufficiunt
vt plenè in cap.prætereà, de testi cap.literis, & c.tertio loco.
de præsum.not.gl.& ibi Bar. in l.capite quinto.& in l.quod
ait lex.in prin. ff.de adul.& Bart.in l.2.§.fi.in fi.eod.tit.& in
l.2.in prin.ff.de fur. & in l.2.§.pe.ff. de aqua plu.arc,¶ Quò
* ad aliud,an probatum sit Thadæam dilapidasse * vel consum-
psisse de bonis dictorum hæredum,adeò,quòd veniat condé-
13 nanda,dico ꝙ sic,nam † præsuppono quòd damnum & inte-
resse per coniecturas probari potest & illud potest ex conie-
cturis iudex ex officio taxare.l.1.& ibi hoc no. Bar.in fi.C.de
sen.quæ pro eo quod inter.& l.non ignorat. & ibi Bart.C.de
fruc.lit.ex.& l.semper.§.hoc interdicto.ff.quod vi aut clam.
& l.si traditio.& ibi Bar.& Bald.C.de actio.empti.& Bal.in l.
14 1.ad fi.C.de fructi.& lit.expen.& per hæc† dicit Bal.in auth.
quas actiones. C. de sac. san. eccl. ad fi.quod vbi difficilis est
d probatio,sufficit probatio per coniecturas. [d] & idem Bald. in
l.si quis in hoc genus. C. de epi.& cle. vbi subdit quod pro-
pter difficultatem probationis tortura facta in camera pote-
rit probari per indicia & coniecturas. facit tex.in c. veniens,
el j.in fi.C.de testi.& l.consensu.C.de repud.& quæ not.Bar.
in l.si quando.C. vnde ui.vnde dicit Barto. in l.si quis ex ar-
gentariis.§.penulti.ff.de eden.quòd casus clandestini, vt fur-
tum, probantur per coniecturas. argu.l. non omnes.§.à bar-
baris.ff.de re mili.not.doct.in l.fi.C.de pign.act.& not.Spe.
in tit.de furtis.ad fi.& pulchre Fede.de Sen.in consi.119. vbi
dat istam doctrinam quod in his quæ a communiter acciden
tibus difficilis est probatio,semper sufficit probatio per cõie-
cturas.l.si vicinis.C. de nup.& in l. filiũ diffinimus.ff.de his
qui sunt sui vel alie.iur.& ideo dicit quòd vbi agitur de pro-
bando quod pecunia fuerit conuersa in vtilitatem monaste-
rii vel alterius, sufficit probare per coniecturas, putà ꝙ mo-
nasterium tunc indigebat, vt notatur in authen.hoc ius por-
rectum. C.de sa. san. eccl. & in cap. 1.de deposito. cùm ergo
agatur de probatione dãni & interesse,& de subtractione &
dilapidatione bonorum,in quibus omnibus est difficilis pro-
batio, vt dictum est,debet sufficere probatio, per coniecturas
per allegata suprà.¶Per coniecturas autem & indicia videtur
esse probatum, nam Iacobinus de Lupis attestatur ꝙ ista mu-
lier damnificauit istos in summa ducatorũ 2000 & deponit
Ioannes de Cordianis quod ipsa Thadæa dixit se dedisse cui-
dã Christophoro, de cuius adulterio erat infamata valorem
ducatorum 20.& deponunt plures quòd ipsa multùm splen
didè vestiebat dictos adulteros, aliqui deponunt, vt Nicha,
quòd erat publica fama quòd ipsa dissipauerat omnia bona
Nicolai,& ꝙ Nicolaus sæpe conquestus fuit ꝙ ipsa subtraxe-
rat sibi libras sexcentum & libros, & ꝙ Nicolaus erat diues
ex talibus ergo informent arbitri conscientiam suam inspe-
cta qualitate patrimonii Nicolai. de quo patrimonio pręsu-
mitur dicta mulier prædicta fecisse.l. Quintus Mutius.ff.de
dona.inter virũ.l.etiã.C.eo tit.& in c.significauit.extra eo est
ẽt præsumptio ꝙ mulier luxuriose viuens prodigaliter bonis
vsa fuerit,vt dixi tex.in l.& mulieri in prin.ff. de cura.furio.
¶Accedit quod egregiè dixit Bar.in l.admonendi.ff. de iure-
iur.in 11.colũ.in versic.quæro quid si testis.deficiat in dicto
15 &c.† vbi dixit ꝙ si duo sunt testes dicentes ꝙ recordantur
quòd Titius mutuauit pecuniam Mæuio, sed nõ recordãtur
de quanta,certè si per alias coniecturas probatur, puta ꝙ Mæ
uius petiit mutuo decem à Seio, hæ probationes suffragãtur
vna alteri.c.ex literis.de iureiu.secundum Bart. vnde proba-
tur per vnum testem de summa duorũ milium ducatorum,
per alios probatur de fama, quod ipsa dissipauit omnia bona
Nicolai,& quod faciebat magnas expensas,certè vnum deter
minatur per aliud, scilicet ꝙ dicta dissipatio ascendebat ad
summam duorum milium ducatorum & pręsertim cùm (vt
16 dixi) sufficit probatio per coniecturas ¶† Poterit etiam ad cõ
firmationem accedere iuramentum actoris, quod quidẽ plu-
rimum operatur in casibus in quibus difficilis est probatio,
vt dixit not.Host.in c.si quod me.causa.allegat ea quę haben-
tur in c.1.& 2.de clericis peregrinis, facit.l.in bonæ fidei.C.
17 de rebus credi.& c.fi.de iureiu.¶Vltra hoc considero, † ꝙ ex
forma compromissi arbitratores isti habent petestatem iudi-
candi etiam de facto, & sola facti veritate inspecta, & prout
eis melius visum fuerit.vnde dixit signãter Io.in c.2. de iura.
* calum.lib.6.in nouella.ꝙ vbi commissum est alicui * ꝙ faciat
prout ei visum fuerit expedire, non requiritur de necessitate
aliqua probatio.ita formaliter vult ipse allegans notata in c.
statutum.§.accessorem,de rescri.in 6.& notat etiam Bal. licet
non ita apertè in tit.de pace Constantię.in verbo,animam no
18 stram.¶† Fortius dixit Bar.in consilio suo incip In quæstio-
ne prędicta primò videndum est de potestate &c.& in consi.
82.incip. Punctus quæstionis vertentis inter Albertum Ioan-
nis &c.ꝙ vbi quis habet potestatem inquirẽdi veritatem sum
* mariè & de facto; * & de facto condẽnandi ꝙ ista verba impor
tant quòd etiam sine causę cogitatione & probatione condé-
nare possit, allegat notata per glo.in l.ictus fustium.ff.de in-
fam.quantò ergo magis debent hoc domini arbitratores face
re habentes conscientiam informatam ex dictis probationi-
bus ac variis p̃sumptionibus & cõiecturis. Laus Deo. Alexan.

ADDITIONES.

* Propter adulterium. ]Sed quid iuris in vidua stuprum committen
te? dicas quòd idem; Felyn.ad cap. pastoralis. colum.4. de iudic.&
Pau.Castren.consi.147.Reuocatur in dubium lib.2.& Ias.ad l.ij.co-
lum.ij.ff.solu.matrimo.& vide Alexan.consi.207.colum.2. & 5.eod.
lib.& Ias.ad l.fideicom.C.de fideicom. Dec.ad l.cum quædam.ff.de
iurisd. omnium iud & ad d.cap.pastoralis. colum. fina.Illud neuti-
quam est omittendum,quòd per fiscum viduæ auferuntur legata vi
ri,tanquam indigne si ipsa stupro se coinquinauerit;Bar. ad l.j.ff.de
his.quibus vt indig.Et eodem modo id, in quo succedit ex pupillari
expressa fiscus aufert, sed propter stuprum à tacita pupillari exclu-
dit,& substituto succedit;Ias.ad l.ij.in princ.colum.antepe.ff.de vul-
ga.& pupil.Et de amissione dotis Hippo.consi.13.per totum.Crauet
ta amplissimè consil. 205. vbi etiam tangit vtrum amittatur dos in
matrimonio putatiuo. Natta.

* Si maritus.]Sed non procedi tunc possit coram seculari. Dec.consi.
212.& vide Bal.consi.302.cum seq. lib.3. Natta.

a ¶Feudum.dixi in consue.Parisi.§.xxx.quæst.xxxij. * Vide hac de re
* per Abba.consi.iij.qõ.ix.colum.viij.lib.ij. vbi ponit, quid è contra si
dominus tacuit in vita vasalli, an possit hæres vasalli vexari, de quo
Rui.consi.xlvj lib.j.& latè suprà consi.x.eod.lib.j. Natta.

* Ita voluit Ioan.de Imo.]Vide Aret.in tract.male.in verbo, Che hai
adulterato.in versi.quid si maritus. Et ibi in apostillis habes hoc cõ
silium Alex.transcriptum, cum responsionibus Domini Vgo.ini Ari
minensis tenentis oppositum. Et adde ꝙ regulariter ius reuocandi
non transit ad hæredes;Afflict.deci.111.Et vide latè Alex.ad l.rei iu
dicatæ.not.ij.ff.solu.matrimo.vbi tenet, hæres mariti posse obiicere.
Vide Pau. Cast.consil.402. Hæc mulier.lib.1.vbi vult,quòd mulier
ob adulterium non amittat dotem, vbi eius maritus tenet concubi
nam,item vbi sciẽs adulteram, retinuit,& cum ea rem habuit,item
vbi tempore vitæ suæ non expostulauit cum ipsa nec est conquestus.
Literis prodidit Bal.consi.clxxxij.Petrus de Firmo.lib.iij.quòd hære
des non possunt obiicere de adulterio, etiam quòd post in notitiam
peruenerit. De viro, qui sciens diu tacuit,vide eundem Bald.consi.
ccciij.eod.lib.Tangit etiam distinguendo Signorol.consi.l. Quæstio
prima,& secunda.vbi considerat tres casus,quòd aut maritus sciuit,
aut ignorauit,aut dubitatur. Natta.

b ¶Odium.Io.Fab.Ange.§.fi.insti.de iniu.deci.Tholo.ccxxxiiij.Clau.
versi iniuria.§.vij.

* Communis opi.]Et cum hac opinione contra Bart. tenet Alex.ad l.
cum mulier.col.pen.ff.sol.matr. Natta.

c ¶Probatum.Ange.tract.male.versi.che hai adul.col.pen.decis.Thol.
ccc.Gemi.col.iiij.in fi.inf.lib.vij.consi.xiij ad fi.

* Dilapidasse. ] Dic,mulierem luxuriosam præsumi prodigam vsque
adeo,vt non admittatur probatio oppositi.l. & mulieri. ff. de curat.
furio.per quam ita dicit Fely.post Roma.ad capitu. pastoralis. col.
iij.de iud.& hunc tex.in d.l.& mulieri.allegat infra Alexan.ad idem
propositum. Natta.

Quòd

a Quod vbi commissum est alicui.] Obserua notabilem decisionem, quod per talia verba necessitas probationis remittitur, nec quæstio de hoc referri potest. Vnde mandans alteri vt pecunias recipiat, ad vsuram, prout sibi visum fuerit, non potest exigere probationes, quantum, & quibus soluit, sed stabit eius dicto, Affli. deci. 91. Natta.
d ¶ Coniecturas supra li. 3. consi. 52. ad fi.
e Et mox Alex. Summariè, & de facto.] Adde tamen, quod ista verba; summariè, & de facto, non important quod alicui ius suum auferatur, Ias. consi. 105. in fi. lib. j. Nat. Et paulò post. Domini arbitratores. Arbitratores sequi debent veritatem vndecunque eam habeant è ex garritu auium & informationes etiam oretenus accipere possunt, monita tamen parte, Ias. consi. 88. circa fi. li. 1. adde Bald. ad l. solam. vlt. q. C. de testib. vbi voluerit, quod arbitrium habens de iure & de facto, credere possit probationi persuasiuæ inhęrendo eius cõscientiæ. Quod dictum Baldi extendit Fran. Areti. consi. 84. col. 2. ad rescripta causarum, quæ committuntur sola facti veritate inspecta. sequitur Ias. ad l. & si conditio. §. si nummos. col. 6. ff. si cer. pet. Dec. ad c. dilecti filij. col. 2. de iud. quæ extẽsio mihi non placet, quia non ita præsumitur in Principe, quod ita voluerit discedere à iure l. si quando. C. de inoffi. testa. nec quod voluerit partibus præiudicare l. 2. §. merito ff. ne quid in lo. publ. Partes autem id possunt. l. penul. C. de pact. Imo etiam in compromisso hæc clausula malè sonat, & Prælatus eam non posset apponere, Feli. ad c. 1. col. 10. de consti. vbi etiam meminit de dicto Baldi ad d. l. solam. Verùm quod vigore cuiuscunque arbitrij dati credere vnico testi, cum de iure communi requirantur duo Alex. tenet consi. 209. col. fin. infra eod. Et dictum Baldi ad d. l. solam. sequitur Aretin. ad l. eum, qui §. filius. in 2. not. ff. de acq. hæred. Præterea animaduertendum est, laudum latum sine causæ cognitione, non subsistere, quia latum sine causę cognitione, Dec. consilio 475. circa fin. Et vbi causa arbitrio boni viri debet terminari, admittuntur persuasiuæ probationes, Dec. consi. 650. col. 2. allegando Bal. ad d. l. solam. Et arbitrator pronunciare debet secundum æquitatem, qua ratione differt a iudice, Alexan. consi. 113. col. 3. supra eo. lib. Item arbitrator credit vnico testi cum iuramento partis, Bal. consi. 35. Tria sunt consideranda. li. 4. Natta.

SVMMARIVM.

5 *Notarius potest per se corrigere errorem indictionis & datæ. nume. 7.*
8 *Instrumentum valet etiam testamenti factum per cifras & intelligibiles.*
11 *Instrumenta plura quid si repugnant nu. 13. 14. 18. 19. 22.*
15 *Fauor libertatis & ecclesię æquiparantur.*
20 *Dies incipit à media nocte.*
25 *Enunciatiua fauore pię causę disponunt. nu. 27. 28. 29.*
31 *Enunciatiua sunt de pręterito vel futuro.*
32 *Volo verbum, an sit dispositiuum.*
33 *Pluralitas personarum præsumitur ad vitandum falsum.*
34 *Notarius non perdit officium propter delictum, extra officiũ.*
35 *Sententia præsumitur lata ex causa, quæ minus grauat.*

CONSILIVM CXC.

Plura narrata sunt in themate, quæ discutienda veniũt inter Socinum Franciscum, & Bindotium agentes, & hospitale sanctæ Mariæ de Scala de Senis & eius rectores reos conuentos. illud in primis, pro fundamento ipsius
1 hospitalis præsupponendum esse videtur, † quod donec potest esse locus causæ intestati, cessat causa intestati. l. quandiu põt. ff. de acq. hær. l. antequam. C. communia de succes. Sed dicti Sozinus, Franciscus, & Bindotius prætendunt cãm intestati, hospitale verò ad eorum exclusionem producit testamentũ, & probationes, ergo silere debet causa intestati, & excludi debent agentes. Videndum est igitur vtrum obiecta & replicata per dictos agentes contra causam testati habeant obstare, & primò obiicit quod scriptura originalis ipsius testamenti manu
2 ser Bindotij notarij de eo rogati caret † indictione, & sic caret solennitate debita, vt in auth. quib. mod. natu. effi. legi. §. quã tum, & in authen. vt præpo. nomen impera. in princ. c. inter dilectos, de fid. instru. & quod ibi no. & 33. dist. in nomine Dñi. Et etiam defectus & vitium videtur ibi esse in annis dñi quia malè intelligitur, an scriptura dicat anno do. 1428. an vero dicat, 1429. & defectus circa annos Domini vitiat, vt not. in l. generali. C. de tab. lib. 10. & in d. c. inter dilectos, & in dicto c. in nomine Domini. & no. Sp. in tit. de instr. edi. §. breuiter commemoremus. vers. sequenter ponuntur anni Domini & Guliel. de Cug. in l. Imperatores. C. de fide instrum. & ibi
3 Bal. circa pen. & antep. col. & paria † sunt non esse ibi annos, Dñi, vel esse, sed ita obscurè seu taliter quod non possit bene intelligi. l. 2. ff. de his quæ pro non scriptis haben. & C. de emẽ. Iustinia. codici. l. 1. in versi. constitutiones verò. & l. quicquid astringendæ. secundum unam lecturam. & ibi no. Barto. ff. de verb. ob. & Spec. in tit. de instrumentorum edi. §. ostenso. ver.
4 quid si abbreuiatura. Et licèt in scriptura publica † postea sumpta per eundem ser Bindotium reperiatur apposita indictio & etiam anni Domini clarè, scilicet anno Domini. 1427. tamen stari debet originali & matrici scripturæ, vt in authẽ. de tabellio. §. pe. & ibi not. l. si quis ex argentariis. §. prætor, cum ibi not. per Bart. ff. de eden. & not. Bald. in l. si librarius. ff. de reg. iur. & Spec. in tit. de instrumentorum edi. §. instrumentũ. ver. quid ergo si in no. & §. postquàm. versi. 1. & Bald. in l. no-
5 stram. C. de testa. cum concordantiis. ¶ † Quia respondeo, quod quando notarius omisit apponere indictionem, potest ipse sua authoritate talem defectum corrigere, quia ex appositione temporis inserti in instrumento facilè constat, quæ indictio debuit apponi, & quæ fuit indictio quæ per errorẽ omissa fuit. ita decidit Bar. in præallegata. l. si librarius. in 1. col. & in suo consilio incipiente. Ex facto pposito ut ex eo patet tria quæruntur &c. saltem antequàm notarius ipse tradiderit parti authenticum, ut notat Ioan. Andr. in data sexti libri in nouella. & Baldus in l. cum proponeretur. ff. de leg. 2. & Baldus. C. de Iustiniano codi. confir. circa fi. & Angelus in l. Imperator. ff. de statu hominum. vbi tenuit quod etiam quantum ad ta-
a lem omissionem potest corrigere etiam postquam [a] tradidit parti instrumentum publicum. quæ disputatio non est necessaria, quia non apparet aliquod publicum instrumentum datum fuisse parti indictione. & quod potuerit etiam in casu prædicto ita corrigere, est etiam de mente Spec. in titu. de instrumentorum edi. §. instrumentum ergo. versi. sed nunquid confin. & Bar. in l. Imperator. ff. de statu ho. & ibi expressius. Bald. & Bar. etiam in tit. de pace Constan. in verbo, pacta. in rub. C. de fide instru. in 13. col. & Ant. de But. in c. inter dilectos, & in c. ex literis, de fide instru. ergo notarius prædictus corrigendo omissionem indictionis & errorem commissum in protocollo, potuit illam apponere in instrumento publi-
6 co inde sumpto. Et tantò magis potuit † dictus notarius hoc facere propter dictionẽ &c. abbreuiatè positam in prima scriptura, quo casu potest notarius apponere in extensione omnia consueta apponi. l. argentarius, in princ. cum ibi expressè notatis per Bar. & alios, ff. de eden. & in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posthu. & Spec. & Ioan. And. in tit. de instru. edi. §. ostenso. versi. quid ergo si in abbreuiatura. & Ioan. Andr. in eod. tit. in §. instrumentum. super uer. quid si a contrahentibus. & Bal. in rub. C. de fide instr. in 12. col. & Bal. in authen. si quis in aliquo, in vlt. col. C. de eden. & canonistę in c. cum P. tabellio. de fide instrum. & in c. significante. de rescr.
7 & Sali. in l. contractus, in 6. quæst. C. de fide instr. ¶ † Ex quibus etiam infertur non obstare quòd in originali non sit clarè appositum tempus anni, adeo quod appareat, an fuerit confectum testamentum anno. 1428. vel anno. 1429. nam potuit notarius declarare, quia quãdo verbum est obscurè positum, statur interpretationi & declarationi ipsius notarii, ut inquit Ange. in dicta. l. Imperator. ff. de statu homi. in 10. col. per id quod habetur. in c. cum clamor, de testi. & notarius ipse hoc declarauit postea in publicatione ipsius instrumenti, pro hoc etiam bene facit, quia errorem commissum circa omissionem dicti etiã potest corrigere ipsemet notarius, sicut dixi in correctione indictionis secundum Ioan. Andr. in præallegata data sexti libri. in nouella, vbi dicit ita de facto seruari; quia statur dicto eius. l. si quis decurio. C. de falsis. vt etiam no. Bart.
8 in d. l. si librarius. cum concordantiis supra allegatis. ¶ † Confirmatur per ea quæ no. Spe. in tit. de instr. edi. §. ostenso. ver. quid si abbreuiatura. vbi dixit, quod si abbreuiatura reperiatur inabbreuiata quod nescitur quid dicere uelit. quod si per scripturã præcedentem vel sequentem vel per aliam eadem manu confectam in simili vel eodem contractu potest fieri fides, poterit talis abbreuiatura publicari etiam per alium notarium, cui esset commissa publicatio rogationum dicti notarij. arg. l. si seruus plurium. §. fi. & l. qui filiabus. in princ. cum simi. ff. de le. 1. ergo cum præsupponatur quod supra dictam lineam continentem annos Domini in protocollo sit scriptũ manu eiusdem notarij in literis geometris hoc modo videlicet. 1428. debet hoc sufficere ad declarationem dictæ scripturæ. Nam

9 † etiam

9 † etiam valet instrumentum confectum per dictas literas &
b cifras vel signa consueta & intelligibila, licèt secus ° si non
sint intelligibila, vt in l. quot post princ. & ibi not. doc. ff. de
hæredi. insti. & not. Bar. & alii in auth. quod sine. C. de testa.
& in l. sed cum patrono. §. fi. per illum tex. ff. d e bo. pos. ti. ge-
nerali. Spe. in tit. de inst. edi. §. instrumentum ergo. versi. item
opponitur ꝙ instrumentum scriptum est per notas. & in ver-
sicu. sequenti. not. Ange. in l. Lucius. ff. de testa. mili. & Anto.
de Butr. in cap. 1. de fide instr. & Fulg. in l. hac consultissima.
§. fi. C. de testa. & dato ꝙ illa primęua scriptura non haberet
subscriptionem & signum, non per hoc tamē est quin debeat
credi publico instrumento manu saltem eiusdem notarii per
notata per Cyn. & Bal. & Sali. in l. contractus. C. de fide instr.
& Bal. in l. fideicommis. §. 1. ff. de lega. 3. & in specie not. An-
gel. in consilio 206. in ordine meo. & incipit. Alias. & 220.
Reperitur quædam imbreuiatura &c. facit, quod habetur in
l. si quis ex argentariis. §. prætor. cum ibi no. per Bar. in prin.
10 ff. de eden. cum concordantiis. ¶ † Item non obstat quod al-
legatur contra hospitale, videlicet quod die 15. mensis Maij
1318. dictus ser Bartol. notarius & etiam testator & duo ex te
stibus descripti in testamento facto vt dicitur in ciuitate Se-
narum, non fuerunt in ciuitate Senarum, sed fuerunt absen-
tes, nec ibi esse potuerunt, vt indicant scripturę de quibus in
themate fit mentio, quæ ostendunt ꝙ ipsi erant alibi, & sic in-
strumentum testamenti videtur esse falsum, per l. optimam.
C. de contrahen. & commit. stip. & instit. de inutilibus stip. §.
item verborum. & ca. ex tenore, de testi. & etiam quòd à com
muniter accidentibus attento quod itinerantes ad ciuitatē
Senarum de ciuitate Clusii vbi erat potestas dictus ser Barto.
de dicto mense quo factum fuit testamentum, & ubi erat per-
sonaliter dictus Bindotus die 14. dicti mensis Maii de sero,
& econtra itinerantes de ciuitate Senatum ad ciuitatem Clu
sii vel ad similia loca taliter remota consueuerunt in itinere
accipere communes & necessarias refectiones pro se & equi-
taturis, & quòd venientes ad ciuitatem Senarum de locis lon
ginquis seu remotis antequam discedant de ciuitate Senarū,
& redeant ad dicta loca longinqua à quibus discesserunt, con
sueuerunt saltem morari per vnam diem in ciuitate Senarū,
nisi contrarium ex magna causa processerit. & sic non est veri
simile quod ser Bindotus dicta die 14. Maij. de sero ex ciuita
te Clusii recesserit & venerit ad ciuitatem Senarum. & tam
cito recesserit de ciuitate Senarum, & redierit ad ciuitatem
Clusii, vbi apparet eum fuisse die 16. dicti mensis, & interfuis-
se congregationi consilij ibidem factę. & similiter quòd non
est verisimile quod dictus Petrus testator qui erat tempore di
cti conditi testamēti potestas castri sancti Quirici, & persona-
liter erat pręsens in dicto castro sancti Quirici dicta die, 15. mē
sis Maij fuerit eodem die in ciuitate Senarum, in qua dicitur
eodem die factum fuisse per eum dictum testamentum, atten
to ꝙ dictum castrum distat per miliara viginti à ciuitate Sena
rum. Et pariter ꝙ non est verisimile a communiter accidenti
bus dictum testatorē eodem die 15. quo venisset ex castro san
cti Quirici ad ciuitatem Senarum incontinenti exiuisse do-
mum & fuisse per ciuitatem ad locū vniuersitatis notariorū,
vbi dicitur factum fuisse dictum testamentum ) & præsertim
cum disponere volentes de bonis suis in vltima voluntate cō
sueuerunt interponere multas horas circa actum testandi in
disponendo & in adhibendo testes, & in testamento scriben-
do, & † sufficiens dicitur esse illa probatio quæ fit per argu-
11 mentum à communiter accidentibus, vt not. glo. & docto. in
l. neque natales. C. de probatio. & glo. & ibi Bal. in l. cum do-
tem. C. de iure do. gl. Bal. & Sali. in l. pe. C. vnde cogna. & no.
Bal. in l. neq; la j. C. de nup. & in l. cōuenticulam. circa 3. col.
C. de episco. & cleri. facit. l. cum de indebito. & l. diuus. ff. de
in integrum resti. cum simi. hoc videtur † decidere Nicolaus
12 de Mattha. & Bal. & Sal. in l. scripturæ. C. de fide instr. vbi di-
cunt ꝙ si peto a te decem ex causa mutui, ad quod probandū
produco vnum instrumentum mutui factum tali die in ciui-
tate Bononię, peto etiam à te centum, quę dico tibi mutuas-
se, ad quod probandum produco instrumentum, in quo ap-
paret me eodem die mutuasse centum in ciuitate Fauentiæ,
quæ distat à ciuitate Bononiæ per 30. miliara, tu negas om-
nia & dicis quod non est verisimile, quamuis fuerit possibi-
le, ꝙ in eodem die receperis mutuum Fauentiæ, & aliud mu-
tuum Bononiæ. certè vnum instrumentum ratione verisimi-
litudinis derogabit alteri, & actor non obtinet, per id quod
no. glo. in dicta, l. scripturæ. quæ dicit ꝙ si produco vnum in
strumentum, in quo continetur me solum emisse fundum,
aliud in quo continetur ꝙ emi ipsum fundum eodem die cū
vxore coram aliis testibus; vel produco vnum instrumentum
in quo continetur me emisse fundum, aliud instrumentū pro
duco in quo continetur mihi donatum fuisse eodem die eun
dem fundum. quia hæc non sunt verisimilia, neutrum instru-
13 mentum valet per illam. l. scripturæ. & quia, vt † inquit Bar.
in l. 1. C. de seruis fugiti. id quod est valde longum a verisimi
li est quædam falsitatis imago, quia experimentum sermonū
verorum, est, vt concordent cum rebus sensatis vel verisimili
bus. l. milites. versic. oportet. C. de quæstio. vnde dicit ipse ꝓ-
pter hoc fuisse deprehensam manifestè falsitatem in quadam
inquisitione, quia in eo continebatur quòd familiaris manda
uerat domino, debent enim sermones verificari secundū cō-
munem opinionem habentium intellectum. l. si ita quis. ff. de
euictio. ibi dum tex. dicit quod nemo sanus probauerit &c.
ita inquit Bal. in d. l. j. ¶ Quia ad omnia ista respondeo, quòd
talis probatio non est sufficiens ad reddendum illud instru-
mentum testamenti falsūm seu inefficax, quia oportebat pro-
bari quòd per totam illam diem decimam quintā Maii fuis-
set alibi extra ciuitatem Sanarum, & cōsequenter ꝙ dicta die
decimaquinta non fuisset neque potuisset esse in ciuitate Se-
narum dictus testator uel notarius seu testes testamentarii, ut
in d. §. item verborum, in verbo, ipso toto die insti. de inutili.
stipu. & in d. l. optimam. & ibi not. & no. Ioan. And. in d. c. ex
tenore, sed nulla ex dictis scripturis productis ad impugnatio
nem dicti testamenti attestatur quod dictus testator vel nota
rius vel testes testamentarij tota die 15. mensis Maii steterant
14 alibi extra ciuitatem Senarum. ¶ † Secundò respondeo quod
quando plura sunt instrumenta adinuicem repugnantia, vt
quia vnum attestantur Titium fecisse talem actum in tali lo-
co, tali tempore, aliud instrumentum attestatur ꝙ eodem tem
pore Titius fecit alium actum eodem tempore in alio loco,
* & quæratur cui stare debeat, concluditur ꝙ præfertur illud
instrumentum quod continet actum fauorabilem vel pium.
l. inter pares. ff. de re iudica. l. lege Iulia. ff. de manumissio. l. in
ambiguis. & l. libertas. ff. de regulis iur. c. ex literis. de proba-
tioni. & c. fi. de re iudicata. ita voluit Cy. & Rayne. in dicta. l.
optimam. & Cy. in l. in exercendis. in 2. quæstio. C. de fide in
stru. & Io Andr. & Anto. de Butr. & Abb. in c. imputari. de fi-
de instr. & quod volunt Cyn. & Ray. quod præferatur instru-
mentum continens actum pium, patet per iura quæ ipse alle-
gat. quæ loquuntur in libertate seu manumissione, quę appella
tur actus pius. l. 1. ad fi. C. de communi ser. ma. & illud quod
est inductum in fauorem libertatis, extenditur ad alias dispo
sitiones factas ad pias causas, vt per Bart. in l. si vnus. C. de te-
sta. & in l. proximè, in fi. ff. de his quæ in testa. delentur. & in
l. Titio vsusfr. §. 1. ff. de condi. & demon. & Bald. in l. 2. & in
l. pe. C de fideicom. & in l. si iure. C. de testa. manu. & in dicta.
l. 1. §. fi. C. de communi ser. man. per illum tex. in verbo, ratio-
15 ne pietatis. & † fauor libertatis & ecclesiæ æquiparantur. vt
voluit Baldus in l. 1. in §. 1. in vlti. colum. C. de cadu. tollen-
dis per. §. vult. enim cum §. seq. in auth. de non alie. ergo cum
in instrumentum dicti testamenti contineatur actus pius, sci
licet institutio hospitalis, debet illa scriptura præferri, nā con
16 stat relictum † hospitali appellari relictum ad pias causas l.
si quis ad declinandam, & l. orphonatrophos. & l. omnia. C.
de epis. & cle. ca. 2. de consue. tradit Spe. in tit. de instrumen.
edit. §. nūc vero aliqua. in ver. & scias el 2. & Bal. in auth. simi
17 liter. C. ad legem falci. ¶ † Et posito etiam, quod scriptura te
stamenti non continuisset causam piam & fauorabilē, tamē si
appareret ꝙ notarius rogatus de testamēto esset dignior, quā
alius notarius, cuius scriptura in oppositū produceretur præ
ferretur scriptura testamenti secundum Iac. But. in l. scriptu-
ræ. C. de fide instr. & in dicta. l. optimam. & in l. ob carmen.
§. si testes. ff de testi. & l. Domitius. ff. de test. c. in nostra. de te
sti. & sentit hoc etiam Cy. in d. l. in exercendis in 2. q. & est
18 de mente gl. in c. imputari. de fid. ins. ¶ † Bene facit quod no.
Spe. in ti. de inst. edit. §. postremò, aliàs est. §. instrumētum er
go. ver. seq. pone produco &c. vbi quærit, pone produco in-
strumentū, in quo continetur, quod promisisti mihi 10. Nar-
bonæ

bonæ die tali, tu profers aliud instrumentum in quo contine
tur me vel te illa die fuisse stipulatum Romę, quęritur cui po
tius stabitur, concludit quod iudex debet inspicere quod in-
strumentum inducat maiorem probationem, vt quia secun-
dum cum forte primum instrumentum producitur per eum
qui consueuit facere producere falsa instrumenta. extra de pi
gno. c. illo vos. in fi. vel erat cancellatum. l. fi. C. de edicto di-
ui. l. si cui. §. iisdem. ff. de accu. vel tabellio non erat bonæ fa-
mę, extra de præscrip. ca. veniens. vel proferens erat persona
furiosa & vilis. ff. de edend. l. si quis ex argentariis. §. 1. vnde
cum rectores hospitalis in causa hospitalis minus uideantur
suspecti quàm aduersarij, & maxime ratione, quia ipsi cau
sam propriam non tractant, vt faciunt rei. c. cùm nuncius &
c. insuper, de testi. iuncta. l. omnibus. C. de testi. & l. nullus. ff.
eo. tit. 2. q. 6. biduum. versic. palàm. & bene facit quod no. gl.
in d. c. imputari. ¶ Non obstat ad hoc quòd attentis his quæ
communiter accidunt, non est verisimile ꝙ illud testamentū
fieri potuerit per dictum testatorem notarium coram dictis
testibus in ciuitate Senarum die 15. Maij. & ꝙ dictus nota-
rius & testator & testes potuissent similiter esse in dictis aliis
locis & exercere illos actus de quibus attestantur aliæ scriptu
ræ in d ebus, de quibus suprà, per no. in d. l. neque natales, &
in d. l. scripturæ, cum aliis supra allegatis, quia respondeo pri
mò, quod illud potuisset procedere quando constaret omni-
no ueras esse illas scripturas attestantes dictum ser Bar. & di
ctum testatorem fuisse alibi dictis temporibus, sed vbi sumus
in dubio an veritatem cõtineant illæ scripturæ productæ per
reos, an vero verior sit scriptura testamenti producta per acto
rem, tunc præferretur scriptura continens actum pium & fa
19 uorabilem, vt suprà probaui. ¶ Prætereà † illud quod no. gl. &
Nicolaus de Matarellis ac Bald. & Sali. in d. l. scripturæ. pro-
cedit in duabus scripturis productis ab eadem parte, sed si
vna producitur ab actore. alia uerò a reo, tunc fit alia distin-
ctio, scilicet ꝙ præferatur scriptura continens actum fauora-
bilem, hanc distinctionem facit expresse tex. in d. l. in exercē
dis. in 2. q. & doct. post gl. in d. c. imputari. Item gl. & doct. in
d. l. scripturæ, loquuntur quando vno & eodem die facta fue
rint illa instrumenta. & in exemplo posito per Nicolaum de
Matarellis unum instrumentum fuerat factum in uno loco,
& aliud eodem die in alio loco distante per 30. miliaria, vt ibi
refert Sali. sed scriptura quæ attestatur quod ser Bar. notarius
erat in ciuitate Clusij. est facta die 14. Maij testamentum ve-
rò fuit factum die sequenti in ciuitate Senarum, die verò 17.
eiusdem mensis potuit interesse congregationi concilij fa-
ctæ in ciuitate Clusij. & eo tempore dies sunt longi. & sic
quantum ad scripturam factam in ciuitate Clusij nullo mō-
do obstat decisio tradita. in dicta l. scripturæ. alia ratione e-
tiam non obst. vt statim subiungam. Item dicta decisio etiam
non obst. habito respectu ad scripturam actorum factam in
castro sancti Quirici, attento quòd illud non distat vltra 20.
miliaria a ciuitate Senarum, quod iter de mense Maij potuit
verisimiliter breui horarum spatio perfici, puta per quatuor
vel quinque horas, vt docet experientia, quæ est efficax rerū
20 magistra. cap. quàm sit. de electio. lib. 6. & tantò magis † quia
licet unum instrumentum dicat aliquid actum esse die puta.
15. consideratur illa dies. 15. ab vna media nocte vsq; ad aliā
quia notarius etiam si factum sit de nocte, non habet scribere
in instrumento, quod actum fuerit de nocte, sed debet attri-
buere diei, & accipere diem a media nocte, ut no. Innocen. &
doc. in c. consuluit. ad fi. de offi. dele. & Bal. & Ang. in l. more
romano. per illum tex. ff. de fer. & Bal. in l. non minorem. C.
de transf. & in l. qua ætate. ff. de testa. & in l. fi. C. de his qui. vt
indig. & Ang. in l. 1. ff. de manumis. & in l. in vsucapionibus.
ff. de usuc. & in l. Titius. §. 1. ff. de li. & posth. & sic dies descri
ptus in instrumento comprehendit spatium 24. horarum, ap
paret ergo ꝙ commodè & verisimiliter potuerunt intra tan-
tum spatium scilicet dierum & horarum comprehensorū in
dictis scripturis prædicta explicari scilicet Senis, & alibi, &
consequenter apparet quod dictæ scripturæ non sunt adinui
cem repugnantes, sed compatiūtur adinuicem, & potuit esse
quod nota testamenti erat per plures dies ante ordinata, & sic
potuit incōtinenti expediri, & sic dato ꝙ alias consueuissent
interponi plures horæ in actu conficiendi scripturam testa-
menti & eius ordinationē, illud posset militare quādo prius
non esset ordinata nota testamenti, prout esse potuit in casu
nostro, vel illud potuit contingere, quando fiunt plura reli-
cta, quod non fuit in casu nostro. ¶ Item decisio Nicolai, de
Matarel. in d. l. scripturæ, alia etiam ratione nullo modo, hēt
obstare quo ad actum, tam factum in castro sancti Quirici,
per dictum Petrum, quam in ciuitate Clusij per dictum ser
Bandotum, quia secundum quod refert Bald. & Paul. de Ca-
stro in d. l. scripturæ, ipse loquitur quando vtrunque instru-
mentum dictorum contractuum factum fuerat eodem die,
& coram vno, & eodem notario, & coram ijsdem testibus, &
vnde locus etiam erat satis remotus ab alio, quia non videtur
verisimile, ꝙ vno, & eodem die contrahentes, & etiam vnus,
& idem notarius & ijdem testes fuerunt in dictis diuersis lo
cis, sed in casu nostro non est sic, quia vnus notarius fuit roga
tus de scriptura testamenti, & diuersus notarius fuit roga-
tus de alia scriptura, nec fuerunt ijdem testes, in multis er-
go substantialibus differt vnus casus ab alio, & sic ex diuersis,
non recta fit illatio. l. fi. ff. de calumnia. l. inter stipulantem. §.
22 sacram. versi. sed hæc dissimilia. ff. de ver. oblig. ¶ † Corrobo-
rantur prædicta, quia quando plura sunt instrumenta adinui
cem repugnantia, creditur illo instrumento, quod iuuatur,
maioribus adminiculis, vt inquit Bald. in d. l. optimam, post
glo. sed scriptura testamenti iuuatur maioribus adminiculis
habet enim pro se argumenta resultantia ex illis epistolis, di-
cti Petri, in quibus affirmat se condidisse testamentum & re
liquisse hospitali, & sic præstant argumentum, & adminicu-
lum. l. instrumenta. & l. rationes, C. de proba. & liquidissimę
debent esse probationes ex quibus quis vult reprobare instru
mentum, tanquam cum talis oppositio concernat crimen. l.
l. sciant. C. de probatio. vnde lex, voluit hoc casu, quod te-
stes in tali causa debeant esse omni exceptione maiores, vt di
23 cta l. optimam. ¶ Et licet alias † testis non interrogatus, non
teneatur reddere rationem dicti sui, iuxta l. solum, cum ibi
not. C. de test. & traditur in c. cum causam quæ inter de test.
tamen quando testis producitur ad reprobandum instrumē-
tum, non probat nisi etiam non interrogatus reddat rōnem
dicti sui, vt concludit signanter Ia. Bu. in sua disputatione in-
cip. Quęstio talis est quidam petiit &c. quem refert & sequi-
tur Bal. in l. presbyteri. ad fi. C. de epi. & cle. & Pau. de Cast. in
d. l. in exercendis, & Ludo. Rom. in l. 1. in prin. C. de ope. no.
nunc. ¶ Alia insuper extant argumenta pro dicto testamen-
to: quia præsupponitur esse testificatum per plurimos testes
quāuis singulares, quod dictus Petrus dixit fecisse testamen
tum, in quo instituerat sibi hæredem hospitale prædictum,
& sic tendunt ad id quod continetur in dictis epistolis & in
testamento, unde succedit illud quod habetur in c. cùm cau-
sam. & quod ibi no. gl. fi. & ibi doc. de proba. & in l. 2. in prin.
in glo. no. ff. de excusa. tu. cum simi. scilicet ꝙ quæ singula nō
iuuant, multa prosunt. & multæ præsumptiones iunguntur
24 ad plenam probationem, ut ibi habetur. ¶ † Accedunt alia ar
gumenta: quia præsupponitur esse probatum per plurimos
testes, quorum nonnulli sunt concordes & contestes in hoc
scilicet ꝙ dictus Petrus enunciatiuè propter aliud protulit
hæc uerba uidelicet, io uoglio che sia ogni mia cosa, e tutta
la mia roba de lo hospitale de sancta Maria de la Scala de Se-
na, & quod alii duo testes sunt contestes in deponendo ꝙ di-
ctus Petrus enunciatiuè propter aliud protulit erga quen-
dam fratrem Sozum fratrem hospitalis prædicti hæc uer-
ba uidelicet, io stago uolentier appresso a uoi e sonno tutto
de lo hospitale, & doppo la mia morte uoglio che tutta la
mia roba sia de lo hospitale de sancta Maria de la Scala. & p
unum alium testem attestatum est, quod dixit se nolle uende
re certam possessionem: quia intendebat quod esset dicti ho-
spitalis, & ꝙ ipsi hospitali intendebat relinquere, & per illos
testes singulares quos dixi supra attestatur Petrum prædictū
dixisse se fecisse testamentum, in quo instituerat sibi heredem
hospitale prædictum ēt est attestatum quod dictus Petrus di
cebat ꝙ uolebat ꝙ hospitale prædictum habere sua bona uel
æquipollentia uerba, ex huiusmodi probationibus testiū præ
dictorum saltem eorum quos dixi esse contestes. non solùm
adminiculatur & corroboratur fides dicti testamenti, quāuis
uerba d. Petri fuerant enunciatiuè emissa pp aliud fauore pię
causæ ut est tex. ualde no. secundum unum intellectū appro-
25 batum in c. fi. de succes. ab inte. † Sed etiam uidetur noua suf-
ficiens.

ficiens dispositio vltimæ voluntatis ad pias causas induci, qa
verba enunciatiua etiã prolata propter aliud fauore piæ cau-
c sæ c & institutionis hæredis videntur inducere dispositione
saltẽ in casu nostro. hoc videtur primò probari per l.2.C.de
necessariis seruis heredi, insti. vbi probatur quod verba enun
ciatiua emissa propter aliud inducunt dispositionem, quan-
do concurrit duplex dignus fauor, scilicet fauor libertatis, &
institutionis. & ad hoc illum tex. ponderant doc. ibi & maxi-
mè Raphael Fulgosius, sed fauor piæ causæ & fauor libertatis
a pari procedunt, vt dixi supra, & in casu nostro concurrit fa
uor institutionis, quia illa verba, Io volio che ogni mia roba
sia de lo hospitale &c. inducunt dispositionem & institu-
tionem. l. quoniam indignum. C. de test. l. 2. C. communia de
leg. l. Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. 3. & not. per doc. in l.
serui electione. §. fi. ff. de leg. 1. cũ si. iũcta. l. his verbis, in prin.
cum ibi not. ff. de hære. inst ¶ Pro hoc etiam videtur tex. in d.
c. fi. de success. ab intest. secundum vnum intellectum, quem
ibi sentit gl. 3. & 4. & hoc probat tex. ibi dum dicit, velut vlti-
mam voluntatem exprimens, & in verbo, cum vltimam volũ-
tatem expressit &c. intelligendo quod ibi Abbas se fundabat
ex illis verbis enunciatiuè prolatis ab archipresbytero requi-
sito, vt vellet testari, & respondit se non posse testari, quia se
& sua contulerat monasterio. & sic Abbas monasterii mortuo
archipresbytero se fundabat agendo ex illis verbis tanquam
ex vltima voluntate quasi per illa uerba, non possum testari,
quia me & mea obtuli monasterio, voluerit indirectè mona-
sterium facere hæredem, vt probant illa verba scilicet cum vl
timam voluntatem expressit &c. & alia similia verba ibi posi-
ta in tex. & istum intellectũ ibi approbare videtur Inno. Host.
& Ioan. An. vt etiã ibi refert dominus Abbas. & intentio Inn.
est ꝙ huic intellectui non obst. text. ibi dum dicit tanquam
vehementer adminiculantes &c. quia respondet ipse, ꝙ litera
vult dicere, quod verum est quod illa verba enunciatiua non
probant aperte vltimam voluntatem seu testamentum, sed
vehementem præsumptionem inducunt cui præsumptioni
est standum nisi probetur contrarium. & istum intellectum
etiam tanquam in se verum approbat ibi Ant. de Butr. dicens
hoc alibi melius in iure non probari. & pro hoc adducit l. fi.
26 C. fa. erc. vbi † etiam inter liberos videtur quòd quæcunque
verba prolata a patre sufficiunt, vt pro efficaci voluntate in
successione seruari debeant, & non minus fauetur dispositio-
ni factæ ad pias causas, quàm dispositioni factæ inter liberos,
quando dispositio facta ad pias causas non continet quid ini
quum & impium, vt quia non continet aliquid tendens in
preiudicium iuris debiti descendentibus, vt not. Bar. in repe.
l. 1. C. de sacrosan. eccl. in 6. parte principali. in ver. circa or-
dinem verò &c. cùm anima cunctis rebus sit præferẽda. l. san-
cimus. la j. C. de sacrosan. eccl. c. cum infirmitas. de pę. & re. &
ita tenet per prædicta Ant. de Butr. in d. c. fi. licet dicat talem
intellectum non bene conuenire literę. d. c. fi. maximè ibi, dũ
tex. dixit, non tanquam sufficienter probantes & in hoc cum
eo concordat etiam ibi dominus Abb. dicens alia ratione di-
ctum primum intellectum non conuenire illi literę. scilicet
quia Abbas ibi in agendo fundabat se super oblatione, & sic
super actu inter viuos, ergo non potest obtinere probando ẽt
plenè dispositionem vltimæ voluntatis. l. habebat, in prin. ff.
de insti. c. licèt Heli. de simo. c. qualiter & quando. el 2. de ac-
cus. tamen fatetur dominus Abbas ꝙ dictus primus intelle-
ctus licet non conueniat illi literæ; tamen est in se verus, per
not. per Bart. in rep. l. 1. in pe. col. C. de sacrosan. eccl. vbi Bar.
cõcludit ꝙ licèt alias uerba enunciatiua, scilicet emissa incidẽ
ter propter aliud, non inducunt dispositionem, vt l. ex facto
etiam. ff. de here. insti. tamen fallit ad pias causas per dictum.
c. fi. & per l. ex his. C. de test. mi. vbi in milite verba enuncia-
tiua propter aliud emissa in testamento disponunt, ergo mul-
to fortius in pia causa. ex hoc enim ꝙ in milite ita est, apparet
ꝙ inspecta dispositione iurisgentium verba enunciatiua præ-
dicta inducunt dispositionem, aliàs enim non inducerent di
spositionem in milite, qui habet seruare in testamẽtis ea quæ
sunt de iure gentium. l. milites. cum ibi not. C. de test. mili. l.
1. cũ ibi not. per Bar. ff. de testa. mili. & in testamentis ad pias
causas attenditur dispositio iurisgentium, non autem iuris
positiui. c. cum esses, & c. relatum, de testa. vnde sufficiũt duo
testes, vt in d. c. relatum. & in d. l. 1. cum ibi no. per Bart. &
27 alios. C. de sacrosan. ecc. ¶ † Confirmo per no. per Bar. in l. ta-
le pactum. §. fi. ff. de pac. vbi etiam fortius voluit, ꝙ etiam ta-
lia verba enunciatiua prolata in cõtractu inter viuos fauore,
pię causæ valeant per d. c. fi. & per alia ibi allegata per eum
& sum solitus opi. Bart. sequi & tueri per ibi allegata per eũ,
& per not. per Bald. in l. fi. in 7. colum. C. de pac. licèt nonnul
li conentur impugnare opinionem Bart. inquantum vult hæ
reditatem ad pias causas dari posse in contractu inter viuos.
28 ¶ Ad confirmationem † prædictorum facit id quod not. Bar.
consi. 122. incip. Factum sic se habet Titius &c. vbi cõcludit
d ꝙ fauore dotis d verba enunciatiua probent, vbi alias non pro
barent, alleg. l. 2. cum ibi not. C. de dotis promi. & causa do-
tis & causa pia æquiparantur. l. cum his. §. si mulieri. ff. de con-
di. inde. & ibi not. doct. & not. Bar. in l. si ego in prin. & §. 1. ff.
de iure do. & in l. si constante in 10. q. primę partis. in fi. ff. so-
ma. & in l. 2. §. Titio decem, in prin. ff. de don. & Bald. in l. si-
cut. C. de act. & obl. ad fi. & in l. mandatum. in 4. col. C. man.
& in repe. l. 1. C. de sacrosan. eccl. in 16. col. cum suis concor-
29 dantiis. ¶ † Hoc idem est de mente Bal. in repe. l. 1. C. de sacro
san. ec. circa antep. co. inquantum voluit ꝙ ad pias causas ver
ba enunciatiua emissa propter aliud disponãt in casu in quo
si emissa essent principaliter propter se disponerent, vt in d.
l. ex his. sed vbi essent taliter prolata ꝙ nõ disponerent etiam
si fuissent emissa propter se, non disponerent in eo de quo
quęritur vt quia propria significatio verborum se non exten
dit ad id de quo quęritur, exemplum patet in l. Titia cum te-
stamento. §. Caius. ff. de leg. 2. secundum uerum intellectum,
quem ibi ponis Bar. sed ita est ꝙ in casu nostro verba enuncia
tiua emissa propter aliud, si fuissent emissa principaliter pro-
pter se, inducerent dispositionem & relictum omnium bono-
rum dicto hospitali. l. ex hac scriptura. ff. de don. iuncta l. quo
niam indignum. C. de testa. & l. 2. C. communia de leg. ¶ Ac-
30 cedit quia † verba enunciatiua geminata operantur & obli-
gant, vbi alias non operarentur nec obligarent. l. cũ scimus, &
ibi no. Bart. & Ang. C. de agri. & censi. li. 11. & dominus Abb.
in repetitione. c. per tuas, de arbi. in 9. co. vbi pro hoc allegat
etiam. l. 1. ad fi. C. de plus petitio. & not. etiam ipse in c. si cau-
tio, in fi. de fi. instr. & Pau. de Ca. in d. l. ex hac scriptura se l di
31 cta verba fuerũt geminata, ergo &c. ¶ Fortius dico si † bene in-
spiciatur, illa verba non fuerunt enunciatiua seu dispositiua,
nam verba appellantur enunciatiua, quando de pręterito vel
futuro actum enunciant, ut in d. l. ex hac scriptura. & in l. Ti-
tia cum testamento. de leg. 2. sed quando verba sunt præsen-
tis temporis & non enunciant actum in futurum explicandũ
nec actum tanquam iam explicatum in pręteritum, tunc ap-
pellantur dispositiua. d. l. quoniam indignum. C. de test. & l.
2. C. communia de le. hoc in proposito nostro declarat Bald.
in aut. ei qui. C. de bo. autho. iud. poss. circa 10. vel 11. col. in
ver. quæro nunquid. per hæc verba iudicis &c. vbi quæritan
per hæc verba iudicis volumus te ire in possessionem, dicatur
esse interpositum primum decretum, arguit ad partes, & fina-
32 liter dicit quod sic, quia verbum † volo, c est fons & radix om
c nium dispositionum, & dicitur verbum dispositiuũ. d. l. Pam-
philo. §. propositum, cum alijs supra alle. & dicitur tale verbũ
positum dispositiuè, quando non expectat ad sui essentiam
actum alterius voluntatis. sed ubi per uerbum volo, fit sermo
de voluntate terminanda & efficienda per actum alterius vo-
luntatis, tunc non disponit, sed enunciat, vt si dico, volo eli-
gere, non sequitur, ergo eligo, sed enunciat ꝙ in futurum in-
tendo eligere, & sic referuntur ad actum sequentem explicã-
dum in futurum allegat not. in d. l. serui electione. §. fi. & ibi
declarat etiam Bar. & bene facit quod no. Bar. in l. si pater. §.
fundum. ff. de leg. 3. ergo cum in proposito nostro dictus Pe.
loquens per verbum volo, non faciebat sermonem de uolun
tate terminanda & explicanda per actum alterius uoluntatis
suæ uel tertij sed simpliciter dicebat, uolio che la mia roba sia
tutta de lo hospitale &c. dicta uerba appellantur dispositiua
quamuis fuerint incidenter prolata. ¶ Et ista uidentur esse ma
ximi momenti in hac causa, quia per ista apparet ꝙ etiam po-
sito ꝙ illud instrumentum testamenti esset falsum, tamen de-
bet hospitale obtinere. ¶ Et ex hoc apparet ꝙ non est opportu
num respondere ad alia obiecta adducta in contrarium, quæ
infra proximè subiungam, tamen pro maiori euidentia iusti-
tiæ dicti hospitalis ea non omittam. ¶ Vnde dico prædictis
etiam

etiam nõ obstare si dicatur quod in testamẽto prædicto sunt inter cæteros descripti testes ser Ioannes Francisci & ser Matthæus Conis & dictus ser Ioannes per totum dictum mẽsem Maij anni 1448. fuit potestas cuiusdam oppidi vocati Bonconuento, & dictus ser Mathæus fuit eodem tempore Vicarius oppidi Cellarum districtus Senarum. & dicto tempore cauebatur statuto Senensi ꝙ tales officiales deberent stare & residere in locis, vbi essent deputati pro officialibus, nec inde discedere possent sine licentia magnificorũ dominorum sub pœna 20. solidorum pro qualibet die, & ꝙ magnifici domini possent dare licentiam discedendi de dictis locis solum per octo dies, & nemo præsumitur delinquere. l. meritò. ff. pro socio. ideo videtur præsumendum quod dicti ser Ioannes & ser Franciscus non interfuerunt dicto testamento condito in ciuitate Senarum dicto tempore, cum non apparet eos habuisse licentiã discedendi. ¶ Quia ad hoc respondeo primo ꝙ in themate præsupponitur ꝙ non obstante dicto statuto consueuerunt officiales ante & post discedere ab officijs, & redire ad ciuitatem Senarum cum licentia & sine, & sic propter non obseruantiam dicti statuti, non videtur statutum aut talis p̃sumptio obstare, per not. in c. 1. de treu. & pa. & no. 4. di. §. vlt. & no. Arc. ea. di. in c. in istis & per no. in c. ex literis. de cõsue. ¶ Secundo respondeo p ea quæ no. do. Car. Florẽ. & do. Abb.
33 in c. cum Ioãnes, de fide instr. vbi dicitur, pone † ꝙ in instrumento sunt descripti A. & B. expresso eorum cognomine pro testibus, demum deciditur illud instrumẽtũ falsum, & producuntur duo qui dicunt se vocari illis nominibus, sed negant interfuisse, an sufficiat ad reprobationem instrumenti, refert do. Abb. quod præfatus dom. Cardi. ibi dicit se consuluisse ꝙ non, quia per hoc non est probatum illos testes esse illos qui sunt descripti in instrumento, nam secũdum eum potuissent illi qui interfuerunt testamẽto sibi mutare nomina. l. 1. C. de mutatione nominis. item tempore confecti instrumenti pos-
f sibile erat ꝙ essent alii [f] qui hocmet nomine vocabantur, & sic non concludit probatio de necessitate, vt debet. c. in præsentia. de prob. vnde in dubio præsumendum est pro instrumento. c. ad audientiam. de præscri. l. cum precib. C. de prob. ita in proposito si volumus quod per scripturam probantẽ ꝙ ser Ioãnes & ser Matthæus fuerũt assumpti officiales ad dicta loca pro dicto tpe probetur ꝙ ipsi non interfuerunt in ciuitate Senarum tpe cõditi testamenti. põt dici quod sequitur ꝙ illi officiales fuerint propriè ille ser Ioannes & ser Matthæus descripti in testõ. ¶ Vel tertiò & breuius rñdeo, quod verum est, quod dicti ser Ioannes, & ser Matthæus non præsumũtur delinquere, & fuisse in ciuitate Senarum nisi cõtrariũ probet, ꝓut hr̃ per dictũ instr̃m quod precisè affirmat eos fuisse tunc in ciuitate Senarũ illa die, sed scriptura assumptionis officij p̃cisè non affirmat eos fuisse illa die in loco officij, licet inueniret eos debuisse esse in loco officij, nec de iure reperitur, quod aliqua suspicio sit cõtra scripturã testamẽti ex eo qđ in eo nõ sit facta mentio de posthumis, quia nasci possent vel de alijs agnatis. & non est incõueniens, quod quis carens liberis potius relinquat hospitali pro anima quã agnatis, cum anima
34 sit cæteris rebus præferenda, vt dictum est. ¶ Non ob. † etiam
* quod dictus B. notarius rogatus de testamento * semel cum fuit notarius consistorij magnificorum dominorum fuit in syndicatu suo admonitus & amotus ab omnib. officijs communis Senarum, non tamen concernentibus artem notariæ nec propter falsitatem, postea tamen antequam tempus dictæ admonitionis laberetur, fuit restitutus ex gratia, quia respondeo ꝙ hoc non obstat, attento maximè, quòd in themate præsupponitur quod dictus notarius erat reputatus bonus ciuis & legalis notarius, & quod functus fuit multis honoribus & officijs publicis & de principalibus tam spectantibus ad actũ notariæ quam alijs, & nunquam est compertum eum cõmisisse dolum vel fraudem. hoc decedit expresè Io. An. in add. Spe. in tit. de instr. edi. §. restat. in addi. inci. sic signauit &c. post Spe. ibi in ver. quid si tabellio perdit officium ex aliqua causa. &c. vbi concludit Io. An. quòd aut tabellio est priuatus officio in genere & in totum, & tunc instrumenta quæ postea faceret, non valerent. l. si aliquid. C. de suscep. & arca. li. 10. & not. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. aut est priuatus in certa specie tantum, & tunc remanet in officio quò ad alias species. Exemplum ponit, si delinquit in officio gabellę & illo officio priuatus est ne perpetuò illud exerceat, poterit quò ad alia exercere officium tabellionatus, & instrumenta valebunt. & fuit hæc decisio originalis Ia. de Bel. in auth. de tab. in 6. q. collat. 4. ¶ Hæc etiam conclusio traditur per Bar. quo ad casum nostrum in l. eadem. ff. ad le. Iu. rep. & consi. 174. in ci. Ser Io. vbi concludit, quod si deliquid non circa officium notariatus, & per hoc fuerit condemnatus; non per hoc est, quin instrumenta facienda per eum valeãt. & ideo dicit Bar. in dicto consi. ꝙ notarius fuit condemnatus de falso ex eo qđ extraxit duas chartas de libro communis, non per hoc inualidabitur fides instrumentorum postea ab eo factorum. nam cõmissit delictum, quod poterat committi per quemcunq;, etiã qui non esset tabellio, & sic non dicitur delinquere quò ad ea quæ spectant ad tabellionem, vt ibi per eum. & cum Bar. in præallegato consilio etiam concordat Pe. de Anch. in c. fraternitatis, de hære. vbi respondet ad not. per Inn. in d. c. fraternitatis. quod intelligi debent, quando notarius fuit condemnatus de tali falso, quòd erat commissum in officio ab eo vt tabellione. idem quò ad casum nostrum volunt Bald. & Mod. in l. & militibus. C. de test. mili. & Bal. in l. Cassius. ff. de sena. & Bal. in l. qui depositum. C. deposi. vbi ad hoc allegat singulare dictum Innoc. in c. qualiter & quando el ij. in glo. magna de ac. & no. Bald. & Ang. in l. 2. §. similes. ff. de his qui not. in fa. & Bal. & Ange. in d. l. si quis ex argentarijs. §. 1. & Bal. in d. l. in exercendis. & Ang. in d. l. si aliquid. per l. si quis. C. de cohortalibus. li. 12. & Io. de Imo. in l. infamem. ff. de publi. iud. & secundum prædicta intelligitur id quod not. Bal. in c. si inter pares, de lege Corradi. & præsupponitur ꝙ non fuit priuatus generaliter officio, scilicet quò ad concernentia exercitium tabellionatus & confectionis instrumentorum. Item nõ præsupponitur ꝙ deliquerit tãquam tabellio seu circa ea quæ concernunt exercitium tabellionatus, & sentẽtia illa priuationis seu remotionis nõ probat nisi quantum ex ea de necessitate inferatur, vt l. pe. cũ gl. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. & in l. 1. C. de ordi. iud. l. 2. C. de or. cog. & no. Bar. in l. Iulia. verum debitorem. ff. de condi. inde. in 4. col. cum si. facit. c. in præsentia, de proba. & ex illa sententia non apparet ꝙ deliquerit circa concernentia exercitium tabellionatus seu vt tabel-
35 lio. & in dubio etiam † debet præsumi lata ex causa quæ minus grauat. l. hæc enim. in prin. & ibi. no. in gl. ff. de suspe. tu. & l. si pręses. ff. de pœnis. ergo in dubio debet potius præsumi lata ex causa propter quam non remaneret priuatus facultate exercendi officium tabellionatus iuxta prædicta. vnde stantibus prædictis etiam absque illa restitutione super qua non opportet insistere nullo modo obstat obiectio prædicta. Ex quibus meo iudicio remanet conclusio ꝙ hospitale debet in dicta causa pro se sententiã reportare; & tantò magis, quia vbi aliquo modo posset dici causam, esse dubiam, esset pronũciandum pro hospitali tãquam pro causa pia. l. sunt personæ. ff. de religi. & etiã quia sustinet partes rei. c. ex literis, de prob. & in regula, cum sint partium, lib. 6. Laus Deo. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Postquam. sup. li. 3. consi. 80. nu. 12. Iaso. consi. 28. lib. 1. sed contrariũ verius est vt tenet Deci. d. l. si librarius. nu 6.

b ¶ Secus. sup. lib. 2. consi. 52. col. 2.

* Præfertur illud. ] Confirma, quia quando apparet duo testamenta eadem die confecta, nec apparet de prioritate, & diuersi hæredes sunt instituti, neuter est hæres. vt per Bartol. ad l. 1. §. si quis in duob. ff. de bono. possess. secund. tabu. & habetur per Ange. & Imo. ad l. eũ, qui bis. ff. de acquir. hæredita. Tamen illud, in quo esset aliquid relictum piæ causæ, præferretur, & præsumeretur vltimum; Roma. ad auth. similiter. in 12. Speciali. Ias. qui ita dicit, se de iure respondisse, ad l. fi. col. antepe. C. de edict. diui Adr. Toll. Natta.

c ¶ Causæ. Matth. Affl. deci. Neap. 83. Ias. consi. 131. col. ij. lib. j.

d ¶ Dotis. inf. lib. 7. consi. 99. num. 2. vide Pau. consi. 92. lib. 2. Ias. consil. 11. in fi. lib. j. consi. 91. col. ij lib. 3. l. ex his verbis. col j. de test. milit. C. Matt. Affl. dec. Neapo. 73. Alci. l. verbum reddendi. de uerb. sig.

e ¶ Volo. Pau. Ias. l. j. C. de sum. Trin.

f ¶ Alij. Ias. lib. 3. consi. 13. col. 2. vide sup. lib. 5. consi. 88. nu. 27.

* Rogatus de testamento. ] Adde quòd quando Notarius fuit de aliquo crimine inquisitus, tunc proculdubio efficitur infamis infamia facti, nisi doceat de absolutione. cap. omnipotens. cum glo. & ibi Abba. & alii. de accus. Bar. Angel. & Imol. ad l. qui à latronibus. §. fin. ff. de testa. & dicit Abb. ad ca. cum dilectus. de fide inst. quòd Notario infami infamia facti, minus creditur, sicut etiã dicitur de teste infami.

fami. Tamen Bald. ad l. in exercendis. C. de fide instrumen. versi. quæ-
ro quid si non est condemnatus. dicit quòd vbi crimen falsi intenta-
tur contra notarium scripturæ inest suspitio & oportet quòd sup-
pleatur per aliquod auxilium, vt instrumento stetur. Plus dicit Ang.
consi. 284. Præmitto ad euidentiam ꝙ spurius est infamis infamia fa-
cti; Azo in rubri. C. de infam. tamen instrumenta spurij tabellionis
valent. Sed vbi fama est dignigrata, & labefactata aliter, quàm per
natiuitatem aut per natales, tunc si instrumentum in dubium reuo-
cetur, tunc non adhibetur fides, secundū Angelum loco prænotato.
Et idem Bal. dicit consi. 402. Quæritur an per solam diffamationem.
lib. 5. vbi limitat, nisi in contrarium fuerit probatum de bona fama.
& dicit Io. Anan. consi. 49. versi. est etiam multum ponderādū quòd
vbi persona notarij est aliqualiter suspecta, & fama non bona, tunc
probatur falsitas contra eum per verisimiles cōiecturas. allegat Cy.
ad l. si quis Decurio. ad fi. C. de fals. Et si accusatur Notarius de falso
instrumento, sufficit probare, quòd alia falsa instrumenta confecerit.
Pau. Cast. ad l. fi. col 1. C. de proba.

EPITOME.

MANDATVM non probatur per exemplum nec per diuturnum tempus: & venditor non tenetur si emptor violēter expellatur, etiam si promisit defendere de iure & de facto.

CONSILIVM CXCI.

Perspecto instrumēto, vt dicitur rogato ann. 1429.
die 11. mensis Maij per ser Petrum Ce-
chi de Vulturibus, & ser Bartholomæū Bertoli de Borellis no
tarios in quo continetur quod Bernardus Laurentius & Do-
minicus vt syndici & procuratores communis Cęsenæ dedē-
runt insolitū Florentino Tartagnę de Baluco certa bona, pro
ut latius in dicto instrumento cōtinetur, & visis alijs narratis
in themate. ¶ Primò circa primum quo quæritur, an quāuis
in dicto instrumento dicatur ꝙ de ipsorum syndicorum man
dato constat publico documento manu dicti ser Petri viso &
lecto à dicto ser Barth. sufficiat ad validandum obligationem
dictæ communitatis Cæsenæ factam a prædictis tanquam a
legitimis syndicis, & ad probandum dictum mandatum, quā
uis aliter non constet de dicto asserto mandato, nec aliter ap-
pareat de congregatione concilij dictæ ciuitatis nec de nume
ro consiliariorū, nec de numero fabarum albarum & nigrarū
secundum dispositionem statuti sub ru. de numero consilia-
riorū communis Cęsenæ. & sub rub. de potestate consilij com
1 munis Cæsenæ, breuiter † respondeo prædictum instrumētū
dationis insolutum nō sufficere nisi producatur per instrumē
tum syndicatus in forma solenni, per id quod habetur in au-
thentica si quis in aliquo documento. C. de eden. & in l. qui-
cunque. ff. de fide inst. & in c. abbate, & ibi plenè not. in glo. in
verbo, fiat fides. de verbo. signi. & in c. 1. de fide inst. & in ter-
minis nostris no. hoc Ang. in d. auth. si quis in aliquo. Et licet
Spe. in titu. de instru. edi. §. restat. ad fi. in ver. quid si in aliquo
instrumento continetur &c. querat, quid si in aliquo instru-
mento continetur quod A. promisit soluere decem B. quæ si-
bi debebat ex causa venditionis cuiusdam equi prout contine
tur in instrumento scripto manu talis notarii viso & lecto à
me notario; & dubitetur an valeat si primæuum originale in-
strumentum dictæ venditionis non appareat; & refert quos-
dam antiquos dixisse, ꝙ non probat, per id quòd habetur in di
cta auth. si quis in aliquo, cum sim. refert etiam ꝙ Vber. dixit
a contrarium.[a] argu. l. 3. & l. fina. C. de fal. cau. adiec. leg. & l. eā-
dem. ff. de duo. reis. & l. pactum. ff. de pac. quia non dicitur il
lud vltimum instrumentum esse exemplum, sed originale no
uum per se. ¶ Quia respondeo ꝙ si intelligamus ꝙ Spe. volue
rit approbare primam opinionem prout intelligit & appro-
bat Ang. in repet. legis sciendū. ff. de verbo. oblig. circa. 9. col.
& tunc illud erit pro cōclusione quam teneo, scilicèt ꝙ instru
mentum non probet. sed si intelligamus ꝙ intētio Specu. fue-
rit approbare vltimam opinio. vel neutram, & tūc dico quòd
dicta vltima opinio. quò ad casum nostrum non est vera
per iura primo loco allegata. & ita contra dictam secundam
opi. relatā per Spec. tenet Alber. de Ros. & Pau. de Cast. in d.
auth. si quis in aliquo. & ibi Ang. & dicit Albericus se ita obti
nuisse, dicit ibi Pau. de Cast. ꝙ ita tenendum est, licèt commu-
niter notarii seruent dictam practicam. & ꝙ dicta practica
posset habere effectum, si non opponeretur, aliàs secus. ¶ Re-
* spondeo * etiam aliter ad illam secūdam opi. relatam per Spe.
ꝙ loquitur & procedit quò ad easdem personas, quæ interfue
runt instrumeuto & inter quas confectum est instrumētum,
nam quò ad eas bene probaret, per l. optimam. C. de contrah.
& comm. sti. & l. quidam. ff. de prob. & no. per Bar. & alios in
d. auth. si quis in aliquo. & ad hoc tendunt iura allegata per
Spec. sed quo ad alias personas, vt in casu nostro, quo ad dictā
communitatem sine dubio non probat, vt dixi. ¶ Pro hoc etiā
2 facit, † quia verba notarii redacta in instrumento non probāt
nisi ea de quibus rogatus est à partibus tempore rogitus & cō
a fectionis instrumenti, & quæ tunc[a] explicari potuerunt, vt
no. Inno. in c. quoniam contra, de probat. & in c. cùm in iu-
re, de offi. dele. & in d. c. 1. de fide instr. & no. in l. 1. C. de fi. in
str. & iure hastæ. fis. lib. 10. & per Bart. & alios in l. sciendum.
ff. de ver. obl. & per Bald. in l. ex his. C. de test. mil. & per Ant.
de But. in c. post cessionem, ver. 6. casus &c. de proba. sed tem
pore confectionis instrumenti dictæ dationis insolutum nō
fuit rogatus dictus notarius de dicto syndicatu, nec potuisset
ille actus constituendi syndicos celebrari in eo priuato loco,
in quo fuit celebratus ille actus dationis insolutū. l. 2. & ibi
3 no. Bart. C. de decu. li. 10. & l. si quid. C. de leg. eo. li. ¶ † Forti-
ficari etiam potest per id quod voluit Fed. de Senis consi. 199.
in c. Quæritur an domina Margarita. vbi licèt instrumēto ali
cuius contractus notarius asserat ꝙ certiorauerit mulierem
contrahentem de certo beneficio cui renunciauit, non proba
bitur illud quod in instrumento asserit de facto suo. ar. l. om-
nibus. C. de testi. & l. nullus. ff. de testi. & sequitur dominus
Abbas Sicu. in c. cum causam quæ inter archiepiscopum in
3. col. de testib. & Lu. Ro. in l. sciendum. ff. de ver. ob. & p An.
de Bu. in d. c. quoniam contra. licèt ibi minus fideliter referre
videatur dictū consiliū Fed. ¶ Pręterea, cū constituendo syndi
cum dictæ communitatis cum potestate alienandi seu obligā
di bona communis requiratur ꝙ interueniant duæ partes ex
tribus consilij ciuitatis, & quod fuerit sumptus numerus fa-
barum albarum & nigrarum, & alia de quibus plenè cautum
est in dictis statutis. iō oportet quod constet illam formam
esse seruatam, ideo illa simplex assertio non sufficit. l. si forte,
& ꝙ ibi no. Bar. ff. de cast. pec. cum sim. ¶ Nec ob. longitudo
4 temporis, quia licèt † aliàs quandoq; propter longitudinem
temporis præsumatur id quod aliàs non presumeretur, iux-
ta. l. si filius. C. de peti. hær. & in l. qui in aliena. in prin. ff. de
acqui. hær. & ibi not. doc. & in c. peruenit, cū ibi no. de emp.
& ven. & per Host. & Io. An. in c. illud. de præsumpt. Et in c.
Albericus. de test. & per Arch. de consec. dist. 1. nemo. & per
Cy. in l. emancipatione, C. de fide inst. & Bar. in l. admonēdi.
ff. de iureiu. post medium. in versi. quero quid si reperiūtur
b dicta testium &c. cum multis si. tamen dico quod mandatū[b]
c non præsumitur ex diuturnitate temporis, sed bene[c] quò ad
inducēdam bonam fidem illius qui acquisiuit rem ab aliquo
tanquam procurator, vt sic possit dictam rem pręscribere suf-
ficeret ꝙ ex coniecturis probaretur illum acquirentē habuis-
se iustam causam putandi illum esse procuratorem, quia tunc
titulus & bona fides causata à iusto errore sufficeret ad præ-
scribendum ipsam rem, vt est tex. no. in l. fi. ff. pro emp. & de-
clarat Bal. in l. 1. C. de reb. alie. non alie. & aliquid etiam per
5 Bart. in l. qui fundum. §. procurator. ff. pro emp. † licèt ergo
iustus error cum titulo vero vel putatiuo sufficiat ad vsuca-
piendam vel præscribendam rem contra negligentem petere
rem suam. l. Celsus. ff. de vsuca. l. pro legato. & l. fin. ff. pro le-
ga. sed quò ad obligādum me & bona mea pro euictione ali-
cuius rei venditæ ab aliquo tanquam procuratore, cum circa
dictam obligationem de euictione nullam commiserim ne-
gligentiam, tempus non est modus inducendæ obligationis.
l. obligationū ferè. § placet. ff. de act. & obl. l. operis. ff. de op.
6 li. l. creditor. C. de vsur. cum si. ¶ Hoc expressius voluit † Bal.
in l. ei qui non prouocauerit. C. si ex fal. inst. ver. quero nun-
quid dominus. vbi concludit ꝙ si lata fuit sententia cōtra fal-
sum procuratorem, & dominus non appellauit, non per hoc
vr̄ dominus approbare sentētiam; quia silentiū nihil est, ideo
secundum eum ex quo non constat de mādato poterit domi-
nus vsque ad mille annos dicere ne nullitate sententię. & pro
hoc etiam allegat id, quod not. d. c. cùm in iure. & id ꝙ habe
tur in l. ex initio. C. ad le. Cor. de fal. faciūt no. per Bal. in l. 2.
7 C. de legi. hære. ¶ † Super alio vero dubio, quo queritur, an
posito ꝙ non obstare defectus mandati dictorum assertorū
syndicorum, & posito ꝙ dicta bona fuissent euicta dicto Flo-
ren.

ren. vel eius heredibus, & iudicialiter & tempore litis denũciatum non fuerit per dictum Florentinum vel eius hæredes dictæ communitati litem prædictam esse motam, teneatur dicta communitas de euictione? rñdeo quod nõ. l. emptor. & l. si parentes, C. de euic. l. 1. C. de peri. & commo. rei vẽdi. & ita
d tenetur etiam si venditor aliunde sciuisset [d] litem esse motã emptori secundum magis communem opin. per id quod hr̃ in l. denunciasse. in prin. & ibi no. Bar. ff. de adul. & per. l. qui absentem. & ibi no. Bar. Bal. & Ang. ff. de procu. & no. Spec. & Io. An. in. tit. de emp. & vend. §. fi. ad fi. & Bar. in l. non solùm. §. morte. ff. de ope. no. nun. dum tractat de tertia specie protestationis. §. in citatoriæ. & in l. 2. §. fi. ff. sol. matr. & Bal. & Sali. in d. l. 1. C. de peric. & cõmo. rei. ven. & Bal. in d. l. emptor. & Bal. in l. si cũ quæstio. C. de euic. & Ange. in l. in executione. §. insolidum. ff. de verb. obli. & Ang. & Io. de Imo. in l. cum ex causa, e. ti. & Anto. de But. Pe. de Anc. & Car. Floren. in c. fina. de emp. & ven. & Io. de Imo. in c. cùm inter vniuersas. de elec. ¶ Nec in instrumẽto est remissa dicta renunciatio, imò potius est actum ꝙ fiat denũciatio, vt patet ibi dum dicitur, & si quo tempore lis vel quæstio aut controuersia tam per dationem libelli quàm alio quocunque modo moueretur eidem Florentino aut eius heredibus de dictis rebus seu aliqua ipsarũ partem ipsam litem, quæstionem, controuersiam & libellum & omnem causam quandocunque & quotiescunque eisdem syndicis aut dictæ communitati denũciatum fuerit verbo, aut simplici notificatione, in & super dictis rebus dicta cõmunitatẽ
8 suscipere &c. ¶ † Circa vltimum dubium quo quæritur, an posito ꝙ dicta bona insolutum assignata dicto Florentino fuissẽt violenter per potentiores ablata dicto Florentino seu eius hæredibus absq; facto * culpa, opera & defectu dictę cõmunitatis teneatur dicta cõmunitas in aliquo? & conclusiuè respondeo quod non, per. l. fin. C. de act. empt. & l. si præmisceri. §. fi. secundũ vnam lecturam gl. ff. de acqui. pos. & l. si per imprudẽtiam, in prin. ff. de euict. quod est verum, etiã si venditor promisisset defendere emptorem de iure & de facto, quod est fortius, vt plenè & notabiliter traditur per Bar. in l. stipulatio ista habere licere, in prin. vers. quęro aliquis vẽdens &c. ff. de uer. ob. & doc. in d. l. fi. & per Bal. in l. non solum. §. si status. ff. de procura. & in l. 1. in lectura Florentina. ff. de euic. & Ang. in consil. 176. inci. Permittendum est. & Ioan. de Imo. in cap. fi. de emp. & vend. Laus Deo. Alex.

ADDITIONES.

* Respondeo:] Istud idem tenet Alexa. ad d. auth. si quis in aliquo. in fi. & consi. 6. supra lib. 4. & Soc. consi. 120. col. 1. lib. 1.
a ¶ Tunc. sup. lib. consi. 98.
b ¶ Mandatum. l. qui in aliena. § j. de acqui. hære. sup. lib. 4. consi. j. nu. 19. Cur. senior consi. 76. col. j. Dec. l. j. col. 3. C. qui admi. 220. Ias. consi. 140. num. 4. lib. 4. Hip. Marsi. l. si quis. de quæstio. sing. 323. Alb. Brun. consi. 195. licet aliter dicat Curt. d. consi. 76. col. 2. Ias. l. j. col. 5. C. qui admi. Deci. consi. 486. col. fin. consi. 638. Franc. Bal. tract. de præscri. par. j. tertiæ prin. nu. 28. dicendum quod istud debet accipi secundũ materiam subiectam & alia iura. adde quòd ex longitudine temporis præsumitur ratificatio secundum Ange. in l. sciendum. de verbo. obli. Dec. consi. 297. Ludo. de Goza. consi. 11. num. 19. quod etiam intelligendum est secundum materiam subiectam.
c ¶ Bene. dixi in consue. Pari. §. 5. num. 35.
d ¶ Sciuisset. dixi in consue. Pari. §. 13. glo. 11. nu. 5.
* Absque facto.] Vide de istis Bar. ad d. l. stipulatio ista. Et vbi expulsus. ui de possessione agit petitorio, venditor debet defendere; gl. Bal & Sal. ad d. l. fin. C. de act. empt. Sed vbi sua culpa cecidisset emptor de possessione, venditor non tenetur l. si rem. §. si duplæ. ff. de euict. glo ad l. euicta. §. 1. ff. eod. titu. Natta.

EPITOME.

NON valet electio à media parte, etiam si electus prætendat se electum à sanioribus, & non statur dicto cuiuslibet eligentis tanquam singularis.

## CONSILIVM CXCII.

Perspecta facti narratione & consideratis constitutionibus venerandi collegij doctorum iuris ciuilis Bononiæ, maximè sub rub. de modo & forma aggregandi aliquem doctorem in dicto collegio, Et sub ru. de officio, iurisdictone & arbitrio prioris. Ex quibus oritur dubitatio, an eximius iuris doc. Gaspar de Canonicis dicatur obtinuisse partitum pro aggregãdo eũ dicto collegio, attẽto quod fabæ seu voces doctorum fuerũt pares numero. dr̃ tamẽ pro parte dicti Gasparis, ꝙ de numero eligentiũ cum fuit vox domini prioris & quorundã aliorum digniorũ cæteris doctoribus qui contra pręfatũ d. Gasparẽ voces dederunt, debet obtinere lectis, plerisq; allegationibus copiosissimè & subtiliter hincinde pro vtraque parte confectis visisq; literis magnifico rum & præstantissimorũ dominorũ sexdecum reformatorũ libertatis ciuitatis Bononiæ, & spectabilis ac insignis equitis & iuris V. doc. domini Pauli de volta in hac controuersia me requirentium, vt super dubitatione prẽmissa quid de iure sentiam consilio referre velim. Statueram nonnullis rationibus motus quantũ mihi licuisset ab hoc consulendi munere abstinere, propterea acta & scripturas ad dominum Commissariũ remiseram. Sed cũ iterum iã dicti magnifici domini mei & do. Paulus scripturas ad me mittens suis literis non mediocriter me ad onus istud subeundum hortarentur. Tanta fuit & est in me eorum authoritas & imperium, vt mihi etiam adhuc ægrotanti visum fuerit prouinciam hanc absque rubore maximo minimè effugere non licere, arbitratus non leue crimen committere, vbi præsertim tantis dominis nõ obtemperarem, quibus tantum debere intelligo quãtum vnusquisque suo iustissimo ac munificentissimo principi & domino vlla ratione debere sanè iudicari possit sicut ergo hæc mea sententia fortasse grauis aut molesta vr̃, obsecro æquo ferat animo, nec mihi sed maiorum meorum authoritati succensendũ putet, quib. vlterius resistere mihi nulla rõne fuit in causa. ¶ Modò ad principale institutum dico videri prima consideratione dicendum dñm Gasparem obtinuisse partitum, quasi videatur per maiorem partem doctorum qui voces dederũt obtinuisse, & sic satisfactum esse dictæ constitutioni sub ru. de forma aggregandi aliquem doctorem collegio. vbi cautum est illum aggregandũ, qui plures fabas albas habuerit quàm nigras, seu qui obtinuerit partitum per maiorem partem doctorum. dicitur aũt per maiorem partem obtinere ille qui voces habuit numero pares, si tamen maioris erãt authoritatis illi qui pro
1 eo voces dederant, quia † nõ tam numerus quàm authoritas attẽdi debet. l. vbi absunt. ff. de tut. & cur. da. ab. his. cũ gl. quæ ibi expressè tenet hoc, & etiã sequuntur Cy. & Nico. de Nea. post alios antiquos. & l. Pomponius. aliàs inci. si vni, cum glo. fi. & ibi clarè firmat quò ad casum nostrũ Ia. de Ra. Ray. Bart. & Ang. ff. de re iud. l. maiorem. ff. de pac. facit quod no. glo. in
2 c. ecclesia vestra. l ultimo. de ele. ¶ Hoc in specie † videtur dicidere Bar. in l. testium, in prin. ff. de testi. vbi per illum tex. volẽtem ꝙ magis credatur existenti in dignitate quàm ei qui non est in dignitate. & dicit ꝙ per canonistas deciditur, qđ si duo sunt electi qui habeant æquales voces, & tamen vnus eorum pro se haberet priorem & sacristam & similes, qui sunt in dignitate, pręfertur ei qui haberet canonicos alios simplices di-
3 gnitatem non habentes. Et statutũ seu † constõ collegij reciperet hanc interpretationẽ declaratiuam à iure cõmuni. c. cùm dilectus, de consue. no. Bar. in l. omnes populi. in 6. q. prin. ff. de iusti. & iure. dum loquitur de interpretatione declaratiua, etiã dato ꝙ cõstitutio dictaret, ꝙ cõtenta in dictis cõstitutionibus debeãt purè, & simpliciter prout scripta sunt intelligi, & non possunt glossari vel subaudiri, vt in conolusione dictarũ constitutionũ collegii cautum est, vel si cautum esset, quod cõstitutio esset præcisa, ꝑut præmissum est in dicta cõstitutione sub rub. de modo & forma aggregandi, quia per pręd icta verba non reiicitur gl. legis cõmunis, sed hominis. ita inquit Bal. in d. l. omnes populi. in fi. pe. char. in ver. sed quid si caueturalio statuto ꝙ statuta non possint &c. & in versi. seq. per id ꝙ habetur in l. quãuis. C. de adul. & in l. stipulatus sũ Damã. ff. de ver. obli. & sequitur hoc Pet. de Anch. in c. canonum statuta, versus fi. in ver. occurrit alia qõ quę etiã est communis.
4 ad idẽ quod no. † Io. An. in regula. pro possessore, in mercur. li. 6. co. vl. vbi voluit ꝙ licet lex aliqua municipalis reiiciat interpretationem; tamẽ non intelligitur reiicere interpretationẽ per quam declaratur ambiguitas verborum plures sensus habentiũ, per id quod habetur in l. 1. ff. si cer. pe. & in l. 1. C. de profes. li. 12. & hoc est verũ etiã, vbi cautum esset, ꝙ statutũ deberet seruari ad literã, prout iacet absque interpretatione aliqua, vt disputando firmauit Ray. de Forli. in dispu. quã refert & sequit Pet. de An. in d. c. canonum statuta. in vl. char. bene faciunt quę no. Bar. in d. l. omnes populi, in fi. d. 6. q. prine. & Io. An. in addi. Spe. in rub. de succes. ab inte. in 10. col. & Bal in l. fi.

in l. si quis filiã ad fi.C.de lib.præ.& in l.nõ dubij.in 2.vel 3.
colum.C.de leg.& in auth.si qua mulier.ad fin. C.de sac.san.
ec.& in l. 2.in 2.col.C.de exec.rei iud.& in l.cla.C.de fideic.
& Io.de Imo.in l.Cæsar,in prin.ff.de pub.& quod no.do.An-
to.de verbo præcisè,in c.2.de rescri.& ibi etiã Bal.in fi.¶ Cõ-
5 firmantur prædicta p ea† quæ no.Inn.in c.quia pp, de ele.in
quantum illam copulã.&,positam inter illas duas dictiones.
s.maior & sanior.exponit pro id est. Et idem vr̃ esse de mente
Inn.in c.dudum.el 1. e.ti.& Compos. in d.c. ecclesia vestra,
lultimo. ¶ Ad idem facit id quod habetur in l.in albo. C. de
decu.lib.10.& Bal.dixit in electionibus inspiciendum esse au
thoritatẽ, non numerum. Fortificatur per id quod legitur &
no.in c.1.de his quæ fiunt à maiori parte capituli, vbi magis
attendi videtur id quod factũ à saniori parte, quàm id quod
est actum à maiori parte,& secundũ Host.illud videt̃ factum
à maiori parte.c.gratum,de postu.præla.c.multi.40.distin.be
ne facit tex.in c.quanto.de his quæ fiunt à præla.vbi tex.solũ
exigit saniorem partem. & tamen clarum est maiorem requi-
6 ri.c.tua.eo.tit.Pro hac parte† etiã optimè facit quod no.glo.
in c.dudum,el j.in ver.numerus.de ele.dum dicit,quod si in
electione numerus est par præferẽda est dignitas. & sentit gl.
ibi illud qđ cõcludebat Iac.de Rau. Ray.& Ang.in d.l. Pom.
aliàs incip.si vni vbi dicunt ꝙ si voces sunt dispares numero,
attenditur numerus.& ita præcedat.1.opi.relata per gl. in d.
l.Pomponius.aut sunt pares numero,& tunc attẽditur autho
ritas.Et ita procedat.2.opinio relata per d.glo.fi.¶ Nec prædi
7 ctis obstare† videntur iura quę ducunt* copulatiuè in ele-
* ctionibus exigi maiorem & saniorem partem.c.coram.cap.ec
clesia vestra,el j.& lulti.c.quia propter,& c.in genesi, de elec.
c.cum expediat,e.ti.lib.6.quia dato ꝙ responsio Inn.& Com
post.supra relata nõ esset sufficiens & illã magis communiter
impugnet doc.in d.cap.quia propter.& in d.c.ecclesia vestra,
lultimo,per iura.supra allegata;quę copulatiuè exigunt maio
rem & saniorem partẽ, quicquid dixerit glo. 18.dist.in cano-
nicis.in glo.quę incipit,no.hic quod dignitas &c. tamen põt
responderi ꝙ illa iura non procedunt in electionibus,quæ fie
rent circa officia merè prophana,& nullo modo ecclesiastica,
in quibus iura non requirunt copulatiuè quem per maiorem
& saniorem partem esse electum,sed simpliciter exigunt ma-
iorem partem.l.nominationũ.C.de decu.li.10. l.ꝙ maior.ff.
ad munici.l.aliud.§.refertur.ff.de reg.iur.q̃ maior pars tunc
dicitur esse quãdo saltem authoritate vna pars excedit aliam,
a & voces sunt numero pares.[a] vt not. glo.& doc.in legibus &
locis.supra alleg.Et ideo nõ videtur quod bene dixerit Io.de
Imo.in d.l.Pomponius.& do.Abb.Sicu.in c.prudentiã,de of
fic.del.l.in prin.inquantò per d.c.qa ꝓpter, copulatiuè requi
rens electionem maioris & sanioris partis reprehendunt di-
ctas gl.iuris ciuilis & legistas communiter eas sequentes in d.
l.vbi adsunt.& in d.l.Pomponius.quamuis Bal. in c. ecclesia
vestra,lultimo in fi.de elec. nulla facta mentione de dicta gl.
iuris ciuilis, nec de authoritatibus legistarum simpliciter ve-
lit contrariũ.nã dicit Bal.quod illud quod no.gl.in d.c.eccle
sia,circa collationem authoritatis zeli, debet restringi ad ele-
ctiones prælatorum,de quibus loquitur text.in d.c.quia pro-
pter,quia in prophanis electionibus semper attendit̃ nume-
rus secundũ eum.allegat d.l.quod maior.ff.ad munici.nisi de
cretũ esset ambitiosũ vel iuri ↄ̃rium.l.ambitiosa.ff.de decr.ab
ord.fa.vel nisi ad hoc non extenderetur eorũ officiũ,vt no.in
l.itẽ magistri.ff.de pac.ita residet Bal.ibi.& sic vult ipse,quod
bene sit differentia inter prophanas electiones & ecclesiasti-
cas.& in hoc bene concordant cum his quę no.doc.post glo.
in d.l.Põponius.& in d.l.vbi adsunt. & probat̃ per iura quæ
allegaui.supra scilicet d.l.nominationum, cum si.sed in alio
discordat ab eis inquãtum vult quod attẽdatur numerus tm̃,
nã in hoc contradicit d.gl.in pręalle.l.vbi adsunt. quã suprà
dixi a doctorib.ibi approbari,& contradicit ẽt opi.Bart. in d.
l.Pomponius,cum quo transit ibi Raph.Cu.& cum qua etiã
transire vr̃ ipse do.Ab.in d.c.ecclesia vr̃a,lultimo.& ipsemet
Bal.in d.l.in albo.C.de decur.tenet idem.s. quod in electioni
bus prophanis pręfertur authoritas numero. & sic Bal.est si-
bi contrarius, tamẽ si rectè inspiciatur decisio Bal. in d.c.ec-
clesia,non contradicit illi concordiæ quã tradidit Ia.de Ra.&
Ray.& Ang.in d.l.Pomp.inquãtũ volũt vt retuli. supra quod
si in electione numerus est dispar, præfertur omnino nume-
rus.Et ita loquitur.d.l.quod maior,cũ si.Et hoc casu etiã pro
cedat decisio Bal.in d.c.ecclesia.Aut numerus est pars, & tũc
attenditur dignitas per id quod habetur in d.l.maiorẽ.& per
no.in d.l.vbi adsunt.& iste est casus noster, cui nõ cõtradicit
decisio Bal.in d.c.ecclesia,declarata vt supra sed in electioni-
bus ecclesiasticis fatendum est magis cõem opi.esse ꝙ requira
tur vtrunque scilicet,quod sit maior & sanior pars copulati-
uè p Abb.antiquum Aegidium,Io.An.Ant.de Bu.& Mod.in
d.c.quia propter.& dñt Mod.maximè Ioan.de Imo.& ibi do.
Ab.in c.ecclesia,lultimo.& do. Ab.in c.scriptũ,in gl. sup ver
bo confirmes.eo.ti.& ibi etiã Ant.de Bu.ac etiam Io.de Imo.
in c.congregato,eo.tit.hanc esse communem opi. docto.ibi,
8 ¶Et ideo † Bar.in d.l.3.de test. dũ dixit ꝙ canonistæ dicunt
ꝙ si voces sũt pares pręferri debet illa electio, ꝓ qua est prior
sacrista & similes qui sunt in dignitate,non potuit Bart.velle
sentire de Inn. & Compost. qui illam partem tenebant vt di-
xi.& si Bar. intellexisset de electione facta ad officia ecclesia-
stica,opinio sua stare non posset,& esset cõtra dicta iura cano-
nica,& cõtra cõem opi.sed si Bart.intellexit de electione facta
ad officia prophana.vt est casus noster, eius defensio vr̃ esse
vera,tum per illam.l.in qua se fundãt,tũ etiam per alia supe-
9 rius adducta. ¶† Nec prędictis vr̃ obstare id quod no.Abb.in
d.c.ecclesia vestra lultimo in 2.col.ꝙ in actibus vniuersitatis
nõ debent dari voces per lupinos,quia tunc non potest appa
rere quæ pars sit sanior,quod quidem attendi debet,vt ibi le-
gitur & no.in aliis locis.supra allegatis.quia nõ negat do.Ab.
ꝙ vbi darent̃ voces per lupinos, & tamen appareret vel ex cõ
fessione partium vel alio legitimo mõ a quibus lupini proces
serint;non debeat attendi authoritas quemadmodum & quã
do voces secretè dant̃ in electionibus, iuxta d.c.quia propter.
¶Et per hoc apparet non obstare, si diceret̃ quod in constõe
sub rubrica de modo & forma eligendi &c. est cautum voces
seu fabas debere poni in pisida secretè quasi videretur fuisse
de intentione statuentium ꝙ non attenderet̃ authoritas dan-
tium fabas sed numerus, quia rñderi põt ex præmissis hoc ve-
rum,vbi legitimè non apparet à quo vnaquæq; vox data fue-
rit,sed vbi appareret,tunc maior pars dr̃ esse quæ maiori nite
tur authoritate per prædicta, vel saltem talis casus tanquam
omissus à cõstõne remanet in dispositione iuris cõis.l.cõmo-
dis.ff.de li.& posth.l.si extraneus.ff. de cõd.ob cau. ¶Nec tũc
ob.qđ cõstituo sub ru.de off.& iurisdictione dñi prioris proui
deat,ꝙ vbi voces sint ęquales,expectetur deliberatio collegij,
quia vr̃ posse rñderi,voces nõ esse æquales qñ ex vna parte cõ
staret esse maioritatẽ authoritatis, vt patere p̃t ex p̃missis, &
vbi essemus in terminis iuris cõmnnis.& vbi legitimè proba
ret̃ voces domini Gasparis fuisse digniores,assentirem opinio
ni volentium ꝙ in casu proposito partitum intelligeretur esse
obtentum. An autem in casu nostro aliquid obstet dictæ di-
spositioni iuris cõis,& an sit legitimè probatum voces domi-
10 ni Gasparis fuisse digniores, patebit ex infrà dicendis. ¶† In
cõtrariũ ꝙ dictus dominus Gaspar non dicatur obtinuisse par
titum adducitur, quia in dicta electione vr̃ solum attendi de-
bere numerum ex mente constitutionum collegii.hoc proba
ri videtur ex verbis constitutionis positæ sub rub. De officio,
iurisdictione,& arbitrio dñi prioris,in prin.& certè ibi dum
dicit & vota plurium numero doctorum ibidẽ & pręsentia-
liter existentium sequi debeat,iunctis his quę in eadem con-
stitutione cõtinentur in pe.char.in verbo, adijcientes etiã in
prædictis &c.dum ibi dicit̃,adiicientes ẽt prędictis quod vbi
voces erunt æquales alicuius partiti facti inter doctores dicti
collegii, vt supra tũc dictus prior cum duobus doctorib.an-
tiquioribus,qui essẽt in dicto collegio præsentes possent gra
tificari cui parti voluerint, excepto partito de aggregando v-
num doctorem collegio quo casu expectetur deliberatio col-
11 legij &c.Nam verbum vnũ †æquiuocum vel ambiguum po
situm in vna parte statuti declaratur ex his quæ in alia parte
statuti continẽtur, si apparet ꝙ in ipsa alia parte statuti verbũ
illud fuerit clarum, expressum & prolatum, vt est tex. opti-
mus in l.vtrum,& ibi ponderat Bal.ff.de pet.hær.bene facit.
l.qui filiabus.in prin.& l. si seruus plurium.§.fi.ff.de leg.1.er-
go cum in prima parte dictæ constitutionis clarè appareat quò
statuentes accipiant pluralitatẽ vocum & ↄ̃nr æqualitatem,
quia accipiunt ad numerum,ergo cum postea in d.c.ver.adij-
cientes faciant mentionem qñ voces sunt æquales in aliquo
partito

partitò facto inter doctores collegii, vt ſ. apparet, ꝙ ſtatuentes intellexerunt de qualitate habito reſpectu ad numerum, quo caſu volunt priorem cum duobus doctoribus antiquioribus poſſe gratificare, excepto quando vbi tractatur de aggregando aliquem doctorem collegio, quæ exceptio debet eſſe de regula & intelligi ſecundum regulam, vt no. in l. 1. ff. de regu. iur. & in l. his. & ibi Bar. ff. de leg. & Dy. in rub. de reg. iu. in 6. & ſic debet intelligi, quod ſufficiat voces eſſe æquales reſpectu numeri, & quod numerus attendatur, prout diſponebat regula, a qua fit dicta exceptio. ¶ Alio in ſuper fundamento
12 oſtenditur partium non obtentum, quia † poſito, ꝙ vbi uoces fuiſſent pares numero, intelligitur partitum aliàs eſſe obtētũ pro domino Gaſpare, ſi voces ſuas excedebant dignitate, ſeu authoritate, tamen non conſtat hoc eſſe ſufficienter probatũ, imo non videtur, ꝙ aliter quam per confeſſionem aduerſarij, bene probari poſſit. Et quamuis dicatur dñm priorem collegij iureiurando affirmare ſe vocem dediſſe pro dño Gaſpare. & ita etiam pleriq; alij. ſ. vnuſquiſq; de ſua voce ſecretè data ſecundum formam conſtitutionis, tñ hæc probatio nõ eſt ſufficiens, quia ad probandum per illos de collegio vel capitulo tale quid geſtum fuiſſe in capitulo, oportet teſtes eſſe cõteſtes in deponendo, ꝙ congregati in capitulo concorditer, ſed vnanimiter ita fecerunt. ita probatur in c. 3. loco. de proba. Et illũ tex. ad hoc ibi ponderat Ant. de Bu. in no. Et ſic non ſufficit, ꝙ vnuſquiſq; de capitulo dicat ſe, ita feciſſe, ſed oportet, ꝙ per teſtes. d. c. conteſtes probetur cõcorditer de his quæ geſta ſunt ab aliis de ca. non à ſe. ¶ Præterea eſt caſus, ſi rectè conſideretur in alle. c. cum dilectus, de ele. cui, ut mihi vr̃ non inuenio ſufficienter eſſe reſponſum. non. n. ſtari debeat dicto canoni-
* rum * ferè omniũ affirmantium ſe non conſenſiſſe in perſonã Arch. vt in epiſcopũ eligeretur ab illis tribus cõmiſſariis, quia oẽs eſſent ſingulares in dicto ſuo. Et propterea quia non erat ſtandũ dicto eorum canonicorũ, qui non fuerunt ad teſtimonium recepti ex eo, quia dictum eorũ, tanquam ſingularium non releuaſſet, vt ibi patet ex tex. & gloſſ. in verbo probatio. & clarè no. ibi Ant. de Bu. in 6. no. ex commiſſione Romani pontificis additi per viam querelæ propoſitæ contra electionẽ, & confirmationem Archi. tanquam minus legitimè factam de dicto quærelante offerente ſe hoc probaturum, fuit proceſſum ad receptionem teſtium, ſcilicet illorum trium compromiſſariorum, vt teſtificentur, an quando ipſi examinaruut voluntates ſingulorum, maior pars canonicorum conuenerit in perſonam Arch. per eos tres electi, vel non, & dicitur ibi ſtari debere ſaltem dicto duorum ex iſtis tribus electorib. & compromiſſariis, tanquam conteſtibus, & non eſſe procedendum ad examinationem dictorũ canonicorum, tanquam ſingula-
13 rium, ēt ſi plurimi eſſent. ¶ Et quamuis Sali. † in l. ſi quis decurio, in 4. opp. C. ad leg. Cor. de fal. dixerit dicto cuiuſcunq; ēt priuatæ perſonæ interrogatæ de facto à ſe ſtari debeat pro plena probatione per d. l. ſi quis decurio. Et ita etiam volunt qui
* dam Mod. * vt Pau. de Caſt. in quibuſdam ſuis reportatis. in l. ſeruos. C. de teſti. per illum text. & ita dicit limitari regulam poſitam in l. vbi numerus, ff. de teſt. & in c. in omni. extra eod. tit. vbi regulariter requiruntur duo teſtes. Nam ſecundum eũ illud procedit, qñ teſtes producuntur propriè, vt teſtes ſuper facto alieno, ſeu geſto ab alio. ſed vbi inducerentur ad probationem facti à ſe, vnus ſolus eſt idoneus ad plenam probationem. Et dicit ſe de hoc ſemper dubitaſſe, & non inueniſſe tactum ab aliquo, & ita etiam ipſe tenet in ſuo conſi. 358. inci.
b Viſis actis &c. non puto hoc aliquo modo de iure procedere, & legendo & conſulendo ſemper contrarium tenui, [b] quoniã prædicta deciſio non videtur iure probari. Non enim ob. d. l. ſi quis decurio, quia ut reſpondet ibi Pe. & Cy. in 3. oppo. hi non crederetur illi de facto ſuo, ſine conteſte, niſi ex eo, quia erat perſona publica, id eſt tabellio, qui habebat, ut ratione officij ſui ei deberet credi in pertinentibus ad officium ſuum, ſecus in aliis. Et ſic expreſsè Pet. & Cyn. tenent, ꝙ vni ſoli etiã interrogato de facto proprio non credatur, niſi in dicto caſu, quando eſt perſona, quæ habet, ut ratione naturæ officii debet ſibi ſoli credi in pertinentibus ad officium ſuum, ut dixi. Et ita etiam vult Bar. ibi in fi. dum dicit eſſe ſpeciale ibi in tabellione, quia eius fides eſt approbata à lege. Facit quod no. glo. in auth. de hær. & fal. §. ſi vero abſunt. in ver. tabulariis. & bo. tex. in c. ad audientiam. de præſcrip. & ſic Sal. diſcrepans à prædictis doc. & ſic à communi opin. non vr̃ bene dixiſſe, cũ ille tex. loquatur in tabellione, non in alio quocunq; priuato,
14 vt vult extendere Saly. † & ꝙ non ſtetur ſoli dicto vnius, qui deponit de facto à ſe, etiam ſi non ſit priuata perſona, ſed etiã officialis, puta iudex. decidit expreſsè Inno. in c. 2. in glo. magna. de arbi. quem ibi omnes ſequũtur per d. c. cum dilectus. de ele. Ita etiam clarè firmat Ant. de But. in c. cum a nobis, in ver. octauus caſus. extra. de teſti Et eſt de mente Inn. in c. cum dilectus, el 1. in gl. in verbo reſponſione, de accuſ. Et Bart. in l. ne in arbitris C. de arb. ibi dum dicit, niſi ei obſtaret, ꝙ eſſet ſolus &c. & Bar. in conſi. ſuo incip. In quæſtione propoſita ſolum ad hoc. Facit quod no. Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorũ. ff. pro ſoc. circa vlti. col. in verſic. quæro quando examinatur æquitas &c. vbi allegat dictum c. cum dilectus, de ele. vbi videtur caſus contra prædictos mod. ¶ Nec ob. d. l. ſeruos: in fi. quia dictum ſerui ibi reſpondentis de facto a ſe non ſufficit ad plenam probationem, niſi præcedat ſemiplena probatio, vel niſi præcedant aliqua indicia cum tortura ſerui, vt declarat gl. in l. cum probatio. ff. de prob. vnde ipſemet Pau. de Ca. in l. quicunq;. in fi. C. de ſer. fug. minus imperfectè locutus dixit, qđ ſemper ipſi viſum fuit, quod regula trádita. in d. l. vbi numerus, habeat locum, quando teſtes ſunt interrogandi de facto alieno, ſed ſi de facto ſuo, tunc ſufficiat vnus. concurrentibus quibuſdam aliis indicijs, vt in d. l. quicunque. cum glo. in verbo, interrogatione. quæ loquitur de ſeruo interrogato, de facto ſuo cum tortura, & præcedentibus indicijs, dicens ſibi videri, quod tantum valere debeat ſpontanea depoſitio liberi hominis ſine tortura, quantum affirmatio ſerui extorta per torturam. Et ſic vult Pau. de Caſt. quod non ſufficiat dictũ vnius ſolius liberi hominis examinati ſuper facto à ſe, niſi cõcurrant alia indicia, cuius contrarium ipſe tenuit in locis. ſ. al leg. ¶ Et iſtud eſt, quod voluit dicere do. Abba. in d. c. eccleſia. dum dixit, quod in actibus vniuerſitatis non debent dari voces per lupinos, quia non poteſt apparere, quæ ſit ſanior pars, nam conſideratur quod illi de collegio in hoc eſſent teſtes ſingulares, & ſic dicto eorum non ſtaretur. ¶ Nec prædictis obſt.
15 † quod quando iudex tulit ſententiam, non expreſſa cauſa propter quam motus fuerit ad ita iudicandum, ſtatur dicto ipſius iudicis aſſerentis ex qua cauſa motus fuerit, ut nota. Iacob. de Aret. Cyn. Rayn. & Nicol. de Neap. in l. qui teſtamento. ff. de excu. tuto. argu. l. ab executore. in princ. ff. de appella. cum ibi no. & per no. in l. 2. C. de ſenten. ex breui. reci. cum ſimi. Pro qua deciſione Bal. & Ioan. de Imo. idem ſequutus in l. ſi is ad quem in fi. ff. de acquir. hæred. dicunt eſſe glo. ſingularem in l. ſi prætor. §. Marcellus, in verbo, approbatum. ff. de iudi. & not. Bald. in c. cum venerabilis, in fi. extra de exceptio. & in l. penul. C. ſi ex fal. inſtrum. facit quod dicimus in teſte, qui poteſt interpretari dictum ſuum ambiguum. c. cum clamor. de teſti. & no. in §. quia verò multi. iu authen. de teſti quia reſpondeo, verum eſſe, ꝙ iudex interpretari poteſt ſententiam ſuam ambiguam, quia illud in animo retentum eſt, nec illud fuit aliquo modo explicatum a iudice re vel verbo, ſed omninò retentum in animo, ideo ſtatur dicto illius. c. ſi verò aliqs. de ſent. excom. c. præſentium. de teſti. not. in c. ſignificaſti. el 1. de homic. & in §. aliæ. inſti. de actio. hoc eſt, quod voluit in propoſito Bal. in d. c. uenerabilis, in fi. allegando ad hoc text. in c. quia paſtoralis, de except. Sed in propoſito noſtro unuſquiſq; doctor collegij in ſcrutinio prædicto declarauit motũ animi ſui, eo modo, quo ſecundum formam conſtitutionis requirebatur. ſ. per dationem fabæ albæ, vel nigræ per quã clarè comprehenditur animus dantis, nnde clarum eſt, fabam albã declaraſſe animum dantis, qui nihil quantum ad hoc in mente retinuit, nunc autem ſolum quæritur, quis fuit ille, qui illam fabam albam dederit, unde hic non agitur de interpretatione mentis tunc ambiguæ, quia mens cuiuſcunque dantis fuit tunc declarata per dationem fabæ, unde in hoc non eſt ſtandum prophana probatione dicto unius ſolius d. c. cum dilectus, de ele. cum aliis de quib. ſ. ēt ſi eſſet iudex uel officialis, & tractaretur de probatione eius, qđ geſtum eſt à ſe, ut ſuperius oſtenſum eſt. ¶ Accedit id, quod no Io. de Imo. in d. l. ſi is ad quem. in fi. ubi dicit, ꝙ id, quod dicitur ſtari dicto iudicis declarantis ex qua cauſa motus fuerit ad ſuam ſententiã proferendam putat procedere in illis iudicibus, qui hñt poteſtatẽ interpretandi ſuas ſententias, ut ſunt magiſtratus hñtes merũ

& mixtum imperium,& non alii, vt leg.& no.in d.l.ab executore.in prin. Et sic pa.et,quod illa decisio procedit solum,qñ est locus interpretationi, eo quia fuerit aliquid in mente retentum,& hic non est casus noster, vt declaraui. ¶Confirmantur prædicta,quia posito quod dominus prior collegii & duo alii affirmarent se dedisse voces pro Gaspare, vt in facto narratur,tamen non constat,qui fuerint alii, qui voces dederint ꝓ
c Gaspare,nec qui dederint contra eum, & sic non cõstat de voce domini Arch.& cæterorum. & sic non potest dici ex collatione constare voces Gasparis esse pręferendas,iuxta id quod legi.& no.in c.in genesi.de ele.& in c. ecclesia vestra, el 2. eo. ti.¶Et non mirandum,si dicitur semper vel diu fuisse, ita seruatum,vt attendatur solum numerus,seu paritas, vel imparitas numeri,quia probare,quod vnus habuit voces digniores, est adeo difficile,ꝙ potest iudicari, quasi impossibile stãte forma constitutionis prouidentis, ꝙ voces secretè dari debeant. ¶Et per prædicta apparet non obstare ea, quæ in contrarium superius allegata sunt, quia illa possent procedere de iure cõi non attenta forma dictæ constitutionis sub rub.de officio, iurisdictione,& arbitrio domini prioris, & vbi legitimè probatum esset digniores voces fuisse pro Gaspare, quod stantibus prædictis non potest dici esse probatum, potuissem discutere de virib.pronunciæ prioris & eius allegatę reuocationis,& an periuri dicantur illi.qui voces suas secretè datas postea propalarunt.Et de viribus cuiusdam partiti,seu deliberationis factę anno 1382.die primo Februarij, prout apparet in libro secreto collegij.& de quibusdam aliis de quibus in allegationibus vtriusq; partis,sed ea leuiora putaui, & præmissa ad huius cõsultationis decisionem sufficere.Ex quibus omnibus concludo dictum partitum non fuisse obtentum,ut s̃.Ale.

---

ADDITIONES.

* Iura,quæ dicunt.] In actibus ecclesiasticis requiritur vtrunq;, secus in prophanis,ita Ale.ad l.maiorem.ff.de pac. vbi dicit se ita consuluisse in causa satis ardua,& bene dicit,quia ita hic consuluit.

a ¶Pares.imo semper indistinctè requiritur maior pars numero ad minus Panor.disp.1.dubio 1.

* Dicto canonicorum.] In oppositum facit allegatio Lapi relata per Fel.ad c.veniens.il 2.col.10.de testi.vbi dicit,credi sacerdoti fide digno,si dicit morientem sibi dedisse licentiam de reuelanda confessione;ex quo aliter hoc probari non potest, quod est annotatione dignum si modo est verum. Et istum tex.in c. cum dilectus. de elect. multum Abb.no.consi 42.col.fi.lib 1.

* Quidam Mod.] Istud dictum sequitur Ale.consi.197. col.pen.lib.7. Pau.Cast.consi.84.Visa.lib.1.col.fi.& consi.109.Visa petitione. col.1 lib.2.Rui.consi.105.lib.4.Soc.consi.28.col.3.lib.3.

* Contrarium.] Negari tamen non potest, quin illi magis sit credendum,Dec.consi.650.col.2. Natta.

b ¶Tenui.latè d.An.Tiraq.nunc pronunciæ senatus proto præses designatus meritissimus in consu.Pic.ti.retra.§.1.gl.14. nu.47. cum seq. adde infr.lib.7.consi.197.col.2.Alcia.l.1.§.fi.nu.6.de ver.obli.limitat in eo,quem semel partes elegerunt item limita,ut plus credatur licet non plenè Aymo consi.73.nu.30.

## EPITOME.

PER secundum instrumentum non derogatur primo.nisi quatenus non possent computari.

## CONSILIVM CXCIII.

Perspectis instrumentis de quibus in themate, videretur prima consideratione dicendũ ad dictum cõe & homines de Nonantula solum pertinere tm̃ de dicta valle,quantum comprehenditur in instrumento cuiusdam permutationis,seu relaxationis factæ inter dictũ monasterium Nonantulanum ex parte una, & commune & homines Nonantulæ ex alia anno 1450. die 27. mensis Ianuarij rogato per ser Baptistam quondam Zanini de Sactoribus de Nonantulo.non autem quantum comprehenditur in instrumento celebrato anno 1442. die 11. mensis Iulii rogato per
1 ser Andræam Geminiani de la Papelina,quia†posteriora derogant prioribus l.pacta nouissima.C. de pac.l. si vnus.§. pactus ne peteret,ff.de pac.& melius probatur in l. si quis ante. ff.de acq.pos.facit l. si quis cum procuratorio.§.fi.ff. de proc. Sed dictum instrumentum factum anno 1450. est posterius illo alio confecto anno 1442.ergo illud posterius debet attendi. ¶Nec videtur, ꝙ cõmune & homines Nonantulæ possint prætendere habere totam dictam vallem, vigore alterius vltimæ inuestituræ sibi factæ ab eodẽ monasterio anno 1455. die 30. Augusti ex instrumento rogato, per ser Baptistam de Prignano,quia dictum vltimum instrumentum se referre, vt ad confines limitatos in dicto instrumento permutationis rogato anno 1450.per dictum ser Baptistam de Sactorib. de Nonantula.& sic perinde est,ac si confines appositi in dicto secundo instrumento essent appositi in dicto vltimo instrumento. l.asse toto.ff.de hær.insti.l.institutio talis.ff. de condit.insti.l. si ita scripsero.ff.de cond.& demon.l.ait prætor.§.1.ff. de re iud.¶Tamen præmissis non obstantibus contrariam sententiam veriorem ꝓculdubio esse puto.¶Et primo, quia aut nos dicimus,ꝙ commune & homines dictæ terræ, qui dicto anno 1450.fecerunt dictam permutationem ignorabant prius per syndicum eorum, scilicet Franciscum ser Bitini de sign. receptam fuisse inuestituram de tota dicta valle de anno 1442.& clarum est,ꝙ per dictum secundum instrumentum non intelligitur renunciatum iuri,iam sibi quæsito l.mater.ff. de inoff. test.l.in repudianda.ff.de acqui.hære.l. legitimam.ff.de peti.
2 hær.¶†Aut sumus in dubio,an commune ignorauerit, & idẽ quia quis probabilem habet ignorantiam eorum, quæ à procuratore suo facta sunt,vt no. gl. & doc. in l.si res obligata.ff. de leg.1.bene facit l.fi.ff.pro suo.& ꝙ no. in l.si quis delegauerit.ff.de noua. Et quod legitur & notatur in l.sed si me puté, in prin.ff.de condi.inde.& in l.si tibi. lib.ff.de actio. emptio. ¶Aut apparet,quod commune seu repræsentantes commune prædictum habebant scientiam dicti instrumenti,& adhuc dico,ꝙ per dictum secundum instrumentum non est derogatũ aut renunciatum illi maiori parti dictæ vallis, quæ comprehendebatur in dicta prima inuestitura, vltra contenta in di-
3 cto secundo instrumento, quia†quando duo sunt contractus celebrari etiam super eodem, eatenus per ultimum, videtur derogatum primo,quatenus vltimum se non compatitur cũ primo,sed quatenus se compatitur cum primo,non intelligitur derogatum primo.tex.in d.l.si quis ante. vers.idem Pomponius.ff.de acqui.poss.& facit l.fi.C.de noua.& l. sancimus. C.de sen.ergo saltem quatenus de dicta villa plus comprehẽditur in prima inuestitura,quam in dicto secundo instrumento non intelligitur per secundum instrumentum derogatum
4 primo.¶Confirmo,quia per secundum contractum†repugnãtem primo,ita demum intelligitur esse derogatum primo, si secundus contractus valuit,& non aliter, vt in d.l. si quis ante, versi.si quis conduxerit facit l.si iure.ff. de lega.3. sed non videtur,ꝙ dicta secunda concessio facta dicto monasterio valuerit respectu vtilis dominii primo acquisiti dicto communi & hominibus in dicta valle vigore primæ inuestituræ, quia id quod meum est,non possum aliquo titulo valido iterum acquirere.unde si is qui dñs est iterum emat rem illam, non võ
5 renunciare domino,imò contractus†emptionis non valet, et si dñs scienter emat rem suam.l.suæ rei.ff.de contrah. emp.in verbo.siue sciens &c.& l.ei à quo.ff.de vsuca.& l. neq; pignus ff.de reg.iur.& saltem cum dictum commune in dicto secundo contractu suo rem illam recipiat, non tanquam ad se pertinentem,sed tanquam pertinentem ad dictum monasterium, & pro iuribus dicti monasterii,ut in uariis partibus dicti secundi instrumenti compreheditur, & maximè ibi dum dicit, omniq; iure & actione, vsu seu requisitione dicto domino cõmendatario ac dictis monasterio, fratribus, monachis, capitulo & conuentui pro dicta petia terræ ualuta & buschiua modo aliquo spectantibus & pertinentibus &c. quo casu non ut dictum commune uoluisse renunciare iuri suo,& illud transferre in dictum monasterium, vt no. Bart.in l. si rem aliquam in ult.col.ff.de acqui.poss.& Angt in §.emphyteusim.in fi.in auth.de non alienan.& Spe.in ti.de loca.§.nunc aliqua. uersi.52.in fi.& ibi per Bal.in 7.col.in uersi.an quis soluens. & per consequens dictus secundus contractus etiam si fuisset scienter factus,non ualet saltem, ut deroget primo dicto.l.si quis ante,iuncta d.l.suæ rei.& hoc procedit etiam, quando dominus scienter contraheret cum ecclesia non solum cum priuato,ut ultra præallegata probat Bal.in l.qui rem.in pe.q.C.locati.& in l.cum falsa.ad fi.C.de iuris & fact. igno. ¶Præterea posito ꝙ ultimæ concessioni standum esset, apparet ultimam concessionem fuisse factam anno 1455. dicto communi in qua

in qua concessione sunt expressi confines comprehendentes
totam vallem.& licèt in dicto vltimo instr̃o dicatur, q partes
se referunt ad confines limitatos in dicto secundo instrumen
to permutationis, & tamen hoc non habet obstare, tum per
rationes suprà proximè adductas, per quas ostẽdi secundum
instrumentum non obstare, quæ oẽs rationes etiam militant,
quo ad hanc partem tertij instrumenti, tum etiam quia in di-
cto vltimo instrumento, post specificatos confines compreh̃e
dentes totam vallem sunt adiecta ista verba, videlicet vel alios
si forent plures, aut veriores confines, & prout ipsi, seu alij ve-
riores confines, saluis tamen præmissis confinibus ipsæ partes
exprimi & specificari dixerunt in suprascripto permutationis
instrumento scripto, & rogato per dictum Baptistam de No-
nantala, ad quod instr̃m, & quos confines in ipso instrumen-
to limitatos partes ipsæ se retulerunt, & referunt &c. ponde-
6 randa † enim sunt illa verba, scilicet saluis, [a] tamen præmissis
a confinibus, quia per hoc apparet, q intentio partium fuit, qđ
nullo modo derogaretur confinibus expressis in dicto vltimo
instrumento, sed si aliquid plus, vel vltra prædictos confines
appositos in illo vltimo instrumento fuisset compromissum
in confinibus appositis in dicto secundo instrumento permu
tationis fuit intentio partium, quod illud plus venire etiam
in dicta vltima inuestitura & concessione. hæc enim est virtus
illorum verborum. §. saluis &c. vt per aliqua contenta in illo
instr̃o ad quod fit relatio, non intelligatur derogatum his quę
continentur, & expresse sunt in dicto tertio instrumento, vt
patet ex notatis per gl. in l. Item Labeo. §. primo, in verbo, pu-
re. ff. fami. ercis. no. doc. in l. terminato. C. de fructi. & lit. ex-
pen. & in l. iudex postquam. ff. de re iudi. & Ang. in consi. 27.
inci. Quidam Victor &c. in fine. & sic dicta relatio intelligi-
tur conditionalis. §. quatenus ea ad quæ relatio non contradi-
cant illis confinibus reseruatis & expressis in dicto vltimo in-
strumento, ut etiam no. Sali. in l. ea quidem. C. de accu. in 19.
col. in ver. sed dubitari posset si iudex. alleg. no. per glo. in d. l.
item Labeo, quam reputat singularem. illa enim verba saluis
præmissis confinibus, nihil aliud important, quam quod par-
tes per sequentia non videntur voluisse discedere ab illis con
finibus in dicto tertio instrumento specificatis, vt vltra præ-
dicta optimè probatur in c. si. in verbo saluis exceptionib. &
c. cum ibi no. per gl. Ioan. And. & alios de dila. & in c. ad di-
soluendum, in verbo saluis exceptionibus propositis & pro-
ponendis, extra de despons. impu. & in c. veniens, in verbo, sal
uis institutionibus, dè præscri. facit l. si debitor. §. 1. in verbo,
salua causa sui pignoris. ff. quib. mod. pig. vel hyp sol. illa ergo
relatio facta ad augendum, non debet operari diminutionem
l. si mancip. ff. de fun. instr. facit l. legata inutiliter. ff. de adi. le.
Ex quibus concludo totam dictam vallem quemadmodũ ap-
paret confinata in prima inuestitura, & etiam in vltima habi-
to respectu ad confines ibi specificatos spectare ad dictum cõ
mune & homines eo modo, quo concessa est eis per dictũ mo
nasterium in dictis inuestituris. nec dictum secundum instru-
mentum habere obstare, quo minus reliqua pars dictæ vallis
non comprehensa in dicto, secundo instrumento spectet ad
dictum commune & homines Alex.

ADDITIO.

a ¶Saluis. Bal. consi. 96. lib. 1. Pau. consi. 139. in fi. lib. 1. Fel. c. inter mo-
nasterium. col. 2. de re iud. Anto. Corse. in fin. ver. saluo iure. Dec. con
si. 445. col. 5. consi. 460. nu. 10. Fran. Rip. c. cum M. Fer. nu. 218. de con-
sti. Cæp. causa. ciui. consi. 25. nu. 21. Albe. Bru. consi. 57. col in fi. Alcia.
tra. de præsum. reg. 2. præsu. 28. fa. quæ dixi in consue. Paris. §. 43. in fi.

EPITOME.

AMBROSIVS promisit Frãcisco dare centum
si Dux Ioannes recederet de regno Neapolis intra sex
menses. Respondeo conditionem extare si Duux in-
tra dictum tempus ceperit recedere.

CONSILIVM CXCIIII.

Perspectis his quæ copiosè, & eleganter allegata
que fuerunt per celeberrimum Iuris vtrius-
que Doctorem dominum Ange. de Vbaldis mihi velut patrẽ
obseruandum, videtur fortasse adhuc dubium contra Fran-
ciscum ex dicta promissione agere volentem, quia illa verba
Ambrosij promittentis Francisco dare centum, si Dux Ioan-
nes recederet de regno Neapolis intra sex menses, vĩ importa
re, q Duce Ioanne adhuc existente in castro Ischiæ, antequam
lapsum esset dictum semestre non sit verificata, & impleta di-
cta conditio, quia castrum Ischiæ posito, q ratione possessio-
nis vel detentationis esset apud alium quam apud regem Nea
polis, tamen ratione iuris dominii legitimi fuit & erat per to-
tum semestre de regno Neapolis, seu dicti regis, quia sola de-
tentatio vel possessio erat per aduersarium regis occupata. con
1 stat autem q † illa verba scilicet, de regno Neapolis, ratione il
lius genitiui propriè intelliguntur in dubio de terris & locis
spectantibus ratione dominii ad regnum Neapolis. l. 2. §. in
locum. ff. de relig. & sump. fune. vel saltem ratione iurisdictio
nis de iure competentis in dictis locis, quamuis per alium de
facto occupentur, vt probatur in c. accedens, el 2. & ibi glo. in
verbo, oriundus. ut lite non contest. in c. 1. & ibi glo. in verbo
propria, de postul. prælatorum. no. per Arch. & Ioan. And. in
c. si sententia, de sen. excommun. in 6. in nouella. plenè p Bar.
& alios. in rub. ff. de ope. no. nun. & in prin. Codicis cum suis
concordantiis. Et quamuis quandoq; genitiuus prolatus in
persona alicuius intelligatur de rebus spectantibus ad eum ra
tione possessionis, vel detentationis. l. 1. in princ. iuncto. §. ait
prætor. cum §. seq. & l. seq. ff. nau. ca. sta. & l. 2. in princ. & §. in
hac actione. el 2 ff. vi bo. rapt. & no gl. in l. 2. circa princ. quæ
incipit, no. argumentum &c. ff. de orig. iur. & per doc. in locis
suprà alle. & etiam, de rebus spectantibus ad illam rationem
vsusfru. l. 1. in prin. iuncto. §. non solum, ff. de arbit. ceden. &
no. Ioan. An. post Arch. in d. c. si sententia. tamen per hoc nõ
negatur, quin etiam comprehendantur res spectantes sola ra-
tione proprietatis, seu dominii, vt probatur in d. §. in locum.
& l. 1. §. 1. ff. ad Sylla. insti. de hære. inst §. 1. & 2. imò illa cau-
sa proprietatis, seu dominij, tanquam potior & dignior præfe
renda & magis attendenda est. c. cum dilectus. de cau. pos. l. 1.
§. fi. ff. si ager. vec. vel emphyteu. pet. & d. §. in locum. l. vnica.
C. si de momenta. poss. fuer. appel. cum ibi notatis. ¶Confir-
2 mantur prædicta, quia verba † in dubio interpretanda sunt cõ
tra agentem, qui se fundat ex verbis. l. stipulatio ista. §. in stipu
lationibus. ff. de verbo. obli. l. veteribus. ff. de pactis. c. in præ-
sentia, de proba. ergo fieri debet interpretatio potius contra
dictum Franciscum agentem & se in verbis dictæ promissio-
nis fundantem. ¶Tantum præmissis non obstantibus, puto in
proposito contrarium verius, scilicet q dicta conditio fuerit
impleta stante, vt in themate præsupponitur, q præfatus Dux
intra dictum tempus semestre amisit gentes armorum, & re-
clusus extitit in quodã castro in regno, vbi de captiuitate suæ
personæ dubitabat, & ideo conuenit cum rege Neapolis, qđ
si ipsum dimitteret, recederet de regno, & ita dimissus reces-
sit intra dictum semestre & cũ paucissimis viris fortasse quin-
quagiuta se reduxit in dictum castrum Ischiæ, vbi moram tra
xit per aliquot dies, & postea inde recessit per 15. dies post di-
ctum semestre & se contulit in propriam patriam & domici-
3 lium. Pondero † enim q verba conuentionis fuerunt prolata
per verba futuri tpis, scilicet si dux intra sex menses de regno
recedet, non autem per verba importantia præteritũ, seu actũ
perfectum, quia non fuit dictum si recesserit de regno. Modo
a dico q satis est, q intra dictum semestre ceperit [a] recedere de
regno, licet non perfecerit recessum intra sex menses, sed post
illud, probo per ea, quæ decidunt docto. in ea. q. qua quæri-
tur, an si statutum dictet, q qui extra territorium extraheret
frumentum puniatur tali pœna, an si inuentus est in itinere
cũ frumẽto, nondũ tamen extraxerat de territorio, incidat in
pęnam? & dñt attendenda esse verba dispositionis, quia aut sta
tutum dicit, si quis extraxerit, & tunc quia requirit statutum
actum perfectum, quia loquitur de præterito, requiritur, q
actus sit consummatus & perfectus, & sic, q omnino conduxe
rit extra territoriũ. l. 1. §. fi. ff. qd quisq; iur. aut per alia verba
non denotantia præteritum perfectũ, nec actũ consummatũ,
vt quia statutũ dicat, si quis extraheret de territorio frumen-
tum, vel si statutum dicat, si quis fuerit inuẽtus extrahere de
territorio frumentũ, incidat in talem pœnam, aut similia ver-
ba, & tunc non requiritur, q extraxerit de territorio, seu q fue
rit inuentus iã exiuisse de territorio, sed satis est, q fuerit inuẽ
tus in itinere, & sic, q ceperit extrahere, & habere animum ex-
 eundi

cundi territorium, seu conducendi extra territorium per l.si quis id quod, in prin. iuncto versi. q si dum proponitur. ff. de iurisd. om. iu. & l. cedere, cũ gl. ff. arbo. fur. cæ. & melius in l. arboribus. §. item tractat. cum gl. in verbo, tunc vsumfructum. ff. de vsufr. alias est ille. §. sub. l. etiam. ita concludit Bal. & Sali. post Iac. But. in l. si fugitiui. C. de seruis fugit. & sequuntur ibi Moderni. & idem no. Bal. in l. cum proponas. C. de nau. fœ no. Iac. But. & Bal. in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler. & Bal. in d. l. arboribus. §. Iul. & in l. cũ inter. C. de dona. ante nup. & per Ang. in d. §. item tractat. & dicit Ang. & Sal. in d. l. si fugitiui. quod probatur, q portaret, seu conduceret animo extrahendi de territorio eo ipso, q probatur q ipse dixerat se velle conducere extra territorium, per no. per gl. in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. in verbo, animus. ff. quib. ex cau. in posse. eatur, & ibi doc. & per no. in l. apud Celsum, in prin. ff. de do. exce. Bene facit l. Labeo. ff. de sup. le. l. quæro. in fi. ff. de ædil. edic. Sed ita est q intra semestre præfatus. Dux dixit, ac etiam prom sit se recessurum de regno, & intra dictum semestre cepit recedere discedendo de dicto castro, in quo erat reclusus & eundo ad castrum Ischiæ, & sic intelligitur de dicto castro vbi erat reclusus discessisse animo recedendi de regno, prout ipse dixerat & promiserat, vt probant prædicta, ergo verum est dicere, q intra sex menses cepit recedere de regno, & illud sufficit ad perficiẽdam dictam conditionẽ, quãuis ẽt intra sex menses ex toto non perfectè recessisset de regno, vt est ostensum. & non præsumitur, q voluntatẽ mutauerit. l. & in tacitum. ff. de prob. l. cum hic status. §. 1. ff. de do. in-
4 ter vir. c. maiores in fi. de bapt. ¶† Ad idem. s. q ceperit de dicto castro, in quo erat reclusus discedere animo recedendi de regno facit breuitas tpis intra quod postea ex toto recessit de regno & de castro Ischiæ, vt probatur in l. si ventri. §. fin. & q ibi no. Bar. ff. de priui. cre. & in c. officij. de ele. & q no. Bal. in l. 1. in 4. col. C. de ser. fug. & in l. multum. in 2. col. C. si quis al-
5 teri vel sibi. ¶† Bene faciunt etiam no. per Io. An. in addi. Spe. in ti. de const. §. 1. in addi. inci. hic incipit &c. vbi format illam. q. de statuto puniente deferentem frumentum extra territoriũ. & dicit inter cætera, q si inuentus est talis in itinere, non tamen reuertebatur, sed quiescebat in hospitio, vel tugurio pro quiete sui, & animaliũ, punit', nec præsumitur pœnitentia etiam si asserat pœnituisse, ex quo de pœnitentia nulla
6 sunt indicia. ¶† Accedit ẽt quia ex quo præfatus Dux promiserat recedere de regno, & nemo præsumitur velle morã committere cũ sit delictũ, l. si plures querelam, cũ gl. ff. de adm. tu. & ibi Bar. no. gl. in l. si filius. ff. de interr. act. & in l. 1. §. fin. ff. si quis ius di. non ob. l. quod te. cum gl. ff. si cer. pet. l. qui sine. ff. de reg. iur. cum suis concor. iunc. l. merito. ff. pro socio. & ita, q non præsumatur velle cõmittere morã, sed velle obseruare, no. Bar. & alij. in l. gerit. ff. de acq. hær. in ver. pone debitor in diem &c. & in sua dispu. inci. Debitor in diem. & in l. si creditori, ad fi. ff. de leg. 1. per quæ concludo d. Franciscum ex promissione sibi facta agere posse, eo quia cõditio dr̃ intra tps purificata & impleta. ¶ Ex his apparet rñsum esse ad allegata in contrarium, quia posito, q castrum Ischiæ diceretur tunc esse de regno Neapolis cũ satis erat, q intra semestre dictus Dux cepisset recedere, licet nondũ perfecisset recessum suum. ¶ Prę terea ẽt si dictũ castrũ Ischiæ intelligeretur tunc venire & cõ-
7 prehendi appellatione regni † Neapolis, esset standũ cõi vsui loquendi. l. librorum. §. quid ergo. aliàs est, §. q tamen Cassius cum ibi no. ff. de leg. 3. l. tugurij. ff. de ver. sig. c. ex literis. el j. & ibi no. de spon. & traditur per Bar. & alios in d. rub. ff. de ope. no. & in prin. C. & per. Ang. in l. lex Corne. §. domum. ff. de iniur. sed non est opportunum ad id recurrere, quia qũocunq; se haberet communis vsus loquendi sufficit, quod ceperit prę fatus dominus recedere intra semestre eo modo, quo fecit, vt superius ostensum esse arbitror. Alex.

ADDITIO.

a ¶Ceperit. Bal. l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cle. l. cum proponas. col. 1. C. de nau. fœno. l. si fugitiui, & ibi Cæpo. C. de ser. fug. in trac. sta. vers. accedere gl in l. arboribus. §. de illo. ver. amitti. de vsu fru. Bertach. trac. gabel. par. vlt. q. 14. Ale. l. qui Romæ. §. Callimachus. col. 2. de verb. obl. Fran. Rip. trac. de peste. fol. 92.

SVMMARIVM.

1 *Rei appellatione intelligitur de tota.*
2 *Contractus verba singula debent aliquid operari.*
4 *Feudum concessum pro se, & hæredibus omnibus, intelligitur etiam de extraneis.*
5 *Promissio sine causa quando valet, ut ad liberandum. nu. 6. 7*
8 *Molestia intelligitur fieri extra iudicium.*
9 *Reseruatio incerta non tribuit ius, nisi probetur. nu. 10*

CONSILIVM CXCV.

Perspectis instrumentis, scilicet venditionis factæ per dictum Guidottinum nominibus, de quibus in dicto instrũo, & alio instrumento ratihabitionis, & promissionis dicti Guidonis de Pepulis, in quo tota vis huius consultationis consistere videtur sentio dictum Guidonẽ, & successiuè eius hæredes fuisse, & esse obligatos ad non inferẽdum per se, vel alium de iure vel de facto litem, qõnem, aut cõtrouersiam vel molestiam hæredibus dicti Philippi de Guidottis, nec inferenti modo aliquo consentire, in dicta petia terræ posita in contractu, cui dicitur Valbona, contenta, & cõfinata in dictis duobus instrumentis. & hoc non solum respectu quartæ partis spectantis ad dictum Guidonem in dicta petia terræ, sed etiam respectu cuiuscunque alterius partis dictæ petiæ terræ, & consequenter dictos comites Guidonem, & Galeatium faciendo ea, quæ in themate narrantur contra fecisse suæ obligationi in dicto vltimo instrumẽto contentæ de quo instrumento præsupponitur eos notitiam habuisse, & in futurum teneri ad non inferendum litem, quæstionem, cõtrouersiam vel molestiam de iure, vel de facto in aliqua parte petiæ terræ. & hoc esse verum deprehenditur, præsertim ex infrascriptis. ¶ Nam aduertendum est, q non solum in dicto instrumento Guido ratificauit, id quod gestum erat in duobus instrumentis diuersarum venditionum factarum, dicto Philippo de Guidottis, quarum vnam fecerat dictus Guidottinus procurator dicti Guidonis & Andreæ Thadæi & Romæi, fratrum, ac filiorum quondam Ioannis de Pepulis, in qua venditione continentiæ petiæ prædictæ nũcupatæ Valbona, de qua est quæstio, & aliam venditionem aliarum rerum fecit Iustus de Ferraria procuratorio nomine d. Guidonis, sed etiam promisit expresse d. Guido dicto Philippo, seu alteri stipulanti, & recipienti pro eo, & hæredibus de prædictis possessionibus, molendinis, domibus rebus, & bonis in dictis venditionibus & earum qualibet ac in instrumentis & scripturis de & super eis factis, vel aliqua earum descriptis nullam de cætero per se, vel alium de iure, vel de facto litem, quæstionem, vel controuersiam, aut molestiam eidem Philippo, vel suis hæredibus inferre, mouere, vel inferre, nec inferenti modo aliquo consentire, vt latius in dicto instrumento continetur. cum ergo promiserit de prædictis rebus contentis in qualibet dictarum venditionum, & earum instrumentis non inferre quæstionem, vel controuersiam, ergo comprehenditur dicta petia terræ nũcupata Valbona, quæ erat specificata in prima uenditione, quia illa dictio, scilicet rebus, est generalis & apta comprehendere vnamquanq; rem uel petiam terræ. l. 1. ff. si cer. pet. l. rei la 1.
1 & la 2. ff. de uerbo. sign. l. omnia. ff. de rerum diu. & † appellatione rei, seu possessionis, uel domus, aut molendini, de quib. in dicta promissione domini Guidonis fit mentio intelligi-
a tur de tota a non solum de parte. l. Titia cum testamento. §. j. ff. de leg. 2. & ibi illum tex. ad hoc ponderat Bald. & alij post eum, & comprobatur in l. si quis cum totum. in princ. & ibi ponderat Pet. & Ang. ff. de excep. rei iud. & l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interr. act. & in l. de pupillo. §. qui nunciat. & ibi not. Bar. & alij. ff. de ope. nou. nunc. & l. legatis uxori. & ibi no. Dy. & Bartol. v. de leg. 2. & l. hoc legatum. de lega. 3. & no. gloss. Bar. & alij post eum. in l. si in rem. in princ. ff. de rei uen. & no. doc. in l. Pomponius. §. sed & is. ff. de procu. ubi re probant gl. ibi positam quæ contrarium tenebat. & no. etiam
2 doc. in c. 2. de libel. obla. ¶† Secundo probatur, uerba apposita in contractu debent taliter accipi, ut semper operentur. l. si stipulatus, in prin. ff. de usur. l. si quando. in prin. ff. de leg. 1. c. si Papa, de priu. in 6. & dicit Bal. in rub. C. de contrah. emp. in 9. q. q nedum unaquæque clausula, sed etiam minimũ uerbum cõtractus non debet esse sine uirtute operandi, per l. hãc legem. ff. de contrahen. empt. & d. l. si stipulatus. bene facit gl. no. in l. 4. §. quæsitum. in gloss. magna. ad fin. ff. si quis cau. sed attento quod in dicto ultimo instrumento dominus Guido expresse ratificauit omnia gesta per dictum dominũ Guidottinum

tinum in prima venditione facta per eum procuratorio nomine d. Guidonis & fratrum, si subsequens obligatio Guidonis posita in eodem instr̃o ratificationis. in versi. ac etiam solenni stipilatione se obligando promisit &c. importaret solum ꝙ p̃fatus Guido promittebat non inferre quæstionem & controuersiam vel molestiam super quarta parte dictarum rerũ venditarum per dictum Guidottinum procuratorem ipsorũ quatuor fratrum, illa verba promissiua de non inquietando & se referentia ad bona comprehensa etiam in prima venditione prædicta nihil operarentur, quia cum dictus Guidottinus ꝓcuratorio nomine dicti Guidonis, & fratrum promiserit eodem modo, s. non inferre litem, q̃onem, controuersiã, vel molestiam de iure vel facto &c. subsequuta ratificatione Guidonis per quam tollebatur omnis dubitatio & disputatio, quæ super mandato dicti Guidottini fieri potuisset, nihil penitus operabatur dicta promissio Guidonis de non inferendo, litẽ & q̃onem super possessionibus, molendinis, domibus, rebus, & bonis in prima venditione comprehensis, si solum intelligeretur comprehendere obligationem de non inferendo q̃onem super quarta parte ipsarum possessionum, & aliarum rerum in dicta prima venditione comprehensarum, sed intelligendo ꝙ dicta verba comprehendant promissionem de non mouendo q̃onem super aliqua parte dictarum possessionum, & rerum, & sic comprehendant dictas res integras, sic dictam petiam terræ Valbonæ, integram prout est de propria significatione verborũ prædictorum, vt d. l. Titia cũ testamento. §. j. & d. l. si quis totũ. in prin. cũ aliis. s̃. alleg. tunc bene sequitur, ꝙ vnumquodq; verbũ dictæ promissionis Guidonis erit cum virtute operandi, prout esse debet, vt dixi. & pro hoc facit, q̃ a vera & propria significatione verborũ non est recedendũ. l. non aliter. in prin. ff. de leg. 3. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obl. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exer. Tertiò probatur, quia in dicto instr̃o primæ venditionis factæ per dictum Guidottinum non solum venduntur per dictum Guidottinum quędã bona nomine omniũ dictorũ quatuor fratrũ de Pepulis, sed ẽt venduntur aliqua quæ erant de iure solũ dñi Tadæi, & non dicti Guidonis. patet ibi, dum dicit, ꝙ vendidit tertiam partẽ pertinentem ad d. Tadæum pro indiuiso vnius molendini in potestate molendini positi in curia terræ Pepulæ, & de illa vẽditione dictæ tertiæ partis molendini domini Tadæi fit exp̃ssa & specifica mentio in dicto vltimo instr̃o ratificationis, & promissionis domini Guidonis, & tamen Guido in dicto vltimo instr̃o promittit non mouere q̃onem, & controuersiã de prædictis possessionibus, molendinis, domibus, rebus, & bonis in dictis venditionibus & earum qualibet contentis. & sic dici non potest, ꝙ Guido in dicto instr̃o voluerit se obligare ad non inferendam q̃onem, nisi pro quarta parte ad ipsum ptinente in reb. venditis per Guidottinũ, tanquam procuratorem suũ, quia hoc nullo modo stare põt inspecta venditione dictæ tertiæ partis molendini d. Tadæi. Si. n. ita intellexisset, & voluisset obligari solũ pro dicta quarta parte, id expressisset cũ id facile sibi fuisset. c. ad audientiã. de deci. l. vnic. §. sinaũt. ad deficientis. C. de cad. toll. ¶ Quartò probatur, quia in dicto instr̃o ratificationis narratur qualiter d. Iustus procurator dicti do. Guidonis in dicta secunda venditione facta per d. Iustũ promiserat dicto Philippo de Guidottinis, ꝙ dictus Guido promitteret dicto Philippo de lite, seu controuersia nõ inferenda eidẽ Philippo vel suis hæredib. aut successorib. de supradictis molendinis, reb. & bonis omnib. supradictis venditis, tam per ipsum Guidottinum, quam per ipsum Iustũ. ponderãda sunt dicta verba, & p̃cipuè illa dũ dicit, de supradictis

3 molendinis, reb. & bonis oĩb. † nã illud signũ vniuersale oĩbus declarat mentẽ * disponentis fuisse velle obligari de non inferenda lite & q̃one super dictis rebus in totũ, vt l. Iuli. in prin. ff. de leg. 3. multũ. n. operatur illud signũ vniuersale ad ampliã-

4 dũ ipsam dispositionẽ. ¶ † Vnde dicit singulariter Bal. in c. in præsentia. 7. col. de prob. ꝙ licèt in feudo, vel emphyteusi ecclesiastica appellatione hæredis non veniant, nisi descendentes, iuxta id quod hr̃ in c. 1. de alie. feu. & in c. fin. si de feu. defun. fue. contro. inter do. & agna. & in §. emphyteusim. in authen. de non alie. & no. in l. ẽt. ff. sol. mat. & in l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. tamen fallit nisi in concessione dictũ fuerit, concedo tibi pro te & hæredib. tuis omnibus, quia tunc pp illã dictionem, omnibus, apparet mentem concedentis fuisse cõprehendere alios. & in isto casu saluat no. per Pe. & Cy. in l. liberti libertæq;. in vl. col. C. de ope. lib. bene faciunt not. per Bal. in l. 1. in 33. q. ff. de rer. diui. & in c. imperialem, in prin. de prohi. feu. alie. per Fed. in pe. col. in ver. sed quid, concessum est feudũ mihi pro me, & successoribus meis quibuscunq; &c. & id quod hr̃ in c. 1. de feu. non hab. propriam natu. feu. ¶ Et sicuti dictus Iustus ꝓmiserat dicto Philippo dñm Guidonẽ se obligaturũ de non inferenda q̃one de supradictis molendinis, rebus, & bonis omnibus supradictis venditis, tam per dictum Guidottinum, quam per dictũ Iustum, ita postea in dicto instr̃o ratificationis dictus Guido dicit se promittere in omnib. & per omnia, prout s̃. per dictos Guidottinum & Iustum, & vtrunq; alterum eorum promissum extitit & conuentũ. & p consequẽs dr̃ dñs Guido promisisse litem, aut q̃onem non inferre de supradictis possessionibus, molendinis, bonis, & reb. omnib. & ideo in quacunq; parte dictarũ rerũ q̃onẽ, aut controuersiã faciant hæredes dicti Guidonis dñr contrafacere, vt in præalle. l. si quis cum totũ, in princ. & l. pupillus. §. si. cũ gl. ff. de ver. sig. cum si. ¶ Quintò probatur, quia verba generalia dicti do. Guidonis promittentis de lite non inferenda de dictis possessionibus, molendinis, & reb. omnib. contentis in dictis venditionib. debent generaliter operari, & referri ad oĩa bona. l. plurib. ff. de accepti. præcipuè, cum salua rõne recti sermonis non possint restringi ad quartam partem dictarũ rerum. bene faciunt no. per Bar. in l. ab Aurelio. §. Caius. ff de libe. lega. & in l. si de certa. C. de trans. & in l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. cum si. & profectò nulla subest ratio, quare dictus Guido videatur promisisse de non inferendo q̃onem super dicta tertia parte molendini dicti Thadæi vendita, per dictum Guidottinũ in prima venditione, quam indubitanter comprehendit dicta promissio dom. Guidonis de non inferendo q̃onem super dictis omnib. bonis magis, quam de partibus petiæ terræ Valbonæ venditis per Guidottinũ nomine fratrum dicti Guidonis in eodem instr̃o venditionis. ¶ Sexto colligitur, hoc fuisse de mente dicti Guidonis, quia ipse in dicto vltimo instr̃o ratificationis pro dicta petia terræ Valbonæ noluit de euictione, quę sequeretur facto alterius obligari, nisi pro quarta parte vendita per Guidottinum, ut eius procuratorem, qui obligauerat Guidonem de euictione illius quartæ partis, & d. Guido dictam obligationem factam per Guidonem ratificauit, pro alijs vero tribus partibus dictæ petiæ terræ Valbonæ, positæ in curia Sanctæ Agathæ, vel Sancti Ioannis non promisit de euictione, quæ sequeretur facto alterius, sed solum promisit non inferre litem, q̃onem, vel molestiam, sed quo'ad res positas in guardia Manzolini, de quib. loquitur vẽditio facta, per Iustũ, vt procuratorem Guidonis bene promisit d. Guido generaliter de euictione. Si. n. solum voluisset Guido teneri, pro parte dictarum rerum. s. ad eum pertinente de non inferẽdo q̃onem, frustrà fecisset drĩam inter res positas in curia Mãzolini, quæ venditæ fuerunt per Iustũ, vt procuratorẽ Guidonis, & alias res non positas in guardia Manzolini, vnde ex sequentibus declaratur, quæ fuerit in præcedentib. mens disponentis. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. l. vtrum. ff. de peti.

5 hæ. ¶ Nec p̃dictis ob. si diceretur, q̃d † dicta promissio Guidonis de non inferendo q̃onem quatenus intelligat̃ de aliis partib. dictarũ rerũ venditis per Guidottinũ, vt procuratorem fratrũ dicti Guidonis, vr̃ esse facta sine cã, & per consequens non debet cũ effectu valere. l. 2. §. circa. ff. de doli excep. l. qui sine cã. ff. de cond. sine cã. c. si cautio. de fi. instr. & no. in l. generaliter. C. de non nu. pe. cum suis concor. quia põt respõderi primo, ꝙ imò vr̃ continere cãm, quia in dicto instr̃o continet̃, ꝙ dom. Guido p̃dicta facit sciens dictas venditiones & oĩa in dictis venditionib. contenta concernere vtilitatem suã & fuisse facta de uoluntate sua. Item continet cãm. s. quia Iustus prędictus, ut procurator Guidonis ex cã venditionis per eũ factæ promiserat dicto Philippo, quòd dictus Guido se obligaret.

6 ¶ † Plus dixit no. Ang. in l. petens. C. de pac. per illũ tex. secundum sextam lec. q̃ ipse ibi ponit, quod si præcessit pactũ, sine cã tendens ad obligandum, & pp pactum subsequatur incontinenti stipulatio de eodem sine cã, valebit, multò magis in casu nostro, in quo præcessit stipulatio de eodem facta cum dicto Iusto procuratore, quia ẽt si fuisset sine cã, operaretur, tñ quod subsequens promissio per stipulationem facta de eodẽ

7 per Guidonem teneret. ¶ † Item respondeo ꝙ promissio de nõ



petendo

petendo, seu non inquietando, prout fuit in casu nostro cum tendat ad liberationem valet, etiã si sit facta sine causa, vt probat tex.no.in l.tale pactum, in prin.ff.de pac.& ibi ad hoc põ
8 derant illum tex. Bal. Bar. & Mod. & dicta verba † promissionis de non inferendo quæstionem, aut controuersiam, vel molestiam de iure vel de facto, verificantur, siue talis controuer-
b sia & molestia [b] inferatur in iudicio, agendo uel excipiendo, seu resistendo, siue etiam extra iudicium, vt l. Lucius.§. tres hæredes.& ibi glo.& doct.ff.ad Trebel.l. non solum.§.si Stichus.ff.de proc.l.si controuersia.C. de eui.l.1.& ibi Bald.C. de testi.& no.in l. qui fidem.ff.de transac.& plenè not.doc.in l.amplius non peti.ff.rem ratam habe. & in c. si diligenti.de foro comp.& no.Iac.But.& Bald.in l. causas.C.de transact.& Bal.in l.2.eo.titu.& Sal.in l.si quis maior.eo.tit. ¶Nec obstat prædictis assertum laudum latum inter Ioannem de Guidottis, & dictos comites cuius laudi vigore prætendunt dicti comites tres partes ex quatuor dictæ petiæ terræ fuisse assigna
9 tas, seu adiudicatas, quia respondeo† ꝙ illa reseruatio facta in laudo vtrique parti de omni alio iure, si quod habent occasione deductorum, cum dicatur esse facta per verba denotantia incertitudinem iuris, non tribuit aliquid iuris partibus & per consequens dictis comitibus, nisi ipsi probent de iuribus, quæ ipsi habere asserunt in dicta petia terræ.l. quod si in venditione, cum tribus legibus sequentib.ff. de hære. vel act.ven.l.Titiæ textores.ff.de leg.1.& no.expressè Dyn.& Bar.in l.si sic.§.1.in fi.ff.de leg.1.& no.Spe.in ti.de loca.§. nunc aliqua.versi.58. ¶Comprobatur hoc, quia si arbitrator per verba laudi posita ante reseruationem prædictam intellexisset iudicare, tunc super tota dicta petia terræ diffiniendo, non erat locus reseruationi, quam fecit, sed quia non intellexit super tota dicta petia terræ, sed super quarta parte diffinire, ideo reseruauit, ius partibus, & hoc vr̃ satis de iure clarum, ideo circa dictum laudum & reseruationem non insisto. ¶Postremò etiam subdo, ꝙ dicti comites Guido & Galeatius hęredes in effectu prę fati d.Guidonis negare non possunt dictum do. Ioannem de Guidottis hęredem dicti Philippi habere legitimum titulum emptionis in dictis reb. venditis dicto Philippo per dictos Guidot inum & Iustum, non solum pro partibus, pro quibus vẽditio facta fuisset nomine dicti d. Guidonis, sed etiam pro partibus pro quib.facta fuerit venditio per dictum Guidottinum nomine aliorum prædictorum de Pepulis, quorum asseruit se procuratorem, quia comes Guido in dicto instr͠o ratificationis, maximè in fine dicit, ꝙ promittit & iurat omnia, & singula contenta, & apposita in dictis instr͠is venditionum perpetuo firma & rata habere & tenere. ergo cum ille dicatur procurator, qui mãdato domini negotia, domini administrat. l.1.ff.de procu.& in l.certè.ff.de neg.gest. vnde sicut dicimus Guido non posset impugnare dictam venditionem Guidotti
10 ni negotiando † videtur eum fecisse procuratorem dictorũ, de Pepulis nominatorum in instrumẽto, cum in dicto instrumento venditionis asseratur eum fuisse procuratorem, ita nõ possunt hæredes dicti domini Guidonis impugnare, aut negare, & sic contrauenire.l. cum à matre.C. de rei vend.& l.2.C. si quid in frau.pat.cum si. Et id quod dominus Guido, semel affirmauit, amplius improbare non licet, vt in l. generaliter. C.de non nu pe.& in c.per tuas.de prob. Et ita vt s̃.&c. Ale.

ADDITIONES.

a ¶Tota.dixi in consu.Pari.§.2.gloss 4 num.36.
* Declarat mentem.] Accedat ad confirmationem Roma.consi.44. Ex supra narrato themate, col.fi.vbi inquit, quòd si municipali lege caueatur, quod maritus lucretur dotem omni casu, habebit locum lex municipalis etiam extantibus filiis primi matrimonii, & cessabit l.hac edictali.C.de secun. nup. Et intellige prædicta, nisi absurdum resultaret, iuxta no in l.1.§.nunciatio.ff.de ope. nou. nun. Vide Dec. ad l.omnia.in princ.ff.si cer.pet. Et de marito, qui promittit restituere totam dotem, Ale.scribit consi.132.lib.5.& de vniuersali dictione negatiua, quòd omnia excludat, vide Ias.consi.182.in prin.lib.2. licèt ibi col.6.in fin.aliud dicat. Illud non omiserim, quòd vniuersalis dictio includit ea tantum, quæ sunt de natura cõtractus, Bal. ad l.à procuratore.C.mandati & de dictione omnibus. Vide Deci. consil.358. circa prin.Ale.consi.17 col.2.lib 1. Et quod dictio, Omnis. nihil excludat. Spec.testatur in ti.de Syndi.§.1.versic. quid si in aliquo instru. Et dictio vniuersalis non includit ea, quæ secundum veritatem & ex iuris interpretatione includi non possunt.l. qui habebat. in princ.ff.de leg.3.l.generali.§.vxori.ff.de vsufruc.leg.per quæ iura, ita determinat Rui.consi 61.col.2.lib.1. Natta.
b ¶Molestia.supr.lib.1.consi.52.

EPITOME.

VALET statutum quòd iuramentum præsumatur fraude dolo, vel metu extortum in contractu minoris prohibito.

## CONSILIVM CXCVI.

Perspectis narratis in themate & statutis ac instr͠i & his quæ copiosè & eleganter scripta, & allegata sunt per eximiũ doctoré dñm primũ consulenté.d. do.Gidonem de Vesputiis dudũ acutissimũ discipulũ, qui singula ad rem nostrã pertinentia seriatim percũctatus est, & cõfirmata fuerunt per clarissimũ dñm consulentem, ego in eandem sñiam concurro, ꝙ quo ad dictũ trafficũ fundici nullatenus teneatur.d.Iustus rõnæ tutelæ, nam cũ præsupponatur, ꝙ tpe assumptionis dictæ tutelæ, & venditionis dicti trafficí.d.
1 †Iustus erat minor & in patria ptãte cõstitutus, & ꝙ in assumptione tutelæ nullus interuenit consensus patris, d. Iusti non põt dici d.Iustũ ob id teneri actione tutelæ, vel pro tutelæ, aut negotiorũ gestorũ, iuxta ea quæ hñr in l. militiæ. cũ ibi no.C. qui dari tut.pos.& in l.1.C.de eo qui pro tut.neg. ges. iuncta l.fi.C.de legi.tutor.quia adultus nullo modo obligari potuit absq; authoritate curatoris ex forma statuti sub rubri.de prohibito contractu, vel obligatione pupilli vel adul.nec dicat, ꝙ illud statutũ debeat restringi ad adultũ hñtem curatorem, secus si careret curatore, sicut est de iure cõi.l. si curatoré hñs.
2 C.de in integ.rest.mi.quia rñdeo † ꝙ statutũ * gñaliter loquẽs
* debet gñaliter intelligi.l.1.§.gñaliter ff.de le. præst. & c.solitæ, de maio.& obe.& debet interpretari, vt addat iuri cõi, vt no Bar.& alii.in l.4.§.prætor.ff.de dam.infect. & in l.2.ff.de vsusca.& Ant.de But.in c.1.de rescr.c.cãm, de do. & cõtu. & do.Abb.in c.pastor.in prin.per illũ tex. de app. & Io.de Imo. in l.si vero.§.de viro.ff.sol.mat. saltẽ qñ ita generaliter intelligendo non resultat, qđ quis indebitè damnũ patiat. nec obst. id qđ no.in l.fi.§.in cõputatione.C.de iure deli. & in casu nostro intelligendo dictũ statutũ gñaliter non resultat, ꝙ quis indebitè damnũ patiatur, quia dabitur regressus cõtra iudicé, qui concessit licentiã administrandi adulto, ut tutori, vel contra alios idoneos contutores, iuxta l.1.in prin.cũ si.ff. de magistra.cõue.iunc.l.fi.C.arbit.tute.& l.1.§. nunc tractemus.ff. de tut.& ratio.distr.& cũ ut plurimũ contingat adultos carere curatorib.existimandũ est menté statuentiũ fuisse prouidere, potius his, quæ sæpe q̃ his quæ rarò accidunt.l. nam ad ea. ff.de legi. ¶Præterea concurrebat aliud impedimentũ surgens ex dispositione dicti statuti sub rubr.de obligatione filii fam. quo cautũ est, ꝙ obligatio facta per filiumfami. sine consensu patris sit ipso iure nulla regulariter. ¶Nec obs. ꝙ talis dispositio statuti debet intelligi, nisi filiusfam.contraheret, seu quasi contraheret cũ persona priuilegiata, puta cũ minore, vt in casu nostro, per l. verũ.§.fi.cũ l.seq.ff.de mino. quia ad hoc fuit rñsum opportunè per primũ dñm consulentem, & vltra rñsionẽ suã põt etiam rñderi, ꝙ ex verbis dicti statuti apparet, ꝙ filiusfamil.non possit obligari sine cõsensu patris, ẽt qñ se obligaret personæ priuilegiatæ, & cui aliàs concederet ex priuilegio restit.in integ.patet quia statutũ prædictũ voluit, ꝙ filiusfamiliàs non possit obligari, ẽt si cõtraheret cũ aliqua vniuer-
3 sitate, † vel republica, seu cõi Florentiæ, quæ tñ personæ vice minoris hñr & in integ.restituuntur.l.respublica. cũ ibi notatis per gl.& doc.C.quib.ex ca.ma.& l.rempublicã. C. de iure reipu.& saltẽ cũ respublica Florentina æquipolleat reipublicæ Romanorũ cũ superiorem non recognoscat ciuitas illa, per notata in l.apud hostes.ff.de capti.per Bart. & in l.relegati.ff. de pœn.& in l.1.§.de qua re.ff. de postul. & in l.3. in princ.ff. de min.cum suis multis concordantiis. ¶Non ob. ẽt si diceret ꝙ tpe quo dictus Iustus assumpsit tutelã, iurauit, & pp iurm̃ obligat, & pro maiori ac sui iuris hr̃, p ea quę hr̃ in auth.sacra.
4 C.si aduer.vend.& in c.cũ contingat.de iurei.quia † rñderi potest, qđ virtute statuti sub rubri. de ætate legitima, tale iurm̃,
* tanq̃ per fraudem * ac dolo & metu extortũ nullo mõ valet, & in hoc seruari dẽt statutũ, secundũ Bar.in l.oẽs populi.in 3.q. principali.ff.de iu sti.& iur.& Bald.in l. non dubium. in 1. oppo.C.de legi.& Bal.& Sali.in d.authen. sacramenta. & Pe. de Ancha.in repe.c. canonum statuta. in 11.q.principali, de consti.

a const. a & in consil.330.incip.Visa facti narratione & copiis
testamenti.& dominus Car.Flo.in d.c.cum contingat. & Pa.
de Cast.in l.si.ff.qui satis. cog.quia cessat causa peccati,ex quo
per statutum præsumitur dolus,vel metus, per id quod habe
tur in c.si vero.de iureiuran.in d.c.cum contingat.& istã opi.
tenet etiam Bal.in d.l. omnes populi. in 8. col. licèt per aliam
rationem.¶Nec ad hoc obstat,quod nonnulli tenentes, ꝙ sta-
tutum non possit disponere super iur̃o, dicunt quod si nõ po
test statutum per vnam viam.s.directò prohibere iur̃m, tanq̃
quid spirituale & spectans ad ecclesiam,non debet etiam pos-
se per indirectum id statuere præsumendo dolum, per id, qđ
5 habetur in regula,cum quid vna.lib.6.quia responderi† põt,
ꝙ lex vel statutum potest inducere præsumptionẽ doli in con
trahente.l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in frau. cre.l. non omnes.
§.à Barbaris.ff.de re militari.cum simi.vnde eo ipso quod prę
sumit dolum in actu, venit in consequentiam necessariam, ꝙ
iur̃m non obliget.c.quamuis.de pac.in d.c.cum contingat,&
cum veniat in consequentiam illius permissæ præsumptionis
doli potest procedere illud quod directò fieri non potest, vt
per consequentiam permittatur.l.1.in prin.& ibi no.per Dy.
& Bar.ff.de autho.tu.& istam opinionem etiam approbare vr̃
Bal.in d.c.cum contingat,in 4.col.& dicit Bar. in d.l.omnes
6 populi.vidisse iudicari.¶†Præterea attento ꝙ statutum inua-
lidet obligationem,factam à filiofam. sine consensu patris, vr̃
ꝙ tunc etiam si iuramentum interuenerit, non obliget in effe
ctu secundum ꝙ tenuit Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de sent.
§.vt autem. versicu.hoc autem notandum. post Nicolaum de
Matt.& Iaco. de Bel. quia tale iuramẽtum videtur esse contra
bonos mores,per ea quæ habentur in l.1.ff. ad Macedo.& in
sti.quod cum eo.§. pe.vbi dicitur ꝙ filijfam. onerati ære alie-
no sæpe insidiantur vitæ parentum,& ideo non videtur, ꝙ iu-
ramentum sit obligatorium, per id quod habetur in regula,
non est obligatorium.& ista fuit ratio Iacob. de Bel.qui hanc.
q.disputauit.& saltem poterit ille, qui propter tale iuramen-
tum conueniretur dicere,& opponere, non potes me conue-
nire,vel astringere,quia possum petere, quod relaxes iuramẽ-
tum,& ita peto,secundum quod tenuit Federi. de Senis con-
si.272.incip.Factum tale est statuto ciuitatis Perusinæ &c. &
in hoc latius non progredior,maximè quia magis communi-
ter,vbi talia statuta vigent,seruantur,vt doctores nostri dicũt
saltem in curia seculari. ¶Non obstat etiam præceptum gua-
rentigiæ prout in statuto continetur sub rubrica de præcepto
7 guarentigiæ,quia,vt inquit Bal.in l.si absentis, in vlt.col.C.si
cer.peta.†si non tenet principale, nec etiam præceptum gua-
rentigiæ,quod est accessorium.alleg.text. secundum eum sin-
gularem in l.1.ff.de constitu.pecu.Et ita etiam no.Bal. in l.ét.
col.1.C.de execu.rei iudi.& in l. si non sortem.§. indebitum.
ff.de condi. indeb. & quod not. Bald.in l.in contractibus,ad
principium.C. de non nu. pec. ¶Ex his ergo patet, ꝙ ratione
dictæ alienationis traffici non potest conueniri dictus iustus,
cum tunc esset minor & filiusfamiliàs.¶Non potest etiam cõ-
ueniri dictus Iustus occasione dicti traffici pro tempore se-
quuto post dictam venditionem traffici, quia aut ex post du-
rante pupillari ætate dicti Ioannis dictus Iustus erat minor,
vel saltem filiusfamiliàs,& tunc eadẽ ratione non potuit obli
gari aut ambo dicti defectus cessarunt, & tunc dico, ꝙ etiam
non tenetur, quia siue consideremus statutum sub rubrica de
exactione facienda contra tutorem, siue etiam consideremus
dispositionem iuris cõis,non tenetur, quia cum præsupponа-
tur,ꝙ dicta alienatio traffici tunc valuerit, vt affirmant præfa
ti domini consultores, qui in facto pleniorem hr̃e potuerunt
instructionem & videre contractũ alienationis, qui mihi nõ
est exhibitus, sequitur ꝙ cum trafficum exiuerit patrimoniũ
dicti pupilli,non erat amplius sub administratione bonorum
ipsius pupilli, & sic non tenetur Iustus reddere rationem ad-
ministrationis traffici, sed solum tractandum esset de pretio
percepto ex venditione traffici,quod dicitur solutum esse cõ-
tutoribus.s.domino Ioannotio & dominæ Coradinæ, & ideo
primò ipsi conueniendi essent,q̃ Iustus, iuxta l.fin.C.si tutor
non gesse.& l.tres tutores.cum ibi not.ff.de admin.tuto.& di
ctus Ioannes est hæres Coradinæ matris suæ, & sic ab ea, sibi
solutum esse videtur.l. Vranius.ff. de fideius.l. debitori.C. de
8 pac.& à Ioannotio etiam sibi satisfactum est,vt patet ex laudo
inter eos lato,& ideo dictum compromissum † & laudum fa

ctum, inter dictum Ioannotium, & Ioannem, quod dicitur
quædam transactio,nocet ipsi Ioanni etiam,quò ad dictum Iu
stum,qui pretium redactum ex dicta venditione non admini-
strauit,adeo ꝙ nihil a dicto Iusto petere potest, per not.in l.1.
C.de transac.¶ Quinimò etiam si dictus contractus venditio-
nis non valuisset,& Iustus postea quam esset effectus maior &
sui iuris se ingessisset administrationi, sicut alii tutores, non
posset conueniri pro partibus aliorum contutorum, sed repel
li posset exceptione cedendarum actionum, quæ deberent ei
cedi contra contutores & non possent.l.Stichum.§.penult.ff.
9 de solu.& plenè no.in l.1.C.de transac.cui beneficio † ceden
b darum [b] non intelligitur renunciatum per illam generalem
renuntiationem appositam in assumptione tutelæ, vt signan-
ter decidit Bal.in l.si diuisa.C. loca. neque etiam expressè po-
tuisset per Iustum renunciari, qui erat tunc minor filiusfami
10 lias,qui non poterat obligari,&†renuncians obligatur.l.Me
uia.§.fi.& ibi doc.ff.solu. ma.& in l.si vnus.§.pactus ne pete-
ret.ff.de pac.& no.Bar.in l.iubemus.C.ad Velleia. cum simil.
tanto magis,quia dicta renunciatio fuit facta beneficiis com-
petentibus,nõ autem dixit competituris,& constat, quod hu-
iusmodi beneficia tunc non competebant. ¶Posito autem qđ
contractus venditionis non valuisset, & quod dictus Iustus,
postquam effectus fuisset maior & sui iuris,administrasset,tã-
quam tutor,vel curator, an teneatur saltem pro sua rata admi
nistrationis, quamuis per laudum fuerit absolutus Ioanno-
tius propter illam generalem absolutionem & liberationem,
de qua in dicto laudo,pendet a notatis, per doc.in d.l.1.C. de
transact.& tactum fuit per primum dominum consulentem,
sed non puto necessarium super eo insistere attentis aliis fun-
damentis,de quib.s̃.& quod dictus Iustus dictum trafficum,
post venditionem non administrauit, tamquam tutor, vel cu-
rator per superius dicta.

ADDITIONES.

* Quod statutum.] Vide Bar.latè ad l.omnes populi.2.q.6. princ.ff. de iustit.& iure. Natta.

* Tanquam per fraudem.] Nota cautelam in contractibus minorũ, vt iuramentum non obstet, si statutum præsumat fraudem. Et hæc est communis opinio, vt Ias. testatur in authen. sacramenta. col.fi. C.si aduer.donat. Natta.

a ¶Consti.col.76.Ro.consi.12.Corn.121.lib.4. Dec.c. ecclesia.col.16. de consti.Ias.consi.133.nu.17.lib.4.Fran.Rip.de reuo.dona. respon. 15.col.6.Ale.infr.lib.7.consi.151.Pau.disputa.2.

b ¶Cedendarum.Rom.consi.472.Deci.consi.446. & bene. licet aliter dicat Soci.consi.200.lib.2.Matth.Affli.decis.Neap.182.

## EPITOME.

STANTE statuto quòd extantibus agnatis masculis vsque ad quartum gradum mater defunctæ personæ non succedat ab intestato, sed habeat tantũ tertiam portionis, quæ eidem ab intestato obueniret. Si quis decedat superstite matre, sex sororibus & agnato in tertio gradu, legitima matris non erit tertia totius, sed tertia septimæ partis hæreditatis.h.d.

## CONSILIVM CXCVII.

Perspectis verbis statuti sub rubrica de succe.ab in
testa. & narratis in themate, videretur
prima consideratione, dictam legitimam matri debitam esse
tertiam omnium bonorum filij,non autem tantũ tertia eius,
quod ipsi matri ab intestato de iure cõi deberetur.i. tertia se-
ptimæ partis attentis personis sex sororum, vtrinq; coniun-
ctarum ipsius personæ defunctæ,quia dictæ sorores ipsius Ioã
nis Francisci defuncti, ab intestato sunt exclusæ a successione
& hæreditate dicti earum fratris per existentiam Francisci fra
tris patruelis dicti Ioannis Francisci ex dispositione dicti sta-
1 tuti in princ.ergo perinde est ac si sola extaret mater, quia † in
proposito paria sunt aliquem non extare, & non succedere,l.
1.§.fi.cum l.seq.ff.de bo. pos.contra tab.l.pater filium.ff.de in-
off.test.l.si necẽ.§.si deportatus.ff. de bon. lib. & in §. sed nr̃a.
2 insti.de succes.lib.¶†Secundò, quia etiã in legitima & in suc-
cessione intestati habet locum ius accrescendi.§. cæterum.in
auth.vt cum de app.cogno.& l.siue.§.duobus.ff.de iure patr.
& l.communi liberto.ff.de bon.lib.& in auth.qui.mo.na.eff.
sui.§. si quis autem legitimos. cum seq.l. si proponas.§.fina.

& l. qui repudiantis. in princ. ff. de inoffic. teſtam. vbi in legitima hoc probat eſſe. & l. ſi ex pluribus, de ſuis & legi. l. 1. §. ſi Mæuia. ff. ad Tertul. cum ſimil. vbi hoc in ſucceſſione inteſtati probatur: ergo omnis portio, quam potuiſſent petere ſorores accreſcit matri ab inteſtato, & per conſequens ſi debetur matri tertia portio eius, quod ab inteſtato obueniret, ſequitur, quòd debetur tertia totius, quia totum ei, tanquam proximiori ab inteſtato deberetur excluſis ſororibus defuncti, vt l. fi. & in auth. defuncto. C. ad Tertul. & tam mater, quã ſorores de iure cõi ſunt perſonæ, quibus poteſt cõtingere deberi legitimam, ſecundum quod habetur in l. fratres, & l. fratris. C. de inoff. teſta. & in auth. de hære. & fal. §. 1. & l. nam & ſi parentibus. ff. e. ti. & per conſequens poteſt inter dictas partes tractari de iure accreſcendi, tam reſpectu legitimæ, quam
3 reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato. ¶ † Tertiò, quia qui non admittitur, nec admitti ſperatur, non facit partem. l. planè. §. ſi duob. & l. ſi duob. §. fi. ff. de leg. 1. & l. ſi poſt mortem. §. liberi. ff. de bo. poſſ. contra tab. & plenè no. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio eo. ti. Sed dictæ filiæ non admittuntur ad partem aliquam legitimæ, vel ſucceſſionis ab inteſtato, nec admitti ſperantur, quia excluduntur à ſtatuto per exiſtentiã dicti Franciſci agnati, ergo non faciunt partem matri defuncti, quæ per cõſequẽs debet admitti ad integram legitimam, ideſt tertiam totius.
4 ¶ † Quartò pro hoc facit id quod diſputando tenuit Iac. But. in ſua diſputatione, in qua determinat, ꝙ ſi filius inſtituit matrem in re certa non æquiualente ad ſuam legitimam, & duos fratres ſuos, vel ſorores præteriit, & extraneum non turpem perſonam inſtituit, & mater petatur ſupplementum legitimę debeat eius legitima eſſe tertia totius, non autem tertia tertiæ poſtquam ex diſpoſitione teſtatoris erant excluſi dicti duo fratres, qui teſtm̃ querelare non poterant, d. l. fratres. & l. fratris præalle. vnde portio dictorum fratrum qui excluſi erant accreſcit matri in legitima, ſeu petitione ſupplementi legitimæ, ſicut fit in querela per id quod habetur in d. l. qui repudiantis. cum ſi. ¶ † Idem etiam voluit Old. in conſi. 123. inci. Qui-
5 dam Pontius &c. vbi dicit non obſtare ſi allegaretur, ꝙ legitima eſt quarta, ſeu tertia eius, quod quis habiturus eſſet ab inteſtato. l. Pap. §. qm̃ autem quarta. ff. de inoff. teſta. & l. parentibus. C. eo. titu. quia reſpondet hoc eſſe verum, etiam in caſu iſto terminis exiſtentibus paribus. Vnde ſicut in ſucceſſione ab inteſtato, ſi dicti fratres aliqua ratione eſſent ex diſpoſitione legis excluſi, mater habuiſſet integram tertiam totius: ita debet habere in caſu prædicto, quando fratres ſunt excluſi à teſtatore condito teſtamento, quod habet uim legis. §. diſponat. in auth. de nup. & non dicitur mater habere, niſi tertiam eius, quod habitura eſſet ab inteſtato fratribus teſtatoris ſic excluſis, prout in caſu prædicto erant excluſi. & ita etiam tenuit Bal. in l. vnica. §. in primo. C. de cad. tol. vbi etiam refert ita tenuiſſe Cyn. in d. l. pater filium. in additionib. & Bald. in auth. nouiſſima. C. de inoff. teſt. in 8. q. & Bal. in reper. d. l. pater filium. in 12. col. vbi reſpondet ad ea, quæ in contrarium allegabantur per Bar. ibi in repetitione. in 2. q. & ita etiam tenet Sali. in d. auth. nouiſſima, in 9. q. & bene faciunt, quæ in ſimili traduntur per Ang. in conſi. 176. incip. Statuto ciuitatis Cortonij. ¶ Quintò, quia ſtatutum ſolum ad dictam legitimam vocat matrem, ergo non debent cum ea concurrere ſorores, de quibus, quo ad dictam legitimam nulla eſt facta mentio in ſtatuto. l. illam. & quod ibi no. Bal. circa princi. & alii poſt
6 eum. C. de colla. ¶ † Tamen præmiſſis non obſt. contrariã ſententiam veriorem ſentio. ſ. ꝙ matri debeatur tantũ tertia eius, quod ipſi matri ab inteſtato de iure communi deberetur, & ſic tertia ſeptimæ partis. & primò, quia mater cum ſex ſororibus vtrinque coniunctis perſonæ defunctæ ſucceſſura fuiſſet de iure communi ab inteſtato pro virili portione, & ſic in ſeptima parte, vt in d. auth. defuncto. C. ad Tertu. cum ergo ſtatutum ſub dicta rubrica. de ſucceſ. ab inteſta. deferat in caſu propoſito matri debitum bonorum ſubſidium, quod quidẽ per ſtatuentes ibi declaratur eſſe tertiam partem portionis, quæ eidem ab inteſtato obueniret, ſequitur ꝙ eſt tertia ſeptimæ partis, quia ſeptima pars ſibi obuenire deberet ab inteſtato, & neceſſe eſt intelligere ſtatutum de portione, quæ erat eidem matri ab inteſtato obuentura, ſcilicet inſpecta diſpoſitione iuris communis, quia inſpecta diſpoſitione dicti ſtatuti & non iuris communis matri non erat obuentura aliqua portio ſucceſſionis ab inteſtato, de quo habere, & deducere poſſet mater tertiam, id eſt legitimam, qm̃ ſtatutum excludit matrem ab omni ſucceſſione, & portione in bonis & hæreditate filii præter quam à dicta legitima, vnde cum verba ſtatuti nõ conueniant, niſi tertiæ parti portionis, quæ obuentura eſſet matri de iure communi, debet neceſſario de illa intelligi diſpoſitio dicti ſtatuti, & non de alia. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. l. ita autem. in prin ff. de admi. tu. c. indemnitatibus. §. pe de elec. in 6. voluerunt enim ſtatuentes ſolum matri ſaluam eſſe illam legitimam, quæ ſibi erat debita de iure communi, vt oſtendunt manifeſtè verba prædicta ſic neceſſario interpretanda & intelligenda, vt dixi. ſed de iure communi mater nõ erat habitura pro legitima, niſi tertiã ſeptimæ partis propter dictas ſorores, quæ à iure cõi non erant excluſæ à ſucceſſione inteſtati. & licèt ſorores à ſtatuto ſint excluſæ a ſucceſſione, hoc non habet obſtare, quia etiam mater eſt excluſa ab hæreditate, & ſucceſſione inteſtati, & viſum eſt ſtatuẽtibus ſatis eſſe reſeruare matri illam legitimam, quam ſibi ius cõe deferebat, & non habuerunt reſpectum ſtatuentes ad tertiam portionis, quæ eis ab inteſtato obueniret de iure municipali, quia vt dixi de iure municipali nulla erat etiam matri obuentura, portio ex qua veniret detrahenda & præſtanda ipſi matri tertia, cum ſtatutum prorſus excludat matrem a ſucceſſione, & ſolum ſibi reſeruet dictam tertiam ꝓ legitima, ſeu debito bonorum ſubſidio, & ideo ſtatutum non dixit tertiam omnium bonorum, ſed dixit tertiam portionis, quæ eidem ab inteſtato
7 obueniret. ¶ † Comprobatur, quia vnum verbum, quando eſt ambiguè poſitum in aliqua diſpoſitione interpretatur & declaratur ſecundũ, quod tale verbum reperitur clarius poſitũ in alia parte eiuſdem diſpoſitionis. l. qui filiabus, in prin. & ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. & l. vtrum. ff. de peti. hære. ſed in dicto ſtatuto in ver. deſcendentes autem maſculi ex fœminis &c. ſtatutum loquens de legitima deducenda, & præſtanda maſculis natis ex fœminis deſcendentibus ab illo de cuius hæreditate agitur, clarè dicit illam eſſe deducendam ex legitima portione, quæ eis deberetur, ſeu deberi poſſet de iure cõi, ergo ita debet intelligi ſtatutum prædictũ in prima parte, dum loquitur de tertia parte portionis, quæ matri ab inteſtato obueniret, nã debet intelligi de portione, quæ matri ab inteſtato obueniret. ſ. ſecundum diſpoſitionem iuris cõis.
8 ¶ † Confirmatur hæc concluſio, quia ſtatutum interpretandũ eſt, vt quantominus fieri poteſt lædat ius cõe. l. 2. C. de noxa. cum dilectus. de conſue. Sed ſi nos accipimus legitimam matris eſſe tertiam totius extantibus dictis ſex ſororibus perſonę defunctæ magis læditur ius cõe, quam ſi accipiamus legitimã matris eſſe tertiam ſeptimæ partis, per id quod habetur in d. l. Papi. §. qm̃ autem quarta. & d. l. parentib. de inoffi. teſt. iuncta
9 d. auth. defuncto. ¶ † Fortificatur, quia ſtatuentes excludendo dictas ſorores videntur moti ad excludendũ eas fauore agnati exiſtentis vſque ad quartum gradum, qui de iure communi potuiſſet excludi a ſororibus, vnde illud quod aufertur di-
a ctis ſororib. ab inteſtato, debet cedere [a] ad commodum dicti agnati, cuius fauore ſorores excluduntur, nõ autem debet cedere ad commodum matris, quam ſtatutum etiam excludit à ſucceſſione inteſtati ſibi competente de iure cõi, & ſolũ ſibi dictam legitimam reſeruat. l. 2. §. ſi duo fratres. & quod ibi not. Bar. ff. de coll. bo. l. ſi legatarius. C. de leg. l. reſcriptũ. §. admittere. ff. de his qui. vt ind. & l. ſi vnquam. C. de reuo. don. l. 1. & 2. C. de inoff. do. Sed ſi intelligeretur, quod dicta legitima matris eſſet tertia totius, ſequeretur quod excluſio ſororum cederet ad augendam legitimam matris, quam ſtatuentes odio proſequuti ſunt excludendo eam a ſucceſſione ſibi debita de iu-
10 re cõi, & fauendo agnatis maſculis. & præſumuntur † ſtatuentes moti ea rõne, quia per tales maſculos conſeruantur agnationes, & familiæ circa quod verſatur publica vtilitas. l. 1. §. ſed ſi ſeruus. ff. de uen. inſp. & ita not. Cyn. in l. 1. C. de adul. & Io. An. in add. Spe. in rub. de ſucce. ab inteſt. & Bal. in l. ſcimus in fin. prin. C. de inoff. teſt. & in l. maximum vitium. C. de lib. præte. cum ſi. iſta ergo ratio fauoris concernit tantum agnatos illos maſculos, non aũt matrem defunctæ perſonæ, merito non debet ad eam extendi. l. inter ſtipulantem. §. ſacrã. verſ. ſed hæc diſſimilia. ff. de uer. obl. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. & ad prædicta bene faciũt, quæ cõcludit Pau. de Ca. li. 1. conſi. 52. inci. Super primo puncto quanta ſit, &c. & in d. l.

11 in d.l.plane.§.si duob. ¶†Accedit etiã,quia statuto prędicto cautum est ꝙ etiam sorores non dotatæ de bonis paternis, & deficientibus alijs bonis possint petere dotem in bonis fratris vtrinque coniuncti, & illud onus dotandi transiuit etiam de iure in hæredes dicti fratris.l. si quis a liberis. §. item rescriptum.de li.agn.no.Dy.in l.in insulam. §.1.ff.sol. mat.no.Bartol.in l.si marito.§.si voluntate eod.tit.& in l.iure. §. si debitori.ff.quib.mod.pig.vel hyp.solu.& in l. post dotem. in 2. q.ff.sol.mat.& Bal.in l.fi.C. de dot.promis.& sic possunt sorores in bonis fratrum aliquid consequi. & ideo videtur, ꝙ intentio statuti fuerit ꝙ dictæ sorores faciant partem, sicut
12 dicimus ꝙ † quando filia aliquid acceptura est ex bonis patris, licet illud sit minus quam legitima, tamen in legitima filia ipsa facit partem alijs filijs masculis perinde, ac si totam suam partem legitimæ accepisset, secundum Bal. & Ioan.de Imo.in l.huiusmodi.§.si Titio.per illum tex.ff.de legat.1. & no.Bal. in l.duobus.eo.tit.& consuluit Bald. in consi. incip. Statuto cauetur ꝙ filiæ teneantur seruare testamentum patris&c.& Bal.in d.l.vnica.§.in primo.C.de cadu.tol.& ponit Bal in d.auth.nouissima.in vlti.q.licet ibi se non firmet. facit quod no.Bar.in l. 1.§.filium.in 4.q.de bo.posses.contra tab.& tenet etiam hoc Lud. Rom.in l.vnica. C. quando non peten.par.tamen magis me mouent alia superiora, quàm hęc ratio vltimo loco adducta, ideo illis magis adhæreo. ¶Et per prædicta rectè intuenti patet responsio ad allegata in contrarium, ad quæ etiam specialius responderi potest. Et primo non obstat primum argumentum dum dicebatur, ꝙ dictæ sorores sunt exclusæ a successione, & per consequens debet ha-
13 beri acsi non extarent, quia † respondeo ꝙ quò ad successionem regulandam merè secundum dispositionem statutorum debet haberi prædictæ sorores acsi non extarent, sed in discutiendo quanta sit legitima matris, statutum voluit dari matri tertiam illius portionis quæ ei ab intestato obueniret, de iure communi, vt colligitur necessario ex verbis dicti statuti, prout supra deduxi. vnde cum statutum quantum ad hoc habeat respectum ad ius commune, constat ꝙ de iure communi sorores non habentur pro mortuis, etiam extante matre, vt in dicta auth.defuncto. ¶Secundo respondeo, quod habentur sorores pro non extantibus inspecta dispositione statuti. scilicet quo ad agnatum masculum, cuius contemplatione & fauore sunt exclusæ, & ideo talis exclusio debet cedere ad cõmodum agnatorum masculorum, non autem matris, cui statuentes noluerunt prodesse, imò eam voluerunt excludere à successione intestati, ad quam vocabatur de iure communi, ita probatur in d.l 2.§.si duo fratres, & ꝙ ibi no.Bartol.ff.de colla.bo.cum alijs supra alleg. posset etiam alia responsio colligi ex his quæ dixi in vltimo argumento vltimæ partis, tñ su-
14 periores responsiones sunt magis tutæ. ¶†Et per istas responsiones sunt sublata alia argumenta dum dicebatur, quod in legitima & in successione intestati est locus iuri accrescendi, ergo portio filiarum accrescere debet matri. nam respondetur, ꝙ posito quod in legitima sit locus iuri accrescendi, in quo tamen doct. satis variarunt in d.l.planè.§.si duobus. & in d.l.pater filium, & in d.auth.nouissima, cum suis concor. Attamen posito ꝙ verum esset, illud non habet in proposito obstare, quia in casu in quo loquuntur, cessabat ratio, quæ militat in casu nostro scilicet ꝙ sorores essent exclusæ contemplatione alterius personæ quam illius quę allegat sibi ad augmentum suæ legitimæ accreuisse portionem illarum sororũ. nam iñ casu nostro statutum excludit sorores contemplatione agnati masculi propter agnationem conseruandam, non contemplatione matris, quæ prætendit ius accrescendi, ad augmentum suæ legitimæ, vnde hoc émolumentum à quo exclusæ sunt sorores, cedere debet ad commodum agnati, cuius contemplatione sunt exclusæ dictæ sorores d.§ si duo fratres & dictum est supra. ¶Præterea nos sumus in dispositione statuti quod circa ipsam cassationem legitimæ debitæ matri, se refert ad tertiam illius portionis, quæ eidem ab intestato obueniret s.de iure communi, vt ostendunt verba dicti statuti, secundum verum sensum, vt supra dixi, & inspecto iure communi est tertia septimæ non autem totius, vt est dictum, sed allegata in contrarium non loquuntur, quando essemus in dispositione statuti ita prouidentis, sed loquuntur in casu, in quo licet in legitima haberet locum ius accrescendi, non of-

15 fendebantur verba alicuius statuti. ¶†Et per hæc est responsum ad tertium, quartum, & quintum argumentum, quia licet dictæ sorores non admittãtur ad partem, nec admitti sperentur, tamen satis est ꝙ inspecto iure communi ad quod habuerunt respectum statuentes, dictę sororos fuissent successuræ. ¶Et quamuis ex forma statuti auferatur sororibus emolumentum, non debet illud matri applicari, sed agnato masculo cuius contemplatione sorores excluduntur, vt iam dixi. ¶Et sic dato ꝙ vera esset opini.Iac. But. in disput. præall.cui tamen contradicit Bar. in d.l.pater filium, in repetitione. & Bal.Ang.Io.de Imo & Pau.de Cast.in d.l. planè.§.si duobus attamen non habet obstare propter diuersitatem casuum, vt patet ex rationibus supra proximè dictis. ¶ Per quas etiam patet non obstare id quod habetur in d.l.illam, cum ibi not. per Bald. & alios, quia in transactione dictæ legitimæ, cùm statutum habeat respectum ad successionem, quæ fieret de iure communi, vt sæpe dictum est, satis apparet ꝙ habuit in cõsequentiam respectum ad personas, quæ in successione iuris communis concurrerent cum matre, quo ad intelligendum quanta sit dicta legitima reseruata matri, & dato ꝙ statutum illam successionem iure communi delatam sororibus auferat eiusdem contemplatione & fauore agnati masculi causa, conseruandæ agnationis, hoc cedere debet ad commodum dicti agnati, non autem matris, vt superius opportune deductum esse arbitror. Alexand.

---

## ADDITIO.

2 ¶Cedere.Ro.sing.692.Deci.l.illam.col.2.C.de colla.

## EPITOME.

TESTATOR habens tres filios legitimos, videlicet Antonium, Bernardinum.& Brandilixium, legauit Francisco nepoti suo ex alio filio naturali quingẽtas libras. In quibus dictum Franciscum hæredem instituit, eiq; Antonium & Bernardinum, pro duabus quartis, & Brandilixium pro vna quarta, & Iacobam matrem Francisci pro alia quarta substituit. Accidit omnes substitutos. excepto Bernardino, decedere ante Franciscum. Respon. Alexan. ꝙ decedente Francisco, totum accrescit Bernardino. eique totæ quingentæ libræ debentur. Et hæc de primo dubio. Quantum ad secundum dictus Brãdilixius reliquerat filium sui nominis infantem, & duas filias Iuliam & Polisenam hæredes. postea dictus infans decessit, de cuius successione lis est inter dictum Bernardinum patruum, & dictas sorores defuncti, cum quibus ex statuto Bononiæ debet patruus æqualiter succedere, nisi in bonis, defuncto obuentis a matre, vel a coniuncta persona per matrem defuncti, in quibus seruetur ius commune. Respon. Alexan. quod patruus debet concurrere cum sororibus in omnibus bonis paternis defuncti, etiam si in illis inueniantur bona auiæ paternę defuncti, quia non obuenerunt defuncto per matrem, sed per patrem defuncti. Et sic totũ istud consilium est de ĩdubitabili, & tot verba effundare superuacaneũ fuit.

## SVMMARIVM.

2 *Substitutus non transmittit, sed accrescit coniuncto verbis tantum.*
3 *Relatio filiorum vel hęredum fit ad personam testatoris in dubio.*
4 *Matris appellatione venit auia.*
5 *Filij etiam infantes non aditam hæreditatem transmittunt.*
7 *Hereditatis aditione confunduntur bona cum patrimonio hæredis. num.8.9.*
13 *Patris vel filij appellatione non venit auus vel nepos propriè.*

## CONSILIVM CXCVIII.

Perspectis his quæ in themate narrantur circa primum dubium, quo quæritur, quis admittatur ad substitutionem factam dicto Francisco nepoti, dicti

dicti testatoris nato ex quodam filio naturali dicti testatoris in dictis libris quingentis, in quib fuit institutus dictus Franciscus.
1 ¶ † Præsuppono primò, quod dictus testator potuit dicto suo nepoti relinquere vsque ad duodecimam partem bonorum suorum, attento quod idem testator legitimam prolem habebat. ita probatur in l. fi. C. de natur. libe. iuncta. l. 2. eo. titu. illud verò quòd vltra duodecimam partem sibi relictum reperiretur applicari debet legitimis liberis testatoris, sicut traditur in d. l. 2. Quantum verò ad dictam duodecimam partẽ, vsque ad quam cum effectu potuit sibi relinqui, dico ex substitutione vocari dictum Bernardinum tantum, quia reliqui, substituti, scilicet Brandilixius filius testatoris, & Antonius frater eiusdem Brandilixij & Iacoba mater dicti Francisci, decesserunt ante mortem dicti Francisci, & ante vllam repudiationem factam per dictum Franciscum de dicto relicto,
2 & constat† quod ius substitutionis qualiscunque sit ipsa substitutio, non transit ad hæredem ipsius substituti decedentis ante euentũ conditionis ipsius substitutionis. l. qui liberis. §. hæc verba. l. sed si plures in prin. l. qui plures hæredes. l. Lucius, §. fi. ff. de vulg. & pup. l. quoties. ff. de acqui. hære. l. si ex pluribus. ff. de suis & legi. l. hæredes mei, §. cum ita. ff. ad Treb. & no. in l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. vnde solus ille, qui ex substitutis superest totum [a] sibi vendicat, vt in dictis iuri-
a bus habetur. & hoc procedit si in dicta substitutione nõ fuerunt expressè substituti filij dicti Brandilixij. & ita se habet copia testamenti in themate registrata, cuius verba hæc sunt, videlicet, & in dictis quingentis substituit ipsi Francisco eius nepoti Antonium, & Bernardinum, pro duabus quartis, & Brandilixium eius filios pro vna quarta parte, & dominam Iacobam matrem dicti Francisci nepotis ipsius testatoris pro alia quarta, nõ enim dixit testator quod substitueret Brandilixiũ & filios Brandilixij, sed quod substitueret Antonium, Bernardinum & Brandilixium eius filios. s. testatoris, & ita putandum est quod in originalibus scriptum reperiatur, quia qua ratione voluisset substituere filios Brandilixij vna cum Brandilixio, eadem ratione verisimiliter debuisset substituere filios Antonii & Bernardini, cum eos Antonium, Bernardinum, & Brandilixium æquis portionibus in eadem oratione vocauerit, in substitutione pdicta. arg. l. iam hoc iure, & l. Lucius, in princ. ff. de vulg. & pupil. Si enim testator voluisset per illam dictionem filios substituere etiam filios Brandilixij adiecisset copulam dicendo & eius filios de cuius copulæ natura est augere,
3 secus vbi deest copula. l. ea tamen adiectio, de le. 3. ¶ † Confirmo, quia illa verba. s. eius filios substituit &c. prolata in tertia
b persona. potius debent intelligi de persona testatoris, [b] & sic eius. s. testatoris filios quam de persona heredis, i. eius scilicet Brandilixii, vt l. ex facto, in princ. cum glo. in verb. suam, & ibi ad hoc illam ponderant Bar. & alii post eum. ff. ad Trebe. & not. etiam Bar. in l. cum testamento. ff. de aur. & ar. leg. tamen præcedens ratio tutior est, & verba ex se clara sunt. Si autem substituisset testator nedum Brandilixium filium suum, sed etiam filios Brandilixii, & sic verba testamenti dicerent & Brandilixium & eius filios pro vna quarta parte, tunc nõ dicerem Bernardinum in totum admitti, sed filii Brandilixii, haberent primò vnam quartam partem, in qua fuerunt substituti coniuncti re & verbis cum Brandilixio patre suo. & si-
c militer de partibus dicti Antonii [c] & dictæ Iacobæ haberent tantum quantum Bernardinus. per l. re coniuncti, cum sua materia, ff. de leg. 3. super quo vltimo non insisto vlterius, qa (vt dixi) ex verbis testamenti appositis in themate clare apparet filios Brandilixii non fuisse substitutos. ¶ Circa secundum dubium, quo quæritur, vtrum in bonis peruentis ad Brandilixium a matre ipsius Brandilixii præferantur Iulia & Polisena filiæ eiusdem Brandilixii, an vero æqualiter succedant ipsæ & dictus Bernardinus earum patruus? Dubium faciunt statuta prædicta, maximè statutum sub rubrica de success. ab intest. ascendentium & collateralium, in versi. agnati, namque masculi. ibi, dum dicit. nisi in bonis, vt supra ad dfunctam psonam à matre, vel a persona coniuncta per matrem dictarũ sororum & filiarum, in quibus ius commune seruetur. & cõstat quod in hæreditate fratrum dictarum pnellarum de iure cõmuni præferuntur ipsę sorores patruo, vt in authẽ. cessante & in auth. post fratres. C. de legi. hær. & l. 1. & 2. cod. titu. & dato quod dicta bona non peruenerint ad fratres dictarum puel-
4 larum à matre, tamen peruenerunt ab auia, & † appellatione matris videtur quod comprehendatur auia. l. iusta. ff. de verbo. signi. & quod no. glo. in l. nonnunquam iuncto tex. ff. de coll. bo. saltem cum dictus versiculus statuti, non loquatur in casu odioso, sed potius fauorabili & consono iuri communi Bene faciunt no. per Bar. in l. liberorum. in fi. ff. de verbo. signifi. & in auth. ex testamento. C. de secun. nup. & Io. An. in addi. Specul. in tit. de succes. ab intesta. in rubr. in 1. colum. in vers. est sciendum. & Bald. in l. scimus, in fi. prin. in 7. q. C. de inof. testa. & in l. 2. C. de bon. mater. ¶ Vnde dicit Bald. in l. illam. in princip. C. de collatio. quod statutum excludens matrem videtur excludere auiam, quia fortior est ratio excludendi matrẽ quam auiam. allegat not. per Cyn. in l. 1. C. quæ sit long. consue. ¶ Et similiter Bald. in l. quod vero. ff. de legi. quærit, an si statutum dicit quod frater defunctæ personæ excludat matrem, excludat auiam? & dicit quod Richar. Malum. & Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. tenuerunt quod sic, quia duo videntur esse præcepta statuti. vnum quod frater succedat, aliud quod mater nõ succedat. vnde cum per primũ pręceptum fiat inclusio vnius scilicet fratris, intelligitur facta exclusio generalis aliorum. l. quod in rerum. §. si quis de leg. 1. & sic sequitur quod auia excluditur. dicit tamen quod Iaco. But. tenuit contrarium, quia tale statutum est contra rationem. Item quia casus de auia est omissus, ergo statur iuri communi. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matr. l. si extraneus. ff. de cond. ob cau. & sic erit melioris conditionis auia, quam mater, nec mirum secundum Bal. quia si mater esset exhæredata auia non esset præterita, admitteretur auia, & mater remaneret exclusa. l. pater filium. & l. si is. ff. de inoffi. test. & sic sentit quod vbi statutum non esset contra rationem, appellatione matris comprehenderetur auia, sed in casu statuti nostri non est contra rationem, imo est secundum rationem quod sorores quæ sunt in priori gradu præferantur patruo, qui est in vlteriori gradu, vt etiam ius commune dictat, prout dictam est supra. ¶ Pro hoc adduco. l. Nesennius. ff. de negot. gest. vbi illud quod est statutum in matre trahitur ad auiam. vnde dicit ibi Bald. quod ille tex. facit ad statutum disponens quod mater non succedat extantibus fratribus, quia habebit locum etiam in auia, & dicit Bal. ibi quod nulla alia lex est quæ ad hoc melius faciat quam illa. ¶ Ad idem quod no. Cy. in l. lege Iulia. §. hoc capite. & ff. de ritu nup. in addi. per illũ tex. & ibi etiam Bal. in lectu. antiqua, vbi dicunt quod in odiosis & pœnalibus procedit quod appellatione patris, & matris non contineatur auus & auia, vt ibi, & l. pater. cum l. sequen. ff. de adulte. & sic sentiunt aliud esse, quando non sumus in pœnalibus vel odiosis. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariã sententiam puto de iure veriorem, s. quod in dictis bonis ad Brãdilixium peruentis à matre seruari debeat dispositio statuti, sub rub. de succes. ab intesta. ascendentium & collateralium. in ver. agnati &c. vbi cautum est quod agnati masculi transuersales, seu alter ex illis vsque ad quartum gradum inclusiuè gradum numerando secundum ius ciuile præferantur omnibus fœminis transuersalibus agnatis etiam infra dictum gradum existentibus præter quam sororibus personæ defunctæ vtrinque coniunctis vel ex parte tantum, vel filiabus fratrum masculorum personæ defunctæ similiter coniunctorum, saluis dispositis in eodẽ statuto, & saluo si ipse vel aliqua earũ concurrerent cũ patruo seu patruis defunctæ psonæ, quo casu, cum eo seu eis pariter admittantur, vnde in proposito, præ-
5 supposito quod † veritas est quod agitur nunc de hæreditate filiorũ masculorum dicti Brandilixii, quibus solis masculis, ex forma statutorum delata fuit hæreditas patris, & qui filii masculi hæreditatem dicti sui patris agnitam uel etiam non agnitã transmittunt ad hæredes suos. l. apud hostes. C. de suis & legi. l. 3. C. de iure deli. l. ex militari. §. fi. cum l. seq. ff. de test. mil. in l. lib. homo. §. fi. ff. de stip. ser. & l. ventre. uer. sed si uacuo & ibi plene no. de acqui. hær. & l. 1. §. ibidem. & ibi Bar. ff. de colla. bon. & no. in l. si infanti. maximè per doc. C. de iur. deli. secundum opiniones magis communes approbatas in iudiciis & scholis & quamuis Bal. post glo. in d. l. si infanti, tenuerit quod infans non transmittat hæreditatem patris nõ agnitam, sed maior infante sic. tamen alii magis communiter tenent contrarium. & ista uidetur ueritas per l. Lucius. ff. de iure fisci. & per l. 2. §. si quis ex liberis. ff. ad Tertul. secundum uerum intellectum traditum ibi per Barto. post glo. & quia potius

potius maior est ratio in infante q transmittat hæreditatem, non aditam, quam in eo qui est in maiori ætate, ergo sibi magis debet succurri vt transmittat. l. ventre, cum ibi no supra, alleg. ¶Hoc etiam probatur per l. si filius qui patri. ff. de vul. & pupil. inducendo vt per Bar. in d. l. si infanti. ¶Nec est dicendum quod tex. in d. l. si infanti, corrigat dicta iura, quia dispositio illius legis emanauit ad fauendum infanti, vt ibi patet. Præterea ille tex. non loquitur in hæreditate paterna sed materna vel alterius quam patris, prout patet ex principio illius ita etiam ibi innuit tex. in ver. parente, ibi, dum dicit, siue viuo parente &c. ¶Posset etiam aliter responderi ad illam. l. per id quod ibi dicit tex. in verb. deuoluta, inducendo vt ibi per Bar. & ideo ipsemet Bal. postea in l. apud hostes, seipsum correxit & tenuit communem opinionem. vnde sententiam Bal. in d. l. si infanti. reprehēdit Rap. Fulg. ibi, & Io. de Imo. in d. l. ventre. & licet Sali. in d. l. apud hostes, conetur sustinere, q nedum infans, sed nec etiam maior infante transmittat hæreditatem patris non agnitam, tamen illam opinionem quę est contra communem sententiam, non bene probat, nec bene respondet ad iura supra alleg. ¶Et anno præterito legendo. d. l. si infanti, tenui dictam communem opinionem, & ibi etiam in scriptis respondi ad allegata per Sali. & alios in contrariū, quod hic non puto expedire referre, & eo magis, si recte memorsum per statuta ciuitatis Bononiæ prouisum est, hæreditatem quamlibet non aditam transmitti, in dicta ergo hæreditate transmissā in qua in effectu reperiuntur dicta bona ad primum Brandilixium peruenta a matre concurrunt dictę sorores dicti vltimi Brandilixij infantis cum dicto Bernardino patruo, cum quo debent pariter admitti, & sic per dictum statutum est fundata intentio dicti Bernardini. ¶Solum est vidēdum an illa clausula & exceptio posita post versiculum statuti, in qua dicitur, nisi in bonis, vt supra ad defunctam personam peruentis a matre vel coniuncta persona per matrem dictarum sororum vel filiarum, in quibus ius commune seruetur &c. iunctis supra, in contrarium adductis habeat obstare. & dico q non, quia certum est q dicta bona non peruenerunt ad dictos filios masculos Brandilixij a matre dictarum sororum. f. Iuliæ & Polisenæ nec a persona coniuncta per matrem dictarum sororum, quia ista bona obuenerunt dictis filijs masculis infantibus à patre eorum, scilicet a dicto Brandilixio, qui non dicebatur coniungi dictis suis filiis, per matrē
7 dictarum filiarum, quia † pater est agnatus immediatus dictarum filiarum. l. filius. ff. de suis & legi. l. j. §. primo gradu. ff. de gra. & si aliter intelligeremus, sequeretur q nedum bona materna, sed etiam q omnia & quæcunque bona paterna, quæ obuenissent filio, si filius postea decederet superstite sorore & patruo, deberent obuenire sorori in totum excluso patruo, quasi dicerentur obuenisse filio defuncto a persona, q diceretur coniuncta ipsi sorori per matrem dictæ sororis, ꝓpter coniunctionem matrimonij, qua mediante subsequuta est procreatio & coniunctio inter patrem & filios. cuius contrarium apertè voluit statutum, quod intellexit facere differētiam inter bona paterna, seu obuenientia à linea paterna, & bona prouenietia a matre, vel a coniuncto per lineam maternam. hoc etiam patet, quia si dictę sorores dicerentur coniungi patri suo per fœminam, sequeretur q dicerentur cognatæ ipsi patri, non autem agnatæ, quod est falsum. d. l. filius. agnati enim sunt qui per personam virilis sexus coniunguntur cognati verò dicerentur, qui per personas fœminini sexus coniunguntur. insti. de legi. agn. tute. circa princi. & l. 2. §. 1. ff. de suis & legi. ¶Non obstant, si dicitur quod dato, q ista bona non peruenerint à matre dictarum puellarum, tamen peruenerint ad filios masculos dicti Brandilixij ab auia paterna di
8 ctarum puellarum, quæ venit appellatione matris, quia respondeo † quod dicta bona obuenisse dicuntur filiis masculis dicti Brandilixi, a patre. i. a d. Brandilixio non ab auia paterna, cuius fuerat hæres dictus Brādilixius maior & per aditionem hæreditatis maternæ facta à Brandilixio maiore de sierunt illa bona dici amplius materna vel auiæ paternæ, sed effecta sunt bona propria patris dictarum puellarum. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. & pup. l. 1. §. veteres. cum gloss. ff. de acqui. poss. & no. in l. hæres per seruum. ff. de acqui. hære. & in l. per hæreditariam. ff. de acqui. rer. do. & expressè Bart. in l. fi. ff. ad Tertul. ¶†Hoc deciditur esse clarum ex his, quæ tradit Old. in l. pactum quod dotali. C. de colla. vbi quærit, pone filia renunciauit bonis maternis, quæ postea peruenerunt ad fratrem suum, qui postea decessit intestatus, quæritur an dicta filia, quæ renunciauerat bonis maternis excludatur a succedendo fratri in dictis bonis quæ fuerunt quondā dictæ matris stante dicta renunciatione, & decidit q non, allegat bonum tex. in l. si filius qui. in prin. ff. de bo. li. quia venit ista mulier ad hæc bona, non vt materna, sed vt fraterna. pro hoc etiam dicit facere l. fin. in fin. C. de inoffi. test. & l. si mihi & tibi in princ. ff. de leg. 1. & l. si duo. ff. de col. ita etiam expressè consuluit Ang. in consi. 51. in ordine meo, inci. Dominus Gilius & domina Bonefelicia fuerunt consortes, &c. vel dicit q renunciatio facta de bonis maternis per filiam nō excludit eam a successione fratris, etiam quo ad bona materna, quæ interuenerunt fratri ex eo quia incontinenti per aditionem fratris desierunt esse bona materna. allegat d. l. sed si plures, §. filio. & d. l. fi. C. de inoffi. test. ¶Pro hoc videtur tex. in c. 1. de filiis natis ex matrimo. ad morg. contra. pro hoc ēt est decisio Bal. in l. 1. in 50. q. ff. de rer. diui. vbi quęrit, an filia quæ renuntiauit bonis paternis intelligatur renunciasse feudo, quod postea prætendit ex morte fratrum? & dicit quod non, per l. Paulo Callimacho. §. 1. ff. de leg. 3. & per text. in c. 1. de eo qui finem fecit agnatis. ¶Accedit quæstio tacta, per Lud. Ro. in d. l. 1. §. veteres. ff. de acq. pos. vbi dicit, quod glo. ibi facit ad quæstionem statuti Bononiensis disponentis q filia dotata non succedat in bonis patris. modo contingit, qd̄ pater decessit relicta filia dotata & filio masculo hr̄de, postea decedit ille filius masculus, an dicta soror ei succedet in dictis bonis, arguit primò q non, quia statutum eam excludit, a bonis paternis propter dotem. postea subdit contrarium dici posse per glossam ibi positam, per quā apparet. quod post aditam hæreditatem à filio hærede, non dicuntur amplius bona paterna, tamen dicit se pro tunc non firmare, quia quæ
9 stio de facto pendebat. ¶†Ad idem facit quod not. Raph. Cuma. in d. l. hæres per seruum, vbi dicit se in quæstione facti dixisse per glo. ibi, q stante statuto Mediolani, quo cauetur, qd̄ nulla mulier extra iurisdictionem nubat cum hæreditate, alias non succedat, & quædam mulier adiuit hæreditatē maternā, & postea nupsit extra iurisdictionem, dicebatur, quod debebat perdere hæreditatem. ipse vero dixit contrarium, quia post aditam hæreditatem non dicebatur amplius hæreditas materna. vt l. Paulus. eo. tit. & l. si ex re. §. fi. ff. de stip. seruorum. vnde uerba dicti statuti debent intelligi cum hæreditate, idest facultate succedendi. & sequitur illud etiam Lud. Rom. in d. l. hæres per seruum. ubi etiam pro illa decisione allegat notata per Bal. in l. si mater. C. de suis & legi. Bene facit, quod no. Bar. in rub. ff. de acqu. hære. & in l. 3. in prin. in uer. quæro ergo pro prædictorum declaratione. ff. de bo. poss. ubi dixit q postquam hæreditas est adita per hærede, desinit esse hæreditas, & confunditur cum patrimonio adeuntis, ut d. §. filio. & quod ubi post aditionem appellatur hæreditas, est impropria loquutio Ex quibus apparet q dicta bona non dicuntur peruenisse ad dictos filios masculos Brandilixii a matre, nec etiam ab auia, sed à patre, quia tempore quo peruenerunt ad defunctam personam de cuius hæreditate agitur. idest ad Brandilixium infantem bona erant patris dicti infantis. Et
10 qualitas † iuncta uerbo, seu participio debet intelligi secundum tempus ipsius. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. l. Titius. ff. de testa. mili. ergo debet attendi tempus quo dicta bona peruenerunt ad defunctam personam de cuius hæreditate agitur, an tunc dicerentur peruenire a matre seu ēt auia, an uero a patre, & constat per proximè dicta q peruenerint, à patre, ergo non sumus in casu comprehenso in dicta clausula exceptiua. debet. n. intelligi illa clausula exceptiua in bonis quæ immediate peruenerunt a matre ad defunctam personā de cuius successione agitur, nō autem mediatè. l. socium qui in eo, in fi. ff. pro soc. & patet per ea quæ supra dixi allegādo Old. Ang. & alios in dictis locis. ¶Hoc etiam patet, nam uidemus q si bona hæreditatis maternæ obueniunt filiis existentibus in patria potestate, pater debet habere usumfructum, ut per to. tit. C. de bo. mat. & tamen si postea unus ex illis filiis decedat superstite fratre suo & patre pater nō habebit usumfructum illius partis hæreditatis filij defuncti, quæ obuenit dicto fratri defuncti. & lex in hoc nō distinguit isto casu, an bona

bona isto casu originem primæuam habuerunt a matre, vel ab alio, quia non dicuntur obuenire fratri superstite à matre, sed a fratre suo prædefuncto, ita patet in authenti. item hæreditas. C.de bono. quæ libe. iuncta l. 1. 2. & 3. C.de bonor. ma. ¶ Hoc innuunt verba dictæ clausulę, quæ se referunt ad superius dicta in statuto, vbi apparet statutum, loqui de bonis quæ peruenerunt ad defunctam personam, ex dote, vel titulo lucratiuo, à matre. ponderanda est illa di-
11 ctio ex dote, † quæ dictio ex, denotat causam proximam, & immediatam.l.non dubium,& ibi nota. Bartol. & alij. C. de legit. l. 1. C. si seruus extero.l.eo tempore.in fine. ff. de pecu.nota. Bartol. in l. 1. §.ex incendio.ff.de incend.ruin.nau fr. & in l. 1. §. emancipatus. ff. de coniungen. cum emanc. lib.sed dicta bona peruenerunt ad defunctam personam, nō immediate ex dote, sed ex successione & hæreditate Brandilixij patris sui. item nec dicuntur obuenisse titulo lucratiuo dicto Brandilixio, quia deuenerunt ei ex successione, in hæreditate ascendentis, quæ non dicitur titulus lucratiuus, quo ad descendentem, cum ei dicitur debita, vt est casus in l. 1. C. de impo.lucra descript. & ibi Bartol.qui dicit, quod si de obuenientibus titulo lucratiuo debet solui gabella, non soluetur de hæreditate ascendentis obueniente descendenti, & nota. Ioann.de Imol. post Angel. in l. in suis. ff. de liber. & posthum. & bene facit l.finali. C. de codi. ¶ Item respon-
12 deo, quòd appellatione † matris. de qua in dicto statuto, non potest intelligi de auia paterna, quia auia paterna non est de linea materna, & dictum statutum, vt patet ex pluribus suis partibus facit differentiam inter lineam paternam, & maternam, immo expresè inter auiam paternam, & maternam, nam quandoque vocat auiam paternam, & non maternam, vt patet in ver. ipsi quidem fratres & eorum filii &c. ibi dum dicit, nisi matri, & auiæ paternæ &c.& etiam in principio dicti statuti, dum dicit, quod ascendentes masculi, & per masculum præferantur in succedendo, omnibus aliis ascendentibus defunctæ personæ fœminis, & etiam masculis per fœminam, excepta matre, vel auia paterna, &c. ex quibus apparet, quod statuentes non intellexerunt appellatione matris comprehendi auiam maternam, & aliam rationē haberi voluerunt in auia paterna, quam in materna, & præcedentia dant intellectum ad sequentia l.qui filiabus, in princip. & l. si seruus plurium. §. fin. de legat. 1. ¶Denique vbi appellatione matris contineatur auia, saltem paterna, illud est impropriè & per extensionem dicta l.iusta, & ibi no. Bartol.in dicta l.liberorum, in versicul. secundum principaliter est videndum. iunctis his quæ dicit in fine illius l. & probatur in l. 2. inducendo vt ibi per Bald.C.de bono. mater. & patet, quia si appellatione matris comprehenderetur ex ꝓpria significatione auia, & appellatione patris comprehenderetur auus, deberet hoc habere locum etiam in pœnalib. & odiosis, cuius contrarium probatur in dicta l. Iul. §. hoc
13 capite. & in dicta l.pater. cum l. sequen. ¶ † Et si bene memoria tenet, in conclusione statutorum ciuitatis Bononiæ, cautum est, quod verba statutorum accipiantur propriè; quo casu statutum loquens de filio, non comprehenderet nepotem, qui ex impropria significatione, venit appellatione filij, ita inquit Bald. in l.maximum vitium.circa 5. columin. C.de lib. præte.& de se patet. & id quod dicimus de significatione filii, an comprehendat nepotem, intelligitur etiam habere locum in hac dictione pater, vel mater, an comprehēdat auum vel auiam, vt d.l. iusta. & not. Bartol.in d.l.liberorum. in fine. & magis communis conclusio est, quod impropriè appellatione filii comprehendatur nepos, nō autem propriè, vt per Dyn. in d.l.iusta.& Bar. in d.l.liberorum. in versi.secundo principaliter. & Bald. in d.l.maximum, & in repetitione.l.in suis.in vlti.col. de libe.& posth. & in l.quisquis.C.ad le.Iul. maie. & Pet. de Anch. in cle. 1. de pœnis, & patet ex not. per Anto.de Butr. in cap. in quibusdam, de
14 pœnis.& vbi statuta † debent intelligi ad literam nullam recipiunt extensionem vltra propriam significationem. vt tenet Bald.in l.2. in 2. vel 3. col.C.de patri. qui filios distra. per l. 1.ff.de his quæ in testa.delen. Ex quibus apparet, quod multiplici, ex capite ostenditur dictum Bernardinum, pariter succedere debere, cum dictis Iulia & Polisena in dictis bonis. Laus Deo. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶Totum. & bene, quia in clausula testamenti quę sequitur, est eadem ratio, quia idem verbum substituit, & sic omnes saltem verbis sunt coniuncti. quia expressa distributio partium in eadem oratione, siue sequatur legatum rei, vt in l. re coniuncti.de leg.3.siue præcedat, ita quod legatum vel substitutio incipiat a certis partib. vel quotis indiuisis vt in themate, hoc non impedit coniunctionem, verbalem.l.Męuio, in prin. de lega.2. & sic iste Bernardinus erat Antonio iunctus re & verbis in duabus quartis in quibus pro parte Antonij potuisset reliquos si cucurrissent in iure accrescendi excludere.d.l. re coniuncti. erat autem Bernardinus reliquis ab Antonio verbis tantum coniunctus, quod sufficit vt omnibus alijs deficientibus totum sibi accrescat.

b ¶Testatoris supra li.j.consi.56. col j.

c ¶Desierunt.Bal.consi. 140. li.2.Cur.senior consi. 14.col.8. Deci. l. hæreditas, de re.iur. consi. 551. consi.581. consi.687. in l. fi. col. 4 C.vnde li. Ia. consi.3.col.3.consi. 84. col. 6. 7. li. 1. Bertran. consil. 127. Viso casu. lib. 2.

Hæc epistola ponitur tanquam dubitatio ad decisionem, ꝑcedētis consilij, & subsequitur substantialis responsio facta a tergo dictarum literarum manu eiusdem Alexandri.

Famosissime doctor, & mi maior honorādissime, literas vestræ spectabilitatis vnà cum consilio recepi, & satis abundanter & copiosissime satisfactum censeo super secundo dubio ex deductis, & allegatis in consilio, super primo autem dubio cum errore scriptoris contigerit omitti in puncto dictionem &, minimè satisfactum extitit, & propterea necessarium fore existimo, quod aliqua super dicto dubio primo rescribantur per vestram spectabilitatem ad fauorem Bernardini. & maximè cum Brandilixius patruus filius alterius Brandilixii substituti Francisco nepoti testatoris nato ex altero Francisco spurio, & cui Brandilixio paruo propter dictionem, & obuenire debet quarta pars, & similiter portioni eiusdem Brandilixii parui debent accrescere partes aliorum substitutorū, pro rata, quæ fuerunt in causa quasi caduci, tamen vt in puncto dicitur latius cum ipse Brandilixius paruus decesserit in infantili ætate non agnita quarta parte ipsum tangente, propter dictionem &, videtur ꝙ vadat & ire debeat ad ipsum Bernardinum. Et maximè cum lex prima de his qui ante apertas tabulas, nō vendicet sibi locum in casu isto. Ex eo quia dicta quarta pars, quæ obuenire debet ipsi Brandilixio paruo non obuenit àb ascendentibus, sed obuenit a dicto Francisco, qui erat de collateralibus. Item dicebatur etiā pro parte Bernardini, dato ꝙ ipse Brandilixius paruus agnouisset partē suam nihilominus portio Antonii non potest ei accrescere, pro aliqua parte propter maiorem coniunctionem quam habet cū ipso Bernardino, & latius videbitis in puncto, quem ad vestram spectabilitatem remitto, quem rogo omnino videatis, & super ipso aliqua ad fauorem ipsius Bernardini scribatis. Valete. Facta die 21. Ianuarij. 1470.

A tergo Famosissimo I. V. Monarchæ domino Alexandro de Tartagnis de Imola maiori obseruandissimo. Paduæ.

¶Antonius de Musottis subscripsit.

¶Summaria responsio ad prædictam dubitationem.

¶Rescripsi ꝙ dictus Brandilixius infans partem suam transmisit etiam non agnitam.l.si post diem.ff. quando dies lega. ce.l.vnica.§.1.& §.si autem aliquid sub conditione. C. de cad.tol. Et in proposito glo. no.in l.vnica in verb.de relictis. C.de his qui ante àper.tab. Item etiam si non fuisset hæreditas transmissa potuisset esse consultum hæredi infantis, per restitutionem, per no. per Bar.in l.infanti.cum si. ¶Item dixi ꝙ si dicti quatuor substituti fuerunt vocati separatim idest quilibet per se in separata oratione, & in vna quarta parte essent omnino disiuncti re & verbis. Et sic inter eos non fuit locus iuri accrescendi, etiam dato ꝙ inter illos omnes esset copula &, per no.per Bar.in l.re coniuncti.circa mediū.in ver. quæro vtrum inter omnino disiunctos, iuncto ver. secundo loco principaliter est videndum de coniunctis verbis tātum. & in versi.seq. incip.sed circa hoc insurgit dubium cum cōcor. Et ideo pars Antonii & Iacobi remanerent apud hæredes Francisci. §. 1. & §. pro secundo in d.l.vnica. C.de cad. tol, Sed si Antonius & Bernardinus in eadem oratione fuissent

sent vocati pro duabus quartis, & Brandilixius cum filiis in alia quarta parte, & Iacoba in alia oratione in alia quarta parte (vt verba puncti sonant) tunc portio Antonij accresceret Bernardino in totum quia ipse Bernardinus solus fuisset con
a iunctus verbis a cum Antonio, ergo &c.l.re coniuncti. cum ibi no. per Bar. in ver. secundò quæro nunquid inter coniunctos uerbis tantum iunctis not. in d. uersi. quæro nunquid inter omnino disiunctos. Et pars Iacobi remaneret apud hæredes Francisci. d. §. 1. & §. pro secundo.

ADDITIO.

a Verbis. Imo etiam re & verbis, quia non legatur alteri, & alteri quarta sua quo casu stante semper eadem opinione essent verbis tantum coniuncti, sed legantur vtrique simul duæ quartæ sine alia partibus distributione, sed quilibet earum vocatur ad duas quartas, ergo sunt re & verbis cōiuncti in vtraque quarta sicut si ambobus eodem modo legata esset vna quarta, essent in ea re verbisq; iuncti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum si ex postfacto annullet contractum, non transfertur dominium.*
2 *Statutum non debet trahi ad præterita. nu. 4.*
3 *Res consummata defectus causæ non rescindit quod legitime factum est.*
6 *Libro æstimi statur de ualore rei.*
7 *Arbitrium statuendi habentes, non possunt auferre ius tertij.*

CONSILIVM CXCIX.

Perspectis his de quib. in themate & reformationibus disponentibus de officialibus rebellium & relegatorū, & alia reformatione edita anno 1437. inc. In fraudem aut damnum, & his quę subtiliter, copiosè & eleganter consulendo adducta sunt primo, per clarissimum iuris vtriusque doctorem & quondam discipulum do. Dominicum Bonfium de Florentio iuris vtriusque doctorē mihi fratrem dilectissimum, & per alium eximium secundo cōsulentem videtur mihi adeo res bene discussa, vt multis non sit opus. Sed in eandem sententiam concurrēs comprobo, ex infrascriptis. ¶ Et primò, nam vis omnis consistit in respondendo dictæ reformationi æditæ anno 1437. Sed ad illam primo respondeo, quod dato ꝙ in ea reformatione dicatur, quod quælibet consignatio dotis facta à die primo mensis Maii, anni 1434. citra vsque ad diem quo dicta reformatio erit approbata in consilio communis per aliquos officiales, authoritate communis Florentiæ alicui mulieri nuptæ, vel non nuptæ pro suis dotibus de bonis immobilibus, pro minori æstimatione quam fuerunt data, & computata in catastro ciuium pro tertia distributione catastri, intelligitur, ex nunc esse & sit reuocata, & nullius effectus aut valoris, & habeatur & sit in omnib. & per omnia & quo ad omnes & omnia tanquam si facta non esset &c. tamen per eam reformationem non intelligitur esse abdicatum dominium acquisitum dictæ Franciscæ vigore adiudicationis. vel consignatio-
1 nis sibi factæ p dictos officiales, quia licèt sit † rescissus titulus per statutum, tamen non per hoc intelligitur abdicatum dominium acquisitum prius vigore dicti tituli, vt per plures rationes concludit in disputatione sua antiquus doc. d. Machagnanus de Azoguidis de Bononia, quem refert & sequitur Bald. in l. 1. in 3. col. ff. sol. mat. vbi dicunt ꝙ si statutum disponit ꝙ omnes venditiones factæ ab vno mense citra sint, nullæ ipso iure, & contingit quod quidam ab vno mense citra vendiderat & tradiderat. certè per hoc non intelligitur abdicatum dominium illi emptori, quia ad annullationem cōtractus non sequitur rescissio dominij, quia ad destructionē vnius separatorum, non sequitur corruptio alterius. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. l. fin. ff. de cal. Item quia dispositio legis non adaptatur ad casum, ad quem verba ipsius legis non adaptantur. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. l.
2 ita autem. in prin. ff. de admi. tut. c. ad nostram. el 3. de iureiu. c. indemnitatibus. de elect. libr. 6. & maximè † in materia exorbitanti & odiosa prout est ista. s. ꝙ statutum trahatur ad præterita contra id quod est de natura legis & statuti. c. 2. & c. fi. de consti. l. leges & cōstitutiones C. de legi. & ideo restringendum est tale statutum l. cum quidam. ff. de lib. & posthu. c. 1. de fil. presby. in 6. & quod tale statutum quādo trahitur ad præterita sit restringendum tanquam exorbitans, no. Iac. de Bel. in sua dispu. quam ponit in auth. vt cum de ap. cog. circa prin. & Bar. in l. 4. §. eritque differentia. ff. vi bonorum
3 rapt. ¶ † Præterea quando res est consummata & sortita effectum suum defectus causæ non rescindit quod legitime factum est l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & istæ sunt rationes quæ adducebantur per præfatum do. Machagnanum, quem Baldus truncatè refert in præalle. l. 1. & dicit præfatus disputans quod de validitate dicti statuti, non vult disputare relinquens eam sub dubio, per alios disputandam. hanc eandem conclusionem dicit Bar. se putare veram vt ipse ponit in l. si ita quis. §. ea legem. in ver. quæro utrum prohibitio legalis &c. ff. de ver. ob. probatur ex no. per gl. in in l. 1. in glo. fi. in fin. C. de inoffi. dona. quam ibi Bal. in fin. reputat ad hoc multum no. & Bal. in l. 1. in 6. q. C. si quid in frau. pa. & Bal. in rep. l. cum mulier. in 1. col. in ver. de secū do dubio &c. ff solu. ma. & sic quo ad dictum creditorem, asserentem se creditorem dicti Dominici de Lāberteschis, & super eius bonis dicta consignatio dotis nō est resoluta quò ad effectum dominij translati in dictam Franciscam vigore, dictæ consignationis & apprehēsionis possessionis, & ista est communis conclusio vt patet ex supradictis. licet Pet. de Anch. non bene Attingens prædicta dubitauerit in repetitione, c. canonum statuta. de consti. in 13. q. in ver. accedit hæc quæstio disputata &c. & ibi non prosequitur quæstionem, tanq̃ impertinentem ad materiam suam. ¶ Et dato ꝙ resoluto contractu dictæ consignationis vigore dictæ reformationis agi potuisset per fiscum seu per agentes pro fisco conditione, sine causa contra dictam Franciscam habentem causam à fisco in dictis rebus, per l. 1. & l. si fullo. & l. nihil. ff. de conditi. sine causa. & no. Bar. in d. §. si ea lege. tamen talis condictio com-
* petit ei * qui dedit & soluit, non dicto creditori, vt in iuribus
4 præal. ¶ † Secundo respondeo ꝙ dicta reformatio quæ loquitur de consignationibus dotis iam factis, debet intelligi de consignationibus quæ nondum erant executæ & finitæ, sed si erant finitæ & executæ. s. per apprehensionem possessionis, & sic facta esset totalis solutio & satisfactio de talibus, non debet intelligi tale statutum, quia statutum disponens de negotio præterito. non potest comprehendere negotia præterita decisa, vel finita, aut per sententiam, aut per transactionē, aut per totalem satisfactionem & solutionem. l. causas vel lites. C. de transac. l. pe. C. de sacr. sanc. eccl. in auth. vt sponsalar. §. pe. iuncta l. cum quærebatur, ver. proinde. el 2. ff. iudi. sol. ita no. Bar. in l. omnes populi. ff. de iu. & iur. in 5 q. prin. & in l. 1. in fi. ff. ad Tertul. & sequuntur canonistæ, in c. fi. de consti. & est communis opin. secundum quod etiam refert, Pe. de Anch. in d. c. canonum statuta, de constitu. in 13. q. & ibi aperte ostendit ꝙ casus noster intelligitur esse casus decisus, dum ibi loquitur de statuto facto in patria sua in patrimonio beati Petri, & licèt ipse ibi conetur tenere contra communem opin. quando statutum fieret ex causa, tamen non in isto, cum à communi opinione in iudicando non sit recedendum, vt traditur in locis vulgaribus, ac etiam quia in ꝓposito non videtur quod quo ad casum nostrum dicta reformatio fuerit facta ex causa scilicet legitima, vt requiritur, vt
5 statim dicam. ¶ † Tertio modo respondeo ad dictum statutū nam si diceremus ꝙ dicta reformatio possit auferre dominiū dictæ Franciscæ, oportet ꝙ præsupponamus ꝙ tale statutum seu reformatio habeat causam condignam & ꝓbabilem, nec sufficit quælibet motiua causa in statuto populi, per quod auferretur dominium, ita inquit Bal. in l. rescripta, in vlt. col. in ver. tertio quærunt doctores nunquid Imperator, &c. C. de preci. Impe. offe. per l. si priuatus. ff. qui & a quibus. bene facit quod no. glo. in c. constitutus, in verbo, à quocunque. de rel. do. & quod habetur in l. toties. ff. de pollicita. & per Bar. in prima constitutione digestorum. in prin. & per omnes in l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. cum suis concor. & in proposito. s. in statuto rescindente alienationem iam factam, ꝙ non ualeat sine causa, firmat Pe. de Anch. in d. ca. canonum statuta. in 13. q. ꝙ autem causa apposita in dicta reformatione non

non sit condigna quo ad casum nostrum. Et probabilius pa-
tet, quia statuentes mouentur ex eo, quia bona non sint con-
signata in dotem pro illa æstimatione pro qua erant data, &
computata in catastro ciuium, certè hæc non est iusta causa,
6 probatur, quia † licet alias de iure stari debeat in dubio valo-
re rei libro æstimi facti authoritate publica nisi aliud probe-
tur. l. fi. & ita ibi no. Bar. de prædijs Naui. li. 11. & Bal. in l.
2. in pe. col. C. de rescin. vendi. & Ang. in l. pretia rerum. ff.
ad l. falc. & Io. de Imo. in c. pen. de emp. & vendi. tamen di
cta reformatio vult quod omnino stetur dicto æstimo, & ꝙ
si de nouo mulier velit accipere insolutum de bonis prædi-
ctis debeat accipere secundum dictam æstimationem, & sic
dato quod minus valerent, cogitur mulier habere pro pluri,
quam valeant. ¶ Præterea (vt in themate narratur) bona isto-
rum rebellium communiter propter causam rebellionis, si
sint vendēda, censentur minori æstimationis, quam si essent,
alterius personæ, & fertur quod tempore quo fuerunt posita
in catastro, non erant bona rebellium. ¶ Ad confirmationem
proximè dictorum faciunt no. per Bar. in l. ambitiosa, de de-
7 cre. ab or. fac. in 4. col. dum dicit ꝙ † habentes arbitrium sta
tuendi à toto populo, non possunt per statutum auferre ius
alteri quæsitum, quia licet totus populus possit per statutum
auferre ius alteri quæsitum l. Antiochensium. ff. de priui. cre.
& l. venditor. §. si constat. ff. com. præd. s. ex causa, vt dictum
est supra tamen habentes arbitrium statuendi a populo, hoc
facere non possunt, quia populus intelligitur concedere, ꝙ
possint statuere sine tamen alterius iniuria. l. 2. §. merito. & §.
si quis à principe. ff. ne quid in loco publi. de quo facit men-
tionem primus consultor, ergo illi qui habuerunt potestatē
à populo statuendi, non possunt dictum statutum facere, in
præiudicium iuris quæsiti tertio. ¶ Efficax etiam fundamen-
tum videtur esse illud quod in dicta potestate data illis, de
Balia à populo, anno 1434. est clausula derogatoria, ad
sequentia, vt patet ibi in versiculo, eo quoque &c. vt optime
deducitur in primo consilio, & etiam in secundo nec dicatur
ꝙ illa verba scilicet, etiam per opportuna consilia populi, po
sita in dicta prouisione edita anno 1434. construantur cum
clausula præcedente, & non cum sequente, quia hoc esse non
potest, vt ex inspectione clarè ostendunt illa verba præceden
tia, vel aliter secundum similes effectus, vel aliquem, aut ali-
quos eorum &c. quæ ostendunt iam perfectè explicatum fuis
se id quod ad præcedentem orationem pertinebat. Alexan-
der de Imol.

---

ADDITIO.

* Competit ei. Quia res data cum causa, redit ad non causam, vt ha-
betur in d. iuribus. concord. text. in l. eleganter. §. si quis post. ff.
de condi. indeb. Natta.

EPITOME.

VALET pactum ꝙ quinque pro centum soluan
tur, donec dos restituatur.

## CONSILIVM CC.

Perspectis narratis in themate, super primo du-
bio quo queritur, an licitè peti possunt
dicta quique pro centenario pro dotibus, videretur fortasse,
prima consideratione dicendum dicta quinque pro centena
rio peti non posse, etiam pro dotibus dictæ dominæ Matthee
1 restituendis, quia † licèt et mora commissa esset pro dicta do-
te restituenda mulieri, tamen pro parte sua licitè non potest
peti aliquid pro centenario dotis cōsistentis in pecunia qua-
si videatur vsura prohibita, vt no. Inn. & Io. And. in c. salubri
ter, de vsuris. & Bar. in l. insulam. §. vsuras. ff. solu. ma. & in l.
at qui natura. §. non tantum. ff. de neg. gest. & Bar. consi. 128.
inci. Franciscus habuit vxorem nomine Thomasiam, quic-
quid enim accedit sorti vsura est 14. q. 3. c. si feneraueris, &
2 c. vsura. ¶ † Quinimo videtur quod etiam si ille qui debet sol
uere certam quantitatem pecuniæ promittat eam soluere ad
certum tempus, & casu quo non soluat, promisit soluere cer-
tum quid pro centenario nomine interesse, non potest tale in
teresse licitè peti, nisi probetur, ꝙ vere tantum erat interesse
creditoris ex licitis causis, ita consuluit Dy. vt refert Cy. in l.
si seruus ea lege, in additionibus. ff. de seruis expor. arg. l. qui
testamentum. ff. de proba. & l. cum quis decedens. §. titia. ff.
de le. 3. & sequitur etiam Bald. in l. cum allegas. in 4. col. C.
de vsur. & in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pe. & in l. cunctos po
pulos, circa 4. col. C. de sum. Tri. & in l. vnica in 4. col. C. de
sen. quæ pro eo quod inter. & Pet. de Anch. in regula. pecca-
ti. in 3. q. & consi. 150. incip. in quæstione quæ vertitur. ¶ Ta
3 men præmissis non obstantibus † in casu de quo quæritur pu
to contrarium verius nam præsupponitur ꝙ dicta Matthæa
alias suas pecunias dabat filio ad mercandum & negotiandū
& sic cum dictis pecuniis suis negotiabatur per mediam per-
sonam filii, quo casu concludunt doc. quod mulier à tempo
re moræ licitè potest petere dictum interesse ratione lucri ces
santis, eo quia non potuit cum dictis pecuniis negotiari & lu
crari, quemadmodum consueuit honestè lucrari, cum aliis
suis pecuniis, per id quod habetur in l. 2. §. fi. alias est. l. 3. §. fi.
cum ibi no. ff. de eo quod cer. loc. iuncto. c. per vestras, de do
na. inter virum & vxo. & ita no. Cy. in auth. ad hæc. in pen. q.
C. de vsur. & Ioan. de Imo. in d. l. diuortio, in prin. in ver. cir
ca tertium &c. ff. solu. ma. & ibi etiam Pau. de Cast. qui etiam
dicit ꝙ si mulier probaret ꝙ si habuisset pecunias suas, emis
set fundum ex quo fructus percepisset, posset mulier ratione
moræ sibi factæ in restituenda pecunia dotali petere interes-
se huiusmodi. argu. l. socium qui in eo. ff. pro soc. & ista etiam
4 approbat Io. Cal. & Pe. de Anch. in d. c. salubriter. ¶ † Acce-
dit etiam quia in dubio actus non debet iudicari vsurarius,
vt inquit Bal. in d. l. rogasti. §. si tibi. in fi. per l. si ea pactione
cum ibi no. C. de vsu. facit c. in ciuitate, de vsur. & ideo inter-
pretandum est illa quinque pro centenario esse deducta,
stipulationem pro dicto interesse lucri cessantis, non pro vsu
ra, sicut dicit Io. de Imol. in d. l. in insulam. §. vsuras, vbi vult
5 quod † si maritus facit pactum cum socero quod donec sibi
soluatur dos, dentur sibi sex pro centenario, quamuis non ex
primantur in contractu quod illa sex dentur pro alimentis,
seu pro oneribus matrimonij, debet in dubio intelligi & in-
terpretari, quod dicta promissio fuit facta pro alimentis, po
tius quam nomine vsurarum, vt sic actus potius valeat quàm
pereat. arg. c. abbate, de ver. sig. ¶ Et per hoc apparet respōsum
ad allegata in contrarium, quia contraria posito ꝙ essent ve-
ra, quibus tamen multi contradicunt, vt patet ex notatis ma-
ximè per Cy. in l. vnica. §. exactio. C. de vsu. & per Bal. in au-
then. ei qui. in 16. col. C. de bo. pos. tamen posito, vt dixi, ꝙ
primò allegata in contrarium essent vera procedunt in perso
na quę tenuisset pecuniam in arca, & non erat solita pecunias
exercere per se uel per alium negotiando seu mercando, vt di
xi. ¶ Non obstat etiam quod Io. And. in d. c. salubriter, uide-
tur dicere ꝙ tex. in d. c. salubriter, non debet extendi ultra ca-
sum ibi positum, scilicet quando fundus esset obligatus mari
to pro dote, & sibi assignatus loco pignoris, quia fructus per-
ceptos non compensat maritus in sortem, sed in recompensa
tionem onerū matrimonii supportatorū fructus facit suos
& ideo infert quod si ille qui dotem genero promisit, quia
illam non tradidit die statuto obligat se ex pacto ad certos de
narios pro libra, donec dotem soluat non videtur ꝙ sit lici-
tum quia secundum eum illi qui dicunt hoc esse licitum ostē
dant textum, sed alium non habemus quam tex. in d. ca. salu-
briter, qui non facit, quia loquitur in fructu submisso iudi-
6 cio Dei, quia respondeo † primo ꝙ illa opinio Io. And. repre
a henditur [a] ibi tanquam de iure non vera per Io. Cald. & do-
minum Abb. ibi per illum tex. indistinctè loquentem de fru
ctu possessionis, qui quandoque consistit in pecunia, ut si est
domus uel apotheca, quæ est solita locari, & refert ibi dom.
Car. Floren. ꝙ etiam ita tenuit Pau. de Leaza, & illam opi. Io.
And. etiam reprehendit Io. de Imo. in d. §. usuras, dicens ꝙ ra
tio Io. And. non uidetur bona, eo quia licet fructus subiicia-
tur diuino iudicio, tamen communiter percipiuntur, & sic
non uiderentur esse permissi, & quia si attenderetur ratio al
legata per Io. And. sequeretur ꝙ etiam creditori mutuanti de
beret esse licitum percipere fructus ex re pignorata absq; eo
ꝙ computarentur in sortem, ꝙ tamen est falsum. c. 1. de usu.
c. illo uos, de pig. l. 1. & 2. C. de pig. actio. ¶ Secundo respon-
deo ꝙ illud quod dicit Io. And. non loquitur in eo q esset so
litus mercari uel negotiari, uel in eo qui esset empturus fun-
dum,

dum, vt expresse dicit Pet. de Anch. in d. ca. salubriter. & refert quod ita etiam tenet ibi dominus suus do. Petrus de Perusio. & Io. Cal. ita etiam in effectu tenet ibi dominus Abb. &
7 dixi supra. ¶ † Accedit ad confirmationem prædictorum, id quod no. Lau. de Rodulphis in commento c. consuluit. in 65. q. de vsu. vbi dicit, quod vxor licitè potest percipere aliquid ex pacto ab hæredibus mariti loco interesse pro quo allegat gl. in d. l. cum aliquis, quæ vult ꝙ ex pacto possit peti interesse, ex quocunque contractu. ¶ Nec obstat secundum eum, id quod no. Inn. in c. sacro. de sen. exc. qui vult ꝙ interesse lucri captandi peti non potest, quia respondeo secundum aliquos ꝙ istud est interesse damni euitandi, quia vxores debent viuere de dotibus suis, vnde si illas non habent, oportet ꝙ aliũde sibi victum quærant, & sic in hoc incurrunt damnum, alii ẽt
8 secundum eum † respondent, ꝙ illud quod no. Inn. in d. c. sacro, procedit in interesse communi, secus in interesse conuento, iuxta no. in d. c. sacro. refert etiam quod alii dicunt, quòd mulieres non exigunt in casu isto, istud tanquam interesse, sed tanquam pœnam conuentionalem, quam licite conueniunt dummodo non fiat in fraudem vsurarum, quæ secundum eos non est hoc casu præsumenda, quia apponitur talis conuentio vt hæredes mariti tædio afficiãtur, & propter hoc facilius dotem restituant, vt sic auferatur mulieribus materia & occasio inhonestatis, & ne cogantur mendicare. vnde pro dotibus recuperandis videmus multos fauores esse concessos a iure. l. 1. cum ibi plenè no. ff. sol. ma. & no. in c. ex literis, de pig. tamen aliæ primæ rationes superius adductæ, me magis mouent. ¶ Circa secundum dubium quo quæritur, an promissio quadringẽtorum ducatorum intelligatur facta solum pro dictis dotibus, an vero partim pro dictis dotib. partim pro alia ratione, puto pro duobus partibus ex tribus præsumatur facta pro dotibus, quia tres erant hæredes Antonij de Molireno obligati ad restitutionem dictæ dotis quadringentorum ducatorum, scilicet Christophorus pro vna tertia parte, & dictus Contus pro vna alia tertia parte, & Antoniolus quondam domini Philippi fratris dicti Christophori pro vna alia tertia parte, & cum portio bonorũm dicti Antonioli esset confiscata, fuit titulo emptionis acquisita à fisco, p dictum Christophorum, igitur dicta promissio sequens facta de ducatis quadringentis dicto Conto partim pro dotib. dictæ Matthææ eius matris, & partim pro vna alia ratione, inter eos facta intelligitur facta ipsi conto per dictum Christophorum pro duabus partibus ex tribus pro dicta dote, quia
9 † in effectu onus soluendi dictam dotem spectabat pro dictis duabus partibus ad dictum Christophorum mediante dicta tertia parte bonorum dicti Antonioli sibi obueniat l. tutoris. * C. ad l. Iul. de vi. iuncta l. 2. §. sicuti lucrum. ff. de hære. vel act. ven. quod autem intelligi debeat dicta promissio facta pro dictis duabus partibus ex causa dotis propter præcedentem obligationem prædictam, probatur in † l. triticum, cum ibi no. per glo. & doc. ff. de ver. ob. vbi stipulatio sequẽs, quando habet aliquam incertitudinem intelligitur & declaratur ex obligatione præcedente. bene facit id quod no. in l. si quis ad exhibendum. ff. de exce. rei iud. ¶ Pro alia tertia parte dictorum quadringentorum ducatorum intelligi debet facta promissio per dictum Christophorum dicto Conto rõne partis cuiusdam decimæ spectantis ad dictum Contum, quę remansit dicto Christophoro, vt mihi præsupponitur vltra contenta in themate, & hoc per eandem. l. triticum cum ibi notat. & quemadmodum dictus Christophorus habuit & percepit fructus dictæ partis decimæ, quæ remansisse intelligitur dicto Christophoro loco tertiæ partis dictorum quadringentorum ducatorum ita licitè potuit & potest dictus Contus petere, & consequi dictam ratam, scilicet ducatorum, quinque pro centenario ratione sui interesse, saltem vbi fructus dictæ partis decimæ, non esset infra dictam summam ducatorum quinquæ pro centenario, pro rata, vt probatur in lege curabit. C. de actio. emptio. & in l. Iul. §. ex vendito. & in §. idem Papinianus in gloss. ff. eodem titul. & nota. in capitulo conquestus. de vsur. ¶ Super tertio dubio, non consului, quia sentio contra petentem, maximè per id quod habetur in lege si necessarias. §. si vina. ff. de pigno. action. cum ibi nota. per Bartol. dum allegat, lege si pluribus. &c. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶ Reprehenditur. & bene, licet Alex. meminerit de isto consi. supr. lib. 5. consi. 4. nu. 2. licet ibi & alias vbi quæ sequatur opi. Io. Andr. & male vt dixi supra lib. 4. consi. 27. adde Cæpol. causa. ciui. consi. 15. & plenissime omnium Aymo. consi. 189. vbi tamen nimis restringit vt liquebit per ea quæ trac. meo vsurarum.

* Lege tutoris. ] Quæ lex vult, fiscum succedentem in bonis creditoris ex confiscatione, teneri ad satisfaciendum, ac soluendum creditoribus. Natta.

EPITOME.

ANTONIVS decessit relicto filio Honofrio, & nepotibus Symone & Calantonio ex Raynaldo filio, prædefuncto quos nepotes in certa parte instituit, & voluit ꝙ si quis ipsorum Symonis & Colantonij, in ætate pupillari vel postea quandocunque decederet, sine filijs masculis, superstes aut filii masculi alterius, prædefuncti directo iure succedant in totum exclusa, eorum matre ab omni legitima. Postea Honofrius instituit hæredes dictos Symonem & Colantonium eisque substituit prout præfatus Antonius. & decessit, Honofrius nouissimè decessit Simon relictis duabus filiabus tantum, superstite Colantonio. respon. Alex. ꝙ istæ filiæ tenentur restituere Colantonio substituto omnia bona, quæ habuit Symon, ex institutione Antonij aui sui paterni. excepta legitima dicti Symonis duntaxat, quæ est vna vncia ex duodecim vncijs bonorum quæ erant Antonij tempore mortis, in quã imputatur si quid Symõ alienauit de bonis Antonij. Et vltra tenentur restituere omnia bona obuenta, ex institutione Honofrij patrui absque vlla deductione, ratio, quia omnes deductiones à dictis testatoribus, prohibitæ sunt, & prohiberi potuerunt, excepta sola legitima iure naturæ descendentibus debita.

CONSILIVM CCI.

Perspectis verbis vltimarum voluntatum nobiliũ virorum, videlicet Antonij Lisij, de Sulmona, & Honofrii eius filii, & facti narratione cum titulo quæstionis & dubijs, omissis superfluis sentio esse distinguendum inter bona quæ Symon prædictus per se acquisiuisset, & sic nõ fuissent bona hæreditatis dicti Antonij Lisij, nec Honofrius eius filii, & bona quæ fuissent hæreditatis dictorum Antonii vel Honofrii si quidem quærimus de bonis Simonis separatis à bonis quæ fuerunt hæreditatis Antonii, & Honofrii, & dicendum est ꝙ si qua talia bona reperiuntur, in hæreditate Symonis, ista spectabunt ad filias dicti Symonis tanquam eius hæredes ab intestato. cum non præsupponatur eum decessisse testatum,
1 † quia in substitutione compendiosa, seu fideicommissaria facta dicto Symoni, tam per dictum Antonium, quam per dictum Honofrium, non veniunt * bona propria ipsius Symonis, cui facta est substitutio. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. l. in fideicommissaria. §. quoties. & l. ex facto post principium. versic. non tantum. ff. ad Trebel. & constat dictas filias de iure communi præferri cuicunque ascendenti vel transuersali in successione paterne ab intestato l. intestato. & l. si matre. C. de suis, & legi. & in auth. de hær. quæ ab inte. circa princ. Si autem quærimus de bonis & hæreditate Antonii primi testatoris, pro parte pro qua obuenit dicto Symoni immediate iure institutionis factæ de quarta parte hæreditatis dicti Antonii, &
2 in hoc † etiam fatendum est ꝙ dicta substitutione non obstante possunt dictæ filiæ & hæredes Symonis consequi legitimam debitam dicto Symoni in bonis dicti Antonii aui paterni dicti Symonis, quoniam in legitima non potest filius; vel eius hæres per fideicommissum grauari saltem post pupillarem ætatem. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testam. l. cum patronus. de lega. 2. & d. §. cum filiæ. & ibi no. doc. & c. Raynutius & c. Raynaldus, de test. quæ quidem legitima Symonis in bonis sui aui paterni erat duodecima pars bonorũ

quæ

quæ erant in hæreditate Antonii tempore mortis ipsius Antonii, attento ꝙ ex narratis apparet ꝙ post mortem dicti Antonij extabant Honofrius filius dicti Antonii testatoris & dictus Symon & Colantonius fratres & filii quondam Raynaldi filii prædefuncti eiusdem Antonii testatoris, & sic legitima omnium prædictorum erat tertia bonorum, vt in auth. nouissima. C. de inoffi. test. & quæ venit diuidenda inter eos, in stirpem, ut l. Pap. §. quoniam autem quarta. in fi. ff. de inof. test. & in §. neque in illo, in auth. de trien. & semis. & sic dimidia illius tertiæ partis, & sic duæ unciæ ex duodecim erāt legitima Honofrii. aliæ duæ vnciæ erant legitima Symonis,
3 & Colantonii in quam † tamen legitimam computaretur, si quid fuisset per dictum Symonem alienatum de bonis dicti Antonii, secundum ea quæ notātur in l. Marcellus. §. res quę ff. ad tre. cum suis concor. ¶ Nunc est videndum, an stante dicta substitutione facta in testamento dicti Antonii possunt filiæ & hæredes dicti Symonis de parte hr̄ditatis in qua fuit institutus Symon in testamento Antonii detrahere aliquam quartam trebellianicam, an verò totum præter dictam legitimam restituere debeant, an vero nihil restituere debeant. & circa hoc insurgunt plures dubitationes, vna est, an testator videatur prohibuisse dictas filias hæredes Symonis detrahere Trebellianicam. Secundò, posito ꝙ sic, an illam detractionem Trebellianicæ, prohibere potuerit. Tertiò, posito ꝙ nō. an si Symon adiuit hæreditatem sine confectione inuentarii, sit priuatus ipse, & consequenter hæredes sui commodo detractionis quartæ trebellianicæ. Quartò, an illa substitutio facta Symoni vitietur ex eo, ꝙ testator videtur voluisse illam substitutionem esse directam etiam post tempora pupillaris ætatis, vt sonant illa verba scilicet directo iure succedant. ꝙ quidem non videtur fieri posse à pagano, imo videtur substitutionem vitiari. l. verbis ciuilibus. & l. in pupillari. & l. Centurio, cum ibi plenè notatis. ff. de vul. & pup. cum suis conc. ¶ Circa primum, scilicet vtrum dictus Antonius videatur voluisse prohibere dictas filias hæredes Symonis posse ex persona Symonis detrahere quartam Trebellianicam, dubium facit quia in testamento dictus Antonius dixit, ꝙ si quis ipsorum Symonis & Colantonii, in ætate pupillari, vel postea, quandocunque decederet sine filiis masculis, ex se legitimè natis, superstites aut alterius eorum de prædefuncti filii masculi superstites directo iure succedant in totum exclusa eorum matre ab omni legitima debita iure naturæ & trebellianica, & sic testator videtur solum prohibuisse matrem dictorum Symonis & Colantonii, posse detrahere Trebellianicam non autem ipsum Symonem seu alios qui essent hæredes ip-
4 sius Symonis, quia † priuatio vel prouisio facta de vna persona ad aliam non porrigitur. l. commodissimè. & l. cum quidā ff. de libe. & posthu. l. cum prætor. in prin. ff. de iudi. c. nonne, de præsump. item quia prohibitio detractionis quartæ in casibus in quibus fieri potest, debet fieri expresè, in auth. de
5 hæ. & fal. § sin vero expressim. ¶ Tamē hoc non obstante † pu
* to de iure verius, * ꝙ trebellianica videatur esse prohibita, qa posito ꝙ non videatur prohibita per illa verba, s. exclusa eorum matre ab omni legitima & Trebellianica, tamen videtur prohibita per illa verba, s. superstes directo iure succedat
a in totum [a] vt probat tex. in l. decem. in fi. & ibi gl. ff. de fidei commis. lib. & ibi not. etiam illum tex. ad hoc Ang. vbi patet ꝙ etiam de iure digestorum in casibus, in quibus secundum illa tempora poterat testator prohibere detractionem falcidiæ in legatis si disponebat in testamento quod legatum inte
b grum [b] præstaretur, videbatur prohibere falcidiam, & paria
6 sunt dicere integrum, † & dicere totum. vt in d. l. decem. & plane, la j. §. fin. ff. de legat. 1. l. dotale. §. prædii. ff. de fun. do. nec dicatur ꝙ in dicta l. decem, illud ideo est, quia testator voluit legatum conuerti in certum vsum, qui vsus facta detractione falcidiæ non poterit impleri, quia ista responsio procederet ad prin. illius l. quo casu testator non dixit in integrum præstari. sed non procedit quo ad fin. ibi versi, perinde. vbi ponitur alius casus separatus, qui est casus noster, scilicet quando ex vi verbotum prohibetur. ¶ Ad idem text. in l. si post missionem. ff. ad legem falcid. in verbo plena legata. vbi intelliguntur plena legata præstari, quando prę stantur sine detractione falcidiæ, aliter non probat. ad idem text. in l. 1, §. cum elicitur ff. si cui plusquam per legem falcid. vbi tunc demum dicitur integrum legatum præstari, quādo sine detractione quartæ præstatur bene facit l. nomen. §. finali. ff. de legat. 3. hoc expresè vult Bartol. in l. Centurio. ff. de vulgar. & pupilla. in ver. 3. principaliter quæro quando substitutio compendiosa est facta, per verbum commune, &c. & in l. precibus. circa vltim. colum. C. de impub. & aliis substit. vbi vult quod quando testator dixit, quandocūque filius meus decesserit, volo hæreditatem meam totam, & integram, vel omnia bona mea, vel bona mea sine aliqua
c diminutione ad talem peruenire, videtur voluisse, [c] quod ex illa substitutione non sit tractandum de detractione alicuius quartæ vel Trebellianicæ. argum. l. Iulianus, in princip. ff. de legat. 3. nec etiam de detractione legitima. vnde casu quo substitutio alias fuisset fideicommissaria, & sic venisset detrahenda etiam legitima, iuxta dicta l. quoniam in prioribus,
7 † tamen propter adiectionem dictorum verborum transibit
d substitutio in speciem directæ [d] substitutionis. vt nulla detractio etiam legitimæ fieri posset. & ita etiam voluit Bartol. in consil. suo incipiente Barth. Rossoli. & consil. 56. incipient. Bart. fecit testamentum. & in consilio incipiente. In quæstione proposita viso puncto &c. hoc expresè etiam firmat Angel. in dicta l. Centurio. volens per dicta verba intelligi prohibitam esse detractionem Trebellianicæ per dicta l. in decem, & per l. nam quod §. fin. cum l. sequen. ad Trebellia. & cum Bartol. in dicta l. Centurio transit etiam Ioan. de Imol. in dicta l. Centurio. & Anton. de Butr. & Ioann. de Imol. in cap. Raynutius in materia compendiosæ substitutionis, de testamen. ¶ Hanc opinionem etiam tenet Bal. in dicta. l. precibus. in 18. columm. in versicul. procedo vlterius, &c. vbi expresè concludit quod quando testator dixit quod s. l. tuebat in totum, videtur voluisse quod de substitutione fideicommissaria nulla detrahatur Trebellianica. per dictam l. decem. & idem tenet Bald. in auth. sed cum testator. C. ad legem Falcid. in 2. colum. allegat glo. secundum eum singularem in dicta l. decem. facit l. fin. cum ibi nota. per Cyn. & alios. C. ad legem Falcid. & l. 2. §. ad filiorum. C. quando & quibus quarta pars deb. lib. 10. & tex. in dicto §. sin vero expressim. in uerbo. integra legata. Angel. etiam in consil. 125. incip. Hoc est testamentum Petri. tenet quòd quando testator grauat restituere totam seu integram hęreditatem, uideatur prohibere Trebellianicam per dictam. l. decem. ¶ Facit quod no. Ray. in l. post dotem. ff. soluto matrimonio, & Ange. & Ioan. de Imol. in l. damni infecti quidam. §. cum ma-
8 rietem. ff. de damno infec. ubi per illum. §. uoluit. † quòd si maritus qui lucratur partem dotis ex forma statuti uxore prę decedente in matrimonio sine liberis promittat hæredibus mulieris restituere totam dotem, non possit retinere partem dotis quam lucrari debebat, licet secus esset, si dotem simpliciter promisisset, per id quod ibi habetur. & hoc dictum procedit saltem quando tempore promissionis iam euenerat casus lucrandæ dotis, & non fuit per errorem facta promissio, ut cessent omnia quæ in contrarium adduci possent, & bene faciunt etiam notata per Ioan. de Imol. in l. si patronus. ff. de dona. istam partem etiam sequitur Lud. Rom. in l. Marcellus. §. quod autem. ff. ad Treb. per dictam l. decem, & per
9 d. l. si post missionem. ¶ † Bene facit quod no. Bald. in l. cum patrem. C. de iure do. ad fin. ubi per ibi notata per glo. uoluit ꝙ si testator prohibuit hæredem plus petere, uel habere,
10 uidetur prohibuisse detractionem falcidiæ. ¶ † Confirmantur prædicta, quia posito ꝙ requiratur ꝙ prohibitio fiat expræsè, ut in d. §. sin uerò expressim, etiam dicitur expressim
* fieri illud quod exprimitur * non specialiter sed in genere. l. fi. in fi. cum ibi nota. C. quod cum eo l. lucius. cum ibi no. ff. de uulg. & pup. not, Bar. in l. 1. in princip. in 2. q. principali. ff. de uulgari & pupil. & in l. prætor. in princip. ff. de operno. nunc. & ibi etiam no. per glo. & Bar. quod illud dicitur esse expressum quod tacitè agitur seu quod est ex mente, uel ex coniecturis. facit l. nominatim. ff. de condi. & demon. l. 2. ff. de lib. & posthu. l. certum. ff. si certum petatur. & l. licet, Imperator. cum simi. ff. de legat. 1. & tanto magis ubi non tractatur de aliqua dispositione pœnali & odiosa, ut in casu nostro. ergo non requiritur quod dictus Antonius dixerit quod prohibebat per dictum Symonem uel eius hęredes posse detrahi Trebellianicam, sed satis est quod per alia uerba, etiam

etiam generalia hoc ſenſerit ſaltem in genere, ut dixi. ¶ Et licèt Ange.alibi & nonnulli in hoc articulo uariauerint, & aliter dixerint, tamen rationes quibus mouentur, uidentur ſatis fragiles. ¶ Nam non obſtat l.qui totam. & l.nam quod.§.fin.cum l.ſeq.& ſequenti in princ. ff.ad Treb.& l.ſi hæres ab eo.§.ſi totam.& l.ita tamen. §.Trebellianum. & l.Lucius. §.hæres inſtitutus.eo.tit.cum ſimi. ubi grauatus reſtituere totã hæreditatem, tamen poteſt retinere quartam Trebellianicã
11 ſi uult ſpontè adire & reſtituere, quia reſpondeo † ꝙ illo tempore quo facta ſunt illa iura, nondum erat inductum ꝙ teſtator poſſet prohibere Trebellianicam uel Falcidiam. l. quod de bonis.§.1.& l.Titia.ff.ad legem Falci.nam illud fuit inductum iure authenticorum per dictum. §. ſinuerò expreſſum. & licèt ante prouiſionem dicti.§.ſinuerò expreſſim, non poſſet teſtator de iure communi expreſſe prohibere detractionẽ Falcidiæ uel Trebellianicæ, tamen attento ꝙ poſteà eſt prouiſum per ius commune in d. §.ſinuerò expreſſim, quod teſtator poſſit expreſsè prohibere Trebellianicam detrahi: nulla ſubeſt ratio ꝙ potius hoc caſu requiratur ſpecialis expreſſio quàm ubi à principio fuiſſet per ius antiquum permiſſum teſtatori hoc prohibere, quo caſu ſine dubio dicitur expreſſim fieri, quando etiam in genere exprimitur uel quomodocunq; conſtet de mente, dicto c.inquiſitores, cum glo.cum concordantiis, ſupra allegatis. ¶Non obſtat etiam ſi dicitur ꝙ ſubſtituẽdo ſimpliciter uidebatur ſubſtituere in toto.ar.l.quoties. §.hæredes. l. idem quoque.§.Sabinus. ff. de hære.inſti.& ſic expreſſio eius quod tacitè ineſt, nihil debet operari.l.3. ff. de
12 lega.1.& l.non rectè.C.de fideiuſſo.quia reſpondeo † ꝙ nõ eſt uerum quod ſint paria ſubſtituere ſimpliciter, uel ſubſtituere in tota hæreditate hoc expreſſo, ut probatur in l.uel ſingulis. ff. de uulgari & pupillari. ſecundum quod ibi declarat Bart.& Moderni & Bald. & Io.de Imo. in l.Titia Seio. §.Seia libertis.ff.de leg.2.bene facit quod no. Bar.& Bal.in l.quidã teſtamento.ff.de uulgari & pupillari.per illum text.& Bal.in l.pen.C.de impub.& aliis ſub. ¶Probatur etiam ratione quia
* indefinita æquipollet uniuerſali,* quãdo eſt eadem ratio omnium in indefinita comprehenſorum, aliàs non l.quæſitum. §.illud.& l.ſi cui lana.& l.hæres meus.§.1.ff.de leg.3. iuncta l.ſi pluribus.de lega.2.& l.ſi plures.de lega.3.& declarat glo. in c.ut circa.in uerbo, aliorum.de elec.in 6. & Dy. in rub.de reg.iu.in 6.& glo.& doc.in ca.2. ff.de coniugio leproſorum. & Bart.& alii in d.l.ſi pluribus.& Bald.in l.2.ff.de lib.& poſthum.& Ang.in l.cum quidam.C.de impub.& aliis ſubſtit. ſed quando teſtator facit ſubſtitutionem fideicommiſſariam ſimpliciter, non eſt par ratio omnium ſub indefinita comprehenſorum, quòd ueniant pariter in reſtitutione fideicommiſſi, quia in quadrante non eſt eadem ratio, quæ eſt in reſiduo ſeu in dodrante; cum ſciat aut ſcire præſumatur teſtator quadrantem iure communi deberi hæredi pro reſtitutione fideicommiſſi regulariter. dodrans uerò nullo iure debetur hæredi. & hanc reſponſionem tradit Rayner. in q. omninò ſimili quam ipſe ponit in l.poſt dotem. ff. ſolu. matrimo. in uerſic. iuxta hoc quæritur, ſtatuto cauetur ꝙ uxore in matrimonio prædecedẽte maritus lucretur, &c.& pro hac reſponſione eſt etiam bonus text.in d.l.damni infecti quidam. §.cum parie-
14 tem. ¶Non obſtat † id quod no.gl.iuncto text.in l.Neratius. §.1.in uerb.conferre. ff. de relig.& ſum. fune.ubi ille qui dat dotem pro muliere ſi ſtipulatur, quod in caſu ſoluti matrimonii debeat ſibi tota dos reddi, nihilominus poterit deduci impenſa funeris mulieris, quia poſito quod illa glo.eſſet uera, poſſet procedere quando ille qui dotem dedit, ſtipulatus ante ſolutum matrimonium ꝙ in caſu ſoluti matrimonii dos tota ei reddatur, nam debet intelligi in caſu in quo non contingat fieri neceſſariam diminutionem pro funeris impenſa, ut quia matrimonium aliter quàm morte mulieris ſoluatur, uel taliter ꝙ nulla ueniat facienda neceſſaria deductio impẽſæ funeris prout contingere poſſet. pone mulierem in mari periiſſe uel caſu ſimili, aut quod alius gratis impenſam fecerit, & hoc ſenſit Bald.ibi, & Ange.in d.§.cum parietem ſecus quando conſtat quod in omnem euentum eſt in poteſtate hęredis detrahere Trebellianicam.niſi teſtator prohibeat, quia tunc dicendo hæreditatem uult in totũ reſtitui, uidetur uelle prohibere Trebelliaaicam per allegata, ſuprà. ¶ Bene facit quod not.gloſ.in l.ſi prior, cum ſimil.ff.ſolu.matri.uel in caſu dictæ. l.Neratius, poteſt hoc tolerari propter illum publicum fauorem de quo loquitur text. in d. l.Neratius, in princ. quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, ut declarat Barto.in d.authẽ. ſed cum teſtator.in princ.& in l.nemo poteſt de lega.1. & in d. l.quod de bonis. §. 1. non obſtat etiam ſi allegaretur id qđ no.Bald.in l.1.C.de fruc.& litium expen.in 2.colum.in uerſic.pone dicit ſtatutum ꝙ damnatus integros fructus &c. qa reſpondeo ꝙ poſito ſine præiudicio ꝙ illud dictum procederet in diſpoſitione legis uel ſtatuti, tamen in diſpoſitione hominis, in qua ſumus, non procederet per dictam l. fi.& quod ibi not.Cyn.& doc.C.ad legem falci.& ita expreſsè etiam decidit Ludoui.Roma.in l.fructus.ff.ſolu.matrimo.& per hæc patet reſponſio (ut puto) ad omnia quæ principaliter adduci poſſent in contrarium, & uidetur eſſe magis communis opin. & conſequenter in iudicando ab ea non eſt recedendum, ut
15 traditur in locis uulgaribus. ¶†Circa ſecundum articulum, ſcilicet an dictus Antonius potuerit Trebellianicam prohibere, & omiſſis argumentis ad partes poſtquam habemus ꝙ ſit communis opin. a qua in iudicando non eſt recedendum
e dico communem opinionem eſſe ꝙ poſſit[e] prohibere, ut tenuit glo.in §.ſed quia ſtipulationes.inſtit.de fideicom. hære. & in §.ſinuerò expreſſim. in auth.de hære. & falci. & Azo in ſumma authenticorum de hær. & falcid.Iaco.de Are.Petr.& Cyn.& Rayn.Ang.& Saly.in d.auth.ſed cum teſtator.& Bar. Ang.& Raph.Cuma.in l.Marcellus, in princ.ff ad Trebel. & Cyn. & Ioan. de Imo.in l.1. §. ad municipium. ff. ad legem. Falci.& Nicol.de Neapo.in leg.1.§. inde Neratius.ff.ad Trebell. & Bald.in l.filium quem habentem.in 6.colum. C. famil.erciſ.& Ange.in d.§.ſinuerò expreſſim.& Paul.de Caſtr. in d.auth.ſed cum teſtator. ubi inquit ꝙ communiter tenet. & probatur maximè per dictam l.Marcellus. uerſi.quod aũt.
16 ſecundum intellectum Dyni & quia † iura correctoria loquẽtia in uno caſu extenduntur ad alium caſum, qui comprehenditur ſub caſu expreſſo, ſaltem inſpecta lata ſignificatione uocabuli, ut not.in clem.auditor, in uerbo.beneficio.de reſcrip. & in clem.1.in uerbo, eligatur, cum ibi not.per doc. de elec. & auth.ut hi qui obl.§.1.in uerbo curationem, ergo tex.in d. auth. ſed cum teſtator, quamuis loquitur in falcidia, quam quidem ſine dubio poteſt prohibere teſtator, ut ibi, debet extendi ex identitate rationis ad Trebellianicã quæ largo ſumpto uocabulo dicitur Falcidia.l.pater filiam, in princ.& l.Titia.ff.ad legem Falci.& l.cum filio. ff.de lega.1.& nota.in authen.unde ſi parens. C.de inoffic.teſta.& poſito ꝙ hæc communis opinio limitetur, præſertim per Baldum in l.iubemus in prin.C.ad Trebel.non habere locum in teſtatore prohibẽte liberos primi gradus, ideſt filios detrahere Trebellianicã, per illum text.tamen circa hoc non inſiſto, quia non eſt caſus noſter, quoniam Symon & hæredes ſui non ſunt de liberis primi gradus ipſius Antonii, quinimò Cyn. ibi in princ.ſentit expreſſe cõtrarium, dum uult ꝙ illa lex ſit hodie correcta per auth.ſed cum teſtator. & hanc partem ẽt tenent plerique alibi.ſed iſtud ad præſentem ſpeculationem non pertinet. & eſt notabilis articulus & paucis non bene expediendus, omit-
17 to igitur pp impertinentiam & breuitatem. ¶†Præterea, poſito quod non potuiſſet prohiberi detractio Trebellianicæ, aut non fuiſſet prohibitam per teſtatorem, cuius tñ contrariũ teneo eſſe uerũ (ut dixi) tñ conſtat ꝙ oẽs fructus quos d. Symon percepiſſet ex hæreditate Antonii uſq; in diem mortis ipſius Symonis, ſunt computandi d. Symoni & eius filiabus hæredibus eiuſdem in quartam Trebellianicam. l.in fideicõmiſſaria, in princ.& ibi plenè notat, & in l.mulier.§.ſi hęres. ff.ad Treb.attento ꝙ (ut dixi) Symon non erat de liberis pri-
f mi gradus, id eſt, non erat filius dicti Antonii, ſed nepos,[f] & ſic non habet obſtare.l.iubemus. C.ad Trebel. ¶Per prædicta apparet non oportere ingredi illum articulum, an per non
g confectionem inuentarii[g] dictus Symon & eius hæres perdat facultatem detrahendi quartam Trebellianicam in quo fuerunt opiniones. ſed illa diſputatio poſſet eſſe utilis, ſi detractio Trebellianicæ non eſſet prohibita ſeu caſu quo non
18 procederent ſuperius dicta. ¶ † Venio ad quartam dubitationem uidelicet, an illa ſubſtitutio facta per Antonium Symoni uitietur mortuo Symone poſt pupillarem ætatem attento quòd teſtator uidetur uoluiſſe illam ſubſtitutionem eſſe directam etiam poſt tempora pupillaris ætatis, ut ſo-

ut sonant illa uerba, s. directo iure succedant? & in hoc breui
ter respondeo, quod per hoc nõ uitiatur dicta substitutio, ma
ximè propter clausulam codicillarem in dicto testamento in-
sertam, propter quam communiter concluditur, ꝙ ubi aliàs
substitutio facta per uerba directa non posset trahi ad fidei-
commissum, tamen propter ipsam clausulam . codicillarẽ tra
hetur, per l. si frater tuus. C. de fideicommis. & per no. per gl.
in §. masculo. insti. de pupillari substi. & firmat Bal. in d. l. uer
bis ciuilibus, & dicit Ange. & Io. de Imol. ibi hoc fuisse nouũ
dictum Bal. ibi; & idem bene sentit Bar. in l. 1. in 16. quæstio-
ne. ff. de iure codicil. hoc etiam sequitur Angel. & Ioan. de
Imo. in l. in pupillari, de uulgari, & pupil & Ang. in l. 1. ff. de
iure codicil. & Ioan. de Imo. in dicto ca. Raynutius, in mate-
ria compendiosæ substitutionis. & Ange. & Raphael. Fulgo-
sius, in l. precibus. C. de impub. & aliis substi. & Ang. & Ioan.
de Imo. in l. Centurio. præallegata. & Raphael & Paulus de
Castro in d. l. uerbis ciuilibus. ¶ Prætereà dicta substitutio nõ
fuit una sed multiplex, scilicet una infra pupillarem ætatem,
alia post, quia dixit testator, si quis eorum Symonis & Colan-
tonii in pupillari ætate decesserit, uel postea quandocunq; si-
ne filiis masculis superstes directo iure succedit. ut not. glo.
magna in fine in l. precibus, superius allegata. & Bart. & om-
19 nes in dicta l. Centurio. quo † casu uidetur iudicandum de il
la substitutione secunda ac si facta esset puberi per uerba dire
cta, quo casu trahitur ad fideicommissum. ut not. glo. in præ-
allegata. l. uerbis. & ita uoluit Ange. in dicta. l. in pupillari. &
in dicta. l. precibus. tamen magis adhæreo primæ responsio-
ni. ¶ Nunc est uidendum quid de bonis quæ obuenissent præ
fato Symoni ex testamento dicti Honofrii qui dictos Simo-
nem & Colantonium uniuersales hærẽdes instituit ac eos in-
uicem substituit, prout substituti fuerant in testamento præ-
20 fati Antonii, & quia † nec ex testamento dicti Honofrii pa-
trui dicti Symonis, nec etiam extra testamentum debebatur
dicto Symoni aliqua legitima in bonis & hereditate dicti Ho
nofrii. iuxta. l. fratres. & l. fratris. C. de inoffic. testamen. & l.
1. de inoffic. testa. ideo nullam legitimam de bonis propriis
Honofrii deducere possunt dictæ filiæ Symonis ex persona
Symonis: nec etiam deducere possunt Trebellianicam iisdẽ
rationibus, quibus dixi cessare Trebellianicam in testamento
Antonii, quia cùm Honofrius dicat se substituere prout & si-
cut dicti Symon & Colantonius substituti fuerunt in testa-
mento Antonii, perinde est ac si illęmet prohibitiones & qua
litates expressè in testamento Antonii fuissent expressè in te-
stamento Honofrii. l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demõ-
stra. & l. institutio talis. ff. de conditio. institio. l. asse toto. ff.
de hæredibus instit. l. edita, in uersic. prout, cum ibi not. C.
21 de eden. ¶ † Nec dicatur ꝙ dicta substitutio fideicommissa-
ria comprehensa in testamẽto Honofrii euenerit, attento qđ
dictus Symon decesserit cum filiabus, per l. cum acutissimi.
C. de fideicommiss. & l. cùm auus. ff. de conditio. & demonst.
& l. generaliter. §. cùm autem. C. de insti. & substi. sub condi-
tione factis quia responsio patet ex his quæ proximè dixi. nã
substitutio facta in testamẽto Antonii ad quem se retulit Ho-
nofrius fuit facta sub hac conditione, si Symon decederet si-
ne filiis masculis, & consequenter non sufficit filias fœminas
22 extare. † Præterea dispositio dictæ. l. cùm acutissimi, cum si.
habet locum quando substitutio est facta descendentibus ip-
sius testatoris, secus si aliis, puta transuersalibus, ut est de mẽ-
te glo. reputatæ singularis in l. ex facto. §. si quis rogatus. el j.
& ibi not. Ang. & alii. ff. ad Trebel. & clare Iacobus de Are. &
Cyn. in dicta l. generaliter, §. cum aũt. & alii doctores in d. l.
cum auus. ¶ Et si quæratur de quibus bonis debeant dictæ fi-
liæ Symonis dotari: dico ꝙ clarè apparet ex uerbis testamen-
ti d. Antonii, s. quod debent dotari de bonis Symonis, & con-
sequenter de dicta legitima, quam dixi ex persona Symonis
esse detrahendam de bonis dicti Antonii, quia illa dicitur de
bita dicto Symoni, l. fi. circa principium. C. de cura. furio. §.
primum. in authen. de hære. & falci. l. fin. C. de codicil. in au-
then. res quæ, C. communia de le. l. fi. ff. si quid in frau. pat. &
not. per doct. in l. non usque adeò. ff. si quis a paren. fue. ma-
nu. in d. c. Raynutius. cum simi. uel etiam de aliis bonis d. Sy
23 moni obuentis aliunde quam ex bonis d. Antonii. ¶ † Huic
consonant, quia auus uel proauus non tenetur dotare neptẽ
uel proneptem, quando pater ipsius mulieris habet unde do
tet de suo, ut concludit Bald. in præallega. auth. res quæ. &
probatur per not. per Barto. in l. non quemadmodum. ff. de
libe. agno. licèt Salic. indecisum reliquerit in l. fin. C. de dot.
promis. & saltem hoc uerum est mortuo auo uel proauo, ut
est casus noster, ita decidit Specul. in tit. de iudi. in 4. parte. §.
sequitur. uers. quid si unus ex fratribus. & Bald. in d. l. fi. cir-
ca penul. colum. C. de dot. promis. & Ange. l. si pater. ff. de eui
ctio. ¶ Ex quibus patet esse responsum ad omnia quæsita /
conclusiuè bona Symonis aliunde obuenta ei quàm imme
diatè ex hæreditate Antonii & Honofrii spectare ad filias hæ
redes Symonis. Bona uerò hæreditatis Antonii pro ea rata in
qua fuit institutus Symon in testamento Antonii esse resti-
tuenda per fideicommissum Colantonio excepta legitima
Symonis, quæ est una uncia ex duodecim unciis bonorum
quę erant Antonii tempore mortis Antonii deducto ęre alie
no, in quam legitimam imputaretur, si quid alienasset de bo-
nis Antonii Symoni, & subsequenter bona omnia Honofrii,
uel quæ ex testamento Honofrii obuenissent Symoni esse re-
stituenda per fideicommissum Colantonio absque aliqua de-
ductione legitimæ uel Trebellianicæ: & dictas filias esse do-
tandas de bonis Symonis seu de dicta legitima Symonis, ut
superius fuit ostensum. Alexand.

## ADDITIONES.

* Non ueniunt.] Ad idem est text. in l. sequens quæstio. ff. de lega. 2. & in l. 3. §. uxor. ff. de do. præleg. Pau. Cast. consil. 162. Visa narratione colum. 2. secundum formam antiquam. & idem tradit Alex. consil. 20. Ponderatis. lib. 3. Dec. consil. 477. circa fin.

* De iure uerius.] De hoc articulo uide etiam Crot. ad l. nemo pot. colum. 13. ff. de leg. 1. Natta.

a ¶ Totum ita tenet Alex. ubique. Sed contrarium uerius est ꝙ nõ sufficient hæc uerba generalia, ut dixi supra lib. 3. consil. 5. nu. 14. * In oppositum, quòd testator grauando in omnibus bonis, non prohibeat, uide Ias. consil. 146. lib. 4. Qua de re etiam tradit Crot. ad l. nemo potest. car. 4. ff. de leg. 1. Et ꝙ per d. uerba intelligatur prohibita Trebellianica, tenet Dec. consil. 495. dub. 3. Ruin. consi. 23. colum. 4. lib. 3 & consil. 163. colum. penul. lib. 2. ubi ponit, quid si sit dictum, Vt restituat omnem hæreditatem, non autem totam, & integram. Item quid si sit dictum, Restituat pleno iure, uel quòd amplius nil petere possit. Et de uerbo totam. uide Rui. consil. 173. colum. fina. libro 2. & consil. 37. colum. penul. lib. 1. Natta

b ¶ Integrum. dixi, supra lib. 5. consi. 133. nume. 11. * Facit, quia testator iubens plus non petere, uidetur prohibere Trebellianicam, Imo. ad l. 1. §. si fundo. ff. de hære. inst. Barb. consil. 2. col. 7. lib. 1. Natta.

c ¶ Voluisse. fateor hoc quia satis apparet de mente.

d ¶ Directè. falsum est, quia merè obliqua nunquam directantur.

* Quod exprimitur.] Vide Fel. ad c. translato. de constit. ubi ad utranque partem multa adducit. Natta.

* Aequipollet uniuers.] De hoc etiam ponit Bart. ad l. 1. ff. de reg. iur. & Alex. & alii posteriores ad l. 2. ff. de lib. & posthu. & in materia statuti Bar. ad l. omnes populi. in 3. q. 6. q. prin. ff. de iust. & iur. Natta.

e ¶ Possit. sup lib. 1, consil. 67. num. 1.

f ¶ Nepos. sed indistinctè praticatur in liberis, & bene ut dixi. sup. lib. 5. consil. 165. in fi. & etiam mens. d. l. iubemus. in fin. non est excludere nepotes, sed omnes aliosquàm liberos quibus iure naturæ legitima debetur, ut dixi in nouis intellec.

g ¶ Inuentarii. sup. li. 4. consil. 67.

## EPITOME.

SI instituit testator spurios suos hæredes non vt filios suos, sed vt filios Titii, & quoscunque alios sibi testatori nascituros, & post mortem dictorum institutorum decedentium sine liberis substituit proximiores suos agnatos, quæritur probato ꝙ instituti erant spurii testatoris, an hæreditas vadat ad fiscum, Respon. ꝙ non, sed ad illos proximiores agnatos.

## SVMMARIVM.

2 *Testatorem ignorare filios suos non est uerisimile.*

3 *Hæreditas fisco non applicatur si institutus est ipso iure incapax etiam si est incapax delicto testatoris. num. 5.*

7 *Fiscus ut auferat relictum spurio, non solùm requiritur ut spurius sit clam uocatus, sed etiam quod alius tacitè fidem accõmodauerit testatori.*

8 *Hæres etiam in rebus legatis habet titulum.*

CONSI-

## CONSILIVM CCII.

Perspectis verbis testamenti dicti Bonifacii, & his quæ in themate narrantur, videretur prima consideratione dicendum quòd dicta hæreditas ad fiscum pertineat, quia dictus testator videtur voluisse adhibere
1 † cautelam, quam tradidit Bal. in l. 3. in princ. ff. de liberis & posthumis. vbi refert quendam testatorem habentem filium suum spurium vsum fuisse hac cautela, quia instituendo eum non instituit eum vt filium suum, sed vt filium talis mulieris, vt sic ex forma testamenti non appareret vitium testamenti. argum. l. 2. C. de institu. & substitu. sub condit. fac. ibi ex his quæ in libello complexa &c. tamen dicit Baldus in dicta l. 3. quòd si probatur quòd talis erat filius spurius testatoris, illa cautela nihil valebit. argum. dicta l. 3. in princip. & per consequens in casu proposito dicta cautela non debet prodesse; cum præsupponatur esse probatum dictos Guilielmum & Nicolaum fuisse filios spurios dicti testatoris, licèt eos instituerit non vt illos suos, sed vt filios Antonii.
2 † & non est verisimile testatorem ignorasse filios esse filios suos. argum. l. opinio in fin. ff. vnde cognati. & l. de tutela. C. de in integ. resti. mino. & l. si vicinis. C. de nuptiis. & per ea quæ habentur per Bald. & Angel. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liberis & posthumis. cum suis concord. & cum appareat testatorem voluisse legem fraudare, clandestinamque facere institutionem spuriorum, & spurietatem & inualiditatem institutionis celare, vt etiam deprehendi videtur ex forma & figura institutionis debet hæreditas applicari fisco. l. 1. in princi. cum ibi nota. & l. non intelligitur. §. 1. & §. cũ ex causa. & quod vtrobique nota. ff. de iure fisci. & per id quod no. Barto. in l. aufertur, in princip. eodem titulo. pro hoc facere videtur, quia vbi hæres institutus est incapax ex delicto testatoris, videtur quòd hæreditas deuoluatur ad fiscum, non extantibus descendentibus vel ascendentibus testatoris. l. 1. C. de naturalibus liberis. & no. per gl. in l. hæreditas. C. de his quibus vt indig. & per Azonem in
3 summa. C. de naturalibus liberis. ¶ † Tamen præmissis non obstantibus puto contrariam sententiam in casu nostro esse de iure veriorem, quia vbicunque hæres institutus est ipso iu-
* re* incapax, non applicatur hereditas fisco. l. si in metallum. ff. de his quæ pro non scriptis ha. & ibi not. & in l. metallum. ff. de iure fis. & plenè not. maximè per docto. in l. 1. C. de hæredi. institu. per illum textum secundum communem intellectum doctorum etiam quando ex delicto suo esset effectus ab initio ipso iure incapax, vt in dictis iuribus. idem si sine delicto suo, vt in l. penulti. ff. de his quæ pro non scriptis. hab. talia enim relicta seu institutiones sunt pro non scriptis, vt ibi, meritò non transeunt ad fiscum, sed ad substitutos, si extant, & illis non extantibus, ad alios, de quibus in l. vnica. in §. 1. C. de cadu. tollen. Sed spurius est ipso iure incapax. in authent. quibus modis nat. effic. sui. §. fina. posita in authent. ex complexu. C. de incest. nup. & l. si spurius. ff. vnde cognati. Bene facit. l. si pater. cum gloss. & l. nec apud. C. de hæredi. instit. & dicta l. aufertur, in princi. cum gloss. ff. de iure fisci. in
4 quibus legibus apparet † quòd vbi quis absque culpa sua efficitur indignus, hæreditas non transit ad fiscum. constat autem illos institutos non posse dici indignos culpa sua, quia
5 spurius non est indignus culpa sua. l. legem. & l. fin. C. de naturalibus liberis. ergo &c. † vnde secundum magis communes conclusiones reprobata glo. in dicta l. hæreditas. quando instituitur ille qui est incapax delicto vel vitio testatoris, regulariter hæreditas non transit ad fiscum, præterquam in casu speciali posito in l. 1. C. de natu. liber. & in l. si quis incesti. C. de incestis nu. & in l. 1. C. de secundis nuptiis. vt notant. do. in dicta l. hæreditas. & Barto. latè in l. fina. ff. de his quibus vt indig. & in suo consilio incipiente, Dominicus magistri Trebaldi. & Bald. & alii post eum in l. 3. ff. de testam. & in d. l. 1. C. de natu. libe. & Oldra. in consi. 39. incip. Thema tale est, legatum &c. & ibi concludit Oldra. quòd si legatum relictum est spurio & substitutio ei facta est sub conditione, si decesserit spurius sine liberis; & contingat spurium in infantili ætate decedere, non admittetur fiscus, sed substitutus. al- legat. l. 1. ver. sed si legatum. ff. si quis aliquem testari prohibi. & l. legatarius. ff. de excusa. tuto. cum aliis ibi allegatis per eum. & respondet ad dictam. l. 1. C. de naturalibus libe. quia secundum eum loquitur ibi in casu speciali, uel loquitur qñ incapaci non est substitutus alius capax. & hæc secunda respõ-
6 sio optimè accommodatur ad casum nostrum, quo facta † est substitutio cõpendiosa dictis Gulielmo & Nicolao post mortem eorum decedentium sine liberis, quæ substitutio etiam continet in se uulgarem substitutionem, cum fuerit facta per uerba communia, ut plenè probat Bart. & alii in l. Centurio, uer. quæro utrum substitutio compendiosa facta per uerbũ commune contineat uulgarem &c. ff. de uulgari & pupil. & docto. in l. precibus. C. de impub. & aliis substi. in ca. Raynutius. de test. ¶ Ad hoc ꝙ dictus substitutus admittatur, bene facit. l. 2. & quod ibi no. Bar. & alii. C. de hæredi. instit. & quod notat Bartolus in l. Gallus. §. ꝙ si is. ff. de liberis & posthumis.
7 ¶ † Hunc casum etiam uidetur satis clarè decidere Ange. in dicta. l. hæreditas. ubi ad hoc ut fiscus admittatur, non solùm requiritur, quòd spurius sit clam uocatus, sed etiam ꝙ alius tacitè accomodauerit fidem testatori de restituendo illi incapaci per dictam. l. non intelligitur. & subdit quod quando hęres est ipso iure non capax, tunc nunquam applicatur hæreditas fisco, sed habetur pro non scripta, per l. 3. ff. de his quæ pro non scrip. ha. sed ita est ꝙ in casu nostro nullus fuit, qui tacitam fidem accomodauerit testatori de restituendo spuriis: sed fuerunt ipsi directò instituti, & etiam ipsi sunt ipso iure incapaces, ut est dictum meritò ex omni capite uidetur quod fiscus excludatur. ¶ Et si quispiam inueniatur qui in discursu sentiat aliter allegando dictam. l. non intelligitur. certè aut inaduertenter locutus est, aut de necessitate intelligi debet ꝙ prius institutus erat alius quam spurius, & post mortem primi instituti esset clam seu tacitè institutus spurius, quo casu eius institutio quamuis facta per uerba directa, habet uim fideicommissi, per notata in l. uerbis ciuilibus. ff. de uulgari & pupilleri. & in l. Scæuola. & l. ex facto, in princ. ff. ad Trebel. & not. Baldus in l. extraneum. C. de hæredibus insti. & Bald. & Ang. in l. miles ita, in prin. ff. de mili. test. & in l. 2. ff. si pars hære. pet. & in l. hæreditas ex die. ff. de hær. insti. & Ange. in l. si ita. §. fin. cum simil. ff. de liberis & posthumis. unde tunc si clam facta esset dicta institutio spurii, ut quia primo loco institutus tacitè accomodasset fidem testatori, uerum est ꝙ hæreditas applicatur fisco propter delictum & culpam hæredis primo loco instituti. & ratio est, quia tunc hæres primo loco scriptus dicitur esse capax, non obstante dicto delicto: unde quia ipse non potest accipere hæreditatem fiscus aufert ei illam ut indigno. l. ex facto. §. Iulia. ff. de uulgari & pupillari. & l. aliud est capere, & ibi notatur. ff. de uerborum significatione. quæ ratio cessat in casu nostro, in quo ipso iure erant incapaces funditus ipsi instituti per superius allegata. ¶ Nec proximę rationi obstat, si dicatur ꝙ si uera esset dicta ratio, sequeretur quod quando testator legat spurio, id quod reliquit hęredi nec alteri, non applicaretur fisco, etiam dato quod hęres tacitè accomodasset fidem testatori de dando spurio. attento quod hæres in dicta re legata non habebat titulum, & sic nõ potest dici quod auferatur hæredi & applicetur fisco, tamen uidemus ꝙ fisco applicantur etiam legata, per ea quæ haben-
8 tur in dicta. l. non intelligitur. quia respondeo ꝙ † imò in re legata hæres dicitur habere titulum, ut declarat Bal. Ange. & Ioannes de Imo. in l. si ita quis hæres institutus fuerit excepto fundo. ff. de hæred. instit. ubi fortius dicunt per illum textum quod si testator multa legata fecit, & postea dixit, Titiũ uniuersalem hæredem meum instituo præterquam in dictis
* legatis tamen dicta legata * includentur in institutione hæredis. idem probatur in l. cogi. §. inde quæritur. ff. ad Trebel. & ibi per illum textum dicit Paulus de Castro ꝙ quando testator in testamẽto prius certa bona legauit legatariis postea dixit, in oĩbus aũt aliis bonis meis instituo Titium hæredẽ. ꝙ illud uerbũ directum instituit, importat nedum ꝙ sit institutus in aliis, sed etiam & in rebus legatis, quia illa non detrahunt de iure, i. de uniuersitate, ut ibi, non mirũ ergo si in proposito dicimus quod auferuntur hæredi, & applicãtur fisco. ¶ Hæc ẽt uṙ esse mẽs Bar. in præall. l. non intelligitur, in prin. ubi similiter requirit ꝙ clam fuerit relictum, & ꝙ institutus tacitè accõmodauerit fidẽ restituendi non capaci. & ita ẽt sentit Bar. in p̃alle. l. fi. ff. de his quib. ut indi. nec contrariũ dicit ipse in dicta l. hæreditas, si bene inspiciat. hoc ẽt uoluit Bart. in l. si totã. ff. de acq. hære. ubi uidetur facere istam differen-

tiam,an sit incapaci directò relictum,an uerò hæres tacite fidem accomodans sit rogatus de damno incapaci. ¶Ad prædicta etiam adduco id quod no.Ioan.de Imo.in l.in tempus.ff.
9 hæredi.insti.ubi di xit ꝙ † si spurius purè instituitur,& grauetur de restituenda hæreditate Regi Franciæ uel Angliæ aut alteri,ad cuius notitiam uerisimiliter de facili non deueniet,& dato quod deueniret, tamen de facili uerisimiliter se non intromitteret : ꝙ hoc casu talis institutio & dispositio non ualet tanquam facta in fraudem legis, ut sic spurius habeat id quod de iure habere non potest, per ea quæ habentur in l.contra legem,& in l.fraus.ff.de legib.& in ca.fin.de regulis iuris, in 6.& not.Bald.in l.hac edictali.§.omni. C. de secun.nupt. pondero ergo inquantum Ioannes de Imo.dicit ꝙ dispositio illa facta in fraudem uitio testatoris non ualet, quia ex hoc apparet ꝙ non applicatur fisco, quia si applicaretur fisco ualeret institutio & auferretur spurio instituto.sed si non ualet quia habetur pro non scripta: non potest applicari fisco, ut sæpe dictum est.¶Confirmo per textum in præallega.l.1. C. de naturalibus liberis . ibi, dum textus dicit, siue illos legitimos siue naturales dixerit &c. ubi text.probat quod dispositio illius legis uolentis ꝙ si quis filio spurio reliquerit uel cōcesserit aliquid, acquiritur descendentibus seu quisdā agnatis ibi enumeratis, & illis non extantibus acquiritur fisco & uult text. hoc habere locum , etiam si pater ibi reliquerit seu concesserit eis ut filiis legitimis . ecce ergo ꝙ quamuis pr̄ uoluerit fraudem legi facere celando spurietatem & appellādo eos legitimos,tamen non magis propter hoc applicatur fisco, imò secundum docto. communiter ibi & in aliis locis superius allegatis, quando ille talis spurius esset natus ex persona non constituta in dignitate, tunc etiam non extantibus illis agnatis enumeratis in dicta. l. 1.adhuc nō applicaretur fisco.
10 ¶ †Posset etiam dici ꝙ in dubio præsumatur testatorem non clam reliquisse dictis Guilielmo & Nicolao: quia in dubio p̄sumitur testator putasse ipsos esse tales quales eos denominauit,ut no.glo.Bar.& omnes in l.nemo.§.qui frater. ff. de hæredi.insti.& Bart.in l. neque. C.de testa.quo casu etiam si nō esset spurius directò institutus , sed alius capax esset expressè grauatus de restituendo spurio , non applicatur fisco, ut not. doct.in d.l.hæreditas.& in d.l.fin.de his quib. ut indig.cum concord. supra allega. Tutiora tamen puto superiora fundamenta,quæ firmiter puto esse uerissima. ¶ Ex quibus apparet esse responsum ad ea quæ fuerunt allegata in contrarium, qa illa procedunt quando hæres capax tacitè accomodasset fidē testatori de restituendo id , quod clam esset iure legati uel fideicommissi relictum spurio seu incapaci, ut probaui. Nec obstant notata per glo. in dicta l.hæreditas, quia illa communiter est reprobata,ut superius dixi. Ex quibus concludo qđ dicta hæreditas , non est fisco acquisita , sed deuenire debet ad præfatos agnatos. Alexan.

---

ADDITIONES.

* Est ipso iure.] Sequitur Dec.ad l. 1.no.8. C.de secun.nup.
* Tamen dicta leg.] Hæres titulum habet in rebus legatis,Alex.ad l. nam quod.§. non omnis.ff.ad Treb.circa fi.Ruin. consil.32. col.pen. lib.2.& consi.38.col.10.lib.5. Natta.

EPITOME.

NON licet deriuare aquam de canali alieno, uel alteri prius concesso à superiore.

## CONSILIVM CCIII.

Perspectis his quæ in themate suprascripto narrātur,& his quæ copiosè scripta & allegata sunt per eximium dominum sup. consulentem iam dudū discipulum meum & tāquam fratrem dilectissimum pro ue-
a ritate eruenda præsuppono quod quæstio de qua per gloss. [a] & doc.in l.si manifestè.C.de seru.& aqua.& in l.si quis ex argentariis.§.si initium.ff.de eden.& Spec.in ti.de causa. pos.§. quia uerò uersi.quid ergo si aliqui.& p Bar.in l.quominus.§. 1.in 1.q.ff.de flu.& per Andreā de Iser.in c. 1 . circa secundā col.in ti.quæ sint regal.& per Bal.in l.1.in 10.col.C.de sent. quæ pro eo ꝙ inter.& Bal.in c.cùm ecclesia. Vollaterana, de electione.& per Ang.in l.1.§.idem ait. ff.ne quid in loco publico.non est propriè quæstio nr̄a : quia illa quæstio tacta in
* dictis locis procedit, quando unus * primo ædificauit in flumine publico, & secundus ædificauit etiam in eodem flumine publico à parte superiori : nam tunc magis communiter concluditur.si primus licitè ædificauit , quod secundus non pōt ædificare & auferre lucrū quod licitè percipit primus ex publico,per l. 2.§.meritò.ff.ne quid in loco pub.Si aūt flumē esset priuatum pertinens ad vtrunq; ędificantem,tunc potest secūdus licitè ædificare in suo. & frui aqua dicti fluminis priuati,dummodò faciat principaliter vt sibiipsi prosit.l.Procu
2 lus.ff.de dam.infec. ¶†Et dicitur flumen publicum quando perpetuo fluit. priuatum uerò quando non omni tempore, ut quia in æstate non fluit. l.1. §. 1. & 2. de flumi.& flumina priuata seu torrentia dicuntur pertinere ad illos qui propè ab utraque parte prædia possident, quia quilibet intelligitur habere ius usque ad medium uersus suam ripam si aliter nō apparet ex cuius prædio factus fuerit alueus dicti torrentis, ita magistraliter tradit Bart.melius quàm alibi in tractatu alluuio.circa 8.col.arg.l.adeò.§.insula.& §.ꝙ si toto.ff.de acq. rer.do.& ēt concludit Bal.licèt non ita plenè in c.1.§. si quis de manso.in ti.de controuer.inuesti. ¶ Sed alius uidetur esse casus de quo quærit, quia quilibet ædificat in suo, & tractat an Petrus Iacobus possit de dicto canali uel canalibus deriuare aquam ad suum molendinū nunc constructum , postq̄ d.Bernabæus iam dudū ædificauerat per se uel authores suos suum molendinum.& etiam præsupponitur eum habere legitimum titulum in dicto aquæductu, cuius tituli iustitia etiā
3 euidenter apparet, tum quia † de iure cōi ex flumine publico non nauigabili licitum est regulariter cuilibet aquam ducere,ut d.l.quominùs.& istud uidetur posse dici flumen publicum quò ad casum nostrum , quia præsupponitur ꝙ in illis partibus & locis unde aqua ex flumine ducitur , id est in partibus superioribus flumen tam in æstate q̄ in hyeme fluit, & sic publicum esse dicitur,ut superius dictū est.& posito qđ aqua dicti fluminis intraret aliquod flumē nauigabile ut Padum;tamen hoc non impediret, quin licuisset dictis de Manfredis & dicto Bernabæo aquam ex dicto flumine Crustinei ducere, attento ꝙ ista aqua sic educta per huiusmodi canalia de flumine Crustinei omninò posteà reintrat ipsum flumen nauigabile Padi, ut uerbo fertur, ita deciditur ex his quæ notantur per Bar.in d.l.quominus,in ultima oppositione, & p Bal.in rubr. ff.de rerum diui.in 5.col.tn̄ etiam apparet dictū Bernabæum habere iustū titulum in dicto aquæductu: quia à principe habuit concessionem dicti aquæductus per dicta duo canalia cum clausula , ꝙ nullus sine licentia dicti Bernabæi & fratris sui possit extrahere aquam de dicto canali dictorum fratrum de Caprariis , & etiā cùm clausula ꝙ nullus debeat dictos fratres de Caprariis molestare in dicto aquęductu dicti eorū canalis & ēt in aquæductū canalis dominorum de Manfredis quod fluit seu deriuat in canale dictorum fratrū de Caprariis,ut latius continetur in decretis & concessionibus dictorū fratrum de Caprariis. ¶ Et circa hoc breuiter mihi uı̄ concludendum, ꝙ de iure dicto Petro Iacobo nō licuerit deriuare aquā à canali dictorum de Caprariis, & a dicto eorū solito aquæductu , & diuertere ipsam aquā in aliud canale factum per dictum Petrū Iacobū, quantumcunque dicta aqua postq̄ inseruierit molendino d.Petri Iacobi redeat p aliud canale dicti Petri Iacobi ad canale dictorum de Mãfredis & de Caprariis ad inseruiendum molendino dictorū de Caprariis,ac ēt uidetur mihi concludendum ꝙ talis facultas d. Petro Iacobo concedi non possit per inferiorem à princi-
4 pe supremo, qui† inferior necesse habet uti potestate ordinaria,ut l.normam. C.de offi.pręf.præt.Aphr.c.fi.& ibi no.do. de off.archipre.c.cū inferior,de mai.& obe.l.si priuatus.ff. q & à quib.no.gl.in c.fi.de hære.lib.6.& Io.And.in c.fi. de ap.
5 li.6.in nouella.cum si. ¶ † Nec ēt possit per supremum principem uolentem uti ordinaria ptāte & non plenitudine ptātis,quam habet supra ius, & qua plenitudine ptātis nō debet uti supremus princeps sine causa,ut no.Inn.& Io.An.in c.in notuit.de elec.& Ang.in l.bene à Zenone. C.de quadri.præscri.& Bal.in l.2.C.de commu.rerū alie. sibi enim magis debet cauere Imperator quam alius, ut inquit gl.in l.pen. ff. de hære.insti.& in dubio non præsumitur uelle uti plenitudine ptātis, ut not.Inn.& Io.An.in c.dudum,de deci.& probat in l.ex

l.ex facto,in prin.ff.de uulg.& pupil.& in l.bonorum. & ibi
no.Bal.& Sali.C.qui admit.ad bo.poss.possunt.& in l.quam-
6 quam.& in l.in testamento. C.de testa.mili.cum si. ¶ † Et ꝙ
dicto Petro Iacobo hoc non licuerit,probatur,quia tale cana
le dictorum de Caprariis dicitur priuatum, & non publicũ,
adeo ꝙ alteri quàm illi cuius est dictum canale, non licet ab
illo aquam deriuare,etiam si deriuare uellet aquam,postquã
exiuisset de molendino illius ad quem petinebat dictum ca-
nale,quod plus est,ut probat Bar. in d.l.quominùs 22. q. per
l.in concedendo.ff.de aqua plu.arcen.iuncta. d.l.1.§. flumi-
7 num.ff.de flumi. ¶ Secundò,† quia in aquis & earum commo
ditatibus & molendinis standum est antiquitati, ut est text.
quem ad hoc ibi ponderat Bald.in titu.de pace Constantiæ,
in uerbo sicut ab antiquo. bene facit l.2.in princ. ff.de aqua
plu.arcen. sed in themate narratur ꝙ ab antiquo aqua ad usũ
dicti molendini illorum de Caprariis ducebatur per dictum
earum canale,& etiam per canale illorum de Manfredis: nũc
autem stante aquæ deriuatione quam facit dictus Petrus Ia-
cobus non potest aqua fluere per totum canale consuetum
8 dictorum de Caprariis ad molendinum eorum, ergo non po
tuit hoc facere. ¶ † Tertiò,quia usus tanti temporis cuius in
contrarium memoria non existit, habet uim concessionis &
priuilegii. l.hoc iure. §.ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana.
& æsti.l.quisquis. C.de episc.& clericis. c.super quibusdam.
§.præterea.de uerborum signific.18.quæst.ultim. seruitium.
Sed in themate affirmatur dictum usum aquæ fuisse a tanto
tempore,cuius in contrarium memoria non existit, ergo &c.
bene facit quod no.Barto.in d.l.quominus.in secunda quæ-
stio.Quartò,quia apparet de expressa concessione facta a prin
cipe in feudum dictis de Caprariis de dicto aquęductu,cum
clausula, quòd nullus sine eorum licentia possit extrahere a-
9 quam de dicto canali,ut suprà,dixi,ergo seruari debet † quod
a principe iure feudi seu contractus concessum est, cap. 1. de
prob.c.1.de nat.feud.nec per eum potest reuocari, ut ibi per
Bald.& per eundem in l.qui se patris, in 10.colum. C.unde
liber.& in l.1.in prin.ff.de consti.prin.& not.doc.in l.digna
uox.C.de legi.& in cap.nouit, de iudi.cum suis concordan.
10 ¶ † Quintò, quia in themate præsupponitur ꝙ si dicta aqua
modo prædicto deriuetur & ducatur per dictum Petrum Ia-
cobum, incommodatur usus dictæ aquę dictis de Caprariis,
contra id quod hactenus ab eis seruari consueuit, & maximè
quò ad irrigationem terrarum suarum, quas quidem illi qui
habent ius aquæ ducendæ per canale suum ad molendinum,
ut sunt dicti de Caprariis, irrigare possunt deriuando aquam
de canali suo,saltem quando non fit ad æmulationem seu ia-
cturam publicam,puta ciuitatis quæ infra haberet molendi-
na ad quę consueuit illa aqua transire,ut notabiliter traditur
per Bald.in ca.cum omnes,in 9.colum.de constitu. quia do-
nec aqua est in suo canali,censetur sua: cùm ille dicatur pri-
uatus locus,ut probat Bart.in d.12. quæstio.bene facit quod
no.Iac.But.& Bald.in l.aquam,in fin.post glo. C.de serui.&
aqua.& ꝙ potuerint dicti de Caprariis uti dicta aqua ad irri-
gandum deriuando eam de suo canali & faciendo eam redi-
re posteà ad suum molendinum,bene probatur in l.1.§.illud
Labeo.ff.de aqua quoti.& æsti.& per id quod not.Bar.in d.l.
quominus.in 14.quæst.tamen secundum Bald.in d. ca. cùm
omnes.ad damnum publicæ utilitatis non posset. Allegat l.
opus.ff. de ope.public. & ꝙ impediatur commoditas & usus
dictorum de Caprariis circa dictam aquam facilè deprehen-
di potest,quia propter canale constructum nouiter a Petro Ia
cobo non potest aqua decurrere & fluere à summo usque ad
imum canalis de Caprariis,ut facere solebat, & sic impediun
tur d.de Caprariis irrigare illas terras, quæ erant iuxta illam
11 infimam partem sui canalis,per quam nunc non potest flue-
re aqua impediente canale dicti Petri Iacobi. ¶ † Sextò, quia
præfatus illustris dominus Locumtenens non potuit de iure
concedere Petro Iacobo facultatem immittendi canale suum
nouiter constructum in canale dictorum de Caprariis,& seu
possessum per eos & authores eorum habẽtium dictum mo-
lendinum cum potestate irrumpendi canale prædictorum
de Caprariis, & faciendi transire canale d. Petri Iacobi per
transuersum canalis dictorum de Caprariis, quia nemo po-
test in rem alterius aliquid immittere uel facere, l. quemad-
modum.§.si protectum.ff.ad legem Aquil. cum concord. ibi
allegatis in glo.& in proposito not.etiam doct.maximè Bald.
in d. l.aquam. Et inferior a principe non potest ius meum
seu mihi acquisitum auferre,& alteri concedere. d.l.si priua-
tus, & l.toties. ff. de pollicitatio.& licèt supremus princeps
hoc possit facere cum causa,iuxta ea quæ habentur in l. item
si uerberatum.ff.de rei uen.& in l.Lucius. ff.de euict. & not.
plenè in l.fi.C.si contra ius.& in l.1.ff de consti.prin.& in c.
quæ in ecclesiarum,de constit.& in tali supremo principe su-
periorem non recognoscente præsumitur causa, ut no. Cy.in
l.rescripta.C.de precibus Impe.offe.& Iaco.de Butr.in d.l.fi.
C.si contra ius.& notant Canonist.in d.ca.quę in ecclesiarũ.
& Ant.de But.in c.constitutus,de reli.do.& in ca.cùm inter.
Pet.de renun & Abb.in c.cum olim, de re iudi. & in c.sicut.
de iureiuran.tamen hoc allegari non potest in proposito no-
stro: quia loquitur de cõcessione facta Petro Iacobo tantum
per illustrem dominum Locumtenentem, & istud uidetur sa
tis efficax fundamentum,& tantò magis,quia si bene inspiciã
tur uerba concessionis factæ d.de Caprariis ab agente nomi-
ne principis, non habuerunt a principe dictum canale nunc
irruptum per d.Petrum Iacobum, sed solum fuerunt inuesti-
ti de ipsa aqua ueniente ex flumine Crustinei, & in ipsa con-
cessione expressè affirmatur,quòd ipsum canale fuit constru-
ctum ab ipsis de Caprariis attẽta diuturnitate temporis, qua
fuerunt dicti de Caprariis in possessione dicti canalis.possent
12 † allegare præscriptionem canalis, id est, soli & præsumeret
bona fides longo tempore,iuxta no per Inno.& alios in c. 2.
de resti.in integ.& per Bar.in l.fin.C.unde ui.& in l.Celsus.
ff.de usuca.& Ioan.An.in addi.Spec.in tit.de teste.§.nunc ui
dendum.in prima additione magna, uersic. item opponunt.
13 Et tale † ius per præscriptionem acquisitum non posset supe
rior auferre, ut patet ex prædictis, & specificè not.Bald.in l.
14 imperium,in 5.colum.ff. de iurisdic.omn.iudic. ¶ † Septi-
mò non potuit hoc concedi, quia cum per principem fuerit
concessum dictis de Caprariis quòd nullus possit sine eorum
licentia & sub pœna deriuare aquas de dictis canalibus,non
potuit Locumtenens dicti principis contrarium disponere,
nisi superuenisset aliqua iusta causa, quæ tempore concessio-
nis factæ de dictis de Caprariis non suberat uel cognita non
erat,ut est text.bene not.in l.si hominem.ff.man.& no. Bart.
in l.ambitiosa,in 4.colum.ff.de decre.ab ordi.faci.& nulla al
legatur in themate iusta causa superueniens. quinimò & si ip
semet superior, qui dictis de Caprariis concessit,fecisset d.Pe
tro secundam concessionem semper intelligeretur in secun-
da concessione esse reseruata iura & commoditates eius, cui
prima concessio facta est, ut inquit Bald.in titulo de pace Cõ
stan.in antepenul. charta, in uer.successorum meorum. ubi
dixit quòd si princeps concessit alicui beneficium,prior in tẽ
pore,potior erit in iure.l.in concedendo. ff. de aqua plu.ar-
cen.& hoc dicit facere ad concessiones de aquis publicis, ut
semper uideantur reseruata iura & commoditates eius, cui
prima concessio facta est, & tantò magis in casu nostro, in
quo nulla fuit facta mentio per Petrum Iacobum in suppli-
catione porrecta Illustri Locumtenenti de concessionibus fa
cti dictis de Caprariis, & sic sua impetratio dicitur surrepti
tia, & ideo non valet, vt in cap.veniens, de præscripti. cap.
cùm ordinem,de rescriptio.l.decurionibus.& ibi nota.gloss.
C.de silentiariis.lib.12.l.si qua loca. C. de fundis. & sal.rei
15 domi.lib.vndecimo,cum simil. & per hæc apparet † respon
sum multiplex si obiiceretur quòd ista aqua potest sufficere
utrique. & quòd propterea superior potest Petro Iacobo cõ
cedere, iuxta id quod habetur in l.Lucio.ff.de aqua quotidi.
& æstiua.& not.per gloss.& docto.in d.l. aquam. & in d.l.in
concedendo, & per Barto. in dicta l. quominùs. in quinta
quæstione,in fi. & Bald.in l.si plures.in prima colum. C. de
conditio.inser.quia illud est uerum quando concessio secun-
da non noceret ei cui facta esset prima; seu non minueret v-
sum primi aliàs non.l.per quem locum.& ibi not.ff.de serui.
rusticor.præd.& not.& doct.in d.l.aquam.& docto.in d.l.in
concedendo.per illum tex. sed in proposito si Petrus Iacobus
vigore concessionis sibi factæ remoueat & distrahat aquam à
solito cursu per canale dictorum de Caprariis,immutatur cõ
cessio facta dictis de Caprariis,quæ erant quod aqua ducere
tur per dictum eorum canale, nunc autem minueretur & im
mutaretur usus dictorum de Caprariis, quibus cõmodius est

quod transeat aqua per solum cursum ut deductũ est suprà. ¶ Aliter etiam responderi potest; quia intentio principis concedentis d. de Caprariis fuit quod nullus alius posset deriuare aquam de dicto canali præter uolũtatem dictorum de Caprariis, ut ex decretis eorum apertè colligitur, ergo si d. Petrus Iacobus deriuaret contra uoluntatem eorum minueretur cõcessio eis facta. ¶ Ac etiam responsio patet ex eo, quia in dicto canali prędictorum de Caprariis, ipsi de Caprariis non habẽt titulum & causam à principe, sed in aqua, ut dixi supra, ergo nullo modo potest de iure præiudicari eis in dicto suo canali, & concedi Petro Iacobo potestas irrumpendi & transuer-
16 sandi. ¶ † Et per hæc etiam apparet responsum, si obiiceretur ꝙ illi de Caprariis acquiescere debent, ut fiat id quod eis nõ nocet, & Petro Iacobo prodest l. 2. §. idem Varius. ff. de aqua plu. arcend. cum simi. quia imò eis nocet, ut dictum est. quinimò quando non pręcedat aliquis contractus de cuius natura sit, quòd ego tenear tibi ad id quod mihi non nocet, & tibi prodest; ego non teneor facere id quod mihi non nocet, & tibi prodest. l. nec creditoris. C. de noua. l. fi. ff. de usu & habi. & not. Bar. in l. 2. in prin. ff. solu. matr. sed in casu nostro nullus huiusmodi contractus præcedit inter Petrum Iacobum & dictos de Caprariis, ergo illi de Caprariis ad hoc non tenẽtur. ¶ Per hoc etiam patet responsum si obiiceretur ꝙ dictus Bernabæus de Caprariis non potest prætendere interesse nisi lucri cessantis, quia respondeo ꝙ imò tractatur de interesse ratione damni, quia irrumpitur & transuersatur canale dictorum de Caprariis, & per eos & authores suos factum seu ab antiquo possessum, quod fieri non potuit, ut dictum est. ¶ Præterea sola ratio talis lucri cessantis dicitur in proposito esse probabile interesse ad impediendum dictum Petrum Iacobum, ut l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco publi. & patet ex not. per Bar. in d. l. quominùs. in 1. q. ¶ Denique de lucro cessante
17 † quando erat iam acquisitum & radicatum iudicatur* pro- ut de damno, ut not. glo. in l. 1. §. si quis autem propter. ff. de itinere actuque priuat. & in l. quæ fideicommissum. ff. de leg. 2. & in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. matri. in glo. 1. dum respondet ad l. huiusmodi. §. qui Stichum. de leg. 1. & Cyn. & Bal. in l. cum te sponsæ. C. de dona. ante nupt. & Ioan. de Imo. in l. Proculus. ff. de dam. infe. ¶ Ex his etiam patet responsio, si diceretur ꝙ princeps nunquam ita intelligat se arctare, ꝙ non possit quam uelit concessionem facere, qa responsum est supra multipliciter in 4. 5. & 7. fundamentis. Ex quibus concludo dictam concessionem Petro Iacobo fieri nõ debere, & eidem Petro Iacobo contra dictos de Caprariis nõ suffragari. Alexand.

ADDITIONES.

a Gloss. Adde no. supra lib. 2. consi. 194. supra eo. consil. 130. infra lib. 7. consi. 22. Deci. consi. 243. consi. 373. Bert. consi. 296. Viso & ponderato. lib. 2. Cæpol. tracta. de seruit. rustic. prædior. c. 4. Matth. Affl. deci. Neap. 388.

* Quando unus.] Idem tenet Bald. consil. 71. Casus talis est, commune, & homines, lib. 1. & consil. 463. Quatuor sunt. uersi. & notandum est lib. 4. Natta.

* Iudicatur.] Adde Ias. ad l. cum quis. col. 1. & seq. C. de iur. & fac. ign. ubi post aditam hæreditatem dicit acquisitum ius, & non ante.

EPITOME.

LEGATO domus cedit apotheca illi unita. & si quid duobus legetur, non censetur in dubio adimi à primo.

CONSILIVM CCIIII.

Perspectis verbis testamenti, & codicillorum dicti Petri Boni, & attentis his de quibus in themate fit mentio, puto de iure concludendum omissis non necessariis sub dicto legato domus relictæ in codicillis d. dñæ Altesloræ comprehendi dictam apothecam ut connea xam & unitam sub uno corpore eiusdem domus,ª ut ostẽdunt uerba testamenti. Moueor principaliter, quia in codicillis testator simpliciter dixit ꝙ legabat dictæ Altesloræ domum ipsius Petri Boni, in qua idem Petrus bonus habitabat & solitus est habitare cum oĩbus masaritiis & oxiuiliis in ea existẽtibus &c. Quòd autem in legato † domus debeat compre-
1 hendi apotheca, etiam quando de habitatione facta est aliqua mẽtio, probatur in l. olympico. in prin. cum glo. in uer. legatum. ff. de seruit. urban. præd. ubi etiam quando non legat domũ quo ad proprietatem, sed quò ad habitationem tantùm, uenit ortus & cœnaculum, si ad ortum & cœnaculum per domum aditus habebatur. unde si ad dictam apothecam habebatur aditus per domum, ut in themate continetur, ibi uideretur probari quòd comprehenderetur in legato. unde dicit ibi Bald. quod si maritus legat uxori domum ad habitationẽ
2 uenit ortus accessorius domui. ¶ † Ad idem text. in l. prædiis. §. balneas. & §. fin. de lega. 3. ubi si legata est domus, uenit & domuncula parua illi iuncta, si uno pretio fuit comparata & testator ipse sub appellatione domus magnæ de tota seu de utraque disponebat, prout in proposito nostro uidetur quòd accipiebat testator, qui in legato facto Bartholomæo in testamento accepit apothecam pro parte ante domus quam inhabitabat & etiam in themate præsupponitur, quod uno pretio domus, & apotheca computata fuerunt. & dicit Iaco. de Areti. & Bart. in d. l. prędiis. §. balneas. quod si consuetudo est, qd maior natu habeat domum principaliorem, habebit etiam omnia appendicia domus. ¶ Ad idem tex. in l. creditor. §. ante domum. ff. de ac. emp. ubi in uenditione domus ueniunt ea
3 domui coniuncta sunt. ¶ † Ad idem quod not. Ioã. And. in c. Raynutius, de testa. nam ex eo quod ibi dicitur in text. domũ & ortum relinquens, probatur quod qui legat domum, non uidetur legare ortum. & dicit ibi Io. And. ꝙ illud est uerũ nisi si ortus esset illi contignus, per d. l. prædiis. sicut ergo ibi contiguitas operatur quod cedat legato ubi aliàs non cederet, ita esse debet in proposito. bene facit quod no. glo. 12. q. 2. c. fin. & quod ibi Archidia. ubi notatur ꝙ qui dat domum uel aliam rem, uidetur dare ea quæ annexa sunt, per iura quę ibi allegantur in fi. glo. pro quo etiam Archid. ibi allegat. l. si quando. C. de bo. uacan. lib. 10. bene facit l. Iulianus. §. ædibus. cum sequentibus legibus quæ secum continuantur. ff. de actio. emp. ¶ Ad idem quod habetur in l. quod conclaui, cum ibi not. in gl. 2. & fi. ff. de damno infec. ex qua colligit ibi Bar. ꝙ si uendo unam domum, & aliam retineo, uideor uendidisse conclaue seu claustrum uel locum discoopertum qd erat commune illarum ædium, ut sic ad emptorem spectet dimi-
4 dia illius loci adhærentis domui, quã sibi uendidi. ¶ † Expressius decidere uidetur casum nostrum Pet. de Anch. in consil. 291. incip. Super pluribus articulis &c. ubi consuluit quod cum quidam Petrus Bonus donasset simpliciter domum cuidam Iacobo, sub conditione, si decederet ipse Petrus Bonus sine liberis, quod in dicta donatione comprehendatur apotheca speciariæ, quæ erat subtus domum prædictam, si apotheca eadem contiguatione muro & fundamento regebatur, & eadem emptione fuerat acquisita domus & apotheca, & testator usus erat communiter domo & apotheca, allegat. d. l. prædiis. & quod ibi doc. & d. l. quod conclaue, & d. l. creditor. §. antepen. ¶ Accedit secundum eum, quia apotheca & domus erant sub iisdem finib. arg. eorum quæ traduntur per Innocen. in ca. cum ad sedem. de resti. spoli. & præsertim hoc secundum eum sibi locum uendicare debet in donatione in qua facienda est larga interpretatio. ca. cùm dilecti, de dona. & eadem ratione procedere debet hoc in casu nostro, scilicet in legato, quod est donatio, & latè interpretandum. l. legatũ.
5 ff. de leg. 2. l. intestatis. ff. de reg. iur. ¶ † Et posito ꝙ dicta apotheca non habuisset aditum intrinsecus per domum, esset respondendum ad dictum §. Balneas. ubi distinguitur, an habeant aditum similia ædificia intrinsecus per domum uel nõ quia ille text. procedit in additamentis quæ aliquando fuerunt seorsum à domo, aliud est in istis apothecis quæ sunt intra parietes domus, quia tunc non curabimus, an habeat aditum aliunde, ut per gloss. fina. in dicta l. quod conclaue, quam sequitur ibi Dyn. Ange & Moder. ¶ Corroborantur prædicta per id quod habetur in l. Seiæ. §. Tyrannæ. ff. de funda. instru. ubi per illum text. dicit Bartol. quòd licèt sit aliqua separatio, tamen in legato alicuius rei uenit quicquid sub uno nomine illius rei nuncupatur, sed dicta apotheca domus ut nuncupabatur a testatore sub uno nomine scilicet domus ut patet in testamento circa legatum relictum Bartholomæo, ergo &c.

ergo &c. Accedit etiam ad confirmationem prædictorum ꝙ
testator in codicillis dixit se legare domum cum omnib. ma-
saritiis & oxiuiliis in ea existentib. & quæ extabunt tempore
mortis, unde si appareret ut sentire uidetur aduocatus dictæ
dominæ ꝙ in domo testatoris erant solum masaritiæ, & non
ea quæ dicerentur oxiuilia saltem secundum usum loquendi
testatoris uel secundum communem usum loquendi in loco
quæ quidem oxiuilia solum erant in apotheca in qua erãt oxi
uilia seu instrumenta spectantia ad artificium testatoris. satis
euidenter comprehenderetur testatorē per hoc uoluisse sub
legato domus comprehendere illam partem uel accessionē
domus in qua parte habebat oxiuilia, posito ꝙ aliàs non de-
buisset comprehendi dicta pars uel accessio.arg. l.fundus qui
locatus.ff.de fun.instr.le.& eius quod uoluit glo.no. in l.pe-
diculis.§.item cum quereretur,in uerbo,non deberi.ff.de au
6 ro & arg.leg.& cum † istud uocabulum oxiuilia, non sit no-
men iuris,sed nomen quod pendet ex usu loquendi,ideo re-
cipit limitationem & intellectum ab usu loquendi commu-
ni seu ipsius codicillantis si de eo apparet,ut dicunt doct.no-
stri in legato facto de pondere,ꝙ non est nomen iuris,ut not.
Bar.in l.1.ff.de reb.dubiis. l.fin.& Bal.& Moder.in l.in lega-
tis. C.de legatis.ad hoc. l.Labeo. ff.de supel. leg.l.legatis ser-
uis.§.fi.l.nummis.& l.liberorum.§.quod tamē Cassius. ff.de
leg.3.l.si seruus plurium.§.fi.ff.de leg.1.nec etiam appellatio
ne massariarum comprehenduntur ea quæ ad certum genus
artificii pertinent. l. supellectilis. ff. de supellec.lega. iunctis
7 notatis per Bar.in l.1.eo.tit.& Bal.in d.l.in legatis. ¶†Iuuan-
tur etiam prædicta, quia testator in testamento quando lega-
uit uxori domum, excepit expresse dictam apothecam, quã
in præcedenti parte testamenti Bartholomæo legauerat, ui-
dens testator ꝙ illam apothecam habebat pro parte domus.
unde si quãdo codicillos condidit in quib.simpliciter domũ
dictæ dñæ reliquit,uoluisset legatum illud factum in codicil
lis intelligi cum illa exceptione, quam expresserat in legato
domus facto eidem mulieri in testamento,id consimiliter di
xisset & excipisset,quemadmodum in testamento fecerat. &
sic succedit illud quod dicit tex.in c.inter corporalia, de trã-
sla.præla.ibi, dum litera dicit, unde si circa trãslationem idē
fieri uoluisset, quod de cessione dixerat,& de translatione po
terat expressisse.facit.l.1.§.sinautem ad deficientis.C.de cad.
tol.& in ca.ad audientiam.de deci.ideo legando in codicillis
simpliciter domum uidetur sensisse de tota.l. si defensor.§.q
interrogatus.ff.de interro.act.l.si in rem cum gl.ff.de rei uē.
l.legatis uxori.& ibi Bar.ff.de leg. 2.& l. hoc legatum.ff.de le.
3.Nec mirandum si testator in codicillis uideatur ademisse le
gatum apothecę,quia tempore codicillorum testator sciebat
8 Bartholomæum prædictum eius consobrinum esse mortuũ,
& quamuis † superesset aliquis filius ex dicto Bartholomæo,
tamen iura non præsumunt ꝙ tanta habeatur charitas & affe
ctio ad filium, dicti Bartholomæi consobrini, quãta habetur
ad consobrinum,ut probatur in l.cum ita.§.in fideicommis-
so.ff.de leg.2.& in l.fi. C.de uerb.signif.& l.hæredes mei. §.
fi.cum si. ff.ad Treb.& hoc uerum colligitur euidenter, quia
testator in testamento disposuerat ꝙ post mortem uxoris suę
domus quam uxori legauerat, perueniret ad dictum Bartho-
lomæum, cui apothecam reliquerat. sed in codicillis dictus
codicillans mortuo iam Bartholomæo, superstite filio dispo-
suit testator quod in casu quo dicta eius uxor nuberet uel de
9 cederet, dicta domus perueniret ad consortium sanctæ Mar-
thæ non aũt ad filios d.Bartholomæi. ¶ †Præterea codicillãs
in præfatione codicillorum asseruit se uelle addere & muta-
re aliqua cedicillando, & ad præfationes & proęmium recur
rimus,ut habeamus uoluntatem disponentis. l.1.in princ. &
ibi no.Bar.ff.ad Macedo.l.fi.& ibi Bar. ff.de hær.instit.& l.cũ
hi,in princ.de transact.plenè per Bar.in l.ambitiosa. ff.de de
cre.ab ord.fac. & declarat Bal. in prima constitutione Codi-
cis.§.quibus.& in l.1.in prin.ff.de orig.iur. & in l.intestato.
in fi.ff.de legi.tut.& clausula, procemialis refertur ad omnia
l.regula.§.pen.uersi.nam initium.ff.de iur.& fac.igno.quem
ad hoc ponderat Bald.in ca. secundò requiris,de appel. facit
l.1.cum si.C.de lib.præter.Sed si legatum factum uxori in co
dicillis quantum pertinet ad ipsam domum, intelligeret cũ
illa reseruatione seu exceptione apothecæ non fecisset immu
tationem testator, cuius contrarium suæ præfationes decla-
rabant.Fortificatur insuper hæc conclusio,quia videmus in-
tentionem testatoris fuisse quòd hæc apotheca non remane-
ret perpetuò separata ab ipsa domo patet, quia testator in te-
stamento voluit quòd mortua uel nubente uxore, domus &
apotheca essent vnius & eiusdem. sed si nos diceremus quòd
per legatum factum in codicillis de ipsa domo & vxori & cō
sortio,non intelligeretur ademptum legatum apothecæ, re-
10 maneret apotheca separata semper a domo,cum ergo†ex vna
dispositione testatoris detur interpretatio ad aliam, ut proba
tur in l.vxori.§.fi.secundum intellectum Barto.ibi. ff.de leg.
3.facit.l.si seruus plurium.§.fin.ff.de leg.1.& l. hæredes pa-
lam.§.sed si notam.ff.de testa.& l.vtrum.ff.de pe.hær.¶Deni
que si uideamus quòd testator eo casu quo Bartholomæus su
peruixisset uxori testatoris, uoluit in testamento quod Bar-
tholomæus cōsobrinus testatoris haberet integram domum
cum apotheca, eadem ratione & maiori coniecturare debe-
mus, quod idem testator relinquendo uxori domum in codi-
cillis,& substituendo ei post mortem consortiũ, uoluerit con
sortium illam habere integram sicut disposuerat in Bartholo
mæo, attento quod uerisimilius est hoc in pia causa quàm in
Bartholomæo, quia per relictum piæ causæ fauetur animę
testatoris.13.quæstione 2.animæ defunctorum. & illa causa
vt magis propria & magis priuilegiata præfertur utilitati a-
lienæ,l.sancimus.C.de sacrosanct. eccle. & cap. cum infirmi-
tas,de pœnit.& remi.l.præses, C.de serui.& aqua. 24. quæst.
11 v.si non licet. ¶†Et propter hoc vult not. Ang. in l.precibus.
C.de impub.& aliis.subst. quod sicut tacita pupillaris exclu-
dit matrem pupilli quando frater pupilli erat vulgariter sub
stitutus expressè a testatore,ut no.per gl.& doc.in d.l.precib.
multò magis excludatur mater per tacitam pupillarem,quã-
do per vulgarē substitutionem expressam erat substituta pia
causa, quia præsumitur testatorem magis diligere fauorem
animæ suæ quam alterius utilitatem,per prædicta. ¶Et ex cō
iecturis arguitur & probatur quæ fuerit uoluntas testatoris
l.licet Imperator.ff.de lega.1.l.si quis locuples. ff. de manu.
testa.l.1.ff.si tabu.testa.exta.l.Titius.§.1. de libe.& posthum.
12 ¶Rursus, † dato quòd dicemus causam non esse ex toto eui-
dentem & claram,sed esse aliquo modo dubiam. nōne debet
pronunciari pro ista parte? certè sic, tum quia in dubio pro
parte rei pronunciandum est.cap.ex literis,de proba. & in c.
cum sint partium,de regu.iur.in 6. tum etiam quia hoc mo-
do fauetur causæ piæ & fauorabili, pro qua in dubio pronun
ciandum est.l.sunt personæ.ff.de relig.& sump.fu.l. antepe.
ff.de manu.l.ambiguis.ff.de iure.do. & certè ex pluribus cō-
iecturis de quibus dictum est,mihi persuadeo hanc omnino
fuisse mentem codicillantis. ¶Nec prædictæ conclusioni ob-
stat,si in contrarium adduceretur tex.in l.3.ff.de fun. instru.
leg.vbi si testator in testamento dixit, lego fundum instructũ
libertis meis,postea in codicillis dixit, uolo quòd liberti qui
præmorientur partes suas fundi restituant. & in codicillis
non dixit fundi instructi,ut fecerat in testamento, tamen ibi
dicitur ꝙ liberti prædecedentes intelliguntur grauati ut re-
stituant fundum instructum, sicut instructus fundus fuerat
eis in testamento legatus: & sic uideretur quòd eodem mo-
do in proposito intelligeretur quòd in codicillis testator in-
tellexit de domo prout in testamento disposuerat, scilicèt si-
ne apotheca,quia ad hoc respondeo,ꝙ ratio illius tex. ut col-
ligitur ex his quæ ibi ponunt Bartolus & alii in summario il
13 lius legis est,quia † in codicillis fuit facta substitutio fideicō-
missaria illi cui in testamento fuerat legatum. unde ipsa sub-
stitutio fideicommissaria recipit interpretationem ab ipsa in-
stitutione seu principali relicto.l.quoties. ff. ad Trebell.l.1.
C.de impub.& aliis substitu. bene facit text.in l.legatum. ff.
de adimen.le.& l. Caio. in princ.ff.de alim. & cib.lega.unde
dicimus talia sunt subiecta,qualia prædicata demonstrant,ut
dicta l.3.& l.quoties. C. famil. erciscun.cum similibus. non
autem in casu dictæ. l. 3. fuit aliter seu per alia uerba factum
legatum in codicillis eidem legatario, quam factum fue-
rit in testamento. in casu autem nostro aliter legauit testa-
tor in codicillis uxori,quàm fecerit in testamento,attenta ex
ceptione facta in testamento, quæ nō fuit facta in codicillis.
Item concurrunt in casu nostro plures coniecturæ tendentes
ad conclusionem suprà, factam,quæ non concurrunt in casu
d.l.3. ¶Non obstat etiam si diceretur ꝙ in codicillis testator

dixit se relinquere uxori domum, in qua idem codicillãs inhabitat, & solitus est habitare, & sic uidetur noluisse cõprehendere apothecam, in qua non habitauit. l. lex Cornelia. §. si tamen. ff. de iniuriis. & l. item apud. §. conuitium, cum ibi no. per Bar. ff. de iniuriis. & l. 1. post prin. ff. de lib. agno. quia
14 respondeo. † ꝙ dato ꝙ legatur domus, in qua testator habitat, & sic relatiuum debeat restringere antecedens suum. l. a filio. §. testator. & §. fin. ff. de ali. & cib. leg. tamen dico ꝙ hoc non obstat: quia fateor ꝙ relatiuum facit ut intelligatur legata illa domus, in qua testator inhabitabat, & non uideatur sensisse de alia, sed de illa: tamen non per hoc sequitur ꝙ non debet intelligi legata tota domus, cuius pars erat ipsa apotheca, etiam inspecta appellatione testatoris, ut patet in legato facto Bartholomæo, in quo testator dixit qđ legabat Bartholomęo partem interiorem domus quam inhabitabat testator scilicet stationem &c. facit. d. l. olympico. l. uxori, in prin. cũ ibi not. per Bar. ff. de leg. 3. non enim in codicillis testator dixit se legare partem, sed domum, & consequenter totam. d. l. legatis, cum aliis, supra alleg. ergo uenit apotheca quam testator habebat pro parte domus prædictè, ut clarè dictant uerba eius in testamento circa legatum factum Bartholomæo, & etiam circa legatum factum in testamento uxori cum exceptione apothecæ. exceptio enim debet esse de regula, & illam declarat. l. in iis. cum ibi no. ff. de legi. l. nam quod liquidæ. §. fin. ff.
15 de pen. leg. l. quæsitum. §. denique. ff. de fundo instru. ¶ † Non obstat ēt si dicatur ꝙ quando testator legat uni genus, alteri speciem: non uidetur per legatum generis derogare legato speciei. l. uxorem. §. felicissimo. ff. de leg. 3. & l. serui urbanis, §. fi. eo. tit. & l. alimenta. §. basilicæ. ff. de ali. & cib. lega. & etiã
b quando diuersis[b] fit legatum non uidetur per legatum factũ secundo adimi legatum factũ nisi secundo legetur facta commemoratione legati facti primo. l. sicut. & quod ibi not. ff. de adi. leg. l. si pluribus. ff. de lega. 1. & notatur maximè per Cyn. Bal. Ang. & Saly. in l. si Fortidianum. C. de leg. quia respondetur, & primò dico ꝙ hic non sumus in legato generis & speciei, sed in legato totius & in legato partis integralis, ut declarat Bar. in l. qui usumfructum. ff. de uer. obl. in uersic. ultimò pro declaratione &c. & in l. reconiuncti. ff. de leg. 3. in 3. col. in uersi. quartò dubitatur, quid si uni legaui totum &c. unde sicut dicit Bar. in l. re coniuncti, licèt quando uni legata fuit pars, postea alteri totum, nõ uidetur qđ in dubio testator uoluerit facere talem ademptionem primò. l. Mæuio, in prin. ff. de leg. 2. & no. in l. cùm quæstio. C. de leg. tñ hoc intelligitur nisi aliud de mente testatoris appareat, sicut ēt quando testator legat uni primò rem, & alteri secundò eandem rem, nõ ur̃ in dubio adimere primò. d. l. si pluribus. tamen fallit nisi leget secundo cum commemoratione primi legati. d. l. sicut. secundũ Dy. & ibi Cy. in d. l. si Fortidianũ. quod ur̃ uerum saltem qñ legauit secundo sine dictione coniunctiua, ut declarat Bal. Ang. & Bal. in d. l. si Fortidianũ, prout fuit in casu nr̃o in quo sine dictione coniunctiua legatur secundo in codicillis uxori, cui uidetur legasse habita commemoratione primi legati, ut patet ex præfatione facta in codicillis, de qua dixi s.
16 ¶ † Vel ēt secundũ Pau. de Ca. in d. l. si Fortidianum. aut uni legatur primò, & alii legatur secundò in eadem ultima uoluntate, & tunc procedit id quod no. gl. & Bar. in d. l. sicut de adi. leg. & ꝙ non uideatur facta ademptio, quia non est uerisimile ꝙ uoluerit testator incontinenti se corrigere. arg. l. nam ad ea, de condi. & demon. aut in alia uoluntate & ex interuallo, ut quia uni legauit in testamento, & alteri in codicillis postea factis, & tũc procedit opi. Dy. in d. l. sicut ut uideatur ademisse, maximè secundum Pau. de Ca. quando subest aliqua causa præsumendi mutatã fuisse uoluntatem. & iste est propriè casus nr̃: præsertim cum subsit causæ mutatę uoluntatis. s. mors Bartholomæi quẽ uidemus fuisse magis dilectũ a testatore in proposito q̃ eius Bartholomei filium, ut suprà, fuit euidenter ostensum. ¶ Subesse etiam uidentur aliæ coniecturæ declarãtes mentem testatoris ita fuisse, ut sup. dixi, quæ commemoratio cum diuersitate scripturæ & aliis coniecturis, supra dictis non concurrebat in casu. dicto §. felicissimo, cum aliis. supra, alleg. ¶ Ex quib. omnibus resideo, mihi uideri uoluntatẽ testatoris fuisse discedere à legato relicto dicto Bartholomęo & sic in fauorem dictæ dominæ & dicti consortii esse iudicãdum. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶ Domus. dixi in consu. Pari. §. 8. gl. 5. & supra, lib. 2. consi. pe.
b ¶ Diuersis, supra lib. 5. consi. 169. col. 1.

EPITOME.

SVSPICIO falsi sufficit ad carcerationem etiam
1 exempti.

## CONSILIVM CCV.

Ponderatis his quæ in themate narrant, breuiter sentio dñm Locumtenentem nullo modo excessisse metas seu iniustè quicquã egisse, præsertim
1 ex infrascriptis, & p̃suppono † in primis id quod habetur in c. in memoria 19. dist. ubi habetur ꝙ quando aliqua est suspi
a cio[a] contra aliquem de falsitate literarum apostolicarum debet ordinarius talem in carcerem detrudere, aut in aliam custodiam usquequo sedem apostolicam certiorem faciat, ac expectet quid sedes ipsa statuendum decreuerit. & similiter tex. in c. 2. de rescrip. in fi. prouidet, ꝙ ubi quis literas apostolicas impetrauit, quæ falsi suspicione non careant, debet ad sedem apostolicam cum literis transmitti. & similiter text. in c. super eo. de crimi. fal. prouidet, retinendum esse illum qui literas apostolicas non carentes suspicione falsi, præsentauit, absque eo ꝙ aliter constet eum commisisse falsum. istis ita p̃missis, dico præfatum reuerendissimum dñm Locumtenen-
2 tem nihil iniustè contra dictum do. Pet. egisse. † Nam dictæ literæ apostolicæ reperiebantur abrasæ in loco substantiali, & in loco rasuræ erat denuo facta scriptura, & erant apertæ; ideo non carebant suspicione falsitatis. c. cum uenerabilis, & ibi no. de relig. domi. & in c. licèt de cri. fal. & in c. inter dilectos, de fide instr. & no. in c. ex literis, eo. tit. & bona gl. 19. distin. in memoria quinimò quod essent falsæ constabat: quia, ut attestantur literæ dñi legati, compertũ est in ipsa originali scriptura esse hæc uerba, idoneã cautionem, in aliis aũt literis uitiatis loco illius dictionis. s. idoneam, sunt hæc uerba quã
3 potes. & originali scripturæ † standum est, & ad illam recurrendum, ubi dubitatur de fide exempli. l. si quis ex argentariis. §. prętor. & l. ueluti. ff. de eden. in auth. de tab. §. pe. & ibi glo. & in c. q̃m contrà. de proba. quam falsitatem ēt apertè affirmabat suo sacramento Iacobus de Salicata ut in sua attestatione & cõfessione apparet, in qua attestatur ēt præfatum dominum Pe. sibi primò dedisse dictas literas absque rasura cũ uerbo idoneam. & absque illis uerbis scilicèt. quam potes & literas illas dimisisse præfato do. Pet. qui posteà reddidit uitiatas, prout nunc reperitur, & ꝙ sibi uidetur ex notitia literarum dicti do. Pet. quam dictus Iacobus habet, dicta uerba, s. quam potes, esse scripta manu præfati. domi. Pe. Et Præfatus do. Pe. etiam postea confessus est dictas literas impetrasse. & cum non posset obtinere à domino secretario, qđ deleretur illud uerbum, idonem, & loco eius ponerentur illa uerba, quã potes, dimisisse dictas litteras protonotario de Albergotis, ꝗ postea illas sic uitiatas præfato domino Pe. transmisit constabatq; præfato Locumtenenti dictum dominum Petr. impetrasse apud suam dominationem & dominum Vexilliferum iustitiæ ꝙ facerent dictas literas obseruari & pro earum obseruantia mandari domino potestati ꝙ dictum Iacobum captum ad instantiam creditorum de carceribus relaxaret, & ita ad eius instantiam fuisse commissum & mandatum dicto do-
4 mino potestati. ¶ † Ex quibus inficiari non potest suspicioñ contra dictum. do. Pe. laborasse. nam ut habetur in l. maiorẽ. C. ad leg. Corn. de fal. cum ibi not. per glo. & docto. & maximè per Iaco. Butr. ille qui falso rescripto utitur intantùm est suspectus de falso commisso circa rescriptum, nisi doceat de authore, & sic suã innocentiã purget. & idẽ probat in l. iubemus, scđm unã lec. C. de prob. & no. Arch. in p̃all. c. in memoriam. igit̃ cùm d. dñs Pe. confessus fuerit dictas literas apostolicas non uitiatas habuisse a p̃fato Secretario, & eas dimisisse dicto ꝓtonotario de Albergotis, a quo asserit se eãdẽ literas postea uitiatas habuisse ac tradidisse d. Ia. nisi oñderit ꝙ a p̃fato protonotario de Albergotis ita uitiatas literas habuerit, suspicione non caret per prędicta, & tantò magis cũ ipse institerit apud præfatum dñm Locumtenentẽ & dñm Vexilliferũ, ut dictæ literæ quamuis uitiatæ seruarentur, & propterea mã dari

dari fecerit domino potestati ut eas obseruaret, & consequentur dictis literis usus esse uideatur, prout etiam apertius deponunt duo vel tres testes nuper recepti, præsertim spectabilis ac generosus vir Virgilius de Maluiciis, & egregius doctor dominus Florius de Naui, qui apertè deponunt præfatum dominum Petr. dictas literas sic uitiatas præsentasse dicto D. Locumteñ. & Vexillifero institiæ instando eas obseruari. & quanta sit præsumptio contra vtentes dictis falsis literis apostolicis, quantaque sit pœna eis per hoc infligenda, etiam si asseruerint se ignorasse illas esse falsas, patet apertè per tex. in c. ad falsariorum, de cri. fal. & in d. l. maiorem, cum ibi no. ¶ Ad
5 confirmationem † prædictorum faciunt no. per Barto. in l. fi. ff. de quæstio. in vlt. col. vbi voluit quòd quãdo res furto sub-
b tracta reperitur[b] apud aliquem, licèt aliter non constet, quod ipse eam furto subtraxerit, istud potest uideri tãtum indiciũ iudici quod sufficeret ad procedendum contra eum nisi ostẽdat vnde habuerit. de quo etiam tangitur per docto. post gl. in l. 2. C. de furtis. & no. Cyn. Bald. & alij in l. fin. ff. de hæred. institu. pari ratione si scriptura falsificata inuenitur penes ali-
* quem nisi ostendat * vnde habuerit ita falsificatam, potest iudex ex hoc sumere indicium falsitatis contra eum, igitur ad purgationem huius indicij incumbit præfato Petro probare quod dictas literas ita vitiatas habuerit a dicto domino Protonotario . de Albergotis prout ipse asserit. ¶ Corroborantur prædicta, quia potuit præfatus dominus Locumtenens dicta indicia arbitrari grauiora concurrente inspectione vultus & roboris dicti domini Pet. tempore quo super prædictis fuit examinatus, ut probatur in l. de minore. §. si plurium. & ibi nota. Barto. circa 1. colum. ff. de quæstio. & etiam Innocen. in cap. quoniam contrà, de probatio. ad quam faciem & colorem dicti domini Pet. tempore prædicto præfatus dominus animaduertit, & ex eis suam opinionem contra dictum dominum Pet. magis confirmauit, ut ex narratis in themate patet. Accedit ad horum comprobationem, quia quando indicia dicantur sufficientia, committitur iudicis arbitrio, ut inquit Cyn. in l. fin. C. de quæst. & Ioan. Andr. & alij post eum. in cap. cum in contemplatione de regu. iur. & Barto. in d. l. fi. in 2. colum. ff. de quæst. cum simi. per id quod habetur. in l. 3. in princip. & in §. eiusdem. ff. de testam. & ex prædictis patet non oportere discutere, an præfatus dominus Locumtenens esset iudex competens contra dictum dominum Pet. quia quantum ad retinendum eum sub custodia, ut certior fieret sanctissimus dominus noster, qui demum deliberare posset, quod statuendum esset, proculdubio iurisdictionem
6 habuit, per ea quæ habentur in dicto cap. in memoria, & in dicto capit. super eod. ¶ † Et confirmari potest, quia etiam in exemptos habet regulariter iurisdictionem legatus de latere, cap. si abbatem, de electio. lib. 6. cap. 1. de verbo. signifi. in 6. no. glo. & docto. in cap. quod translationem, de offic. lega. & plenè no. Specu. in tit. de legato. §. superest. versi. sed nunquid legatus potest suum officium in exemptos. cum simi. ¶ Qui-
7 nimò, vbi potest † subesse suspicio fugæ prout est contra delinquentem, saltem in criminibus grauibus prout est crimen falsitatis literarum apostolicarum, iuxta id quod habetur in dicto cap. ad falsariorum. iuncto dict. cap. super eo. & d. cap.
c in memoria, potest iudex etiam, qui aliàs esset incompetens capere[c] illum, vt prouideatur periculo fugæ. & ne mora expectandi vel adeundi iudicem incompetẽtem sit periculum allatura, vt probatur in ratione sui in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. cre. per quem tex. ita consuluit Petr. de Anchar. in consil. 112. incipien. In auxilium veritatis. & not.
8 Modern. in l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudi. & in l. de pupillo. §. si quis. ff. de oper. nou. nuncia. ¶ † Bene facit quod no. Host. & doct. in c. vt famæ. de sent. excommun. & in cap. cùm non ab homine, de iud. & Bar. in l. si quis in seruitute. in fi. ff. de fur. & Bald. in c. 1. §. si quis uerò. de pace iura. firman. dum tenẽt quod iudex laicus possit capere clericum delinquentem propter suspicionem fugæ, ut eum præsentet iudici ecclesiastico, ad quem spectat iurisdictio. & posset aliis mediis comproba-
d ti, sed prædicta sufficere arbitror. non tamen per prædicta intendo inferre[d] aut concludere dictas præsumptiones aut probationes sufficere ad aliquam cõdemnationem contra eum, sed solum dico attincere ad ea quæ gesta sunt per præfatum dominum Locumtenentem Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Suspicio. Anchara. consil. 173. celum. 3. Cur. senior consil. 73. colu. fina. Ias. in l. licèt imperator. colum. 2. de leg. 2. consil. 168. colu. 2. lib. 4. Deci. consi. 175. consi. 189. cap. porrecta. col. 1. de confir. vtil. vel inuti. Franc. Rip. c. 2. nu. 26. de rescr.

b ¶ Reperitur. S. lib. 1. consi. 50. num. 8.

* Nisi ostendat.] Confirma, quia penès quem reperiuntur libri hæreticorum, ille præsumitur hæreticus, secundum Ro. singu. 323. qui allegat Archi. ad c. sanè. il ij. causa 22. q. 4. & hoc per tex. in c. si forte. ead. cau. & qu. Nat.

c ¶ Capere. Roma. consil. 242. Alex. Ias. l. de pupillo. §. si quis, de openou. nuncia. Soc. Ias. l. 2. de iurisd. omn. iud. Dec. c. prudentiam. col. 5. de off. dele. licèt Are. contra consi. 95. & Franc. Rip. lib. 1. de legib. responso. 13. & male. * Vtrum in criminibus incompetens capere possit, uide Ioan. Bapt. Sanctoseuerinatem in tract. de debitoribus suspectis. & fugit. Nat.

d ¶ Inferre. Cœp. cau. crim. consil. 21. col. 4. Deci. consil. 602. col. 2. consil. 615. col. 1.

SVMMARIVM.

2 *Ius substitutionis non transmittitur etiam ad filios.*

3 *Hæres prohibitus alienare nisi in casu necessitatis, potest alienare propter debita propria.*

6 *Officium executoris testamenti non transit ad hæredes, nec ad epm si testator prohibeat vel alio modo prouideat. nu. 7.*

10 *Mulier prohibita contrahere sine præsentia propinquorum, illis deficientibus alienare potest.*

CONSILIVM CCVI.

Ponderatis[a] verbis testamenti nobilis viri domini Philippi de Luzago, nec non uerbis instrumenti transactionis initæ inter dictos Ioan. & Sanctem filios & hæredes dicti Philippi, & viso priuilegio legitimandi concesso illis de Aemiliis & eius confirmatione circa
1 dubium † quo quæritur, an dictus Sanctes sit exclusus a iure substitutionis, etiam si contingeret dictum Ioannem decedere sine hæredibus masculis ex se legitimè descẽdentibus. breuiter respondeo quàm sic, uirtute dicti instrumenti transactionis in quo facta est mentio de tenore testamenti circa institutionem & substitutionem, & cõuentum fuit ꝙ dicta substitutio nullius roboris remaneret, & ꝙ non obstante substitutione uterque prædictorum Ioannes & Sanctes possent in uita & in morte disponere de dictis bonis, ac si substitutio facta non esset. & fuit actum ꝙ quædam obuenire deberent dicto Sancti pro omni eo & toto quod d. Sãctes & sui hæredes & successores tunc uel in futurum petere possent respectu dictæ substitutionis, ut latius in dicto instrumento cõtinetur, per quæ inducitur remotio & exclusio omnis uirtutis dictæ substitutionis. l. 1. C. de pact. l. fideicommisso. C. de transac. l. de his, cũ ibi no. ff. de transa. l. qui Ro. §. duo fratres. & ibi no.
2 maximè per Bar. ibi in 4. 5. & 6. q. ff. de ver. obl. ¶ Quantũ † verò ad aliud dubium, quo quæritur, an si contingat dictũ Sanctum prædecedere superstitibus filiis suis & superstite dicto Ioanne, & postea Ioannem decedere superstite dicto filio suo legitimato, & superstitibus filiis dicti Sanctis legitimis & naturalibus excludatur dictus legitimatus ab hæreditate dicti Ioãnis patris sui per dictos filios Sanctis, & dicitur quod nõ, quia in testamento domini Philippi substitutio compendiosa reciprocè est facta dicto Ioanni & Sancti, non autem est facta de filiis alicuius eorum, vnde si præcedat dictus Sãctes superstite Ioanne non potuit ius substitutionis transmittere ad filios & hæredes suos. l. vnica. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cad. tol. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. l. si in personam. C. de fideic. l. cũ pater. §. hæreditatem, & quod ibi gl. in uerbo, non fuerit, de le. 2. & no. gl. in l. vnica. in glo. magna. C. de his qui ante aper. ta. reprobata gl. quę contrariũ uoluit in l. is cui sub conditione. ff. de act. & obli. quæ uoluit ꝙ imò fideicommissum conditionale transmittatur ad filios pendente conditione, sed damnatur cõmuniter a doctoribus ibi per iura suprà proxime allegata & per gl. suprà allegatas contrarium volentes, & no. Bar. in l. 1. ff. de le. 1. & Bal. in c. j. qui success. ten. feu. confir. & in l. si pater. in 4. q. C. de insti. & substi. & Bal. & Io. de Imo. in l. cum ex filio. in prin. ff. de vul. & pup. per illũ tex. & Bald. in l. vnica. in prin. C. vt act. ab hęr. & contra

& contra hæred.& in d.§.finautem aliquid sub cõditione. facit.l.sed si plures.in prin.& l.qui plures.hæredes.& l. qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pup.cum si. & per consequẽs ex uirtute dispositionis testamenti d.Philippi non possent filij & hæredes d. Sanctis excludere dictum filium legitimatũ Ioannis, vnde cessante substitutione prædicta (quæ cessare diceretur vt dixi) nihil est quod impediat quominus dictus filius legitimatus per dictum comitem latissimam potestatem habentem possit ex testõ & ab intestato succedere dicto Ioanni patri suo, quia nihil a legitimis filiis differre dicuntur filij legitimati, vt in auth.quib.mo.natu. effic. sui. §. illud.& §.si
3 quis erga filios. ¶Circa† illud dubiũ quo quæritur, an dictus Ioannes viuente dicto Sancte fratre suo possit alienare bona, hæreditaria et ultra legitimam pro satisfaciendo æri alieno. & dubium facit, quia d. Philippus testator prohibuit dictum Ioannem & Sanctem alienare aliqua bona immobilia hæreditaria ipsius testatoris, nisi in casu expressæ necessitatis, & nisi cum licentia expressa dñæ Dorotheæ matris dictorum Ioannis & Sanctis, & cum licentia & authoritate executorum testamenti, & si & in quantum contrafacerent esset nullius valoris, & in casu quo venirent ad aliquem actum alienationis dictorum bonorum uel alicuius partis eorum, ꝙ tunc statim & incontinenti dñium ipsorũ bonorũ seu dicta bona, quę sic alienari velle contingerit, veniant & venisse intelligantur in dictos fideicommissarios seu executores alienanda & distribuenda & conuertenda in pios usus per dictos commissarios tm̃, & non per dominum epm, vel eius vicarium, nec aliquam aliã personam, sed solùm sit in libertate ipsorum commissariorum disponentium in impios vsus id totum quod alienari seu vendi contigerit. vnde cum dicta prohibitio alienationis causam habeat, quia est facta contemplatione piæ causæ, ideo vr̃ ꝙ valeat.l.filiusfamilia.§.diui.ff.de le.j.& l. pater.§.filium.§.Iulius Agrippa ff.de leg.3. ¶ Tamen hoc non obstante
4 ꝯriũ dico† esse de iure uerius, quia hæc alienatio quæ ut satisfiat æri alieno dicitur fieri ex causa necessitatis, vt l.peto.§. p̃dium.& ibi no.Bar.ff.de leg.2.& in §.diui.in fi.& d.l.pater filium, in prin.& quamuis qñ alienatio necessaria sit ob æs alienum hæredis & non defuncti, reuocetur illa alienatio eueniente casu substitutionis factæ ipsi alienanti puta mortuo alienante, vt in d.§.prædium, secus si ob æs alienum defuncti. d.§.diui.& d.l.pater.in princ.& l.cum fideic.ff.de fideic. lib. tamen hoc non habet obstare in proposito, quia in d. §. præ-
* dium, testator non permiserat alienari posse ob causam * necessariam, puta pro satisfaciendo æri alieno hæredis, sed hic permisit alienationem ob causas necessarias iter quas hæc cõnumeratur, ut in d.§.prædium. ¶ Prætereà hic resoluta & extincta fuit substitutio facta d.Ioãni reciprocè, vt dixi suprà, nec pia causa uocari potest, quia uocata est qñ alienatio fieret
a non ex causa necessaria. [a] ¶ Prætereà præsupponitur mortuos esse dictos executores testamentarios, & testator uoluit quod ea quæ contra formam prohibitionis alienarẽtur, possent destribui & erogari tm̃ per dictos executores testamentarios. & non per episcopum vel aliquam aliam personam, ergo cessat nunc causa propter quam seu cuius contemplatione testator prohibuit, cum non possit amplius dicta erogatio fieri. ¶ Et
5 sic† cum causa redierit ad non causam, perinde est, ac si causa adiecta non esset in prohibitione alienationis.l.si fullo.ff. de condi.sine cau.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure pat.l. elegãter. §.si quis post.ff.de cond.indeb.& c.cum cessante, de appe. & sic dicta prohibitio debet remanere nullam tãquam nuda & sine causa.d.§.diui.& d.§.Iulius Agrippa. ¶ Quòd autem non
6 possit dicta distributio fieri per † alium, patet, quia officium executoris ad hæredes ipsorum executorum non transit, nisi hoc fuerit a testatore dictum.l.antepen. cum gl.ff.de tute. & ibi Bar.& probatur in c.fi.& ibi gl.in ver.mortuo.de testa.in 6.& no.Dyn.in l.alimenta, in prin.ff.de ali.& cib.leg.& Bar. in l.a filio in prin.eo.tit.& Iac.de Bel.in authẽ. de eccle.titu. in §.si quis autem Spe.in tit.de instr. edi.§.nunc uerò aliqua. versi.insuper quærendum est.& Cy. & in l. id quod pauperibus, in fi.C.de episc.& cle.& ibi Bald.in 3.col.& Bald.in l.fi. §.sed & si quis.C.commu.de lega.& Ang.in l.cum quis sibi. ff.de verbo.obligat. ¶ Et tantò minus transit ad hæredes in casu nostro, quòd mens testatoris fuit ꝙ non transiret, ut ostendunt uerba testamenti superius relata, quæ ostendunt mentẽ testatoris fuisse tale officium exequendi esse personale, & nõ
7 egredi personas talium executorum. ¶ Et si diceretur, † quanuis non transeat ad hæredes executorum, tamen tunc deuoluitur ad episcopum, vt not.glo.in d.c.fi.de testa.in 6. in verbo, expresserit. & Spec. in dicto versic. insuper. per id quod habetur in c.si hæredes.& in c.tua nobis, de testamen. respondeo ꝙ glo.in d.c.fi.in uerbo, expresserit. dicit hoc esse verum nisi testator aliter prouiderit, sed in casu nostro testator aliter prouidit, quia disposuit non posse per episcopum uel per aliam personam fieri dictam dispositionem, & quod solũ esset in libertate ipsorum commissariorum disponere in pios vsus id totum quod alienari contingeret. ¶ Nec ad hoc obstat
8 †id quod habetur in authen.de ecclesiast.titu.§.si autem pro redemptione.versic.licèt. & transumptiuè habetur in authẽ. licèt.C.de episc.& cler.& in cap.tua, de testam.vbi episcopus potest exequi ad pias causas relicta, etiam quãdo testator prohibuit episcopum se intromittere, quia respõdeo, ꝙ illud est verum quando testator non designauit aliquem executorem per quem deberet fieri distributio, vt ibi.& C.de episc.& cle. in l.nulli.versic.quòd si testator.super quo text. est posita.d. auth.licèt.sed quando designauit executorem, & noluit fieri ad pias causas distributionem rerum alienatarum nisi per eũ, apparet testatorem velle quòd mortuis dictis executoribus etiam si contingeret tunc alienationem aliquam fieri per dictos hæredes, nulla tunc talium alienatorum debeat fieri distributio.l.Imperatores.ff.de postu.& l. statuliberum. §. Stichum.ff.de leg.2.versic. obstat tex.in d.c.nec nobis. quia solum ibi dicitur, quod episcopus potest cogere executores testamentarios exequi relicta ad pias causas, quamuis testator prohibuit episcopum se intromittere. ¶ Ad prædictorum cõ-
9 firmationem etiam facit id quod no.Ang. † & Ioan. de Imo. in l.illa institutio.ff.de hęre.insti.vbi dicunt quod si testator instituit pauperes Christi eligendos per Titium & non per alium, Titio negligente non poterit episcopus eligere. & dicit Ang.ita fuisse decisum Bononiæ, & quod idem sentit Io. And.in addi.Spec.in titu.de instrum.edi.§. nũc verò aliqua. versi.Sed an etiam pauperes. & dicunt ꝙ non obstat id quod habetur in d.l.nulli.& in d.authen.licèt.vbi etiam contra voluntatem defuncti episcopus eligit, quia dicũt ꝙ bene potest episcopus exequi disposita per defunctum, licèt testator hæc prohibuerit, sed non potest executionem facere contra dispo-
b sita. [b] per testantem & dicunt hoc esse diligenter notandum, sed uelle distribuere alienata post mortem executorum est velle exequi contra disposita per testantem, vt suprà deduxi, ergo &c.hoc idem etiam consuluit Petr. de Ancha.in consil. 393.incipiẽ. Contra hæredes &c.& Pau.de Cast.in d.l. nulli. Primum tamen fundamentum circa istud dubium arbitror
10 esse tutius. ¶ Super ultimo† dubio quo quæritur, an in alienatione ipsa facienda per dictum Ioannem requiratur licentia aliqua uel alia solennitas, attenta morte commissariorum, re-
* spondeo quod mortua matre * & dictis executoribus non requiritur licentia alicuius, nec alia solennitas, ut probatur in l.turpia.§.1.ff.de leg.1.& ibi hoc no.Bald.& Ang.& Moder. vbi per illum tex.dicunt quod si statutum dicat ꝙ mulier nõ possit contrahere sine presentia propinquorum, nullis existẽ-
* tibus propinquis potest * libere [c] cõtrahere.& idem dicit Bal.
c in l.coniunctioni.C.de nup.& in l.1. C. vnde vir & vxor. & in l.cum hæres. per illum tex.ff.de acquiren.hæred. & Salic. in d.l.1.C.vnd e vir & vxor & Petr.de Ancha. in commento. cap.canonum statuta.de constitu.in versic.transeo ad statuta quæ quandoque prohibent &c.& ibi respondet ad d.l. si fratres.C.de nup.prout etiam respondet Bal. in d.l. in coniunctione.bene facit.l.multa, in princ. ff.de condi. & demonstr.
11 ¶ Nec isto† casu requiritur quod interueniat decretum iudicis supplentis defectum executorum, iuxta.l.bonorũ. C. qui admit.& l.si infanti.C.de iure deliberan.in fin. quia illa iura loquuntur in tutore uel curatore, cuius cõstitutio spectat ad iudicem, ideo defectum tutoris uel curatoris facilius supplere potest, quàm defectum executorum in testamento specialiter datorum, quorum creatio non spectat ad iudicem. quæ responsio probatur per id quod habetur in l.1.§.idem Pomponius, cum ibi no.per doc.ff.quod fal. tu. au. & per no. per Cy.in l.licèt.C.de proc.& ibi Bar.in vlt. col. dum allegat. d. §.idem Pomponius. Commendo tamen vt cautus sit dictus Ioannes

Ioannes priusquam alienet, ꝗ faciat pronunciare per iudicē sub officio casum expressæ necessitatis alienandi de bonis dictæ hæreditatis vsque ad tantam quātitatem nam talis declaratio super voluntate testatoris spectat ad iudicem.l. voluntatis.C.de fideic.cum simi. Laus Deo. Alex.

## ADDITIONES.

* Ob causam.] In oppositum vide consilium Bal.22. Quid importet. lib.2.ꝗ licentia testatoris de alienando ob causam necessitatis, intelligitur de fatali, vel naturali necessitate, non de ea, quæ contrahitur ex aliquo voluntario debito. Nat.

a Necessaria. per hauc rationem sustinetur consilium. sed non per sequentem, quæ falsa est, quia si euenisset casus substitutionis pauperum, siue mortuis siue uiuis, sed postea mortuis executoribus, omnino posset peti & fieri executio per episcopum, uel peti per procuratorem pauperum.

b Disposita. hoc uerum inquantum disponit de bonis suis amplianda vel differendo sed non inquantum disponit de ipsa executione tantum, vt pulchræ per Bal.consi.165.testator consi.159 Constitutio lib.1.secundum veterem quæ sunt consi.297.& consi.301. lib.2. secundum nouam impressionem. & si verba & non per alium relata ad executorem intelliguntur in dubio quandiu ille uiuet & exequi poterit, ut dixi in consu.Par.consi.95.

* Mortua matre.] Idem tradit Alex.consi.59.col.3 lib.3.

* Potest liberè.] Istud est etiam de mente Pauli Cast.consi.124.In causa, quæ uertitur coram Potestate ciuitatis Aretij. lib.1.vbi not.concludit, quòd minor oppugnans contractum tanquam gestum contra formam statuti, debet probare, se habuisse propinquos, quos potuisset adhibere. Nat.

c Liberè. Quia hoc consensus requirebatur propter interesse propinquorum siue propter imbecillitatem ætatis & ad legitimandam personam.

## EPITOME.

STATVTVM de compromitendo inter affines non habet locum affinitate soluta tempore quo petitur compromissum.

## CONSILIVM CCVII.

Ponderatis 1 verbis statuti sub rub. de cōpromissis, & his quæ præsupponuntur in facti contingentia, videretur prima cōsideratione virtute dicti a statuti a compromissum fieri debere inter dictā dominam Pedrinam agentem, & compromissum fieri petentem, & d.Hieronymum recusantem principaliter ex infrascriptis. ¶Et primo, quia statutum expressè prouidet quod ad instantiam nouercæ compellatur priuignus eius compromissum facere de lite inter eos vertente. Et tale † statutū* dicitur fauorabile tāquàm inductum odio litium dirimendarum, ita inquit Bal. in l.qui se patris, in vlt.col.C.vnde liberi.allegando l.fi. ff.familerc.& ita concludit Pet.de Anc.in consi.179.inci.Apud me ista quæstio &c.& Lu.Rom.in l.1.C.vnde vir & vxor. facit quod no.Bar.in prima constitutione codicis, iuxta princ. & quod habetur in l.congruentius.C. de par. pote. & consequenter videretur largè interpretandum, iuxta.l.cum quidā. ff.de libe.& posthu.& in reg.odia.lib.6.& quę notantur in l. quæ propter necessitatem.ff.de reg.iur.& in l.illud. C.de sacrosanct.eccl.cum suis concordantiis.Sed d.Hieronymus videtur esse priuignus d. Pedrinæ, quæ videtur eius nouerca, cum fuerit secunda vxor quondam Ambrosij patris d. Hieronymi nati ex prima uxore.l.adoptiuus.§.nūc videmus. ff. de ritu.nup.& l.non facilè.§.priuignus. ff. de gradibus. cum si. 2 ¶Secundò pro hoc facit, quia in dispositione fauorabili videtur, quod etiam soluta affinitate* comprehendantur huiusmodi personæ in dispositione loquente per hæc nomina affinitatem denotantia, vt patet in l.fi.C.de ver.sig. vbi in legato relicto familiæ ueniunt & gener & nurus testatoris etiam dissoluta affinitate per mortem filij vel filiæ testatoris.l.fi.C.de 3 ver.sig.¶Tertiò † quia saltem quando nouerca non transit ad secundas nuptias, videtur adhuc debere gaudere iisdem immunitatibus quibus gauderet si esset adhuc in priore matrimonio.l.filij.§.vidua.ff.ad municipales.l.fœminæ.ff.de senator.c.is qui.de sepul.in 6.cēsetur enim quodammodò esse in matrimonio, donec in ea status viduitatis durat, l. fin. C. de bonis mater.& in auth.de nup.§.soluto.& in auth. neque uirum.§.nuptialibus.in verbo, pendente. unde ita iniuriantur consanguinei mariti prædefuncti ex stupro commisso per viduam, sicut iniuriarentur ex adulterio commisso per eam existentem in matrimonio uiuente marito, vt probat tex. no. secūdum Bar.in l.si mulier.C.ad l.Iul.de adul.¶Et propterea. Sali.sub dubio forte in d.l.fi.C.de ver.sig.dicit ꝗ si statutum cogat affines ad compromissum ꝗ quondam socer cum genero vel nuru cogi poterit ad cōpromissum, si gener vel nurus steterit in celibatu vel uiduitate dissoluta affinitate, & videt sequi hoc Pau.de Cast.in consi.infrà proximè allegādo, & nō videtur tale statutum auferre ius alterius, cum sit par & reciprocè in persona cuiuslibet litigatoris qui sit de dictis cōiunctis.ar.l.de fideicommisso.ff.de transac.& no. Bar.in l. ambitiosa.ff.de decre.ab or.fa.& in prima cōstitutione co. ¶Quartò per tex.35.q.10.fraternitatis.vbi soluto matrimonio morte uiri non est dissoluta affinitas inter vxorem superstitem & eos qui sunt de cognatione viri prædefuncti, vnde fertur ꝗ p illum tex.Pau.de Ca.in cōsi.inci. Vertitur quæstio an statutū de compromissis &c.consuluit ꝗ quādo ex marito prædefuncto & uxore superstite remanserunt liberi nati ex illo matrimonio, talis mulier compellatur compromittere cum priuignis suis. Quintò, quia dato ꝗ dicta Pedrina quādiu est in viduitate non diceretur verè & propriè nouerca, tamen saltem fictè dici debet nouerca, cum fingatur durare matrimonium, vt in præallegata.l.fi.C.de bonis maternis.& no.in l. unica.

4 §.exactio.C.de rei uxori.actione.& statutum † loquens in casu uero uidetur ꝗ extendatur ad casum fictum, quādo est eadem ratio.l.Gallus.§.& quid si tantum.& §.ꝗ si is, ff. de libe. & posthu.& ibi no.Bal.facit.l.si quis ita.§.fi.ff.de test. tute.& c.ex parte.el ij.& c.ad audientiam.de cleri.non residen. saltē quando statutum est præter ius commune, ad hoc quod no. Io.An.in c.fi.de consue.in 6.in nouella.& in proposito not. Io.de Imo.in d.§.& quid si tantum.& dispositio exorbitās loquens in uno casu uidetur ꝗ extendatur ad alium casum, qui saltem inspecta larga significatione uocabuli comprehendebatur sub casu expresso & prouiso.l.filium habeo.ff.ad Macedo.l.senatusconsulto.ff.de ritu nup.& quod no.gl.in auth. vt hi qui obliga.§.1.in verbo.ad curationem.& in cle.j.cum ibi no. per Paulum de Leaza. de elec. cum multis si. & licèt alia possent adduci pro ista parte, tamen ex responsionibus inferius tradendis ad præmissa apparebit (vt puto) resolutio aliorum quæ adduci potuissent. ¶ Sed præmissis non obst. contrariam sententiam puto in casu nostro ueriorem. Et primò, quia dicta dña petens compromissum fieri ex forma dicti statuti non potest fundamētum sumere ex prima parte dicti statuti.inquantum loquitur de coniunctis vsque ad quartū gradum, accipiendo gradum secundum dispositionem iuris ciui-

5 lis, quia † saltem de iure ciuili non est propriè dare primum, secundum, tertium vel quartum gradum affinitatis inter affines, sed solum cognationis gradus inter eos qui de eadem cognatione sunt, ut est tex.in l.non facile.§.affines.ver.gradus. ff.de grad.ibi dū tex.dicit, gradus uero affinitatis nulli sunt, & vbi in iure fit mētio de gradibus affinitatis, illud est impro-

6 priè, secundum gl.ibi, constat autem † in statutis uerba debere accipi propriè, non impropriè.l.non aliter.ff.de leg.3.l.j. §.si is qui nauem.ff.de exerc.not.Bart.in l.omnes populi in 6.q. principali.de ius.& iu.& Bart. & alij in l.non dubium.C.de legib.& in l.1.& in l.Labeo.§.contractum.ff.de ver.sign.& in l.apud Iul.§.fi.ff.quib.ex cau.in poss.ea.& Bald.in l.siue apud acta.1 1.col.C.de trāś.& Bal.& Ang.in l.nullus.§.1.ff.de acq. hær.cum suis multis cōcordantiis.& ideo statuentes animaduertentes non esse comprehēsos affines in statuto addiderūt, vt fertur, ꝗ idem seruaretur in qōne uertente inter socerum, socrum, nurum, generum, nouercam, & priuignum, seu uitricum uel aliquos ex eis, & quanuis statutum esset fauorabile, tamen debent uerba eius accipi propriè non impropriè ut patet ex notatis per Bar.& Ang.in d.l.apud Iul.vbi volūt ꝗ verba statuti dicentis ꝗ mulier non possit contrahere sine cōsensu propinquorum, debeant accipi propriè ut comprehendat proprios contractus, non improprios, & tamen dispositio talis statuti est fauorabilis.l.qui exceptionem, in prin.ff.de cōd. indeb.vt traditur per Bar.in l.cunctos populos.C.de summa tri.in ver.6.videndum est an statuta &c.& ista conclusio quā Bar.& Ang.firmant in d.l.apud Iul.est magis communiter approbata, vt p alios in d.l.nullus.§.1.vbi hoc firmat Bald.Ang. & Io.

& Io.de Imo.& Ang.Io.de Imo.& Raph.Cu.in l.more. ff.de
acq.hær.licèt Bar.ibi pungat & non decidat vt ibi dicit Io.de
Imo. & pro hoc allegat ibi Raph. id quod habetur in l. 3. §.
hæc verba.ff.de nego.geſt.ita etiam tenet Abb. Sicul.in c.qua
fronte,de app.in 1.vel 2.col.& etiam Raph.in d. l. apud Iul.
§.fi.facit quod no.Bal.in l.1.in princ.ff.de contra.iud. tut.ita
etiam eſt de mente Bar.in d.l.omnes populi,in 6.q. principa
li.vbi vult ꝙ in ſtatutis non debemus recedere a propria ſigni
ficatione vocabuli, niſi quando aliàs reſultaret iniquitas ſeu
abſurditas,vel niſi cõmunis vſus loquendi aliter ſe haberet,
vt ibi per eum.cum quo etiam tranſit Pet. de Anch. in com-
mento.c.canonum ſtatuta.de conſti.in 14.q.& Pau.de Caſt.
in l.ſcire leges,aliàs eſt ſuper.l.in ambigua.ff.de legib.¶Secũ-
da ratione non obſtat prima pars dicti ſtatuti,nec etiam dicta
additio,quia ſtatutum † loquitur de quæſtione quæ vertitur
7 inter coniunctos,vnde requiritur quod tempore quæſtionis
vertentis de qua compromittenda agitur,ſint coniuncti.l. in
delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.& l.Titius. & quod ibi not.
doc.ff.de teſta.mili.l.2.ff.de auro & argen.leg.l. ex facto. §. ſi
quis autem.ff.ad Trebel.ſed ita eſt ꝙ inter dictam dominam
& d.Hieronymum mortuo patre Hieronymi fuit diſſoluta af
finitas,præterquàm quò ad impedimentum matrimonij in-
ter eos contrahendi.inſtit.de nupt.§. affinitatis. vſque ad §.ſi
verò vxor.& l.& eorum.§.affinitates.ff.de poſtulan.& 4.q.7.
§.affinitates. & ibi no. ergo non comprehenduntur d. domi-
na & Hieronymus in dicto ſtatuto.¶Tertiò, quia hoc expreſ
sè decidit†Bar. Bal.& Ang.in dicta l.cui eorum.§. affinitates.
8 vbi per illum tex.dicunt ꝙ ſtatutum diſponens , ꝙ cauſæ in-
ter affines compromittantur,intelliguntur affinitate duran-
te.vnde dicit ibi Guil.de Cu.& Ang.quod licet quis non poſ
ſit teſtificari pro uxore fratris viuentis vt probat ibi Guil. ta-
men ſecus erit fratre mortuo,quia diſſoluta eſt affinitas, ſecũ
dum eos.¶Quartò per id quod voluit gl.no.in l.ſed hoc ita.
in prin.ff.de re iudi. quæ voluit priuilegium conceſſum ſoce
ro non uendicare ſibi locum in eo qui ſocer fuit, ſi tempore
quo vult vti priuilegio erat ſolutum matrimoniũ, & ſic erat
finita affinitas.¶Quintò†pro hoc facit.l.1.cum gl.1.C.vnde
9 vir & vxor.vbi probatur ꝙ appellatione vxoris non venit illa
quæ non erat in matrimonio,ſed erat vidua propter ſolutum
matrimonium.& dicit ibi Lud. Rom. quod licèt mulier quæ
eſt vidua,cenſeatur eſſe in priore matrimonio,d.l.fi.C.de bo-
nis mater.tamen ſecundum eum diſpoſitio legis loquẽtis de
vxore ſeu de ea quæ eſt in matrimonio, debet intelligi de ea
quæ uerè eſt in matrimonio adhuc durante, nõ de vidua quæ
fingitur eſſe in matrimonio.d.l.fi.allegat.l.3.§.hæc verba. cũ
10 ibi no.ff.de neg.geſt.¶Ad idem allego†id quod not.Iaco. de
Are.& Bar.in l.Titia Seio.§.vſuras.ff.de le.2.vbi voluit, ꝙ ſta
tutum diſponens ꝙ vxores rebellium non poſſunt ſtare in ci
uitate,non intelligitur de viduis quæ deſierunt eſſe uxores re
bellium.vbi etiam per hoc allegat d.l.cui eorũ. §. affinitates.
& idem no.Bal.in l.cum acutiſſimi.C.de fideic. & in l.volun
tas.eo.tit.& in l.fi.C.de iniur.& in l.2. C.de his qui ad liber.
peruenire non poſſ.& in l omnes populi.in 10.col.ff.de iuſti.
& iu.Sic ergo videmus ꝙ in ſtatutis & ubi uerba accipiuntur
propriè ſi fit mentio de uxore,non uenit uidua quę deſiit eſſe
uxor,ad idem tex.in l.viro atque uxore.ff.ſol.mat. iuncta gl.
j.quæ ſubaudit,quondam.quia ſolutum erat matrimonium.
& idem facit gl.in l.diuortio.in verbo vxoris. ff.de neg. geſt.
ita non debet uenire nouerca, quæ eò ipſo quod deſiit eſſe v-
xor patris,deſiit eſſe nouerca,ut clarè demonſtrat tex. in d.§.
affinitatis.inſt.de nup.cũ aliis ſuprà alleg. ¶ Sextò facit, quia
11 ſi in aliqua diſpoſitione fit mentio de filio,†talis intelligitur
in dubio de eo filio,cuius pater viuit,ſed patre mortuo debet
dici filius quondam talis.l.eius qui in prouincia,cum glo.&
ibi no.Bar.circa princ.ff.ſi cert.pet.& ſi dicitur filius talis, &
non dicatur quondam,ſtat impropriè,vt ibi per Bart. & ita ẽt
habetur in l.ſi quis reum.§.idem Iul.el j.cum gl.parua.ff. de
liber.leg.& in d.l.diuortio,& in d.l.viro.& l.3. ibi , quondã
ſocero.C.de don.inter vi.& vxo.& no.Bal.in l. cùm acutiſſi-
mi.præall.licèt ſaluetur & excuſetur per dictam ſubauditio-
nem inſtrumentum a falſo, quando in inſtrumento dicitur,
Titius filius talis,cùm pater eius eſſet mortuus,ut per Spe. in
tit.de inſtr.edi.§.inſtrumentum.ver.quid ſi ita.& in §.reſtat.
verſi.pe.& no.Bar.in d.l.eius.& in l.inſulam.ff.de acqui.rer,

do.& canoniſtæ in c.ex parte.C.de fo.comp.& in c. cum con
tra.de pign. ita in propoſito ſtatutum faciens mentionem de
vxore vel nouerca aut ſimilibus, nõ debet intelligi de ea quæ
fuit quondam vxor,vel quondam nouerca , cũ in ſtatutis uer
ba propriè accipi debeant,ut dictũ eſt.¶Septimò, quia nõ eſt
eadem ratio compellendi ad cõpromiſſum eos qui deſierunt
eſſe affines,ſicut eſt,in cõpellendo eos, quorum adhuc durat
affinitas,nam dictum ſtatutum noluit ſimpliciter & abſolutè
prouidere circa amputationem litium,quia non prouidet ge
neraliter,quod de omnibus qõnibus inter quoſcunq; verten
tibus fieret compromiſſum,ſed ſolum de illis quæ uerteren-
tur inter eos qui eſſent intra quartum gradũ cognationis, uel
eſſent de affinibus enumeratis in ſtatuto , vt ſuprà fuit oſten-
12 ſum,vnde quia†compromiſſum, eſt quædam compoſitio &
b tranſactio[b] partium per quam a lite diſceditur, ut no.in auth.
vt differentes iud.iuxta prin.& in c.Quintauallis.per doc.de
iureiu.& in l.ſi ſocietatem.§.arbitrari.ff.pro ſocio. & diſcede
re a lite & controuerſia proprio conſenſu eſt officium pieta-
13 tis,vt inquit tex.in d.l.fi.ff.fa.erc. & præſtare†officium pieta
tis magis cõuenit inter cõiunctos quàm inter eos, inter quos
non eſt cõiunctio, vt l.pietatis.in prin.ibi vt neceſſitudo &c.
C.de ſuſpect. tut. ideo ſtatutum magis inter cõiunctos quàm
inter alios uoluit compromiſſum fieri debere , ergo apparet
ꝙ maior eſt ratio compromiſſi faciendi inter eos inter quos
adhuc durat cõiunctio,quàm inter eos inter quos eſt finita,
cum magis inter eos verſari debeat officium pietatis.facit qđ
dicit tex.in l.cum pater.§.dulciſſimis.ff.de leg.2.ibi.cum di-
ſcordiis propinquorum ſedandis proſpexerit &c. bene facit
l.congruentius.C.de pa.po.& dicit Pet.de Anch.in cõſ.159.
incip.Rationes quę &c.quod ratio dicti ſtatuti fuit tollere li-
tes & iurgia inter coniunctos & ipſa dirimi ſine ſtrepitu per
communes amicos.arg.d.l.congruentius. ¶Et ꝙ non ſit om-
nino eadem ratio eorũ inter quos eſt diſſoluta affinitas, pro-
ut eorum inter quos adhuc viget affinitas,probatur in d.l.cui
14 eorum.§.affinitatis,& in d.l.ſed hoc ita.cũ glo.vnde†inquit
Bal.in l.1.C.qui accu.non poſſ.in 23. col. in ver. ſuper tertio
articulo de affinibus &c. quod in caſibus in quibus in priui-
legium conceditur alicui poſſe accuſare,quando ſuorum in-
iuriam proſequitur,iuxta.l. neganda. C.de iis qui accuſ.non
poſſ.& l.2.ff.de acc.non poterit affinis pro iniuria illata affi-
ni accuſare,ſi tempore illatæ iniuriæ erat diſſoluta affinitas,
per no.in d.l.ſed hoc ita.& per l.quod ait.ibi,finita eſt &c.ff.
de diuor.& d.l.an eorum.ſi ergo non eſt eadem ratio in ea, q
quondam fuit nouerca,quæ eſt in ea quæ de preſenti eſſet no-
uerca,ergo non debet fieri extenſio de uno ad alium, ut l.in-
ter ſtipulantem.§.ſacram,de verb.obli. uerſi. ſed hæc diſſimi
lia.& l.fi.ff.de calumniatorib.cum vulgaribus, & ueniet dicen
dum in reſponſionibus dandis ad argumenta primæ partis.
15 ¶Confirmo†per id quod dicit Sali.in l.2.* C.de noxal. circa
* 8.col.vbi uoluit ꝙ quando nõ apparet an ſit eadem ratio vel
non,& ſic ſumus in dubio,tunc in diſpoſitione quæ eſt cõtra
ius commune,non fiet extenſio,etiam vbi aliàs quando con-
ſtaret de identitate rationis debuiſſet fieri extenſio . mouetur
per id quod habetur in l.præcipimus, in fin.C. de app.nemo
ergo negaret, quod aut non eſt eadem ratio, aut ſaltẽ ſumus
in dubio. ¶Octauò etiam probatur per id quod in ſpecie de-
cidit Bal.in d.l.fi.C.de uerb.ſigni.ubi quærit, quid ſi ſtatuto
16 cauetur,ꝙ cauſæ † compromittantur inter affines, nunquid
ſocer quondam cum genero uenient ad compromiſſum ? ar-
guit primò ꝙ ſic per d.l.fi.in cõtrarium arguit, quia iſtud eſt
quoddam priuilegium,& ideo uidetur ceſſare,quia nunc ve-
rè & propriè non dicitur ſocer & gener cum filia ſit mortua,
quæ erat radix huius affinitatis . & hoc tenebant ſecundum
eum antiqui aduocati Peruſini,per no.in d.l.ſed hoc ita. & p
d.l.cui eorum.adducit etiam dictum Oldradi in eadem.l. fi.
opponentis de d.§.affinitatis.& rñdebat ꝙ ibi ille qui quon-
dam fuerat affinis,uolebat ſub uelamine affinitatis contra ius
commune admitti,ſed in d.l.fi. uolebat ad actum fauorabilẽ
admitti in ſubſidium ſine alicuius iniuria quod ei permitti-
tur,quia latiſſimè interpretatur , & maximè ne caduca fieret
ibi diſpoſitio teſtatoris.arg.l.fundus qui locatus. ff.de fundo
inſtruc.vel ſecundum Bald.in d.l.fi.quò ad actus inter uiuos
diſſoluitur affinitas, ſed non quò ad ſucceſſiones mortuorũ,
quia iura ſuccedendi non ſoluuntur morte, ſed cauſantur ex
morte.

morte,l.1.& in auth.ibi posita,C. vnde vir & vxor. & ita loquitur d.l. fin. sed nos tractamus de actu inter uiuos.& cum illa decisione Bal.ibi transit etiam Pau.de Cast.in d. l. fi. nam
17 dictum † statutum volens compelli illos ad compromissum est contra ius commune,iuxta l.si dictum. §. si compromisero.cum ibi no.ff.de euic.& no.per Bar.post gl.in l.fieri.§. iussu.ff.de his qui notan.infam.& Bal.in l.ex stipulatione. C.de sen.& in c.1.§.si quis furatus.in tit.de pace tenen. Bal. etiam in l.affinitatis.c.coram.de suc.istud idem approbat uolens q statutum prædictum non comprehendat nouercam & priuignum mortuo patre priuigni, quia soluta est affinitas quò ad omnia præterquam quò ad matrimonium,per d.l. cui eorū. & ita dicit q tenebant aduocati Perusini. hoc etiam sequitur Pet.de Ancha.in rep.cap.canonum statuta,de constitut. post medium in 45.charta magna,in 14.q.in versicu.quæro ulterius de verbo, consanguinei &c.ita etiam tenet Pau. de Cast. in l.rei iudicatæ.§.fi.ff.sol.mat.& in suo consil.66. incip.Super primo dubio seu quæsito &c. ita etiam est de mente Bar. & aliorum in d.§.affinitatis, ut tetigi in tertio argum. huius partis.per ista apparet quod cum Pedrina non sit de præsenti seu tempore uertentis controuersiæ nouerca, non habet locum statutum in ea.potuissent alia etiam adduci,sed fui contentus his quæ uidentur magis urgere. ¶ Ad allegata in con-
18 trarium respondeo.Et primò non obstat † quòd dictum statutum videtur esse fauorabile,quia omisso quod aliqui, ut Ioā. de Imo.in l.1.ff.solut.matr.circa pen. col. dicant contrarium per dictum.§.si compromisero.& per l. si minor 25. annis filiofam.§.1.ff. de mi. tamen posito sine præiudicio quòd esset fauorabile,tamen cum sit cōtra ius commune,debet propriè intelligi in casu suo,vt probaui in primo argumento secundæ partis, sed nouerca mortuo patre priuigni desiit esse nouerca, vt dixi in secundo & quinto argumento secundæ partis, saltem in casu nostro,in quo est diuersa ratio inter eas personas inter quas non militat affinitas & eas inter quas durat affinitas,ut probaui in septimo argumento secūdæ partis. ¶Nō ob.secundum argumentum de l.fi.C. de verb.sign.quia uno modo fuit responsum secundum Old. & Bald. & sequaces in d.l.fi. & sufficit dicere q ibi loquitur in dispositione merè fauorabili,quæ non erat cōtra ius commune,sed dispositio nostri statuti est contra ius commune,meritò restringēda, ut in
19 regula ea quæ.cum si.† Alio modo puto posse responderi ultra scribētes,quia in terminis dictæ.l. fi. sufficit quod quis sit coniunctus tēpore testamenti,vel tempore mortis testatoris, ad hoc vt quis comprehendatur sub illa dispositione de qua ibi fit mentio,vt l.si cognatis.ff.de reb.dub.& l.cum ita.§. in fideicommisso.ff.de leg.2.& vtrobiq; no.Dyn.& Bar.ideo in terminis.d l.fi.satis est q tempore testamenti uel mortis testatoris ille esset uerè gener uel nurus, licet tempore quo agitur de executione legati uel fideicommissi desierit esse socer uel gener per dissolutionem matrimonij, & hoc innuit ille text. dum dicit,nullo etenim modo possit gener uel nurus uiuentibus filiis ad tale fideicommissum uocari &c.& sic ponderat tex.an filij uiuant tempore quo gener uel nurus uult admitti ad fideicommissum,non autem dixit admittendum esse generum uel nurum filiis testatoris præmortuis tempore testamēti,& sic dissoluta tunc affinitate,hoc suadent gl. & doct.infrà allegandi, volentes q præterquàm quo ad matrimonium di-
20 catur dissoluta affinitas.¶Non ob. † dum tertiò dicebatur q videtur esse in matrimonio quando est in uiduitate &c. quia respondeo,q licet censeatur quò ad quędam esse in matrimonio,i.in reliquiis matrimonij, adeò quod non perdat lucra sibi obuenta ex conuentione pręmortuo marito,tamen nō per hoc uenit appellatione uxoris,& pari ratione nec appellatione nouercæ,ut probaui suprà,præsertim in quinto argumento secundæ partis.Item respondeo ut dixit gl.in d. §. soluto, in auth.de nup.in uerbo, perdurare, quod mulier in uiduitate persistens dicitur in priore matrimonio perdurare. i. dicitur ad secundum matrimonium non transire. ita exponit ibi gl.hoc probat d.§.affinitates.in l.cui eorum. & id quod not. in d.l.sed hoc ita. & alia plura quæ ad hoc fuerunt superius
21 allegata.¶Nec ob.quod habetur in l.si mulier. † C.de adult. quia ibi non dicitur quod illa uidua ueniat appellatione uxoris,quanuis maritus qui ab ea diuerterat,habeat priuilegium prælationis in accusando eam de stupro cōmisso per eā post sol.mat.imò potius ibi probatur contrarium in tex.& in glo. quæ quærit utrum mulier debeat accusari & puniri tanq̄ cōmittens adulterium,an tanq̄ committens stuprum si accusatur a quondam marito uel eius hæredibus pro reatu cōmisso,dum erat vidua.& concluditur quod de stupro,non adulterio,& tamen si uxor diceretur, teneretur de adulterio,& sic non dicitur uiolatus thorus matrimonialis. & similiter licet mulier in uiduitate retineat domicilium viri & splendorem dignitatis maritalis,vt in iuribus allegatis in contrarium, tamen non sequitur q vbi fit mētio de uxore saltem in alia materia q ueniat appellatione uxoris,imò non uenit ut probaui per argumēta & authoritates adductas in hac vlt.parte.¶Nec ob.decisio Sal.in d.l.fi.C.de uerb.sign.quia rectè fecit Sal. se non firmare & loqui sub dubio fortasse, quia dictum eius est apertè contra rationem & mentem Barto.Bald.& Ange.in d. §.affinitates.& Bal.& Pau.de Cast.in d.l.fin.& Bald. in d.l.affinitatis.& Petr.de Ancha.& eorum quos superius retuli,qui se fundant,per d.l.cui eorum.§.affinitates.& per text. inst.de nup.§ affinitates.cū si.& per no.p gl.in d.l.sed hoc ita,quę iura probant quòd illa non est amplius nouerca, & quod est finita affinitas,non autem se fundat in hoc, scilicet quod non retineat domicilium uiri.¶Non obst.id quod consuluit Pau. de Cast.in consil.suo incipien.Vertitur quæstio &c. quia posito q ita consuluisset, dico quòd in casu illo concurrebat vnum potissimum quod non concurrit in casu nostro, quia in casu illius suæ cōsultationis statutum prouidens quòd inter affines debeat fieri compromissum, disponebat quod affines intelligerentur oēs illi inter quos non poterat contrahi matrimonium,sed constat quòd cum ea quæ fuit nouerca, non potest contrahi matrimonium.d.l.adoptiuus.§.nunc uideamus.& d.§.affinitatis.& in d.c.fraternitatis. ¶Non ob.etiam quod quando remanserunt liberi ex illa nouerca & patre priuigni prædefuncto non sit finita affinitas, & quod tunc non desinat esse nouerca,per d.c. fraternitatis. quia dico quod cū supportatione aliter sentientis,istud nō est bene dictum, nec etiam istud dicit tex.in d.c.fraternitatis, nec talem distinctionem recipit.d.§.affinitatis, cum si. procedit ergo indistinctè illud quod dicitur in d.c.fraternitatis,quò ad matrimonium impediendum, quia quò ad illud non est dissoluta affinitas, sed regulariter est dissoluta,& ita no.gl.in §.affinitatis.3.q.7. & Bal.etiam in d.l.affinitatis.c.coram.de success. & Bal. in p. al.§.affinitatis.insti.de nupt.& gl.in d.l.sed hoc ita.& Pau.de Cast.in d.l.fi.C.de ver.sign.& in d.consi.66.¶Non ob.quintò,dum dicebatur quod saltem fictè si non uerè censetur esse in matrimonio quando est vidua, & quod statutum loquens in casu uero extenditur ad fictum &c. quia respōdeo præsupponendo primò quod statutum de quo quæritur, nō dicitur esse præter ius commune,sed contra ius commune,ut dixi suprà allegando.§.si compromisero , cum aliis concordantiis.
22 † nam præter ius commune esse diceretur quādo procederet circa id de quo non esset pro aut contra de iure cōmuni prouisum,prout sunt multi casus,qui in iure non sunt decisi, vnde tunc consulendus est princeps,ita traditur in l.cum de nouo,vbi clarè Cy.C.de leg.j.& ibi etiam Bar.& habetur in l.neque,& in l.& ideo. ff.de legib.ita etiam clarè determinat Archid.& Io.And.in c.si cui.de elec.in 6.& Archi.28. q.1. §.ex his.ponens exemplum in decisione noua,quæ est in c. vt circa,de elec.in 6.nam illa dicitur esse præter ius, quia ibi statuitur id quod nondum erat statutum.& dicit Archid.in d.§.ex his,quod quando emanat prouisio contra ius,illa debet restringi.& dicit quod ita communiter intelligitur illud quod habetur in l.quod uerò.ff.de legi.sed si prouisio emanans est secundum ius uel præter ius, & tunc est extendenda, maximè quando est fauorabilis illa prouisio,& sic sentit q quādo prouisio fit contra ius,etiam si sit fauorabilis,non extēdatur. hoc præsupposito dico quod statutum contra ius commune disponens aliquid in casu uero,non extenditur ad casum fictū. .c.in nostra,de iniu.& d.l.3.§.hæc uerba.ff.de neg.gest.ibi,de quo fuit necessarium edicere,cum gl.in uerbo hæredis. & ibi no.Bart.Bald.& Ang.& ita etiam firmat Barto.in d.l. omnes populi.in 6.quæst.principali.& no.Arch.in cap. fin. de consue.in 6.vbi vult q licet de iure communi aliqui absentes habeantur pro præsentibus , tamen dispositio noua contra ius commune loquens de præsentibus,non comprehendet illos fictè

ficte præsentes, sed habebuntur pro præsentibus quò ad ea,
in quibus ius commune habet eos pro præsentibus,& illa de
cisio ibi magis communiter approbatur a scribentibus, pro
quo allegant id quod habetur in c.susceptum,de rescrip.in 6.
& sic dato ꝙ in casu nostro iura communia quãdoque velint
priuilegiare viduam in retentione domicilij & dignitatis ma
ritalis,& in similibus casibus,sicut erat priuilegiata constante
matrimonio,tamẽ quo ad ea quæ sunt inducta ex priuilegio
statuti contra ius commune non gaudebit mulier vidua pri-
uilegio concesso a statuto mulieribus existentibus in matri-
monio,saltem cum in casu nostro legem non habeamus,quæ
per modum generalis regulæ dicat, ꝙ mulier vidua sit priui-
legiata, ac habeatur perinde ac si esset in matrimonio, istud
enim non dicit tex.in l.fi.C. de bo. ma. aut alia, quæ ad istud
propositum allegetur.hoc dico vt appareat non obstare id qđ
no.Io.And.in d.c.fi.in nouella . & Bal. in l.siue possidetis. C.
de proba.& id quod habetur in l.j.§.lex Falcidia.& quod ibi
no.Bar.& alij.ff.ad leg. Fal. cum multis similib. ¶ Ad prædi-
cta bene facit quod no.Bal.in l.2.§.voluntate, & ibi alij post
eum.ff.solut.matrimo.& Bald.in l.transigere.in 4.colum. C.
de transact.& in l.si quis non dicam rapere,in 3.col. C.de epi
scop.& cler.& Ioan.de Imo.in l. Gallus.§. & quid si tantum .
suprà allegata.& in d. §.lex Falcidia. vbi omnes concludunt,
quod statutum contra ius commune disponens trahatur ad
casum fictum, per superius allegata, secus si disponeret secun
dum ius cõmune vel præter. & ita procedit id quod habetur
in c.cum dilectus.& in c.ex parte.el ij. & in c.ad audiẽtiam ,
de cle.non resi.vt ibi etiam no.Io.de Imo.& do. Abb. & not.
etiam doct.in c.graue,de præben.¶Non obst.tex. in d.l.Gal-
lus.§.quod si is.quia ille tex.facit in contrarium, & secũdum
Raph.ibi ille tex.est melior de iure ad hoc si prouisio legis di
sponentis contra ius commune in casu uero , non vendicat si
bi locum in casu ficto. nam si prouisio Galli Aquilij inducen
tis posse institui nepotem posthumum alienum,qui nascere-
tur post mortem patris sui, vendicasset sibi locum in eo nepo
te qui nascebatur patre suo naturaliter uiuente, capto tamen
apud hostes.non fuisset necessaria suppletio Scæuolæ exten-
dentis prouisionem Galli Aquilij ad casum quãdo nepos na-
scebatur patre existente capto apud hostes,& ibi postea dece-
dente. & sic fingebatur mortuus prima hora captiuitatis, &
consequenter ante natiuitatem nepotis.& similem responsio
nem tradit Bart. in d.l.omnes populi,in 6.q.principali. ad l.
cum ex oratione.ff de excu.tut.¶Vel potest responderi quod
in d.§.quod si is , illa extensio non fit ibi ex prouisione Galli
Aquilij loquentis de morte naturali filij, sed fit ex authorita
te legis Velleiæ quæ generalis erat & comprehendens omnes
casus,quibus filius desineret esse suus, etiam si non esset mor-
tuus.& hoc est quod dicit tex.in d.§.quod si is. ¶Nec Bal. in
d.§.quod si is.bene respõdet ad §.hęc verba,dum dicit quod
ibi fictio non inducebat identitatem sed similitudinem quan
dam.sed in casu dicti §.quod si is,fictio ibi inducebat identi-
tatem,sed certè ita videtur fictio inducere identitatem in ca-
su dicti §.hæc verba,sicut in casu dicti §.quod si is.vt patet in
l.hæres quandoq;.ff.de acq.hær.iũcto.d.§.hæc verba, in ver
bo,neq; heredis.& in auth.de iureiu.a morien.pręst.in prin.
& si verum esset quod in casu dicti §.hæc verba.fictio induce
ret similitudinem & identitatem, & propterea tunc disposi-
tio loquens in casu vero non extenderetur ad talem casum fi-
ctum,vt dicit Bal.in d.§.quod si is. eodem modo idem dicen
dum esset in casu nostro, quia non magis dici posset quod fi-
ctio in proposito nostro inducat identitatem.& non similitu
dinem quàm in casu dicti §.hæc verba . melius tamen uiden-
tur loqui mod.vt Ioan.de Imo.in d.§.& quid si tantũ, & Ra-
pha.in d.§.quod si is,qui reprehendunt Bal.ibi, quia tex. ille
non est pro Baldo, sed contra eum,& ipsemet Bal. in aliis lo-
cis superius allegatis sequitur communes conclusiones, quæ
sunt quod non habeat locum statutum in casu ficto,ut etiam
ipsemet Bald.tenuit in d.§.quid si tantum . & expressius in l.
23 meminimus.C.de legi.hære. vbi voluit quod † statutum lo-
quens de agnatis,non habebit locum in his qui de iure com-
muni finguntur esse agnati.Præterea etiam in casibus, in qui
bus dispositio facta de casu uero extẽderetur ad fictum , illud
procedit quando est eadem ratio in vtroque, aliàs secus, per
d.l.inter stipulantem.§.sacram.cum si.& est indubitatum, &
in specie no.Io.de Imo.in d.§.& quid si tantum . Sed in pro-
posito nostro non est eadem ratio, vt dixi suprà in septimo ar-
24 gumento. ¶†Non ob. quod debeat statutum extẽdi ad casus
qui inspecta larga significatione vocabuli poterant compre-
hendi sub casu expresso,quia respondeo quod illud procede-
ret,vbi esset per omnia eadem ratio,aliàs secus,vt probatur in
l.lege Iul.§.hoc capite,in fi.ff.de ri.nup.& no.glo. & doct.in
clem.auditor,in verbo,beneficio.de rescrip.& no.ibi doct.&
Cy.in l.1.C.quæ sit long.consue.& Moder.ut Io. de Imo. in
l.si verò.§.de viro.ff.solut.matr. vbi ad hoc allegat no.per gl.
in clem.2.in verbo,in eisdem.de æta.& qualita. sed in propo
sito non est eadem ratio, vt iam dictum est. ¶Secundò respon
deo, ꝙ appellatione vxoris vel nouercæ etiam inspecta larga
significatione vocabuli non venit vidua, vel ea quæ desiit esse
nouerca, vt sæpius dictum est, & si quouis modo dici possit
venire illam quæ vidua est,hoc ideo est, quia fingitur durare
in matrimonio,cum verè non sit in matrimonio, vt de se pa-
tet,& supra retuli scribentes ita dicere, sed ita est quod statu-
tum contra ius commune loquens in casu uero, non extendi
tur ad eum casum qui per fictionem comprehenditur sub il-
lo,ut proximè puto opportunè ostendisse, ergo hoc casu non
habet locum illa conclusio, quæ habet quod fieri debet exte-
sio ad casum,qui inspecta lata significatione vocabuli cõpre-
25 henditur sub expresso . † Præterea videtur non esse verum ꝙ
in statuto correctorio iuris communis loquente in uno casu
debeat fieri extensio ad casum , qui inspecta lata significatio-
ne vocabuli comprehendatur sub casu expresso saltem, quan-
do in statuto non est expressa ratio, vel non concurrit maiori-
tas rationis in casu ad quem quis vellet extensionem facere.
& hoc probatur ex decisione Bart. & sequacium in d.l.ap.
Iul.§.fi.ff.quib.ex cau.in poss.ea.iuncta.l.omnium.ff. de ind.
& per d.l.præcipimus.§.fi.C.de app.iunctis maximè no. per
Bar.in d.l.omnes populi.in 6.q.dum dicit quod debeat atten-
di propria, & non impropria significatio verborum in statu-
tis,& hoc modo non obstabant no.per gl.in d.auth. vt hi qui
obli.in prin.& per Cy.in l.1.C.quæ sit long.consuet. ad quæ
etiam respondet latè Alb.de Ros. in prima parte statutorum.
26 q.9.¶Et per hoc†etiam est responsum si diceretur, ꝙ quãdo
duo sunt a lege veteri æquiparata , dispositio postea nouiter
edita in vno, extẽditur ad reliquum, vt no.in l. quod verò.ff.
de legi.& in l.si quis seruo.C.de fur. & in authen. & eo non
obseruato.in verbo, scribebat.C. de testa. iuncta l. iubemus.
versic.quemadmodum, eod.tit.& no.in cap. si postquàm. de
electio.in 6,cum simil. quia illud est verum quando illa no-
c ua dispositio emanat propriè in ea materia [c] in qua erat facta
æquiparatio à lege ueteri,alias non,vt in c. 1. cum gl. in ver-
bo,Declaramus.ne cler.vel mon.li.6.& in c.licet canon.cum
gloss.de elect.in 6.& ita intelligitur gl. in c. ea quæ. de regu.
iur.in 6.quam ita intellexit Anto.de But.in c.fi.de consue.in
3.fal. quam ibi ponit in materia extensionis . & Mod. in c.1.
de temp.ord.in 6.Sed in materia de qua loquitur dictum sta-
tutum,nulla erat facta a iure communi comparatio de mulie
27 re nupta & vidua,ergo cessat extensio. vnde inquit Bald. † in
l.hac edictali,super ver.quam obseruatam.C.de secun. nup.
quod statutum loquens de nouerca non comprehendat no-
uercam magnam,id est,secnndam uxorem aui, quia ista esset
quædam extensio, quæ non habet locum in statutis, præser-
tim odiosis,secundum eum ibi, & tamen de iure sæpenume-
ro æquiparatur nouerca magna & nouerca simplex, imò &
quęlibet earum a iure appellatur nouerca, l.adoptiuus.§.nũc
videamus.ff.de ritu nup.& d.l.hac edictali.versi. quam obser
uationem.bene faciunt no.per Iac.Butr.Bal.& Ang.in l.1.C.
de suc.edic.& Bal.in l.iubemus.§.fi.C.ad Treb. & in l.quod
verò.ff.de legi.& in d.l.omnes populi.in 12.col.per hoc etiã
corroborantur superius dicta.Ex quibus omnibus concludo
dictum statutum in proposito sibi locum non uendicare, &
istam esse communem opinionem a qua pręsertim in iudicã-
do minimè recedendum est. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Statuti. De his infra lib.7.consil.62.consil.65.Ancha.consil.181.
consil.269.

ᶜ Statutum dicitur.] Quòd sit fauorabile,& late interpretandum, & comprehendens affines,& agnatos largo modo, vide Ias. consi.76. lib.3. vide etiam Alex.ad d.l.qui se patris.col.pen. Istud etiam Alex. tenet consi.125.colum.pen. lib.7. Et addo, quòd in dubio statutum præsumitur fauorabile, Bald.ad l.fi.ff.de his, qui ad liber. peru. non poss. quem Alex. adducit consil.197.col.1.infrà lib.7. Et quod sit odiosum, tradit Imo.ad l.1.ff. soluto matrim. de quo per Alex. infrà hoc eod.consi.col.4. Nat.

ᵃ Soluta affinitate.] Vtrum statutum cogens affines ad compromittendum, comprahendat eos, dissoluta affinitate, tradit Ias.ad l. sunt autem.circa fi.ff.de re iudic. Aret.ad l.si rei iudicatæ. §. socero. col.2. ff.solu.matrimo. vbi tenendo partem negatiuam, inquit, quòd istud est secundum communem regulam quia qualitas in actu requisita, debet adesse tempore, quo actus geritur. l.Titius. ff.de test. mil. Bar. ad l.ex facto.ff.de vulga.& pupil. Et vide Areti.ad §.socium. Institu. de nuptiis. Nat.

b ¶ transactio.s.lib.3.consi.22.nu.3.

* Salic.in l.2.] Istud Saliceti dictum sequitur etiam Alex. ad l. si constante.ff.solu.matr.in 9.q.Bar.2.part.vbi dicit, quod est notabile verbum menti tenendum. Nat.

c ¶ Materia. Ias.l.si constante.in princ.col.4.solu.matr.§.ex maleficiis. col.7.insti.de actio.

## E P I T O M E.

FIDEICOMMISSVM futurum etiam reciprocum per diuisionem non remittitur.

## CONSILIVM CCVIII.

Ponderatis narratis in themate sentio dictum Se-
uerium non esse exclusum a dicto fi-
deicommisso ad quod uocatur ex substitutione facta ex testa
mento Iuliani Fornarij patris sui in portione hæreditaria di
cti Ioannis, qui decessit sine liberis, non obstante diuisione in
ter dictos fratres facta, ad quod ostendendum præsuppono,
quod per illa uerba substitutionis adiecta in testamento dicti
Iuliani dum dicit quod in omnibus suis bonis instituit sibi
hæredes æqualiter Ioannem, Lazarum, Seuerium & Chisto-
1 phorum eius filios,& eos † inuicem substituit vulgariter, pu-
pillariter & per fideicommissum, videtur testator in diuersis
casibus substituisse eo modo, quo notabiliter declarat Guil.
de Cun.in rep.l.precibus.C.de impu.& aliis substit. dum tra
ctat de fideicommissaria substitutione, in ver. sed pone quod
testator posuit hæc verba &c. vbi concludit quod dicta ver-
ba operatur, vt intelligatur facta substitutio vulgaris, si filius
institutus non adeat,& pupillaris si decedat in pupillari æta-
te,& fideicommissaria si postea moriatur: pro quo allegat.l.
ex facto.§.item quæro.ff.de vulg.& pup.& l.qui filio.§.1.ff.
de hær.inst.& ar.l.cum pater.§.pe. ff.de leg.2. ¶ Et licet hoc
esset dubium quando dicta uerba, substituo vulgariter, pupil
lariter & per fideicommissum, essent adiecta in persona vnius
instituti,& non reciprocè, iuxta no.per docto.in l. Centurio.
de vulg.& pup. tamen quando sunt adiecta in reciproca sub-
stitutione, prout est in casu nostro, videtur quòd hæc fuerit
mens testatoris, vt fideicommissum non intelligatur purum,
sed prædicto modo intelligendum, quia uerba debent inter-
pretari vt actus valeat & effectũ pariat.l.quoties.ff.de reb.
dub.c.abbate, de verb. sign. sed si dicta uerba intelligerentur
importare fideicommissum purum reciprocè, nullum effe-
ctum operarentur, quia tantũ posset vnus petere ab alio quã-
tum alius ab altero.l.ab omnib.§.si uerò.in fi.ff.de leg.1. & l.
cum pater.§.pater qui filio.ff.de leg.2.& declarat Io.And. in
addi.Spec.in tit.de instr.edi.§.compendiosè. & in additione
incipiente. Ad intellectum,& Barto. in l.1.in 11.q.ff.de iure
cod.& proculdubio hæc videtur fuisse mens testatoris,& sen
2 sit † Bal.in l.iam hoc iure.§.fi.ff.de vul.& pup.dum tractat,
an in substitutione reciproca comprehendatur fideicommis
saria,& dicit ꝙ si fiat in testamento, in quo potest fieri directa
substitutio.non comprehendit regulariter fideicommissariã,
vt probatur in d.l.iam hoc iure, circa princ. & est communis
opi.doct. quando non est facta sub conditione denotante tra
ctum successiuum temporis, & ideo secundum Bal.in l. iam
hoc iure, in fi.post Cy. vtile est quòd adiiciantur in dicta sub-
stitutione reciproca hęc verba, vulgariter * pupillariter & per
3 fideicommissum. licèt † plerunque tabelliones non intelli-
gant significationem dictorum verborum, sed imperitia ta-
bellionis non vitiat testamentum. & sunt similes tales tabel-
liones cantoribus, qui bene cantant per practicam, sed non
per rationem, secundum Cyn. vt refert Bald. in loco præalle-
gato.& Ioan.de Imol.in l.Lucius.ff.de vulgar. & pupillar. &
in cap. Raynutius, de testa.in materia reciprocæ substitutio-
nis. & sic apparet de mente eorum esse quòd dicta verba fa-
ciant illam substitutionem reciprocam vtiliter valere, etiam
in vim fideicommissariæ substitutionis, quod esse non potest
nisi intelligatur collata in tempus mortis, per ea quæ dicta
4 sunt. ¶ Hoc præsupposito dico, † quòd per dictam diuisionẽ
factam virtute compromissi & arbitramenti non inducitur
a remissio futuri ᵃ fideicommissi reciproci, vt l. qui Romæ. §.
duo fratres, de verbo.oblig. secundum vnam lecturam, scili-
cet quòd ibi fuerit malè iudicatum. & probatur in l.cum pa
ter.§.hæreditatem.el ij.ff.de lega.2. secundum vnum intelle
ctum communiter approbatum, scilicet intelligendo quod
ibi cohæredes diuidentes fuissent in testamento grauati inui
cem restituere per fideicommissum. & ista est cõmunis opin.
quando diuisio est simplex, ut dicit Barto.in d.§.duo fratres.
in 1. quæst. in fi. Si autem in diuisione seu compromisso esset
generaliter promissum a diuidentibus seu ab hæredibus se ni
hil contra diuisionem facturos, adhuc vera & approbata vi
detur conclusio, vt non inducatur remissio dicti fideicommis
si futuri, vt per plura probat Barto. in d.§. duo fratres, in 1.
& 2.quæst.maximè per l fi.§.idem quæsiit.ff.de condit. inde
bi.& l.si de certa.C. de transact. & l.Paulo Callimacho. §. 1.
de leg. 3. vt ibi plenius per eum quem ibi sequitur Ioan. de
Imo. respondendo rationibus quas nonnulli contrarium te-
nentes adducebant. & referre verba sua longum esset, ideo
breuitatis causa omitto. ¶ Et idem tenet ibi Raph. Cuma. qui
dicit quòd ita etiam tenuit ibi per dictum.§.hæreditatem. &
per hoc adducit rationem quæ facit ad propositum secũdum
5 eum, si dicta diuisio † fuisset iudicialiter facta per sententiã,
non ueniret in ea ius futurum.l. non quemadmodum. ff. de
iud.eodem modo uidetur quòd si fideicommissum futurum
non veniat in diuisione partium cum non esset adhuc debi-
tum,& diuisio est separatio iurium, quæ sunt communia, &
sic cum in proposito nostro fuerit facta diuisio per dictã sen-
tentiam non venit in ea ius futurum. ¶ Nec obstat si dicatur ꝙ
contrarium tenuit Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de testi.§.in
6 primis.super versi.item quid si duobus, quia † dico quod Io.
And.loquitur in diuisione facta per partes cum clausulis la-
tissimis, scilicet quando fuit dictum quòd stabitur diuisioni,
nec de rebus diuisis alter ab altero in perpetuum petet.aliqua
ratione vel iure aut causa, quæ dici vel excogitari possit de iu
re vel de facto, quo casu si diuidentes habebant scientiam fi-
deicommissi futuri videbitur remissum secũdum eum, secus
si ignorabant.l.cum Aquiliana & l.qui cum tutorib.§.1.& l.
non est ferendus. ff.de transac. & in dubio secundum eũ præ
sumeretur ignorantia.l.verius.ff.de proba.& in regula, præ-
sumitur.lib.6. sed in proposito nostro non inuenio tales clau
sulas in instrumentis & scripturis mihi transmissis, & loqui-
mur in diuisione facta per dictam sententiam cum dicta opi-
nione approbata per Barto.in d. §. duo fratres. in 1.& 2. qõ.
concordat etiam Bald.in cap. 1. in tit. Imperator Lotharius,
in vsi.feu.& refert etiam ita tenere Pet.& Iaco. Butr. & dicit
quod hoc etiam colligitur ex notatis per gl.in d.c.1.quę glo.
secũdum eum fuit præfatis doctoribus peregrina & incogni-
ta, ut ibi plenius per eum.& pro ista parte consuluit Bal.in cõ
sil.quod incipit Nannes Brocardi condidit testamentum.vbi
concludit ꝙ si fratres grauati adinuicem fideicommisso reci-
proco diuiserunt bona hæreditatis, & inuicem fecerunt fi-
nem & refutationem & quietationem de parte alteri obuẽ-
niente in partem,& inuicem promiserunt litem aut contro-
uersiam de dictis rebus nullo tempore inferre sed rata habe-
re & non contrauenire aliqua ratione uel causa sub pœna du
plicum cum iuramento &c. non intelligetur renunciatum fi
deicommisso futuro maximè per d.§.hæreditatem.& dicit ꝙ
non ob.dicta promissio de non ueniendo contra, quia per il-
lam non videtur de fideicommisso remittẽdo cogitatum. per
d.l.qui cum tutoribus,& l.tres fratres, cum ibi no. ff. de pac.
& ita dicit tenere Pet.Ray.& Bart.in d.§.duo fratres. ¶ Nec se
cundum eum obstat refutatio, quia respondet quòd simplex
7 † refutatio intelligitur de iure de præsenti, non de iure quod
postea oriatur, quia prius non intelligitur renunciatũ quàm
natum,

natum,& liberatio est quædam priuatio . & ideo debet refer-
ri ad id quod est in habitu.l.Titio vsufruct.ff. de conditio. &
demonstratio.& l.si mater,§.eadem.ff. de execu. rei iudic. &
d. §. idem quæsiit . & quia prædictæ clausulæ sunt clausulæ
adiacentes diuisioni , vnde magis veniunt ad exprimendum
diuisionis effectum quàm ad ipsum augendum , & quàm ad
exorbitandum diuisionem a propria & mera natura diuisio-
nis.ar.l.si vno in princip.ff.loca.& l.damni infecti quidam .
in princ.ff.de damn.infect.secundum Bal. in dicto consilio .
¶Istam opinionem tenet etiam Bal.in d.§.hæreditatem,quia
ille qui petit partem per fideicommissum non rescindit diui
sionem,sed petit illam partem diuisam quæ loco partis indi-
uisæ successit.l.Imperator.§.fi.cum l.seq.ff.de leg.2.Idem te-
net Bal.in d.l. qui cum tutoribus & in d. l. tres fratres & ibi
dicit ꝙ quasi omnes moderni hoc tenent. & idem tenet Pau.
de Cast.in d.l.tres fratres.& ibi dicit ꝙ est communis opin. a
qua quidem in iudicando non est recedendum vt traditur in
locis vulgaribus & ita etiam consuluit ipse in consi.90. inci.
Quia dubia suprà formata &c. etiam secundum eum quan-
do in diuisione essent adiecta hæc verba, videlicet & promis-
serunt non contrauenire aliqua ratione vel causa, quia etiam
illa verba tacita inerant, quia quis non potest venire contra
factum suum.l.post mortem.ff.de adopt.l.in concedendo.ff.
de aqua.plu.arc.& expressio eius quod tacitè inest,nihil ope-
ratur l.non rectè C.de fideiuss.l.3.ff.de leg.j. & istam partem
amplectitur etiam Barto.consil. 58.incip. Ex themate prædi-
cto tria dubia oriũtur &c. in fi.nec curo an fideicommissum
sit reciprocum & coæqueuum vel nõ,quia tex.in d.§. duo fra
tres.& in d.l.qui cum tutoribus generaliter loquuntur. nam
non aperitur magis in vna ex dictis legibus quàm in alia , qđ
fuerit fideicommissum ibi reciprocum & coæqueuum, & gl.
vtrobique intelligunt dicta iura in fideicommisso reciproco.
& ideo in hoc articulo non videtur quod Ange.bene loquu-
tus fuerit in d.§.duo fratres, vbi vult quòd intelligatur facta
remissio fideicommissi , quando erat reciprocum & coęque-
uum,& ita intelligebat dictum.§.duo fratres, intelligendo ꝙ
ibi esset bene iudicatum , secus quando esset reciprocum &
coæqueuum & ita intelligebat d.l.qui cum tutoribus, quod
est diuinare ad illa iura, vt etiam dicit Ioã. de Imo. in d.l.qui
cum tutoribus & ita etiam sum solitus tenere legendo dictũ.
§.duo fratres . vbi plenius etiã in reportatis refero opiniones
omnium.& respondeo ad allegata in contrarium quod pro-
pter prolixitatem hic prætermitto. Nec prædictis obstat si di
ceretur quod in dicto arbitramento est vna clausula, qua dr̃,
reseruantes nobis ius laudandi cæteras dñ̃as ipsorum fratrũ,
si quæ sunt aut restant, statuentes terminum octo dierum di-
ctis fratribus ad producendum coram nobis eorum petitio-
nem, si qua petere intendunt inuicem, aliàs exnunc prout ex-
tunc,& extunc prout exnunc ipsos fratres ab omnibus & sin-
gulis quæ unus ab altero & econtrà petere posset, seu possent,
absoluimus & pro absolutis & liberatis haberi volumus qua
si videatur per illa verba.s.perere possent, quæ denotant futu
rum.l.si ita quis.ff.de le. 2. esse ẽt remissum dictum fideicom
8 missum futurũ, p no. p Bar.in d.§. duo fratres.in 6. q. ¶†Sed
respondeo primò secundũ Bar.in dicta. 6. q. dicta verba quæ
trahuntur ad futurum importãt remissionem fideicommissi
futuri , qñ non suberant aliquæ aliæ causæ tpe diuisionis , ex
quibus contrahentes in dictis bonis diuisis sperarent habere
aliquod ius, secus si aliquę causæ suberant ex quibus sperabãt
habere aliquod ius puta ex aliquibus præcedentibus cõtracti
bus vt verbo fertur, quod suberat in casu nostro, quia tunc se
cundum Bar.dicta verba generalia apta comprehendere futu
rum ius non referuntur ad ius dependens ex testõ, per not.in
d.l.tres fratres. ¶Secundò respondeo ꝙ ratio restringit gene-
raliter dictum.l.cũ pater.§.dulcissimis.ff.de le.2.l.hæc actio.
ff. de cal. sed ratio quare dicti arbitri ita generaliter absolue-
runt, est pp contumaciam non producẽtium petitionem , sed
* ius dicti fideicommissi futuri peti non poterat , * cum actio
non competeret.d.l.non quemadmodum.& l.non potest. ff.
de iudi.ergo non refertur ad istud ius quod peti nõ poterat,
9 & quod non erat in esse.Præterea †dispositio pœnalis limita-
tur secundum naturam principalis dispositionis, cui adiicit.
l.si is qui ducenta.§.cum ita.ff.de reb.dub.& no.Bart.in l.sti-
pulatio ista.§.si quis dolum.ff.de ver.obl.& in d.l. si is qui du
centa.§.fi.& in l.fi.in 2.q.ff.de duo.reis.ergo dicta gñalis ab-
solutio facta per arbitros in penam eorum qui contumaciter
non producerent petitionem, debet limitari secundum natu-
ram ipsius dispositionis, cni adiicitur dicta pœna, id est secun
dum naturam præcepti facti per arbitros est producendo pe
titionem, qđ non potest intelligi de his quæ impossibile erat
petere, prout est impossibile petere id quod nondum compe
10 tit nec est in esse. ¶Nam uerba † generalia non referuntur ad
ea quæ sunt impossibilia disponenti, ut inquit Bal.in l.fi. §.in
computatione.in fi.C.de iure delib.arg . l.qui tabernas. ff. de
contrah.emp. & per no. per Bart.in l.si quis sub conditione.
ff. de condi.insti. & non dẽt dicta sententia trahi ad id qđ ar-
bitri non senserunt.l.si a testamento.in fi.ff.de excep.rei iud.
11 ¶ †Vltimò etiã respondeo ꝙ hoc esse uerum colligitur ex il-
lis uerbis absoluimus, & pro absolutis & liberatis haberi uo-
lumus. nam absolutio & liberatio præsupponit obligationẽ.
l.decem.ff.de uerborum obligatio.l.manumissiones. ff.de iu
sti.& iure. sed si non erat uera obligatio quæ non nascitur an
te euentum conditionis fideicommissi. l. cedere diem. ff. de
uerborum signific.l.legata. ff. de conditio.& demonstra.non
poterat dici in eo operari posse dictam absolutionem & libe
rationem. ¶Non obstat etiam si diceretur quod dictus Seue-
rius adiuit hæreditatem dicti Ioannis ex testamento pro ea
12 parte pro qua fuit institutus, † quia dico quod hæc aditio
hæreditatis sibi non præiudicat quo minus petere possit a co
hæredibus suis fideicommissum pro ratis, pro quibus dicti
hæredes adiuerunt, quia per aditionem factam a Seuerio nõ
confunditur ius fideicommissi prædicti sibi debiti nisi pro
tertia parte pro qua ipse est hæres dicti Ioannis. l. si uxor. C.
de bon.authen.iud.pos.l.si adulta. C.de hæredi.actio.saltem
cum dictus Ioannes non disposuerit in testamento, quòd in-
stituebat dictum Seuerium in tertia parte animo compensan
di cum toto fideicommisso debito dicto Seuerio in portione
hæreditatis paternę obuenta dicto Ioanni, iuxta l.cum pater.
§.Titio.cum simil.ff.de lega.2.Et constat quòd dictum fidei-
commissum spectat ad dictum Ioannem in toto, quia alii fra
tres substituti reciprocè prædecesserant l. qui plures hæredes
instituit.ff.de uulga.& pupilla.l.si ex pluribus.ff. de suis & le
gi.l. unica.§.sinautem aliquid sub conditione.C.de cadu.tol
lend.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebellian.& notatur.in
l.unica.C.de his qui ante aper.tab.Ex quibus concludo dicto
Seuerio competere ius agendi ad dictum fideicõmissum con
tra alios hæredes suos pro partibus pro quibus hæreditatem
dicti Ioannis adiuerunt. Alex.

ADDITIONES.

* Vulgariter.] Quando apposita sint hæc verba vulgariter, pupillari-
ter,& per fideicommissum, aliqui dicunt esse in potestate substituti
an succedere velit ex directa, an ex obliqua . Alij dicunt, ꝙ in uno-
quoq; suo casu testator videtur fecisse substitutionem. qua de rela
tè per Alex.ad d.l.Centurio.col.pe.ff.de vulg.& pup.& per Dec. ad
l.precibus.col.14.C.de impuberum.Quæ sunt annotatione digna,
quia communiter huiusmodi clausula consueuit a Notariis appo-
ni.Et de prædictis vide etiam Bar.& Alex.ad l.recusare: §. Titius.ff.
ad Treb.& Ias.consi.99.in princ.lib.4. Nat.

a ¶Futuri.supra lib.4. consil. 11.

* Peti non poterat.] Adde quòd compromissum fieri non potest super
fideicommisso conditionali nondum purificato, Rui. consi.16.col.
pen.& fin.lib.2. Nat.

## EPITOME.

PATER reliquit filiæ ducatos 500. cum nuberet
& viro traderetur, & cùm esset infirma, mortuo pa-
tre contra voluntatem fratrum nupsit viro impari re-
spectu natalium. Respon. Alexan. legatum dotem &
legitimam deberi.

## SVMMARIVM.

1 *Filia an nubendo indigno sit indigna dote.nu.3.15.& 16.*
4 *Legatarius si post mortem testatoris faciat se indignum, lega-*
*tum applicatur fisco.nu. 9.*
6 *Pauper & moratus non dicitur vilis.*
7 *Imparitas una compensatur cum alia inter coniuges.*
8 *Nobilitas uirtutis transcendit nobilitatem generis.*
10 *Vxor debet operari viro.*
11 *Infirmitatis ratione recedimus a regulis iuris communis.*
14 *Statutum*

14 *Statutum mulctans nubentem sine consensu patris non valet.*
18 *Legatum factum filiæ, si nubat consensu talis, debetur etiam omisso dicto consensu.*
20 *Dos succedit loco legitimæ.*
22 *Conscientiæ commissum, intelligitur vt viro optimo.nu.23.*
24 *Dos & legitima non tollitur per generalem renunciationem.*

## CONSILIVM CCIX.

Ponderatis his quæ in themate narrantur, videretur fortasse prima consideratione
dicendum dictorum arbitrorum partes nullo modo esse debere in condemnando hæredes dicti testatoris fratres dictæ
Isabettæ ad legatum dictæ dotis & denariorum præstandum,
1 quia † mulier quæ nubit uiro non condigno dote se facit indignam, vnde quamuis paternum sit officium dotare filiam.
l.qui liberos.ff.de ritu nup.& l.fin. C.de dotis promis.tamen
hoc casu pater ad talem filiam dotandam non cogitur.vt no.
gl.& Archid. 36.q.1. de raptoribus.pro quo facit secundum
Arch.ibi id quod habetur in l.3.§.si emancipatus filius.ff.de
bo.poss.contra tab.idem dicit Bal.in l.1.in 4.col.ff.sol.matr.
& Anto.de But.in c.accedens.de procu. vel secundum Ioan.
de Imo.in d.c.accedens.non videtur quòd debeat ex toto dote priuari, cùm ista causa hodie non enumeratur inter causas
iustas exhæredationis de quibus in §.causas. in auth. vt cum
de app.cogno.& no.in c.quintauallis, de iureiur.tamen debet dos minor constitui:quia debebit constitui secundũ qualitatem viri.l.siue generalis.ff.de iur.do.& not.in l.1.C.si aduer.dotem, Pro hoc etiam facit:quia quis debet nubere pari.
vt probat Iaco.de Bel.in auth.de restitut. & ea quæ restitu.in
princ.in ultima q. hoc autem non seruauit Isabetta quæ absque consensu fratrum: imo contra eorum voluntatem virũ
accepit nobilitati sui generis non condignum seu imparem,
2 & † indignus maritus videtur ille esse, qui non conuenit conditioni mulieris & natalium suorum: vt inquit Iaco.de Aret.
Bar.in l.si rogatus.ff.de manu. vindi. per l.tam de mentis. C.
de episc.aud.& in l.si furiosi. C.de nup.& idem tex.in l.libertum.& ibi no. Bar.C.de nupt.& not. etiam Bart.in l.cum ita
3 legatum.ff.de condit.& demon.¶ Secundò, quia † imò uidetur iustam esse causam exhæredationis, quando filia nubit in-
a digno per d.§.si emancipatus.& not. Bal.in l.nec filii. C.de
nup.& in l.penul.C.de sponsa.& facit quòd habetur in auth.
si post.C.de inoffi. testa. ¶ Tertiò quia Isabetta non debebat
se nuptui tradere, sed expectare quòd à coniũctis traderetur.
30.q.5.qualis,& hoc innuunt verba testatoris ibi dum dixit,
cum nuberet,& viro suo traderetur &c. vnde videmus quòd
secundum Bart.in l.obligamur. ff.de act.& oblig.& in auth.
res quæ.C.communia de lega.quando filia nupta est sine dote, non potest cogere patrem ad seipsam dotandam. ¶ Quartò
4 per l.1.cum ibi not.per † Barto.ff.de his quibus, vt indig.&
& per id quod no.per gl. & doct.in l.sororem. C.de his quibus,vt indig.& in l.fideicommissum. C.de fideicom. vbi habetur quòd si legatarius post mortem testatoris aliquid commisit, quòd si fuisset commissum viuo testatore prouocasset
eum contra legatarium ad odium vel iracundiam, aut cederet in offensam vel iniuriam testatoris, priuatur relicto,& applicatur fisco: sed hic actus videtur esse huiusmodi per id qđ
habetur in d.§. si emancipatus, cum aliis suprà allegatis: ergo &c. ¶ Quintò quia fertur per vnum testem videri probatum, quòd Isabetta dicto legato renunciauit. ¶ Sed præmissis
5 non obstantibus in proposito nostro contrariam sententiam
puto veriorem. Nam Isabetta † non meretur pœnam, si ad matrimonium transire voluit: quia ille dicitur status castitatis,
pudicitiæ & honestatis. l.mulier,§. cum proponeretur. ff.ad
Treb.in auth. de nup. in princ.& in auth. de non elig.secundo nub.§.cum igitur.31.dis.c.nicena. huic consona fuit mẽs
testantis qui quamuis sciret dictam Isabettam ægritudine illa laborare reliquit ei ducatos quingentos pro matrimonio
contrahendo. ¶ Nec dicitur quicquam commisisse Isabetta
propter quòd dotem prædictam seu legatum consequi non
6 debeat: nam dici non potest ipsam vili homini seu marito se
copulasse, quoniam † non dicitur vilis qui pauper est, dummodo bonos habeat mores, & nõ sit natus ex seruo vel liberto, sed ex ingenuo.hic est text.quem ibi not. Bald.in l.humilem.C.de incest.nup.sed huiusmodi est maritus Isabettę quia
non natus ex seruo uel liberto, & est bene moratus ciuilibus
moribus & in ciuitate Veronæ habitabat, & antea per annos
decem habitauerat, licèt pater eius rure natus esset, & rure
7 habitaret, ac rei rusticæ operam daret. ¶ Præterea † paritas
vel disparitas inter contrahentes matrimonium consideratur variis ex causis: puta nobilitate, potentia, diuitiis & honore c.super eod. el ij.de test. Attenduntur etiam mores personæ cum qua contrahendum est matrimonium.l.viduæ.C.de
nupt. & d. l. humilem. & non requiritur quòd copulatiuè
conueniant in nobilitate, diuitiis, moribus honore, amicorũ
potentia,& similibus ad hoc vt dicantur pares.sed si vnus eorum excedit in vno, alius in alio, per hoc non dicitur disparitas: vt not.docto.in d.c.super eod.& est de mente Spec.in tit.
de teste.§.1.iuxta princip. ver.sed quid si vir & vxor.vnde dicit Bal.in d.c.super eo.quod vnum ex prædictis recipit compensationem cum alio: puta nobilitas vnius recompensatur
cum diuitiis alterius Bene facit quòd not. glo. & doct. in l.si
voluntate. C.de dotis promis. ¶ Et quamuis pater dicti iuuenis rusticalia tractet; tamen huiusmodi conditio patris non
affert vilitatem aut offuscationem filio ea conditione non laboranti, sed bene morato, vt habetur 56.distinct. nunquam.
8 ¶ Vnde dicit Cy.† in l.prouidendum.in princi. C.de postul.
quòd magis nobilis est ille qui ex sua propria virtute & probitate redditur nobilis, quàm ille qui ex genere nobili discendit.quia ex genere non est aliquis nobilis nisi præsumptione.allegat.l.quòd si nolit.§. qui mancipia. ff. de ædil.edic. &
plus commendari debet ex eo, quod a seipso quis acquirit,
quàm ex eo quod à parentibus habuit. l. si quid in bello, &
ibi no.ff.de cap.secundum eum. virtutum enim nobilitas magis quàm generis plerunque consideratur.c. pen.de præben.
cum ibi no.per Ioan.And.qui ad propositum plurima adducit.& probat etiam Salic. in d.l.prouidendum, eam nobilitatem virtutum præferendam esse nobilitati generis. ¶ Accedit
quòd Isabetta laborabat, & laborat ægritudine non sanabili,
cuius rei non mediocriter consideratio habenda est: quia maritus tenetur vxori ægrotanti subuenire secundum mensurã
& qualitatem dotis.l.cum dotem.§.sin autem in sæuissimo.ff.
solu.matri.& no.doc.ibi,& in lege quod in vxorẽ. C.de neg.
9 gest. vnde † attenta persona mulieris quæ infirma erat, & est
ac esse speratur, dos quingentorum ducatorum attento onere & impensa, dicitur esse longè minor dos quàm si pro muliere sana data esset. ad hoc bene facit in rõne sui id quod habetur in lege ciuitatibus.§.fin. & in l.non amplius.in princi.
ff.de leg.1.& in l.fructus.ff.sol. matr.l.si a patre.§.fin.ff.de rei
ven.cum si.minor etiam censetur dos talis mulieris quàm alterius: quia vxor † quando potest debet operari [b] ad commo-
10 terius: quia vxor † quando potest debet operari [b] ad commodum viri l.sicut.cum glo.ff.de oper.lib.& id quod ipsa acquirit, acquiritur viro, vt no. Inn.in c.cum in officiis. de testa.secundum q̃ declarat Cy.& Bald.in l.1. C.de bonis quæ lib.&
in l.si vxorẽ.C.de condi.inser.& Bal.in l.si in uita.C.de nup.
& in c.1.§.decedenti.in tit.qui feu.dare pos. & in l.fin.C.de
liber.exhi. mulier autem ægrotans non ita operari potest sicut existens in bona valetudine.l.operæ.ff.de vsufru.leg.l.interdum.ff.de oper.libe. ¶ Dictus verò iuuenis erat bene & ciuiliter moratus ac pulchri & bene validi corporis, vt in themate præsupponitur.facit illud q̃ inquit Cy.in l.1.in 3.q.ff.
de iuris. om. iu. dum dicit q̃ in pulchro corpore residet anima virtuosa: & refert Philosophum ita dicere. accedit illud
Persii: Gratior est pulchro veniens in corpore virtus. ¶ Ex his
infertur dictum iuuenem non posse appellari vilem aut ignominiosam personam. & quamuis Isabetta nobilitate generis
sui & seu etiam diuitiis excederet qualitatẽ status dicti iuuenis; tamen cum ipsa tam graui, perpetua ac onerosa infirmitate detenta est, adeò quòd vt per testes præsupponitur esse
probatum, nullus ciuis inueniretur non solum æqualis generi dictæ Isabettæ, sed etiam longè inferioris cõditionis, etiam
si artifex esset, qui illam accepisset in vxorem, etiam cum dote mille ducatorum. & dictus iuuenis sit bene & ciuiliter moratus & corporis bene validi & pulchri, qui habebit succurrere dictæ vxori in opportunis pro ægritudine mulieris & aliis
necessitatibus eius plusquam communiter contingat in persona alterius mulieris non ita ægrotantis: apparet quòd illa qualitas generis vel diuitiarum ex parte mulieris non con-

cludit ꝙ dicatur nuptias iniuriosas & ignominiosas generi suo contraxisse, per no. in d. c. super eo, cum aliis suprà alleg.
11 ¶ Fortificantur prædicta: † quia ratione infirmitatis recedimus à regulis iuris communis. l. filiusfamilias. §. fi. cum l. seq. ff. de procur. l. quæsitum. ff. de re iudi. c. 2. de procur. in 6. l. si longius. in prin. ff. de iud. no. doc. comm uniter in l. j. in prin. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. & in l. 2. C. de peda. iudi. dum concludunt ꝙ propter infirmitatem magistratus recedimus à regulis iuris communis, quæ habent ꝙ de iure ciuili
12 causæ meri imperii non possint. delegari. ¶ † Denique iniuria non fit absq; dolo. l. illud. ff. de iniur. & no. Cy. in l. si non conuitii. C. de iniur. in princ. Sed dici non potest Isabetta dolosè iniuriam aliquam intulisse fratribus, si ad matrimonium processit, quod est actus licitus & pudicus ac iure naturali ac diuino institutus. 1. dist. ius naturale, & in c. gaudemus, de diuor. in authen. de nup. in princ. accipiendo uirum conditionis prædictæ cum propter infirmitatem prædictam communiter seu communi opinione inueniri non potuisset alius ciuis etiam artifex & plebeius, qui eam cum dote mille ducatorum accepisset in uxorem, & sic potius circunuentus uidere-
13 tur iuuenis quàm ipsa. ¶ † Nec etiam iniuriam uel ignominiā dicatur fratribus intulisse, si cum consensu eorum uirum istū non accepit, quia mulier potest nubere saltem de iure canonico, quod est seruandum in materia ista, absq; consensu etiā patris, & multomagis fratrum, vt habetur. 27. q. 2. sufficit. & in c. pen. de rap. & not. 32. q. 2. hoc sanctum. & in l. eum qui. alias incip. Paulus. ff. de statu homi. & insti. de nup. in princi.
14 adeò † ꝙ non valeret statutum laicorum imponens pęnam[c]
c contrahenti matrimonium cū filia alterius sine consensu patris secundum ꝙ concludit Io. An. in c. statutum, el j. de hęre. in 6. in nouella cum suis concor. & mulier adulta reputatur maior quò ad actum contrahendi matrimonium absq; côiunctorum authoritate vel consensu. l. in copulandis. C. de nup. ¶ Restat ad allegata in contrarium. respondere, ex quorum responsione magis corroborabitur præmissa conclusio, & apertius ostendetur de iure dictæ mulieris. Et primò non obstat id quod no. glo. & Arch. in d. c. de raptorib. cum concor. quia rn̄deo ꝙ Isabetta non dicitur elegisse uirum indignum, attento statu utriusq; coniugis. nam ubi uerum fuisset Isabettam esse sanam & genere seu nobilitate natalium & maiorum suorum longè superasse conditionem eius uiri, & uirū in alia considerabili qualitate non superasse conditionem mulieris, potuisset dici eam nupsisse indigno per allegata in contrarium, sed secus est in proposito nostro vt probant ea quæ superius
15 adduxi. † Præterea illa gl. loquitur qn̄ filia uiuente patre nō constituta dote uirum elegit indignum, nam tunc pater non cogitur ad eam dotandam vt ibi, sed in proposito nostro pater in testamento reliquit dotem, & mulier post mortem testatoris nupta est, quo casu si quam conditionem recipiebat dictū legatum illa purificata est, & legatum debetur. & posito quod aliquam ignominiam aut offensam dici posset fuisse commissam per Isabettam nubendo indigno, tunc est uidendum an propter hoc dicti hæredes testatoris possint dictum legatum denegare Isabettæ, de quo dicam infrà rn̄dendo ad quartum
16 argumentum. † nam licèt pater non possit dum uiuit, cogi ad dotandam filiam quæ sibi elegisset uirum indignum, vt not. in locis suprà allegatis; tamen per hoc non dicetur quin post mortem patris filia debeat habere legitimam, uel illud quod statutum daret seu dare intelligitur loco legitimæ, ut infrà dicam, quia eligere sibi uirum non condignū non est sufficiens causa propter quam filia mortuo patre possit excludi à legitima, ut proximè subiungam. Et per istasmet responsiones pariter est sublatum secundum argumentum, quo dicebatur, istā esse iustam causam exhęredationis. Et vltra proximè dictas responsiones, pôt etiam ad hoc rn̄deri, non esse uerum ꝙ hodie ista sit iusta causa exhęredationis, s. qn̄ mulier nubit indigno, quia non reperitur enumerata in §. causas, superius allegato
16 † licèt olim esset iusta causa, * vt d. §. si emancipatus filius.
* & ita ibi no. gl. & doc. nec obstat. l. si filia. & in aut. si post. C. de inoff. test. quia ibi loquitur qn̄ filia stuprum commisisset. ¶ Non obstat tertium argumentum quo dicebatur, ꝙ Isabetta debuit expectare ꝙ fratres eam in matrimonio collocarent,
17 iuxta id quod habetur 30. q. 5. qualis. † quia ut ibi notatur, illud non ponitur ibi ut si de necessitate, sed de consilio, ut etiam dixit gl. in l. viduę. C. de nupt. item tex. ibi & similes loquuntur in ascendentibus quorum votum præsumetur magis propensum in filias quàm fratrum. l. fi. in prin. C. de cur. fur. l. non solum. §. de uno. ff. de ritu nup. l. isti quidem. §. fi. ff. quod metus causa. & maior debetur parentibus reuerentia q̄ fratrib. patet in l. si filius. & in l. filiam. C. de patria. pote. & in l. quicunq;. §. prætor. ff. de in ius voc. & l. fi. C. e. tit. & ꝙ mortuo patre & matre non sit requirendus consensus propinquorum mulieris nubere uolētis, si ipsa deliberatè proposuit quem in uirum accipere intendat, probatur in l. in côiunctione. C. dę nup. ¶ Nec obstant uerba testamenti ibi dum dicit, & viris tradentur, quia non sequitur quod ex hoc testator voluerit ꝙ debet filia expectare quod tradatur nuptui per fratres, quia non expressit testator per quem, & contingere potuisset fratres non extare tempore nubendi. vnde dico ꝙ cum testator non declarauit personam per quam illud fieri deberet, & non tractemus de onere hæreditario, talis incertitudo facit, ut illud in quo uersatur incertitudo pro non adiecto habeatur. l. tutor incertus, & l. duo sunt Titij. ff. de test. tu. & quod plenè no. Barto. in l. quidam. ff. de reb. dub. ¶ Fortius uidetur
18 † quod etiā si expressa fuisset persona, cuius consensu voluisset testator filiam nubere, nō ualuisset huiusmodi dispositio, & nihilominus legatum deberetur, ut est no. tex. in l. cum tale. §. rescriptum. aliàs incipit, si arbitratu. ff. de condi. & dem. Prætereà dicta conditio ꝙ in legato relicto extraneæ mulieri debuisset impleri, tamen in casu nostro debet reiici, cum fuerit relictum filiæ, ut probabo in tertia responsione, quā dabo ad sequens proximum argumentum. ¶ Non obstat quartū argumentum de his quæ notantur in d. l. sororem. & in d. l. fideicōmissum. quia respondeo ꝙ stante conditione dictæ mulieris infirmæ, vt suprà non dicitur commisisse tale quid, quod probabiliter cedat ad offensam & ignominiam patris per ea
19 quæ dixi suprà. ¶ † Secundò respondeo, posito ꝙ dici posset quod aliquam offensam commisisset, tamen tale legatum nō debet cedere ad commodum dictorum hæredum, sed auferendum esset mulieri tanquam indignæ & dari fisco. ita traditur in locis allegatis in contrarium, sed talem exceptionem contra dictam Isabettam non possunt de pręsenti opponere dicti hæredes, sed solum fiscus, ut uoluit glo. singularis communiter approbata in l. his consequenter. §. 1. ff. fami. ercisc. & no. Bart. in l. fin. ff. pro hærede. & Bald. & alij post eum. in l. exfacto. §. fi. ff. de vulg. & pup. & in l. 1. in princ. C. si quis aliquem test. prohi. & in l. si alienam. ff. solut. matr. vt etiam eleganter respondet celeberrimus dominus aduocatus præfatæ Isabet-
20 tæ. ¶ Tertiò respondetur † quod ea quæ notantur in d. l. sororem. possunt procedere in mero legato, sed nos loquimur in
d dote relicta filio in testō quæ succedit loco [d] legitimæ. l. quoniam nouella. C. de inoff. test. etiam quando statutū disponit ꝙ filia sit contenta dote sibi relicta a patre uel alio legato sibi relicto, ut no. Ia. But. in l. qm̄ in prioribus. C. de inoff. test. vbi dixit ꝙ si statutum disponit quòd filia sit côtenta eo quod relinquitur sibi in testō patris, & contingat quod pater relinquit filiæ mille, cū certo tn̄ onere, filia dicit se esse contentam habere mille, sed quod vult habere purè absque aliquo grauamine sicut debetur legitima, certè secundum Iac. But. filia debet audiri, quia dictum statutum solū videtur disponere contra prouisionem. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. s. quod non possit petere supplementum legitimæ quando quantitas minor legitima relinqueretur, sed non videtur disponere côtra prouisionem d. l. quoniam in prioribus, quæ dicebat reiici debere grauamen adiectum in quantitate legitimæ relicta. & iste casus non comprehendebatur sub d. l. omnimodo. ideo facta fuit postea dispositio d. l. quoniam in prioribus. propter hoc concludit quoque casum de grauamine uel onere esse casum omissum a dicto statuto, & per ꝯn̄s remanere in dispositione iuris côis. l. si extraneus. ff. de condi. ob causam. lege cômodissimè. ff. de libe. & posthu. quo iure communi est prouisum, ꝙ reiicitur dictum grauamen pro rata legitimæ. d. l. quoniam in prioribus. & cū ista decisione transit Bal. in d. l. quoniam in prioribus. refert tamen aliqualiter verba Iac. But. aliter quam sint in lectura, quia Iaco. Butr. dicit ꝙ statutum dictabat quòd filia esset contenta eo quod sibi in testō patris relinqueretur, vt videtur loqui statutum Veronæ mihi exhibitum, non autem dicit ꝙ statutū disponeret ꝙ filia esset contenta

tenta quantitate sibi relicta in testamento patris, vt Bal.refert
& Sali.in d.l. quoniam in prioribus. transit cum illa decisio-
ne.Idem etiam tenet Io.de Imo.in l.fi.ff. de condi.insti.in an
tepe.col.& ibi refert fideliter verba Iaco.But.prout retuli su-
pra & ita etiam tenet ipse in l. Titio centum.§. Titio genero.
ff.de condit.& dem.& ibi dicit quod huic.decisioni non ob-
* stant not.per Bart.in d.§. Titio genero.qui videtur* velle qđ
non reiiciatur conditio : quia respondet, quod in casu in quo
loquitur Bar.verba statuti erant fortiora: quia statutum dice
bat quod filia dotata non possit aliquid dicere contra testa-
mentum patris: vnde non potest tunc dicere se grauatum tem
pore vel conditione.Sed in casu in quo loquitur Iac.But.sta-
tutum simpliciter dicebat quando filia sit contenta dote sibi
relicta, vt refert Io.de Imo.in d.§. Titio genero.vel dicebant
quod sit contenta eo quod sibi pater reliquerit, non autem di
cebat quod non possit aliquid dicere contra testamētum: vn-
de tunc satis est ꝙ filia dicat se contentam dote seu quantita-
te relicta: sed quod vult reiici conditionem vel grauamen.Et
cum iste videatur esse propriè casus noster, non est importu-
num insistere circa ea quæ tetigit Richar.Malūb.Cy.& Bald.
in l.lancimus, C.de nup. & pro ista parte multum facit opin.
Richar.Malumbræ ibi, quam sequitur ibi Bald.& Io.And.in
addi.Spe.in tit.de statu mona. in rub.circa vlti.col.& latè ꝓ-
bat & confirmat Alb. de Rosa.in 2.parte statuto.q.104.inci-
pien.Adhuc ex eodem themate quȩro aliam.q. disputatam p
domi. Ray.&c. & Pau.de Cast.quò ad terminos nostri statu-
ti.lib.2.consi.6.incip. Super eo de quo quæritur clara &c.&
Raph.in d.§. Titio genero &c.ergo non potest dici quod filia
hoc legato quouis modo priuetur.d.l.quoniam in prioribus.
& l.cum patronus.ff.de leg. 2. posito etiam quod elegisset ma
ritum indignum: quia subrogatur loco legitimæ.& de ea sub
duci debet omne grauamen & conditio, saltem, quatenus ca-
peret rata legitimæ.& istud est efficacissimum fundamentum
pro victoria d.Isabettæ. ¶Ad quintum argumentum respon-
deo dum dicitur, quod per vnum testem est probatum ꝙ Isa-
21 betta legato renunciauit, quia † probatio vnius testis non re
leuat, quia de iure etiam diuino requiruntur duo testes, vt in
c.in omni.de testi.c.nouit.de iud.l.iurisiurandi.C.de testi.&
ideo vigore cuiuscunq; dati arbitrii, non possent arbitri adhi
bere fidem vnico testi.per not.per doct.in l.filiusfa.ff.de do-
na.& in l.1. ff.de testa.mili.& in l.milites.C.eo.ti.& in cle.sæ
pe.de verb.sign. & in extrauaganti, ad reprimendum.in ver-
bo, sine figura, quantominùs possent dicti arbitri in casu no-
22 stro: cum eorum arbitrium eis concessum sit per verba im-
portantia arbitrium boni viri. nam † quando committitur
conscientiæ alicuius, intelligitur committi vt viro optimo,
vt inquit Bal.in l.fi.ad fi.C.de iure domini.impe.& dicit Bal.
in disputatione sua, inci.Statuto cauetur quod fȩnerator &c.
circa 10.col.ꝙ ille executor cuius conscientiæ cōmissum est,
non potest leges trasgredi: quia intelligitur de conscientia le-
ge munita: non de ea quam quis sibi fabricat arg.l.codicillis.
§.pe.ff.de leg.2. & no.etiam Io. de Imo.in c.1.in vlti.char.de
constitu.faciunt no.per Bal.in l.nulli.C.de episco.& cleri.in
23 pen.col.& quod no.in cle.1.de iure pat.cum si. ¶ † Secundò
respondeo quod oporteret apparere quod Isabetta habuisset
scientiam tenoris dicti testamenti in ea parte in qua continet
legatum prædictum; per l. de his coniunctis ibi notatis per
glo.& Bart.& alios.ff.de transac. vbi concludunt illam legem
e habere locum nedum in transactione, sed etiam in simplici
pacto gratuito.[e] ¶Et etiam esset † necessaria specialis renun-
24 ciatio de his sicut in legitima, quæ non tollitur per genera-
lem renunciationem.l. si quando.§.fi. C.de inoffi.testa. & ꝙ
ita sit in renunciatione legati relicti à patre pro dote filiæ, ꝙ
requiratur specialis renunciatio sicut in legitima in cuius lo-
cum dos prædicta censetur subrogata, vt prædixi, consuluit
* Pau.de Cast.* lib.1 consi.73.repetitum eo.lib.consi. 265.in-
cip.Licèt ista domina.&c.in fi.consilij. ¶Ex quibus concludo
dictis arbitris nullo modo licere absoluere dictos hæredes à
dicto legato, vel aliqua eius parte, aliàs læderent propriā con-
scientiam, & litem suam facerent.l.fi.& ibi no.Bart.ff.si mēs.
fal.mo.dixe.l.1.& ibi no.Bart.C.de discuss.lib.10.& in l.pe.
C.de pact.& circa id quod habetur in lege, si de meis.§.rece-
pisse. ff. de arbi. non insisto quia non tractamus nūc an pro-
pter modicam læsionem possit reduci ad arbitramentum ar-
bitrium boni viri, de quo ibi agitur, & fuit optime respon-
sum ad illud per aduocatum: nec vllum habet probabile du-
bium. Laus Deo. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Indigno.& sine consensu patris tunc potest exhæredari.Bald.l.nec filium.C.de nup.l.si pater.C.de spon.consi.121.lib j.licèt cootrarium teneat Ia.in auth.sed si post.C.de inoff.test.in l.2 §.j.col.6.ff.sol.mat. Dec.in l.nuptias.de reg.iur.dixi in consu.Paris.§ 122.

b ¶Operari secūdum qualitatem personarū.vide supra li.4. cons.133.

c ¶Pœnam supra lib.3.consi.j.num.10. supra lib.j.consi.59.nu.5. supra lib.j.consi.98.

* Licèt olim esset iusta causa.] Quòd non sit iusta causa, latè ostendit Dec.consi.231.dub.2. & ibidem in 4.quòd ob hoc non priuatur alimentis. Nat.

d ¶Loco.Ias.auth nouissima.in fi. C.de inoffi.testam.vide supra lib.5. consi.179.nu.7.cum seq.supra li.2.consi.56.lib.7.consil.211.col.fi.

* Qui videtur.] Vide Dec.ad l.si pater.in fi.C.de instit.& substi. Nat.

e ¶Gratuito.Cor.consi.135 lib.ij.consi.139.lib.4.

* Pau.de Castro.] Istud consi. tenet Iaso.ad d.§.& generaliter.& D. Georg.patruus meus ad ca.quamuis.col.8.de pac.in 6.Iaso.ad l.j.3. no.ff.solu.matri. Nat.

SVMMARIVM.

1 *Incrementum æstimationis non venit nisi à tempore moræ.n.3*

2 *Mora quando dicatur, si est soluendum alibi quàm in domiciloi creditoris.*

CONSILIVM CCX.

Ponderatis his quæ in themate narrātur, & quæ
in scripturis mihi exhibitis continen
tur, sentio de iure dictum agentem non posse obtinere cōtra
reum pro consequenda æstimatione illa, videlicet quanti plu
rimi valuit frumentū a tpe assertæ moræ.seu dicti cȩpti iudi-
1 cij: prȩsertim per infrascripta. ¶ Nam † illud incrementum
æstimationis non venit nisi ex tempore, & ideo si ante cȩptū
iudicium reus fuit in mora, incipit ex illo tempore venire in-
crementum. & si ante cȩptum iudiciū non fuit in mora; tunc
venit incrementum ex tempore litis motæ seu contestatæ vel
habitæ pro contestata: ita habetur in l. hominem.ff.man.in l.
ratio.§.si per venditorem. ff.de act.empt.& in l.vinum, cum
ibi no.ff. si cert.peta.& in l.in hac.ff.de tritic. Sed nec dictus
Iacobus principalis debitor nec etiam Franciscus, qui pro eo
promisit, fuit in mora: quia non fuit interpellatus expresse
vel tacitè saltem legitimè; ergo non potest dici ꝙ aliquis eorū
in mora fuerit.l.mora.in prin.ff.de vsu.l. si ex legati causa.ff.
de verb.obl. ¶Nec ob.quod in instrumento fuerit adiectū cer
tum tempus iam elapsum: & lapsus diei consueuit debitorē
in mora constituere absq; alia interpellatione.l. magnam. C.
de contrah.& commit.stipul. traiectitiæ.§.de illo.ff.de act.&
2 oblig.quia respondeo † aduertendum esse dictum contractū
fuisse celebratum in ciuitate Cȩsenæ, & fuit conuentum ꝙ
frumētum daretur in ciuitate Arimini, & actor siue creditor
cui præstandum & soluendum erat frumentum, erat de ciui-
tate Cæsenæ, & ibi solitus habitare, quo casu ad hoc vt possit
creditor dicere ꝙ ex lapsu diei appositi in contractu intelli-
gatur debitor incurrisse moram, necesse erat ꝙ actor proba-
a ret[a] seu in termino fuisse in ciuitate Arimini paratus recipe-
re dictam quantitatem frumenti, aliàs non potest imputari
debitori ꝙ non venerit seu soluerit, per l.item illa, in princ.ff.
de consti.pecu.cum ibi no.per Bar.circa tertiam col.dum di
cit pone quod solutio debebat fieri non in loco fori & domi-
cilij contrahentium, sed alibi puta in ciuitate Florētiæ in die
Paschatis: & illo die nō probat reus se fuisse Florentiæ ad sol-
uendum. nec actor probat se fuisse Florentiæ ad recipiendū:
an erit probata mora per cursum diei, & determinant ꝙ nō,
per l.arbiter si Calendis.ff.de arbi.idem no. Barto.in l.conti-
nuus.§.cum ita.ff.de verb.ob. in uersi.itē aduerte quia debet
actor.&c.& l.cū filius.§.fi.de ver.ob.& sequuntur ēt alii doc.
in d.l.item illa.in princ. & specificè Ful. ibi qui dicit ita aliàs
de facto habuisse & no. Pet.de Anch.in c.significante, de pi-
gnori.& no.etiam Bart. in l.non solùm.§.morte, de oper.no.
nunc.in princ.vltimæ chartæ dum allegat.l. item illa.facit l.
2.in fin.ff.si quis in ius vocan.non ierit.cum ibi not.per Bar,
in vlti.colum. in ver. item gloss. arguit contra. & quod not.

Bart.in l. si finita. §.Iul. ff.de dam.infec.circa 3.uel 4.col. in
uer. procedo ulterius in gl. dicit &c. ¶ Et eadem ratione dici
non potest ꝙ d.Franciscus fuerit in mora, quia Frãciscus pro
misit facere & curare ꝙ dictus Iacob. obseruauit ea quę pro-
miserat ad terminos in contractu contentos, ali às illis termi
nis elapsis promisit obseruare de suo proprio: ergo si nõ pro-
bauit creditor se fuisse in dictis terminis in ciuitate Arimini,
aut illic habuisse suum procuratorem ad hoc destinatum, nõ
potest dicere ꝙ steterit per d.Iacobum & consequenter nec p
d.Franciscum. & nedum ꝙ creditor probauerit iuisse uel mi-
sisse Ariminum tempore debito quinimò potius ipsemet cre
ditor respondendo positionibus uidetur hoc fateri. ¶ Præte-
reà d.Franciscus intelligitur promisisse dictum frumentum,
scilicet in eod.loco in quo debebat præstari per principalẽ. l.
si ut proponitur. ff.de fideiuss.no. Bar.in l.si ita stipulatus. §.
Chrysogonus, ff. de uerb. obl.& non est probatum quod di-
ctus creditor fuerit per se uel per procuratorem ciuitatis Ari
mini in terminis prædictis, ergo non potest dicere ꝙ non ste-
tit per se, sed per principalem debitorem, aut per d.Franciscũ
quò minus fuerunt sibi obseruata promissa, per ea quę suprà
proximè dicta sunt. & propterea oportuit ꝙ si creditor uole
bat posteà constituere d. Iacobum aut d. Franciscum in mo-
ra, interpellaret eum seu eos congruo loco & tempore, ut sol
uerent, sicuti requirebatur si nulla dies fuisset adiecta in con
tractu, ut not.Bart.in d l.item illa.in uer.quæro quid erit po-
stea &c. ¶ Præterea † ad hoc ut possit actor obtinere & conse-
3 qui æstimationem quanti plurimi ualet frumẽtum a tempo-
re moræ, non solum oportet ꝙ probet reum fuisse in mora,
sed etiam requiritur ꝙ probet quanti plurimi ualebat à tem-
pore moræ frumentum, scilicet in loco in quo debuit fieri so
lutio, & sic quanti plurimi ualuit Arimini, ut d.l.uinum, uer
sic.interrogauit, sed non apparet esse probatum, quanti pluri
mi ualuerit a tempore moræ in ciuitate Arimini frumẽtum
plusquàm ualeat nunc, ergo non potest in dicta æstimatione
succumbere d.Franciscus. Et pro hoc etiam patet non obsta-
re si diceretur ꝙ saltem ex die cæpti iudicii uidetur interpel-
latus & constitutus in mora d.Franciscus, & propterea tenea
tur ad æstimationem illam, uidelicèt quãti plurimi ualeat in
ciuitase Arimini ab eo tempore citra d.l.hominem. & d.l.ui
num. ¶ Præterea † secundum Bar.in l.3.§.in hac. ff. commo.
4 & Pau.de Cast.in d.l.uinum.quando petitur executio instru-
menti continentis debitum frumenti, non habetur rõ ęstima
tionis quanti plurimi ualuit post tempus instri secundũ opi.
gl.in d.§.in hac. quæ uult ꝙ æstimatio non restat nisi usq; ad
tempus snĩæ, sed tempus celebrati instri habentis executionẽ
ex forma statuti, sicut habet sententia censetur tempus snĩæ.
Sed secundum opi.quam tenet Bart. in d. §.in hac, scilicet ꝙ
crescet æstimatio etiam post sententiam, deducto tñ quadri-
mestre, qd datur a lege condemnatis ad soluendum per l.in
fideicommisso.in princ. ff.de usur.prout tenet etiam Paul.de
Cast.in d.l.uinum. Nõ posset crescere dicta æstimatio, nisi la-
pso tempore quod hẽt reus seu fideiussor obligatus ex forma
statutorum ad satisfaciendum, scilicet ex forma statuti de be-
neficio fideiussorũ, & statuti sub rubrica de instris ad uolunta
tem, tñ præcedens responsio uř tutior. Et si debitor cõuentus
Cæsenæ mallet solueret frumentum in ciuitate Arimini quã
Cæsenæ, ut quia sibi commodius & facilius sit præstare in ci
uitate Arimini, æquitas debet mouere iudicem ad hoc admit
tendum, & præstita cautione per debitorem actori de soluen
do in ciuitate Arimini uenit absoluendus reus, ut singulariter
habetur in l. quod si Ephesi. §.1. ff.de eo quod cer.loc.

ADDITIO.

a ¶ Probaret, suprà lib.1.consi.92.supra lib. 2.consi.172.colum. 2.supra
lib. 4.consil.41.supra lib. 5.consil.90.colum.fin.Andr. Tiraq.in con-
sue.Picto.titul.retra. §.15.gloss. 2. nume. 10.Deci.consil.466.Iasl.ad
diem.ff.de uerborum obligatio.

SVMMARIVM.

2 *Statuta etiam si cautum est debere intelligi ad literam, reci-
piunt interpretationem à communi usu loquendi.*
4 *Seruitutes prædiales inter immobilia computantur.*
6 *Gabella non est soluenda de quibus non est solitum.*

CONSILIVM CCXI.

Ponderatis verbis statuti, & aliis de quibus in
themate, breuiter sentio dictos ma-
cellatores seu beccarios non teneri soluere gabellam de pin-
guedine seu axungia vel sepo adhærente cæteris interioribus
quadrũpedum, vt ex intestinis, & similibus. ¶ Nam (vt verbo
fertur) ex communi vsu loquendi talia de quibus est conten-
1 tio appellantur interiora, & ideo † tali communi vsui loquen
di standum est.l.auunculus.ff.de verb.sig.l.librorum §.quod
tamen Cassius.de leg.3.c.ex literis.de sponsa.& talis commu
nis vsus loquendi non dicitur esse impropria significatio vo-
cabuli nisi qñ apparet discrepatio a vera & propria significa-
tione uocabuli.l.Labeo.& ibi gl.& doct.ff.de sup.leg.vnde di
cit notabiliter Iac.But.in 1.constitutione digestorum, & Bal.
in l.omnes populi.in pe col.de iust.& iur.& Ant. de Butr.in
2 prin.decretalium.& ibi † etiam do.Abb.in 3.vel 5. col. quod
etiam si statuto caueatur quod statuta debeant ad literam in-
telligi vt sonant, nihilominus recipiunt expositionem & de-
clarationem a communi vsu loquendi, sed in proposito no-
stro non reperitur ꝙ comprehendere appellatione interiorũ
illa de quibus est contentio, contradicat propriæ uerborum
significationi, ergo illi vsui loquendi standum est.& quod nõ
contradicat propriæ significationi etiam patet, quia interio-
ra & intestina dicuntur illa quæ sunt ab intra.l.lege.12.tabu.
circa medium, in verbo quasi intestinum uulnus. C. de legi.
hær.& l.2.in prin.in verbo.intestinis.C.de uet.iur.enu.& ali
bi appellatur unctio interior illa quæ respicit cor. c.1. de sa-
cra vnc. ¶ Et si diceretur ꝙ secundum hoc omnes carnes quæ
sunt ab intra post primam cutim seu post ipsam primam su-
perficiem carnium, possent dici interiora, respondeo ꝙ appa-
ret statutum non accepisse hoc pro interioribus, quia seque-
tur ꝙ in nihilo uel quasi nihilo esset soluenda gabella, & ta-
men statutum vult quod debebat solui gabella de uenditione
carnium recentium vel salsarum seu lardi, axungiæ uel sepi,
dum ergo excepit postea ab istis interiora quadrupedum, ap-
paret ꝙ statuentes acceperunt modò omnes carnes illam pri-
mam summitatem pro interioribus, sed negari non potest ꝙ
ea quæ sunt intra clausulam totius corporis animalis & depẽ
dentia ab ipso principali corpore, nõ dicantur interiora. hoc
etiam ostendit significatio dictionis intra, a qua procedit illa
dictio interiora, nam intrinsecitatem ibi notat dictio intra.l.
1.§.cùm vrbem. ff. de offic. præf.vrb.l.1.§. siue autem intra
urbem.ff.de aqua quoti.& æsti.l.intra dies.ff.de re iud.c.1.de
except.in c.1.de restit.spol.eod. tit.& sic siue attendamus si-
gnificationem uocabuli, siue attendamus commnnem usum
loquendi, ista ueniunt appellatione inter iorum. ¶ Confirmã-
3 tur † prædicta, quia statutum prædictum loquens de solutio
ne gabellæ primò fecit mentionem de carnibus lardo, axun-
gia & sepo alicuius generis quadrupedum, postea dicit exce-
ptis capitibus, pedibus, & interioribus omnium quadrupe-
dum, & sic exceptio illa intelligitur indifferenter facta ab om
nibus suprà specificatis in regula, per id quod habetur in d.
rub.de lib.præte.& in l.talis scriptura.ff.de leg.1.l.regula.§.si
quis.ff.de iur. & fac. ign.& per consequens intelligatur facta
tam a sepo & axungia quàm a carnibus. & ideo siue interiora
pro quibus recusant beccarij soluere sint carnes, siue sint se-
pum siue axũgia, iustè recusant, quia posito etiam quod pars
dictorum interiorum possent appellari sepum seu axungia, ta
men quia comprehenduntur sub appellatione interiorũ quę
quidem sunt excepta a solutione gabellæ, meritò non tenen-
4 tur soluere. ¶ † Præterea, quia negari non potest quod adhæ-
rent interioribus, igitur in numero computari dicũtur, ut di
ximus in iuribus seruitutum prædialium quæ adhærent re-
a bus immobilibus, nam propter hoc computantur inter [a] im-
mobilia, ut clarè determinat Ant.de Bu.& Io.de Imo. in cap.
nulli, de rebus eccle.non alie.& Bald. in c.1. de contro.inter
vas.& episcopum.in 2.col.per id quod habetur in l. si aliena.
§ hoc iure.ff.de vsuc.& p no.in c.2.in verbo iura.de reb.eccl.
non alien.in 6.& idẽ dicit Bal. in d.c 1.de controu.int.vas.&
epm in decimis q̃ percipiunt ex reb.immobilib. bene facit.l.si con-
rerũ mistura.& l.cũ qui ędẽ.ff.de vsuc.& quod hr̃ in l.si id quod
uenerit §.si nuda.ff.de pig.ac.& quod ibi no.doc. vbi ẽt id qd
accedit pignori pignus est.& plura ĩ simili adduci possẽt, sed
hæc

5 hæc sufficere videntur. ¶Nec prædictis ob. † ꝙ in fi. statuto-
rum seu capitulorum contineatur quod omnia suprascripta
capitula & contenta in eis de verbo ad verbum intelligi de-
beant secundum propriam significationem prædictam verbo
rum, & quod non possint interpretari, impropriari vel alio
modo intelligi quàm supradictum est: quia respondeo quod
non apparet prædictam interpretationem esse contra propriã
significationem : vt supra dixi. & plus dicit Bart. signanter. in
d. l omnes populi. in fi. 6. q. principalis per dicta verba intelli
b gitur solùm reiecta friuola [b] interpretatio. C. de vet. iur. enu.
l. j. §. fi. & l. 2. §. pe. & quod legitur & no. in c. ex parte. de offi.
deleg. bene faciunt not. per Io. An. in regula pro possessore, in
mercurialibus. & per Bald. in l. si quis filium. in fi. C. de libe.
præte. & per Io. de Imo. in l. Celsus. ff. de publi. & Pet. de An-
ch. in commento. c. canonum statuta. circa vlt. char. de consti.
& dicit Bal. notabiliter in d. l. omnes populi. in 14. col. ꝙ tale
statutum non intelligitur remouere glossationem & interpre
6 tationem legis. allegat. l. quamuis. C. de adul. ¶† Accedit etiã
quia ita (vt verbo fertur) semper seruatum est, quia nunquam
* soluta * est gabella de his rebus venditis, de quibus nunc est
contentio : vnde etiam si essemus in casu, in quo verba statuti
de gabella loquens possent dici dubia ; tamen non esset rece-
dendum ab intellectu & interpretatione declaratiua data à
communi obseruantia de consuetudine. l. minimè. & l. si de
interpretatione. ff. de legi. c. cum dilectus. de consuet. & opti-
mè faciunt quæ no. gl. 2. & ibi docto. in c. 1. de treuga & pace.
Laus Deo. Alex. de Imo.

ADDITIONES.

a ¶Inter. vide do. And. Tiraq. in consu. Picto. ti. retra. §. j. gl. 5.
b ¶Friuola. supra li. j. consi. 5. nu. 11. consi. 80. col. 2.
* Quia nunquàm soluta.] Quòd gabella non soluatur, vbi nõ est con
suetudo soluendi, est tex. in l. licitatio. §. parum. ff. de public. Nat.

SVMMARIVM.

1 *Subhastationes factæ omissa forma statuti nullę sunt. nu. 2. et 3.*
5 *Statutum habens causam annullatiuam debet præcisè seruari.*
7 *Clausula per se posita, refertur ad omnia.*
10 *Esse vel haberi, in statutis non sunt paria.*
11 *Contumax adhuc citandus est, vt mulctetur.*
14 *Vendere qui promisit, non cogitur præcisè.*
15 *Testes recepti extra ordinem vel in alia causa non probant. numero 16.*
18 *Notario non statur de commissione sua.*
19 *Obseruantia communis debet habere vsum decem annorum & stylus. nu. 21.*
21 *Confessio parte absente non facit nisi indicium.*
24 *Proxeneta non est idoneus testis nisi vtraq; parte volente.*
28 *Confessione fieri non sufficit parte præsente, nisi recipiente.*
29 *Testis deponens præsentem, non probat intelligentem.*
30 *Testes recepti inter alios an semiplenè probant.*
31 *Confessio parte absente, non valet, etiam ad liberandum.*
32 *Si, dictio accipitur pro quia.*

CONSILIVM CCXII.

Ponderatis his quæ in themate narrantur, & vi-
sis actis & scripturis mihi exhibitis
in causa secundæ appellationis interpositæ pro parte procu-
ratoris do. Ioan. de Miliis fratris d. quondam. do. Thomæ de
Milio fideicommissarii ac executoris testamenti d. quondam
Thomæ accusatoris & administratoris hæreditatis eiusdem
Thomæ ac Io. And. filii quondã & hæredis d. Thomæ, & sen-
tentia lata in hypothecaria actione per ipsum intentata con-
tra Symonem de la Cella, quæ sñia fuit lata in fauorem d. Sy-
monis & Pauli de Baueriis per iudicem primæ appellationis
qui reuocauit primam sñiam latam in fauorem d. Io. de Mi-
lio. De duobus principaliter sum requisitus. primum est, an
valuerint dictæ cridæ factæ occasione venditionis faciendæ
de dicta apotheca filiis & hæredibus dic. Perini de Boueriis
per d. Augustinum de Stanchis, & similiter an dicta venditio
apothecæ & pronunciatio superinde facta valuerit ? ¶Secun-
dum principale quæsitum est, an in dicta causa intẽtata super
hypothecaria actione contra d. Symonem habeat obstare d.
Ioanni de Milio asserta exceptio solutionis & satisfactionis
quæ dicitur probari per testes productos pro parte Symonis
1 & dictorum de Boueriis ? ¶ Circa primum † pretermissis nõ
a necessariis, dico dictas [a] cridas, venditionem & pronunciã nõ
suffragrari dictis hæredibus Perini quartum ad hoc vt aliquo
modo sentiant beneficium statuti sub rubrica, de ordine cri-
darum, & sequentium statutorum de illa materia loquentiũ,
& principaliter moueor: quia non sumus in casu dicti statuti,
2 nam cum verba † dicti statuti non conueniant casui nostro,
nec etiam conuenire potest eius dispositio & beneficium. l. 4.
§. toties. ff. de dam. infec. l. ita autem, in prin. ff. de admi. tut. c.
ad nostram. el 3. de iureiur. c. indemnitatibus. §. pe. de elec. in
3 6. ¶ Et † cum non fuerit forma dicti statuti seruata, actus nõ
tenet saltem vt operetur id quod à statuto introductum erat.
l. cum hi. §. si pretor. ff. de transac. l. non dubium. C. de legi. c.
si cui. de elec. lib. 6. ¶ Quod autem verba statuti prędicti non
conueniant casui nostro, nec eius forma fuerit seruata patet
primò: quia ad hoc vt emptor sentiat beneficium dicti statu-
ti exigit dictum statutum certam conditionem. s. si dicta ven-
ditio fuerit intra annum post proclamationes, vt in duabus
partibus dicti statuti cautum est, & conditio debet in forma
specifica impleri l. qui hæredi. in prin. & l. Mæuius. ff. de cõd.
& demon. & vt dicit. Bal. forma statuta à statuto est ad vnguẽ
seruanda. ita inquit ipse in l. cessante, in vlt. col. C. quomodo
& quando iud. per l. qui Romæ. §. flauius. ff. pe ver. ob. & no.
Bal. in l. non sunt liberi. ff. de sta. hom. & in auth. qui semel. in
5. col. C. quo. & quan. iu. cum si. & presertim, quia cum agitur
de pęna priuationis & exclusionis eorum qui haberent in re,
b de qua fit proclamatio. & pœna [b] † priuationis non habet lo-
4 cum, nisi vbi à lege est expressum, in §. cùm igitur. in auth. de
non elig. sec. nub. ibi, nec lex est tale quid dicens. & no. glo. fi.
in c. fi. de iu. pat. & 1 . q. 8. in summa & tanto clarius † proce-
5 dit hoc, vbi statutum habet clausulam annullatiuam actus :
quia tunc necesse est præcisè formam statuti seruari adeò ꝙ
non sufficeret formam esse æquipollenter seruatam per not.
per gl. in l. hac consultissima. in verbo, indicia. C. qui tes. face.
poss. iuncto tex. & ita notabiliter dicunt Bal. & Mod. in l. j. ff.
de lib. & posthu. vbi per hoc dicunt ꝙ si statutum dicit quod
in instrumentis debeat apponi nomen, pronomen, & cogno-
men contrahentium, aliàs sit nullum: nam non sufficeret per-
sonas contrahentium esse demonstratas per nominam pro-
pria & singularia seu per alias demonstrationes æquipollen-
tes, nisi sit adiectum etiam pronomen & cognomen. secus si
statutũ non annullaret, quia statutum videretur requirere ex-
pressionẽ nominis, pronominis, & cognominis causa demon-
strationis; ideo sufficeret æquipollenter demonstrare, per di-
ctam l. j. & secundam. ff. de lib. & posth. & ad hanc distinctio-
nem allegant etiam no. per glo. in l. ad testium. §. conditionẽ.
in gl. 2. in fi. ff. de testi. & ita etiam concludit Petr de Anch. in
repe. c. canonum statuta, de consti. in ver. quæro etiam si statu
to caueatur quod notarii &c. & Lud. Roma. in d. l. hac consul-
tissima. vbi pro hoc etiam allegat no. per glo. in cle. appellanti
in verbo, alias de app. Sed dictum statutum habet clausulam
annullatiuam : ergo debuit in forma specifica adimpleri, &
non sufficeret ꝙ fuisset ęquipollenter seruata forma. ¶Nec di
6 catur quod † dicta clausula annullatiua non referatur ad om
nia præcedentia, sed tantum ad proxima ; quia respondeo ꝙ
hoc non est de iure verum quia clausula in fine per se posita
c refertur ad omnia [c] superiora regulariter. l. 1. C. de libe. præ-
ter. l. 3. §. pen. ff. de libe. & posthu. l. talis scriptura. de leg. 1. c.
olim. de rescri. c. secundo requiris de ap ¶Pro hoc fac t: quia
clausula dicitur per se seu absolutè posita, adeo ꝙ refertur ad
omnia præcedentia, quando à nullo præcedẽti regitur, secun
dum Bal. in d. l. 1. C. de libe. pręte. sed dicta clausula in versi.
& si contra &c. est huiusmodi, vt de se patet, ergo &c. cùm igi
tur dicta venditio non fuerit facta per Augustinum intra an-
num prædictam, sequitur ꝙ non valet quò ad consequendũ
beneficium dicti statuti. ¶Nec obstat si diceretur ꝙ fuit facta
d per iudicem, vnde debet perinde haberi ac si facta [d] esset per
Augustinum contumacem. l. si causam. C. de euic. & l. 1. C. si
in causam indica. pig. quia respondeo, primò, quòd illud pro
cedit per æquipollentiam, quæ non habet locum in dicto sta
7 tuto, vt proximè probaui. ¶ Secundo † respondeo, quòd illud
procedit in casibus in quibus contra partem inuitam habe-
bat iudex a lege potestatem procedendi ad illum actum :

sed in casu nostro statutum non disponit quod cogatur inuitus vendere: sed dicit ꝙ possit uendere. patet ibi dum dicit, il la talis persona, commune, collegium uel uniuersitas, quæ ut præmittitur vendere voluerit, vt supra possit, ipsam talem rē, & quamlibet eius partem vendere liberè &c. & ibi dum dicit, ꝙ uenditio prædicta fieri possit libere: vt præmittitur &c. &
8 verbum † possit, affirmatiuè positum non importat necessitatem l. non quicquid. ff. de iudi. l. sæpe. ff. de offic. præsi. ergo si debet esse in potestate uenditoris uendere uel non uendere, non debuit posse cogi à iudice vt uendat, & consequenter in eius contumaciam non potuit iudex vendere. ¶ Confirmatur hoc, quia statutum excipit unū casum, in quo vult posse venditorem cogi uendere. s. qn̄ aliquis creditor comparens in termino proclamationum uoluerit rem emere pro maiori pretio quam uendere uolens dixerit, & iurauerit se uendere uelle: quia tunc cogitur uendere creditori plus offerenti; ergo talis exceptio firmat regulā in aliis casibus non exceptis. l. quæ situm. §. deniq;. ff. de fun. inst. in §. utaūt in auth. de non alie. & no. in l. in his. ff. de legib. nec iuuat quod post dictam venditionem per iudicē facta d. Augustinus post annū post proclamationes ratificauerit dictā venditionem, & de nouo ven-
9 diderit; † quia ratificatio facta post dictum tempus anni quo fieri debuit uenditio, non releuat. l. bonorum. ff. rem ra. hab. no. in c. ratihabitionem, de reg. iur. in 6. cum si. ¶ Non fuit ēt seruata forma statuti in alio: quia statutum requirit, quod emptor & uenditor iurare debeant corā iudice ueram quantitatē pretii pro qua ipsam rem uendi contigerit, & quod ipsa uenditio est bona & uera: & d. Augustinus saltem intra debitum tempus hoc non fecit. ¶ Nec ob. ꝙ iudex pronunciauerit haberi pro iurato in contumaciam d. Augustini non comparen
10 tis ad iurandum; quia † rn̄deo quod statutum exigit actualiter iuramentum prestari: vt patet ibi dum dicit, & prestito sacramento &c. per quæ verba datur intelligi ꝙ actualiter fuit necesse iurari, vt no. gl. in c. vt circa in uersi. præstito, de elec. in 6. unde dicit ibi gl. ꝙ tunc non sufficeret ꝙ quis se offerret paratum iurare cum ergo non fuerit actualiter præstitum iuramentum, & sic non fuerit specificè seruata forma statuti, actus est nullus, sicut in superioribus dictum est. ¶ Accedit ad huius confirmationem: quia aliud est esse iuratū aliud est haberi pro iurato. l. fin. C. de interdic. matr. l. merces. la 2. & ibi no. ff. de verb. sig. l. si maritus. §. legi. ff. de adul. l. pretor. §. 1. ff. de oper. no. nunc. & præcipuè in statutis, quæ sunt contra ius cōe, vt in proposito nostro, in quibus dispositum in casu vero non extenditur ad fictum. l. 3. §. hec uerba. cum gl. & ibi notant doc. ff. de nego gest. l. fi. C. de his qui ueniam æta. impe. c. susceptū. de rescrip. in 6. c. in nostra. de iniur. & damno dato. no. plenè Bar. in l. oēs populi. in 6. q. principali. de iustitia & iur. cum suis multis concordantijs. ¶ Non fuit ēt seruata forma dicti statuti, quia statutum requirit, ꝙ intra 15. dies à die ultimi termini probatorij iudex pronunciet super iure cōparentium, & dicta pronūcia fuit facta post dictum termininū: ¶ Et talia ratione ēt non ualuit dicta pronūcia; quia fuit facta non citato ad illam procuratore dictorum de Milio, ut narratur in additione facta ad thema suprascriptum. l. de unoquo-
11 que & l. contumacia. ff. de re iudi. & eadem rōne non ualuit ēt illa pronunciatio: qua fuit declaratum haberi pro iurato: quia cum illa sit quædam multa seu pena extrinseca, non potuit ad illam procedi occasione precedentis citationis factæ
c de d. Augustino, vt ueniret ad iurandū quamuis[c] fuerit contumax in ueniendo ad iurandum, debuit posteà citari ad se excusandum quare non pronunciaretur haberi pro iurato. l. 2. in uerbo, ex causa. & ibi no. Bar. ad fi. ff. si quis in ius uoc. non ierit. & l. 3. §. si ad diem & ibi Bar. ff. de re mili. &c. no. Bar. in l. 1. ad fin. princ. ff. si quis ius dicen. non obtem. & Bart. in l. 3. C. de procur. & Ang. in d. l. 1. §. 1. ff. si quis ius dicen. non obtem. & no. doc. maximè Io. de Imo. in c. 1. de iudi. & in l. quidam consulebant. in fi. de re iu. & in l. si finita. §. si plures. ff. de dam. infec. & Ant. de But. in c. fin. in ult. col. de eo qui mit. in poss. causa rei seruan. & in c. qm̄ frequenter. §. in alijs ut li. nō contest. nisi secundum Io. de Imo. in d. §. si plures. in 12. col. in citatione prius facta esset adiecta comminatio ꝙ si citatus non compareret. iudex mulctaret eum; qm̄ tunc iudex poterit procedere ad mulctā absq; eo ꝙ citetur ad se excusandū. ne mulctetur. ita dicit per ea quæ no. per Bart. in d. l. si finita. §. Iulianus. in 7. col. in ver. quero vtrum postq̄ est contumax.

per gloſſ. & Barto. ff. de uſuf. lega. & l. ſi quis ita. & ibi not. gl.
& docto. ff. de vſufruct. & quòd dictos fructus à ſeipſa perci-
piendos, & conſequenter vſumfructum poſſit ipſa ex volun-
tate teſtatoris conuertere in commodum & vtilitatem ſuam.
2 patet † ex eo illo verbo gaudere, quo vſus eſt teſtator in dicto
relicto, quod quidem denotat actum ſeu effectum concernen
tem beneficium & commodum illius ad quem tale verbum
refertur, vt probat tex. 12. q. 2. in c. eccleſiaſticis. & ibi no. Ar-
chi. in verbo, gaudere. vnde Bald. in l. ſi habitatio. ff. de vſu &
habi. format quæſtionem de illo cui relictæ ſunt poſſeſſiones
in gaudimentum, & dicit ꝙ illa verba in gaudimentum, oſten
dunt teſtatorem voluiſſe adiicere in fauorem legatarij, ideo
per illa verba ſubſequentia, ſcilicet in gaudimentum, non re-
ſtringuntur præcedentia verba, in quibus dictum fuit, relin-
quo tibi poſſeſſiones, per not. per Iac. de Are. & Bart. in l. 4. in
prin. per illum tex. ff. de alimen. & ciba. lega. & in l. donatio-
nes. §. ſpecies. ff. de dona. per quod apparet dici non poſſe ꝙ
teſtator voluerit ipſam puram & nudam tutricem ſeu admi-
niſtraticē vel exequutricē relinquere, quia illud eſſet onus.
l. tria onera. & l. poſt ſuſceptam tutelam, in fin. ff. de excu. tu.
& l. antep. ff. de tute. iuncta gl. in verbo, ad alium. & ibi Bart.
in l. vxori. §. 1. ff. ad legem Corne. de fal. ¶ Pro hoc etiã facit.
quia teſtator voluit ꝙ dicta domina circa prædictos fructus
haberet dictos fructus ſub ſua libera poteſtate, & ſic, ꝙ poſſet
eos percipere & gaudere ſecundum ſuam liberam voluntatē
quod oſtenditur ſic, nã licèt teſtator dixerit ꝙ ipſa poſſit per-
cipere. gaudere, tenere, diſponere, gubernarè, & diſpenſare ſe-
3 cundum quod ſibi melius videbitur & placuerit, † & verbũ
videbitur & placuerit, importent arbitrium boni viri regula-
riter. l. fideicommiſſa. §. quãquam. ff. de leg. 3. l. Thais. §. ſoro
re. ff. de fideic. liber. & l. Lucius iuncta. l. fideicommiſſaria li-
b bertas. eo. fallit [b] quãdo cum dictis verbis eſſet adiecta dictio
libere vel æquipollens, vt ſi dico, prout tibi libere videbitur,
vel ſi dico, do tibi liberum arbitrium vel plenum arbitrium.
nam licet verbum arbitrium, per ſe denotaret arbitrium bo-
ni viri, tamen per dictam aditionem importabit liberam vo-
luntatem per dictum. §. quamquã. & declarat ita notabiliter
Bar. ff. de alimen. leg. in l. alio. circa. 3. colum. & in l. ſi ſic. in
prin. ff. de le. j. vbi etiam ad hoc inducit tex. in d. l. fideicom-
miſſaria libertas. & l. 1. ff. de teſt. mil. ¶ Sed ita eſt quod illa ver
4 ba, † ſcilicet ſine contradictione hæredum ac alterius perſo-
næ idem important, ac ſi dixiſſet libere, vt in c. cum tempus.
in verbo, libere. de offi. ord. li. 6. & ita exponit ibi Archid. in
fi. & in c. 1. in verbo, libere. de ſupplen. negl. prȩla. lib. 6. & ibi
c no. Arch. qui intelligit ꝙ verbum liberè, [c] idē importet ꝙ dice
re ſine contradictione. & idem probatur in c. vbi periculum.
§. ſiue. de elec. in 6. & in c. irrefragabili. in prin. de offic. ord.
& in c. 1. de regula. in 6. facit ꝙ no. gl. fi. in c. 1. de homi. li. 6.
& in cle. dudum. in verbo, liberè. Et habetur per Bart. in l. Cē-
turio. ff. de. vul. & pupil. dum tractatur de ſubſtitutione com
pendioſa facta à pagano per verba communia. ergo ſi teſtator
voluit d. Magdalenã ſub ſua libera poteſtate habere, gaudere,
& diſponere de dictis fructibus, non poteſt ei contradici per
dictos heredes, ſi vult eos fructus pro ſe retinere vel velle ſuũ
facere, quia ille qui poteſt ſecundum ſuam liberam voluntatē
facere, poteſt etiam iniquum ȩquo prȩferre. l. cum quidam.
5 la 2. in prin. ff. de leg. 2. ¶ Hoc fortificari † poteſt; quia (verbo
fertur) ꝙ dicta domina vigore dicti teſtamenti ſe pro vſufru-
ctuaria geſſit per annos vltra 30. ergo potuit vſumfructum
prȩſcribere. l. fi. in fi. ſecundum cõem intellectum doc. C. de
prȩſcrip. lon. temp. & plene not. Bart. & alii in l. iuſto. §. nõ
mutat. ff. de vſuca. & in l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. poſſ. &
Pe. & Cy. in l. corruptionem. C. de vſufru. & not. doc. in c. de
quarta. de prȩſcri. & bene. probatur. in l. ſi ergo. §. 1. ff. de pu-
6 bli. iuncta. l. cum qui in prin. co. ti. ¶ Et poſito † etiã ꝙ in præ-
ſcriptione tam longiſſimi temporis 30. annorum vel vltra in-
teruenisset error iuris, non impediret talem præſcriptionem,
vt probatur in c. peruenit. de emp. & vendi. & ibi not. doc ma
ximè Io. de Imo. in notabilibus. & tenet An. de Butr. in c. cir-
ca. de iure pa. & Io. de Imo. in l. nunquam. in prin. ff. de vſuc.
& traditur per Pau. de Caſt. in conſi. 285. inci. hæreditas dictȩ
puelæ &c. Iura. n. quȩ dicunt errorem iuris impedire vſuca-
pionem nõ loquuntur de prȩſcriptione longiſſimi temporis
30. annorum, in qua non eſt neceſſarius titulus. iuxta ea quæ
plenè traduntur & notantur in c. ſi diligenti, de præſcrip. vt
patet. in d. l. nunquam. in prin. & in l. ſi fur. §. ſi quid. cum ſi.
d ff. de vſuc. Et ſic patet ꝙ iuris error [d] in prȩſcriptione longiſſi-
mi temporis, ſcilicet 30. annorum non tribuit iniuſtam cauſã
7 prȩſcribendi, ſed potius iuſtam, per prȩdicta. † & in muliere
præſumitur iuris error. vt eſt glo. not. in auth. de inceſtis nup.
in prin. in uerbo ſciens iuncto text. & ibi Ang. in fine. princi-
pij & no. Fra. Tigri. in l. 2. C. de in ius vocan. & dominus Ab-
bas in d. c. ſi diligenti. de prȩſcrip. in 9. colum. & imò etiam in
maſculo, quando eſſemus in articulo probabiliter dubio talis
iuris error non impedit prȩſcriptionem, vt in c. cũ dilectus,
cum ibi notatis. de conſuetu. & notant doc. in d. c. ſi diligēti.
Bene faciunt no. per Io. And. in c. 1. de priuileg. in 6. & quæ
8 no. in l. cũ platis. ff. de re iudi. talis. n. error † ȩquiparat pro-
e babili errori facti, [e] vt not. Ioan. An. & Moderni in c. 1. de po-
ſtu. præla. in 6. & Anto. de Butr. in c. finem litibus, de dolo &
contuma. in 10. vel 9. col. Ad hoc quod no. Io. An. in c. vt de-
bitus, de appella. & Spec. de expen. §. nunc videndum. iuxta
principium. & ꝙ no. Bar. in l. quod Nerua. ff. depoſi. in repeti
tione in 8. col. in verſi. iuxta prædicta quȩro an iuris error ſi
lata culpa &c. vbi ad hoc allegat. l. ſecundam cum gl. ff. de iu-
ris & fac. igno. ¶ Vtrum autem dici poſſit dictam Magdalenã
putantem ex verbis dicti teſtamenti ſe eſſe vſufructuariã fuiſ-
ſe in craſſo aut intolerabili errore facilè ex prædictis & infra
dicendis deprȩhendi poteſt quod non, etiam ſi fuiſſet maſcu
9 lus nedum fȩmina. ¶ Ad confirmationem prædictorum † ac-
cedãt, quia filiæ teſtatoris hæredes inſtitutæ in dicto teſtamé
to quȩ aduerſantur d. Magdalenæ ĩ ſupplicatione quadã quã
principi porrexerunt, quam produxerunt in iudicio verten-
te inter Magdalenam & ipſas hæredes narrant & affirmant
dictam Magdalenam eſſe fructuariam, & dictæ eorũ aſſertio-
ni contra eos ſtandum eſt l. cum præcum. C. de lib. cau. & l. 2.
C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. & ſic videntur fateri quod
dicta Magdalena vel ex teſtamento vel ex prȩſcriptione ſaltē
iuuata ex teſtamento vel aliter eſt vſufructuaria. Et etiam di-
ctæ filiæ, ac hæredes teſtatoris non poſſunt dicere quod erro-
re iuris proceſſerit talis earum aſſertio, quia talis confeſſio ſa-
cta modo prædicto in iudicio nocet, etiam ſi per errorem iu-
ris proceſſerit. l. non fatetur. ff. de cõfeſſis. ¶ Nec prædictis ob
10 ſtat ſi diceretur † quod intentio teſtatoris fuit quod dicta do
* mina haberet alimenta, * & ſic victum & veſtitum vt innuere
videntur illa verba teſtamenti ſequentia dum dicit, habendo
toto tempore vitȩ ſuȩ victũ & veſtitum &c. quȩ quidam ver
ba uiderentur fuiſſe ſuperflua, ſi verum eſſet ꝙ ipſa poſſet ha-
bere vſumfructũ, & in dubio fieri debet interpretatio, vt nul-
lum verbum ſit ſine virtute operandi. l. ſi quando, in princi.
ff. de leg. 1. & l. hanc legem. ff. de contrahen. emp. c. ſi Papa. de
priuil. in 6. cũ ſimilib. Quia reſpondeo, quod illa verba operã
tur ſatis, & ſunt adiecta ad ampliandum, probo per id quod
not. Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de li. concep. §. iam nunc
videndum. in prima additione, vbi dicit ꝙ ſi in libello accuſa
tionis dico quod Titius fecit contra me inſultum proiicien-
* do * contra me lanceam &c. videor dicere quòd inſultauit &
proiecit. allegat. l. quiſquis. C. de don. cum ſi. & quod illa ver
ba non reſtringant præcedētia, patet ex verbis præcedentibus
quȩ tribuunt poteſtatem dictȩ dominæ, vt ipſa poſſit habere,
tenere gaudere, percipere gubernare, diſponere & diſpenſare
ſecũdum ꝙ ſibi melius videbitur & placuerit ſine contradi-
ctione hȩredum teſtatoris ac alterius perſonȩ, quȩ verba im-
portant latiſſimam ac liberam Poteſtatem, vt ſupra probaui.
vnde non eſt veriſimile quod taſtator incontinenti voluerit
ſe corrigere. l. non ad ea. ff. de cond. & demon. & ſic quòd teſta
tor voluerit quòd ipſa nihil aliqui facere poſſit quam perci-
pere fructus pro alimentis ſuis. ¶ Quamuis teſtator per verba
ſupe-

superiora uideatur uoluisse eam habere usumfructum bono-
rum suorum, nõ sequitur quod illa dispositio alimentorum
11 est superflua, quia dico quod relictum † alimentorum multa
habet priuilegia, q̃ non habet relictum vsus fructus vel aliud
relictum maximè circa exactionem, vt plenè enumerat Bart.
in l. Mela. in prin. ff. de ali. & ciba. leg. quia sententia lata in ta
li causa non potest appellari, & breuiores dilationes dantur,
& non potest opponi compẽsatio alia quæ habet commoda,
de quibus ibi per eum, & sic casu quo Magdalena vellet iure
legati relicti alimentorum petere vel consequi alimenta ha-
beret priuilegia & commoda illi causæ concessa, operabatur
etiam quia si mulier prædicta nollet sentire onus æris alieni
quod spectat ad vsumfructuarium omnium bonorum secun
dum opi. Bart. in l. fi. ff. de vsufr. leg. & onus legatorum. l. fi. §.
fin. autem ęs alienum. C. de bo. quæ libe. & ibi Bal. Saly. & Mo
derni posset eligere consequi solum alimenta. facit. l. recusa-
12 re. §. Titius. ff. ad Trebel. ¶ Et ubi dicta † verba, scilicet haben
do victum & vestitum &c. non possent ampliare pręcedens re
lictum; tamen attento quòd fuerunt adiecta ad fauorẽ Magda
lenæ nullo modo per talia verba restringeretur pręcedens di-
spositio, vt probat tex. notab. cum ibi plenè no. p Bar. in l. 4. in
prin. ff. de ali. & ciba. leg. vbi si testator dixit lego Titio fundũ
ad alimenta seu vt se alimentet, non restringunt legatum fun
di, vnde nõ videtur legatus vsusfructus aut cõmoditas pro ali
mentis, sed fundus pleno iure debebitur Titio, & ad hęredes
legatarij transmittetur, vt ibi. & l. pe. §. fi. e. ti. & l. donationes.
§. species. ff. de don. quia illa verba, scilicet ad alimenta seu vt
se alimentet, fuerunt adiecta fauore legatarii, vnde si non pos-
sunt ampliare, non operantur restrictionẽ, ne illud quod fuit
adiectum ad fauorem pariat odium, contra. l. si mancipia. ff.
de fun. instru. leg. & l. quod fauore. C. de legi. ¶ Nec dicatur
quod testator voluerit illam dominam solum constituere tu-
tricem, & ꝙ finita tutela expiret omnis facultas sibi concessa,
quia responderi potest facilè ex verbis testamenti, quæ in mul
tis eius partibus contrarium dicũt, dum testator bis adiecit il
la verba, scilicet toto tempore vitæ suæ. tutela verò non durat
toto tempore vitæ tutricis, sed vsque ad pubertatem. insti. qui
bus mod. tutela fini. in prin. hoc etiam ostendit illud verbum
13 gaudere, secundum suam significationem quam dixi supra,
¶ Non obstat si contra prædicta † allegarentur ea quę no. per
glo. & doc. in auth. hoc locum. C. si secun. nup. mulier. quod
not. Bart. in l. Titia cum testamento. §. fin. ff. de lega. 2. vbi con
cluditur ꝙ quando testator dixit, vxorem meam relinquo do
minam, massariam & vsufructuariam, quamuis si extranei es-
sent instituti hęredes deberetur vsusfructus vxori, non si filij
sunt instituti, licet de propria significatione verborum debere
tur vsusfructus tamen de consuetudine seruatur ꝙ solùm de-
beantur alimenta, quia respondeo quod illa opin. gl. & doc.
in locis pręallegatis non procedit quando testator etiam vxo-
ri prouidit de alimentis in vltima voluntate, quia tunc ne illa
dispositio reddatur inutilis, potest vxor si vult eligere vsum-
fructum. arg. d. l. si quando. & ita consuluit Pau. de Ca. in con-
si. suo. 387. non enim loquitur illa consuetudo isto casu, scili-
cet quando verba erant concepta hoc modo, & etiam facta
specialis mentio alimentorum, & illa consuetudo correctoria
iuris communis non debet extendi ad alium casum. l. pręcipi
mus. C. de app. & in auth. quas actiones. cum glo. C. de sacro-
san. eccl. & not. in l. 1. C. quę sit lon. consue. ¶ Concurrit etiã
in casu nostro ꝙ dicta domina per tempus longissimum fuit
in quasi possessione vsusfructus, & sic illũ pręscribere valuit,
vt supra deduxi, & etiam pars aduersa in iudicio in quo pro-
duxit dictam supplicationem & rescriptũ confessa est eã esse
14 vsufructuariam, quæ confessio plurimum suffragatur dictæ
† dominæ Magdalenę, vt sup. deduxi. ¶ Bene fateor † quod pro
rata quæ capit legitimam dictarum filiarum non potest fieri
eis pręiudicium in vsufructu legitimæ portionis, vt in § pro-
hibemus, in auth. de trien. & semis. & not. in auth. nouissima.
C. de inof. test. & in l. vxori, l ultima. ff. de vsufr. leg. & ibi Bar.
Pręterea posito quòd testator nõ reliquisset dictę vxori vsum-
fructum, adhuc negari non posset, quin vigore illius latissimę
potestatis sibi concessæ ipsa possit de dictis fructibus dispone
re sine contradictione hęredum, excepta portione dictæ le-
gitimæ, cum voluntas testatoris in hoc sit pro lege seruanda.
vt. §. disponat, in auth. de nup. & le. cũ q. C. de le. Laus Deo.

ADDITIONES.

a ¶ Manu. dixi in consue. Pari. §. 1. gl. 1. nu. 26.
b ¶ Fallit. sup. eo. consi. 175. nu. 9.
c ¶ Liberè. sup. li. 5. consi. 96. col. 1.
d ¶ Error. sup. li. 4. consi. 121.
e ¶ Facti. Anch. consi. 324. Alex. sup. lib. 1. consi. 92. lib. 13. Cor. consi. 62. lib. 3. consi. 10. col. 2. consi. 189. in fi. lib. 4. Cur. Sen. consi. 71. col. 4. Phi. Franc. c. vnico, de postul. pręla. in 6.

* Habere alimenta.] Vtrum ex legato alimentorum restringatur legatum vsur. vide Ruin. consi. 35. lib. 2. Natta.

* Insultum proijciendo.] Contra hoc facit quod ponit Sali. post Iac. But. ad l. 1. col. 1. C. de his, qui latro. defen. vbi voluit, ꝙ si quis in accusatione dicat, Talis fecit contra se insultum vulnerando, non videtur accusare de vulnere, sed de insultu qualificato. Vide de hac re Deci. post Ias. ad rubr. C. de eden. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd bona minorum non possint sine certa solennitate alienari, non habet locum in alienatione facta per executorem testamenti de bonis testatoris, etiam si testator decesserit minor 25. annis. nu. 2. 3.*

6 *Statutum prohibens alienationem inter viuos, non habet locum si fiat mandato testatoris.*

8 *Executor testamenti non tenetur facere inuentarium.*

10 *Executor vendere potest irrequisito hærede, licèt teneatur ei ad interesse.*

CONSILIVM CCXV.

Ponderatis narratis in themate, visis his q̃ multũ copiosè & eleganter adducta sunt
per aduocatum rei conuenti, sentio de iure dictam vnditio-
nem à dictis executoribus testament factam fuisse validam, &
consequenter de eius nullitate dici non posse. non enim ob-
stat prima causa nullitatis allegata scilicet vigore statuti dispo
nentis bona pupillorum alienari non posse nisi subsistente iu-
sta causa, & cum decreto iudicis, & citatione generali affiniũ
1 & amicorum, quia dico illud sibi locum † vendicare non pos-
2 se, quando ex authoritate data à testatore[a] in testamento pro-
cessum est ad alienationem vt in casu nostro, quoniam tunc
quanuis hæredes dicti testatoris sint pupilli, poterit procedi
ad dictam alienationem non seruata solennitate, quæ alias in
alienatione rerum pupillarium requireretur siue testator spe
cialem in testamento potestatem vendendi talem rem dede-
rit, siue generalem potestatem. l. prædium, cum glo. C. quãdo
decreto opus non est. & l. j. in prin. & §. si defunctus. & l. fi. ff.
2 de rebus eorum. ¶ Vnde † dicit Bal. in d. l. j. in princi. ꝙ si pa-
ter dedit executoribus in testamento potestatem vendendi bo
na, poterunt alienare etiam sine decreto iudicis bona hæredi
taria quanuis hæredes sint pupilli, & dicit hoc esse verũ etiam
si testator non fuisset maior 25. annis, sed tantum adultus,
3 † qui inter viuos non posset alienare sine decreto, tamen per
dispositionem vltimæ voluntatis poterit non solùm alienare,
sed etiam dare alteri potestatem alienandi. argu. l. Aurelio. §.
Caius. ff. de libe. leg. & dicit Bar. in d. l. prædium. hoc saltem
esse verum, quando datur ab adulto dicta potestas vendendi
pro executione contentorum in testamento, vt in proposito
nostro, non pro executione contractus. & ibi dicit hunc pas-
sum esse intactũ. & ideo siue dictus testator fuerit maior 25.
annis siue minor potuit dicta dispositio testatoris effectum
sortiri. Et statutum prædictum recipit dictam interprætatio-
nem a iure communi. l. ij. C. de noxa. c. cum dilectus. de con-
4 sue. & ad propositum † nostrum nota. Bal. in l. fi. C. de pac. in
fi. dum dicit ꝙ si statuto cauetur ꝙ promissio minoris non va
leat, & postea contingat ꝙ minor consentiente testatore de bo
b nis minoris promittat, & succedat deinde testatori, valebit[b]
promissio non obstãte statuto, per dictam. l. fi. quia dicta pro
missio nititur non solum in contractu minoris, sed fundatur
in consensu maioris, & inde sumitur principale robur. Item
quia secũdum eum dictum statutum editum est propter im-
becillitatem minoris, sed in dicto casu minor vtitur iure cõ-
muni obsequendo voluntati maioris, ergo non leditur arg. l.
quidã cũ filiũ. ff. de hęre. inst. & l. fi. C. dę in inte. resti. si igitur
in casu in quo loquitur Bal. in d. l. fi. valebat cõtractus. in quo
interueniebat ẽt consensus ipsius minoris q̃uis statutum in-
uali-

validaret contractum minoris, multò magis debet valere in
casu nostro, in quo nullas exigebatur consensus ipsorum pu-
5 pillorum aut tutoris eorum; aliàs sequeretur quod † etiã de-
functus constituisset procuratorem ad vẽdendum, hoc acto,
quod mandatum non sineret morte,quod fieri potuit.l.mor-
tis causa capione.§.Titia.ff.de dona. cã mor.l.si verò non re-
munerandi.§.fi.cum.l.seq.ff. man. & huic defuncto successe-
rint pupilli,ꝙ non possit procurator vendere sine solennitati-
bus requisitis in alienationibus rerum minorum.¶Confirmo
6 prædicta,quia statutum † prædictum prouidet quò ad aliena
tiones inter viuos,non per vltimam uoluntatem. patet, quia
exigit decretum & citationem generalem affinium,& amico-
rum,quæ non conueniunt actui vltimę voluntatis,vt de se pa
tet.facit.l.verba gesserũt.ff.de ver.si.& l.captatorias ff.de hęr.
insti. Sed dicta alienatio de qua quęrimus,non tam dicitur in
ter viuos quam ex vltima voluntate, vt patet per ea quę dispu
tando cõcludit Iac Bu.quẽ refert & sequitur Alber. de Rosa.
in secunda parte statutorum q. 169. incip. Iaco.But. disputa-
uit &c.vbi quærit,statuto cauetur ꝙ nulla alienatio rei immo
bilis inter uiuos possit fieri in forensem per aliquem ciuem,
contingit ꝙ ciuis in ultima uoluntate disposuit ꝙ hęres suus
deberet quandam rem immobilem permutare cum quodam
forẽse.quærebatur an hęres permutationem facere possit sta-
tuto non obstante, arguunt ad vtranque partem, & finaliter
concludunt quod sic per plura.& maximè per dictam.l. præ-
dium,cum glo.& quia quando vnus contractus procedit vt
causatus ab alio,nõ consideratur causatus sed causans.l. si pro
curatorem,in prin.ff.mã.& l. 1.§. Pomponius.ff. depo. & per
alias rationes quas breuitatis causa omitto.& idem uoluit Io.
And.in addi.Spe.in tit.de rer.permu.in rub. in uer. est etiam
sciendum &c.ubi refert etiam Old.idem tenuisse.& Bald. in
l.si hæres.in prin.ff.de act.empt.& Io.de Imo.in l.qui fundũ,
in prin.& in l.si dignum.ff.ad le.Fal.vbi reprehendit Ang.ibi
aliter volentem. & idem tenet Io.de Imo. in l.si ita quis.§.ea
lege ff.de verb.obli.Lu.Ro.in l.si tibi.ff.si cer.pe.¶ Bene facit
etiam quod not.Gui.de Cu.& Bal.in l.cum hi.in fine princi-
pij.ff.de transf.vbi quærunt,testator damnauit in testamento
hęredem vendere alimenta, & idem vendidit,quęritur an vl-
terius si contingat super dicto contractu venditionis alimen-
torum trãsigi requiratur decretum pretoris, sicut requiritur
in transactione quę fit super alimentis debitis ex vltima volũ
tate,iuxta dictam.l.cum hi.& concludunt debere inspici fun
damẽtum,hoc est vltimam voluntatem.arg.l. 1.§. si quis sub
conditione.ff.vt le.not.ca.& l.furta.§. 1.ff.ad Trebel.pro hoc
etiam allegant id quod habetur in l. vxorem.§.agri plagam.ff.
7 de leg.3. ¶ Possunt etiam prædicta † confirmari per id quod
consuluit Lud Ro.suo consi. 394. inci. Pręsupposito ꝙ viua
voce &c.vbi consuluit ꝙ si statutum disponat nullã esse obli
gationem mulieris factam sine pręsentia propinquorum;reci
pit interpretatienem à iure communi,vt non habet locum in
c obligatione necessaria,[c] per.l. 1.C.quando decre.opus nõ est.
& dictam.l.prędium & l.magis puto.§.si pater.ff.de rebus eo
rum. cum simili. eadem igitur ratione debet dictum statutũ
recipere interpretationem a iure cõmuni in casu nostro.Pro
hoc etiam bene facit,quia dicta alienatio facta per executores
ex authoritate sibi data à testatore videtur facta ab ipso testa-
tore.l.pater ex prouincia.ff.de man.vind.& l. vnum ex fami-
lia,in princi.ff. de lega.2.sed quò ad personam testatoris nul
la requirebatur solennitas in alienatione,ergo &c.¶ Non ob-
8 stãt † etiam secunda causa nullitatis,videlicet ꝙ dicti executo
* res testamentarij alienare non potuerint,eo quia inuentariũ*
non confecerunt, quia non reperitur iure cautum, vt tenet
Ang.in repe.l. 1.§.hęc stipulatio.ff. si cui plusquam per legẽ
Fal.in ver.nunc transeamus ad articulũ inuentarij &c.& ibi
refert ꝙ Io.And.ita tenuit in addi.Spec.in ti.de instru.edi.in
§.nunc videamus de inuentario &c.& hoc saltem videtur es-
d se verum in executore testamentario, quia habet priuatum[d]
officium sicut procurator, qui non tenetur inuentarium cõ
ficere,licet aliud dici posset in alio executore habente publi-
cum officium,vt in episcopo, qui est legitimus executor, vel
in executore dato authoritate episcopi.& ita concludit Bald.
in auth.sed cum testator.C.ad.leg.Fal.dicens ita debere intel
ligi id quod no.Spe.in titulo.de instr.edi.§.tunc verò aliqua.
ver.sed an teneatur.¶ Et per hoc etiã patet rñsum ad id quod
hr̃ in l.nulli.C.de epis.& cle.& pro hoc facit ille tex.in ver.&
si quidem testator.iuncto ver.cum autem uir gloriosissimus.
ubi quando loquitur de executore testamentario, non exigit
inuentarium fieri,sed solùm dicit quod secundum suam con
scientiã exequatur. sed qñ loquit̃ de episcopo executore legi
timo arctat eum ad inuentarium.& ita videmus de consuetu
dine seruari.hoc posset etiam confirmari per aliqua ex dedu-
ctis per præfatum aduocatũ, qui circa hoc prolixius scripsit,
9 sed prædicta ad pręsens sufficere arbitror.¶Non ob. † etiam
dum allegatur ad nullitatem dictæ vẽditionis, ꝙ executores
prædicti debebant requirere hæredem, quia quanuis prima
facie videretur dicendum debuisse requiri hæredem per not.
per Spec.& Ioan.And.in addi.Specu. in tit.de instr. edit.§.
nunc verò aliqua.versic.quid si hæres dicit. & Bart.in l.alio.
ff.de ali.& cib.leg.in ver.quæro an hæres sit requirendus &c.
per.l.creditor hypothecas.C.de distr.pig.& l.1.§.quod dici-
tur.ff.si cui plus quàm per leg. Fal. & sequitur eum simplici-
ter Pe.de Anch.in c.tua nobis,de test. & pro hoc faciunt nota
ta per Bal.in l.id quod pauperibus,in 18.q.C.de episc.& cler.
vbi quærit, an executor qui habet potestatem vendendi datã
à testatore possit vendendo transferre dominium inuito hæ-
rede,qui possidet?& arguit ad partes, & finaliter videtur con-
cludere quod non,quia nisi hæres discedat à possessione,non
perdit dominium nec possessionem. ar.l. fistulas.§. fundum.
ff.de contrah.em. & licèt alias sufficiat ꝙ emptor mittatur in
possessionem licet non constituatur verus possessor. vt ff. de
fundo dota.l.si fundum,tamen respondet Bald.ꝙ illa.l.loqui
tur quando dominus vendebat. sed hic non vendebat domi-
nus,sed eius minister.facit ad hoc secũdum eum.l.si quis pro
hibuerit.ff.de pub.& licet executor habuerit potestatem à te-
statore, non tamen potest facere testator quod dominium
contractu transeat sine possessione,secundum Bald.ideo licet
dum eum agat emptor ex contractu contra hæredem,& con-
sequetur possessionem & dominium iudice mediante.l. qui
vniuersas.§.item cum pretor. ff.de acqui.pos.quia non potest
executor per vim expellere hæredem de possessione.l.non est
singulis.ff.de reg.iu. ¶Tamen istis non obstantibus puto con
tractum venditionis valuisse, & emptores posse se tueri.quia
10 † posita ꝙ hæres fuisset requirendus,& non fuerit requisitus
per executores,non est verum quod per hoc venditio fuerit
nulla,imò valet contractus, & defectus requisitionis non fa-
c ctę de eo qui debuit requiri,[c] solum operatur, vt vendens te-
neatur ad interesse ei qui requiri debuit,ita loquitur & intel-
ligitur d.l.creditor hypothecas, per quam se fundat Bart. in
d.l.alia.& probatur hoc in l. si cessante.C.de distr.pign.& in
l. 1.C.si vendi.pig.aga.& firmat Cyn.Bal.& Sali.in d.l. credi-
tor hypotecas.& Sal.ibi propriè loquitur in executore testa-
menti.Et sic patet actionem non competisse contra empto-
res.& hoc confirmatur per id quod not.Bald.in l.fi.in vltima
col.principij.C.communia de leg.vbi dixit executorem testa
menti non habere necesse citari facere alium,& allegat not.p
Cy.in d.l. creditor. & sic apparet eum intelligere ea quę ibi
notantur per Cy.habere locum etiam in executore testamen-
ti,quia quò ad validitatem actus & seu quò ad hoc vt contra
emptorem habentem titulum ab executore agi possit, non re
quiritur citatio heredis.¶Et per hęc constat non obstare id ꝙ
not.Spe.& Io.And.in dicto versic.quid si hęres dicit.vbi quæ
runt,quid si hæres dicit se velle interesse his, quæ vult dispo-
nere executor;& executor contradicit? respondet Spe.ꝙ pro
hærede facit in argumentum tex. in l. legatum ciuitati. ff.de
vsu fr.leg.& l.nulli.C.de epi.& cler.& l.si quis pro redẽptio-
ne.C.de don.quia in quæstione formata per Spe.& Io. And.
iam cõstabat hæredem dicere se velle interesse his quæ dispo-
nere volebat executor,'quod non præsupponitur in casu no-
stro, vnum non sequitur,aliquis si vult potest adesse actui, &
non prohiberi quin adsit, ergo debet citari & requiri, patet
in domino qui constituit procuratorem ad causam agendam,
nam etiam post litem contestatam cum procuratore potest
dominus adesse causæ, vt si suspicetur ne procurator collu-
dat cum aduersario,& tamen dominus non erat tunc, citan-
dus, maximè procuratore effecto domino litis per litis con-
testationem.ita habetur in l.Pau.ff.de procur. & in cap.quã-
uis,de procur.in 6. & ita est intentio Ioan. And. in dicta ad-
ditione.præterea in casu d.l.legatum, ideo requirebatur hæ-
redem

tedem adesse, quia tractabatur de alteranda voluntate testatoris & mutanda in alium propter prætensam necessitatem. ita respondet Bald. in l. captatorias. in fi. C. de testamen. in l. 1. sed in proposito nostro non tractabatur de alteranda & mutanda volūtate testatoris. ¶ Non obstat etiam dicta lex, nulli. quia vt ēt dicit Io And. in dicta additione post antiquos illa. l. potius facit in contrariū ibi dū text. dicit, pro sua conscientia &c. & eodē modo tex. in d. l. si. quis ꝓ redemptione. in ver. nulla molestia, facit pro executore, vt ēt fatetur Io. An. in addi. prælle. & ideo expresse Bald. in d. l. nulli. in tertia col. in ver. sed nunquid hæres &c. tenet quod executor ēt absente & ɔ̄dicente hęrede potest fungi officio suo, qa executor pro conscientia sua debet exequi, nō pro ɔscientia hęredis, vt ibi. & ita dicit tenuisse Ia. de Aret. & reputat Bal. hoc esse notandū. & per superius dicta ēt patet responsio ad no. per Bar. in d. l. alio quia Bar. ibi non dicit quòd ɔ̄ctus non valeat seu ꝙ rescindi possit, imò potius contratium. patet dum se fundat per. l. creditor hypothecas. superius allegatam. & in terminis illius. l. solum defectus requisitionis facit vt ad interesse agi possit ɔ̄ vendētem seu exequentem, non autem ꝙ ɔ̄ emptorem agi possit, vt probaui supra, & tenent communiter omnes. ¶ Non obstant notata per Bal. in d. l. id quod pauperibus. in 18. qō. quia si bene inspiciatur, dico illam decisionē facere pro dictis emptoribus, quia Bal. ibi præsupponit omninò valere contractum. patet dum dicit, agat, ergo emptor ex ɔ̄ctu &c. Item Bal. præsupponit ꝙ quando possessio peruenit ad emptorem transit etiam dominium;
11 sed in casu nostro † pręsupponitur ꝙ emptores tenuerunt & possederunt per longum tempus, non autem hæres, & per cōsequens si quam possessionem etiā habuisset hæres perdidisset eam propter diuturnitatem temporis non accedēdo ad fundum, iuxta. l. fundum. §. fundi. cum ibi no. ff. de vsucap. & l. si id quod, in prin. & quod ibi no. ff. de acqui. pos. & plenè per doc. in l. si de eo. §. si fortè. eo. ti. & notat gl. & doct. in l. 1. C. de ser. fugi. Item Bal. loquitur qn̄ hæres ante venditionem vel saltem ante traditionem prohibuisset rem tradi emptori. ita loquitur. d. l. si quis prohibuerit. allegata per eū. sed in casu nostro non apparet quòd hæres ante traditionē prohibuerit.
12 ¶ † Prætereà, etiam quādo res vendita est ab eo qui habuit mandatum, quamuis ante traditionē dominus vel hęres eius prohibuerit rem tradi, & non obstante prohibitione res tradita fuerit, posito quod nō transferatur dominiū; tamen trāsfertur quasi dominium taliter ꝙ ille cui res tradita est, potest se tueri aduersus dominum, vt probatur in d. l. si quis prohibuerit, secundum intellectum Dyn. Bal. & Ang. ibi. & ita etiam intellexit gl. inst. de actio. §. aliæ. in gl. magna, in fi. & Io. de Imo. in l. 4. §. Cato. in quarta vel quinta col. ff. de verbo. obli. & est magis communis intellectus quamuis hæc disputatio non sit hic necessaria, quia hęres non prohibuit Potest etiam ad omnia allegata in contrarium responderi quòd apparet ēt mentē testatoris fuisse quod posset executor sine citatione vel requisitione hęredis exequi dum dixit ꝙ posset exequi etiam hæreditate nō adita. facit. l. is cui. §. cessatum. ff. vt in poss. leg. & sic sumus in casu in quo loquitur Bar. in d. l. alio. & Pet. de Anc. in d. c. tua nobis. dum dicunt hæredem requirendum nisi testator aliter disposuisset. nam testator hic aliter disposuit per prædicta, vt etiam deductum fuit per dominum aduocatum rei conuenti. Ex quibus firma manet conclusio prædicta, scilicet ꝙ non obstantibus obiectis de quibus in themate, possunt dicti emptores se tueri. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Testatore. sup. lib. 2. consi. 62.

b ¶ Valebit. caue, quia Bal. ibi loquitur in rebus testatoris, & sic bene dicit, aliud puto si minor promitteret de rebus proprijs.

c ¶ Necessaria. puta in liberando debitorem soluētem vt loquitur Roma. secus si ex alia causa sit necessaria.

Quia inuentarium.] Executor tenetur inuentarium facere; Spe. in tit. de instr. edi. §. nunc vero aliqua. ver. sed an tenetur. & ibi Io. And. in add. testamentis dicit, ꝙ eo omisso, repellitur ab agendo; Bal. ad d. l. nulli. col. ij. ver. vlterius no. C. de epis. & cle. Natta.

d ¶ Priuatum. imò etiam priuatum gerens officium ad hoc tenetur. tex. l. fi. in prin. ff. de bo. auth. iud. pos. aut ergo executor est generalis, & tenetur conficere inuentarium, & ita obseruatur. aut ad certos actus vel certas res tantum, & non tenetur, vt dixi in consue. Paris. §. 6. gl. 6. q. 2. & §. 95.

e ¶ Requiri. dic cęteris paribus nō esse differentiam inter creditorem & executorem testamenti, supposita ergo potestate pura vendendi, licet non requisiuerint dominum vt adiit, valet venditio. & si vendens fraudem commiserit solus tenetur, non emptor nisi fraudem participauerit & in subsidium Pau. l. si partium. C. de procur. sed si vendiderit omissa denunciatione vel alia forma requisita ad purificandam potestatem vendendi potest res vendicari ab emptore. Sali. l. 1. C. si vend. pig. ag. Ant. Negus. de pig. par. 6. memb. 1. dixi in consue. Parisi. §. 95.

SVMMARIVM.

2 *Statutum puniens inuentum cum armis, intelligitur de capto.*

6 *Prescribitur quinquennio si gabella non fuerit soluta, adeò ꝙ fiscus non potest amplius agere.*

7 *Præmium si datur agenti intelligitur etiam probanti.*

8 *Indicium debet probari per duos testes.*

10 *Delictum cœptum in vno loco, perfectum in alio, vbi puniendum. nu. 12. 14.*

12 *Mandator debet puniri vbi mandatum exequitur. nu. 13.*

15 *Loci sola frequentatio non sufficit ad sortiendum forum.*

16 *Prorogationi iurisdictionis an sit locus in causa criminali.*

CONSILIVM CCXVI.

Ponderatis his quæ in suprascripto themate narrantur, & visis prouisionibus & legibus Illustrissimi Ducalis dominij, super primo dubio, quo q̄ritur, vtrum prædicti panni Mantuani, qui post annum 1455. fuerunt venditi Rauēnę ceciderint in commissum, ita ꝙ tam reperti quàm non reperti vendicari possint post quinquēniū
1 si extant, aliàs eorum ęstimatio. Sentio † quod dicta prouisio sibi locum non vendicet in pannis actu non repertis, & etiam posito quod panni actu non reperti venirent, ꝙ post quinquēnium vendicari non possent, & ad ostendēdū ꝙ solum sub dicta prouisione comprehendantur panni. qui actu reperti fuerunt, patet, quia prouisio edita ann. 1451. die 27. mensis Maij solum prouidet ꝙ panni Mantuani, qui reperti fuerint conducti contra formam dictæ prouisionis habeantur & haberi debeant pro contra bāno, & ipsorum pannorum taliter repertorum medietas sit inuentoris, & alia medietas diuidatur inter præfatum dominum & illos rectores aut officiales sub quorū regimine aut iurisdictione panni prędicti reperti aut inuenti fuerint, Sed ita est quod panni tunc demum dicuntur inuenti seu reperti, quando fuerunt actu deprehensi, per. l. si Barsatoram. C. de fideiu. & l. 3. §. Neratius. ff. de acqui. pos. iuncta.
2 l. nunquam. §. thesaurus. ff. de acqui. re. do. ¶ Et ideo † dicit Ia. de Are. & Cy. in l. licèt. C. de acqui. pos. ꝙ statutum puniens inuentum cum armis, non comprehendit nisi illos qui sunt
a actu deprehensi cum armis, & sic capti.[a] ita etiam tenet Bart. in l. 1. in princi. 9. colum. ff. de acq. pos. & Bart. & Bald. in d. l. si barsatoram. & Bald. in l. item lapilli. in fi. ff. de rerū diu. ¶ Et
3 ideo ibi dicit † ꝙ si statutū dictet ꝙ mulieres inuentæ cū perlis soluant decem, non incidunt in pœnam, licèt fuerint visæ deferre perlas, quia oportet ꝙ fuerint actu deprehensæ. ita ēt tenet Ange. in l. qui seruum. ff. de ver. ob. & in l. si fugitiui. C. de ser. fugi. vbi etiam ad hoc allegat not. per gl. in l. 1. C. vbi senа. vel. claris. & dicit Ang. in d. l. qui seruum. ꝙ etiam ita ser-
4 uatur de consuetudine. propterea dicit ꝙ † si statutū punit inuentum ludere ad azardum, non punietur ille qui fuit visus in ludo, quamuis probetur nisi fuerit actu deprehensus. hoc etiā tenuit quò ad casum nostrum Ange. in d. l. 3. §. Neratius. & Ludo. Rom. in præallegata. l. 1. in prin. ff. de acqui. pos. vbi dixit ꝙ quamuis dici possit quod dictum statutum non videatur considerasse apprehensionem sed inuentionē delicti, quia inuentus dicitur qui cōuincitur de delicto. l. 1. C. de rap. virg. & c. 1. in fi. de delat. & insti. de don. §. alia. ver. perficiuntur. & §. fi. tamen secundū eos quando statutum dat præmium inuētori, tunc debet intelligi de apprehendēte actu per d. l. si Barsatorā. ¶ Plus dicit Lud. Ro. in d. l. 1. in prin. ff. de acquir. pos. ꝙ putat ꝙ in practica seruaretur indistinctè opi. Cy. & Bart. propter eorum authoritatem. Io. de imo. etiam in d. §. Neratius. quamuis adducat contra opi. Cyn. & Bar. dictam. l. 1. C. de rap. virg. tamen dicit se putare quod in practica seruaretur opi. Cy. qa in pęnis mitior via est eligenda. l. pręses. ff. de pęn. & de pęniten. dis. 1. in §. pœnæ. ¶ Istam opinionem etiam quò ad

ad propositum nostrum tenet Ang. in l. nec in ea. §. ius occidē
di. ff. ad le. Iul. de adul. & Io. de Pla. in l. 1. C. de test. milit. lib.
10. per. ibi no. per glo. fi. ¶ Ita etiam tenet Pau. de Cast. in d. l.
1. in prin. ff. de acqui. pos. vbi simpliciter transit cum opi. Bar.
ibidem quæ videtur vera per dictum. §. Neratius, iuncto. d.
§. thasaurus. nec obsta. l. 1. C. de rap. vir. & dictum. c. primū.
5 de dila. cum sim. quia † respondeo, quod ratio subiectæ mate
riæ operat quod quādoq; verba largius, quādoq; strictius acci
piātur. l. si uno, in pri. ff. loca. l. insulā. ff. de psc. verbis. l. si stipu
latus, in prin. ff. de vsu. c. cōstitutus. de reli. do. ¶ Præterea in d.
c. 1. de dilatio. verba ibi referebantur solum ad iudicē, quo ca-
su posset intelligi quod deprehendat iudex per probationes.
l. 2. cum glo. C. de custo. reo. & l. 1. cum ibi not. per Bart. C. de
6 petit. bo. subla. lib. 10. ¶ Quantum verò ad secundam † partē
principalem primi dubij. s. an posito quod panni actu non re-
perti venirent, post quinquennium vendicari possint & vt di-
xi concludendum est quod non, vt probatur in l. neque. & ibi
notant doct. C. de vectig. & commis. & Bar. in l. commissa, in
fi. ff. de publica. vnde dicit Bar. ibi quod si statuto cautum est,
quod bona quæ non fuerunt assignata in catastro habeantur
pro publicatis, non potuerunt vendicari per fiscum nisi intra
quinquēnium per d. l. neq;. & ibi hoc idem traditur per Bar.
qui hoc dicit esse valde not. & sequuntur hoc etiā ibi alij, &
Bal. in l. 3. C. si propter pub. pensita. & in rub. ff. de rer. diu. in
6. vel 7. col. vbi dicit ꝙ si fraudata est gabella, non pōt agi post
quinquēnium, per supra allegata. ¶ Nec obstat si cōtra pdicta
adduceretur, ꝙ saltem actu deprehensæ fuerūt septē vel octo
petiæ panni Mantuani tempore regiminis magnifici Domini
Nicolai Iustiniani, & quod ab illo tempore citra non est lap-
sum quinquennium, de quibus petiis panni deponit Ioānes
Baptista de Cal. à quo tpe citra nō est elapsum quinquenniū,
quia respondeo primò quod dictæ petię panni fuerunt resti-
tutæ tanquam non essent in contra banno, & tanquam Vene-
tæ seu nostranæ, & sic in captura pannorum non fuit depre hē
sus Iacobus in crimine, quia non fuit probatum, idō non habet
locū dicta lex & prouisio dominij ex dicta captura. ¶ Pro hoc
7 adduco † id qd not. gl. in l. si prius. ff. de ope. no. nūcia. in ver
bo, egisset. per quā dicit ibi Io. de Imo. ꝙ si ex forma legis vel
alicuius statuti quis debet aliquod præmium consequi, si ege-
b rit tale qd, debet intelligi si egerit & probauerit. [b] & pro hoc
etiam allegat ipse id quod no. gl. 1. in l. 1. in prin. ff. si quadru-
pes paup. fecis. dica. & idem tenet ibi in fi. Lud. Ro. in additio
nibus nouis. & dicit illud fuisse dictum Ang. ¶ Et pro hoc ēt
bene facit quod no. glo. in l. 2. in gl. fi. C. quod met. cau. & in
l. 4. in prin. in gl. 1. ff. vi bon. rap. & in l. 1 in prin. in verbo di-
ceretur. & quod ibi no. doc. ff. de dolo. & glo. 1. in l. ei cuius. ff.
de ap. recip. & gl. in c. 1. de his quæ fiunt à maio. par. cap. & in
c. post electionem, in verbo, post resignationem, & in c. cum
super, cum gl. 2. de conces. præb. & gl. in c nō est. in verbo, al-
leget, de consuetu. lib. 6. & quod no. Bar. in extrauagāti, ad re-
primendum, in verbo, asserit. & sic cum ad hoc vt habeat lo-
cum dicta prouisio, & debeatur præmium vt in ea cōtinetur,
requiratur ꝙ fuerint panni inuenti deprehensi in crimine cō
misso per dominum pannorum. & hoc factum non fuit per
eū qui inuenit tpe præfati domini Nicolai, quia non fuit pro
batum de crimine, imò panni fuerūt restituti, tanquàm nō ce
cidissent in cōmissum, igitur nec inuentori, nec dño Nicolao
aliquid debet, nec ēt de præsenti aliquis potest petere præmiū
ex eo ꝙ nunc compertum sit pannos illos fuisse Mantuanos,
quia panni nunc actu non fuerunt nec sunt deprehensi, & sic
cū verba statuti non conueniant illi apprehensioni, quæ tunc
facta fuit, nec illi inuentioni quæ nunc sine actuali apprehen
sione dicitur facta; non pōt hře locum dispositio dictæ proui
sionis, quia vbi non conueniunt verba legis, ibi non potest ha
bere locū legis dispositio. l. ita aūt, in prin. ff. de admi. tut. l. 4.
§. toties. ff. de dā. infe. c. ad nřam. el iij. de iureiu. & sic ex prę-
fato superuori fundamento tollitur istud obiectum. Accedit
ꝙ verba dictæ prouisionis loquentia de inuentione debent in
telligi cum iuris effectu. l. 1. §. hęc verba. ff. quòd quisque iur.
l. non putauit. §. nō quæuis. ff. de bo. pos. cōtra ta. cū sim. ¶ Præ
tereà potest dici ꝙ non est probatum ꝙ illæ septem vel octo
petiæ panni fuerunt de pannis Mantuanis, quia ad hoc pro-
bandum producitur attestatio dicti Ioannis Baptistæ. & posi-
to quòd eius dictum intelligeretur de pannis Mantuanis, ta-
men quia ipse non deponit quod viderit & cognouerit eos es-
se Mantuanos. sed dicit quod hoc comprehendit ex sermoni-
bus Bernardini & Iacobi. & sic deponit de assertione dicti Ia-
cobi extraiudiciali, quæ dicitur facere indicium, vt not. in l.
8 capite quinto. ff. de adul. sed † ad hoc vt vnum indicium, di-
catur esse probatum, requiritur quod sit probatum per duos
testes contestes, vt no. glo. reputata singularis in l. fi. & ibi no.
Bar. & alij. C. fami. ercis. & Ang. in auth. de test. imperfe. post
principiū. vbi pōderat ibi esse de hoc aliā gl. no. Inn. in c. sicut
de sim. & Ang. in l. fin. in prin. ff. quod me. cau. & Bal. l. 2. in
prin. ff. de excusa. tu. & in l. cum citra. C. de iu. do. cum si. ergo
nedum ꝙ dictus Ioannes Baptista plenè probet; sed nec etiam
9 facit indicium. ¶ Denique † ad diminuēdum fidē istius testis,
facit, quia vř particeps criminis. asserit enim se exercuisse in
dicta societate pannorū, in qua secundū quod ipse attestatur,
intelligebat esset de huiusmodi pānis Mantuanis, ergo nō est
integer testis. c. venien s. el j. de testi. l. si filium, cū ibi no. C. de
lib. causa. & in l. quoniam liberi. C. de testi. & per Bar. in l. j. §.
10 si seruus. cum si. ff. de quęstio. ¶ Super alio † dubio principali
quo q̄rit, vtrū d. Iacobus Lanosus debeat puniri Rauēnę pp as
sertas bullas falsas quas Mantuę fabricari fecit vt pannos Mā-
tuanos bullaret, quos mittere voluit Rauennam vt ibidē ven-
derent? & breuiter dico pro hoc eū non debere puniri Rauē-
næ pro his videlicèt quę (vt dictum est) Mantuę perpetrata
fuerunt. ad hoc ostendendum pręsuppono ꝙ pro eo quod cō
missum est delictum in ciuitate vna puta Mantuæ, debet at-
tendi locus vbi commissum est, & non alius locus puta ciui-
tas Rauennæ, etiam si ad illum alium locum videlicèt Rauen
næ ordinabatur exitus delicti. vnde si statutum punit sagittā-
tem cōtra aliquem, & aliquis existens in certo loco sagittauit
Titiū existentem in alio loco, debebit attendi locus, vbi erat
sagittans. ita inquit Barr. in l. libellorum, in prin. ff. de accusa.
in 3. col. in versi. quęro quid si aliquis existens in platea. vbi
ad hoc alle. no. per Pet. & Cyn. in l. 1. C. vbi de possessione agi
11 op. ¶ Vide ēt Bal. † in c. 1. §. iniuria. de pace iura. fir. in 5. col. in
versic. quęsiuit Iaco. Butr. &c. vbi quærit, si statuto cauetur ꝙ
iudex de maleficio inquirat in loco maleficij, & cōtingit ꝙ Ti
tius in vno territorio fuit captus, in alio spoliatus, quis dicere
tur locus maleficij? & concludit ꝙ eatenus quatenus in terri-
torio suo est commissum, poterit quis dicere esse commissum
delictum in suo territorio, nam secundum eum delictum ha-
bet plures partes diuisibiles, & iurisdictio & pęna diuisionē
recipiunt. l. si communis seruus Męuij & castrensis peculij. §.
fi. ff. de stipu. seruo. & l. apud antiquos. C. de fur. unde cōclu-
dit ꝙ de captura solùm poterit inquiri in loco seu territorio,
vbi captus fuit, non autem poterit ibi inquiri de spoliatione. c.
Illā q. etiā reassumpsit plenius Petr. de Anch. in repetitione. c.
postulasti, in 2. q de fo. compet. nam ibi quærit quid si Caius
cepit & legauit Titium in districtu alicuius villæ & eū duxit
in aliam villam, & ibi eum vestibus spoliauit? quęrit, quis iu-
dex dictarum villarum erit iudex? dicit ꝙ secundum Ia. But.
debet attendi locus in quo captus fuit, quia tūc priuatus fuit
naturali potestate. sic videmus in feris animalibus, quę tunc
nostra fiunt cum ex naturali potestate seu libertate priuantur
l. 3, in fi. cum duabus legibus sequentibus. & l. in laqueum. ff.
de acqui. re. dom. ¶ Pro hoc etiam adducit. §. si ab hostibus. in
fi. insti. quibus mod. ius patrię pote. s. sol. vbi captus ab hosti-
bus ēt antequam deducatur ad locum hostium, & etiā adhuc
manens in Romano solo, seruus fit & indiget postlimino, vt
ibi. & l. 4. & l. in bello. ff. de capt. vnde dicit capturam esse at-
tendendā, & ꝙ ex sequenti deductione cōtinuata non altera
tur delictūm. pro hoc etiā adducit ꝙ debet inspici animus de
linquentis. l. qui iniuria. in prin. ff. de fur. cum ergo in villa ca
pere fuerit animus delinquendi, & ibi fuerit captura hoīs ac
rerum, ibi dř delictum consumatum facit. l. quoniam multa
facinora. C. ad leg. Iuliam de vi. & l. 1. §. idem Labeo. ff. de vi
& vi arm. & qđ no. in l. 3. §. si quis autem visis. eo. ti. ¶ Pro hoc
etiam allegat, quia in delictis debet attēdi initium. l. & si ami-
cis. & l. ꝙ ait lex. in fi. ff. de adul. & ita concludunt Iac. But. in
d. disputatione. & Petr. de Anch. in d. c. postulasti. ¶ Nec obst.
12 secundum † eos ꝙ si Titius existens Florentię mandauit Sem-
pronio vt occideret Caium in ciuitate Perusij, demum Sem-
pronius vigore mādati occidit Caium in ciuitate Perusij, de-
bet mandans puniri Perusij, quia videtur deliquisse in ciuita-
te ad

te ad quem ordinabatur executio mandati.l.4. §. hoc autem edicto.& ibi no. Bar. ff. vi bon. rapt. & no. Bart.in l. si vt proponitur.ff.de fideiusso.& in l. non solùm. §. si mandato, in 3.col. ff.de iniur. & Bal.in l.fi.in prin.C.si a non compet.iudi. & in l.non ideo minus.in 6.col.C.de accus. & Moder. in offi.de homic.li.6.quia respondetur, ꝙ in quæstione proximè dicta. principium, scilicet captura personæ cum rebus haberi poterat pro delicto perecto & consummato, sed quando mandatur vt homicidium committatur, antequam sit cõmissum homicidium, non poterat dici commissum, & consummatum esse delictum, cum mandans teneatur non ex mãdato, sed ex delicto postea subsecuto l. si quis vxori. §. neque verbo.ff.de fur.l.item apud Labeonem.§.si curauerit.ff.de iniur. not.in §.ope.insti.de oblig.quæ ex delic. nascun. sic ergo in q.proposita bullas fabricari fecit Iacobus Mantuæ, & ibi eas fecit assigi dictis petiis pannorum, quantum est ergo eo respectu quod fabricari fecerit illas bullas sub insigniis Veronensibus, & illas appendere pannis Mantuanis saltem hoc sine dubio fuit consummatum & perfectum in ciuitate Mantuæ, & per consequens non potest dici ꝙ de eo debeat puniri ac si fieri fecisset Rauennæ, quia illud est quid stans per se, iuxta l.lege Cornelia.l.ultima.ff. ad le. Corn.de fal. iuncta. l. non ideo minus.ff.de accusa.vnde cum ad hoc vt illud sit delictum, non sit necesse expectare ꝙ aliud sequatur, non attendimus locum in quo postea aliud exinde in alio loco subsecutum sit puta Rauennæ, in quem locum pannos transmissos,
13 fuisse dicitur. ¶Pro hoc† bene facit quod no.Bal. in d.l. non ideo minus.in 6.q.in fi.dum dicit ꝙ si quando quis existens Florentiæ mandat vt occidatur aliquis Perusii, veniret puniẽdus aliqua pœna pro solo mandato, absq; eo quod subsequeretur homicidium, diceretur hoc casu delictum respectu dictæ pœnæ esse commissum in loco in quo mandatum factũ, & ita etiam est de mente Bar.in d.l. si amicis. per illum nec isto casu loquitur Bar.in d.l.quod ait vnde stante cõfessione Iacobi eo modo quo transmissa est. s. ꝙ fecerit fieri dictas bullas in ciuitate Mantuæ per dictum Hieremiam aurificem, cum quibus bullis bullari fecit semel, seu bis certas petias pannorum Mantuanorum, quos pannos fibulatos deinde misit Rauennam ser Bernardino, non video dici posse, ꝙ ipse Iacobus debeat puniri Rauennæ pro his quæ fecit, seu
14 fieri fecit Mantuæ. ¶Nã delinquens † põt ꝓ delicto puniri, in loco commissi delicti, & in loco domicilii.l.1.cum glo.& l.2.C.vbi de crimine agi op.& in c.fi.de fo.compe. nec sufficit ꝙ in loco conuersetur, sed requiritur ꝙ ibi habitet, quo ad hoc vt possit cõueniri pro his quæ alibi gessit per id quod habetur in l.hæres absens. §.proinde.ff.de iud. cum ibi not. per gl.& Bar. ibi in fi.dum loquitur de scholari, qui in loco vbi conuersatur ratione studii potest conueniri solum, pro
15 his quæ ibi gessit, non pro gestis alibi & probatur in l.2.†C. vbi sena. vel cla.prout ibi in litera habetur copula in vltima parte quæ est vera litera, [c] vt etiam firmat Ia. But.& Bald. in d.l.1.C.vbi de crim.agi opor. & dicit Io.Ant. in c. ex parte, de foro compe. ꝙ communiter habetur litera copulatiuè, in d.l.2.& sic ibi est tex.pro ista opi.& hoc saltem procedit, quã ex coniecturis apparet, ꝙ ille qui ibi plurimum conuersatur * non habet animum ibi perpetuo manendi.& istam partem etiam videtur tenere Host.& Io.And.in c.quod clericis. de fo.compe. & ibi expressè Io. de Imo. ita etiam tenet Ioan. de Imo.in c.dilectus.el ij.de rescri.vbi inquit ꝙ debet distingui, aut quæritur, an ille qui frequenter conuersatur in loco conueniatur pro his quæ alibi gessit, & non potest, per no.in d.l. hæres absens, aut pro his quæ gessit vbi conuersatur, & tunc secus, per ea quæ leguntur & no.in d.l.2.C.vbi de crim. agi opor. ¶Nec secundum eum obstat si diceretur, ꝙ frustra attenditur frequens conuersatio quo ad ea quæ ibi gessit cũ absque assidua conuersatione pro illis debeat seruari forum vt in d.c.fi.de foro compe.quia respondet ꝙ immo non est frustra, quia quando contraxit scholaris vel mercator in loco vbi non conuersatur solum poterit conueniri pro his quę ex expressa vel tacita conuentione partium debuissent adimpleri tempore contractus, non pro aliis explicandis postea, vt declarat Bar.in d.§.proinde.sed si in loco conuersabatur, poterit conueniri pro his quæ etiam non debebant expediri tempore contractus, sed postea dummodo conueniatur pro his quę ibi gesta sunt.& hanc partem etiam amplectitur Ioan.de Imo. in l.ex facto proponebatur.de hær.insti. ¶Non obstat
16 † si dicebatur Iacobus prorogauit iurisdictionem potestatis Paduæ, quia etiam posito ꝙ aliquid egisset Iacobus coram domino potestate per quod alias dici posset induci prorogationem iurisdictionis, tamen multis modis potest responderi. Primo ꝙ quando non producitur libullus accusationis, sed inquisitionis formatæ per iudicem non haber locum * prorogatio non sui iudicis, quæ cadit inter partes litigantes, vt no.concludit Inn.in c. ad petitionem, de accusa.& Bald. in d.l.1.in fi. C.vbi de cri.agi opor.& in l.1. C. ad legem Cor. de sica.& in l.qui ex consensu in 3.col.C.de episc aud.& Sp. in titu. de compet.iud.adi.§.1.versi. sed nunquid in iudicẽ. vbi absolutè tenuit quod in causa criminali non habeat locũ prorogatio per dictam l. si qui ex consensu, sed saltem in causa inquisitionis videtur hoc verum per rationes redditas per Bal. & in dictis locis. Præterea cum error etiam iuris seu imperitia sint impedimento quominus possit dici esse per Iacobum prorogatam iurisdictionem. l.si per errorem, & ibi no. ff.de iurisdi.omn.iud.& l.2.in prin.ff.de iud. & quod Iacobus esset iuris ignarus, probabitur ex doctrina tradita per Bartol.in l.non fatetur.ff.de confessis.& per Ang.in l. plagij.C. de plagia.cum sim.Ex quibus omnibus concludo ꝙ non sumus in casu pœnæ contrabanni, de qua loquitur dicta prouisio.& ꝙ pro his quæ per dictum Iacobum Mantuæ gesta sunt non potest contra eum inquiri in ciuitate Rauennæ. Laus Deo. Alexander.

---

ADDITIONES.

a ¶Capti. supra eo.consi. 152.nu. 2.Ale.l.qui seruum de ver.ob.Cor. consi. 200 li. 3. Maria. Soc.c.dilecti filij nu.31.de fo.compet. Ia. l.si prius col.7. de ope.no.nunçia.l.j.col.18. de acqui.poss. Ang.de Arim.in add.ad Ang. tra.malefi.ver. dictus And.arm.in fi. sed hæc & similis dicta sunt falsa, quia aliud est inuenire seu deprehendere, aliud comprehendere seu capere, vnde ꝙ sufficiat comprehensio, sine captura tenet Bal.in l.& seruorum.ff.de statu ho. Imo. Soc.l.3. §. Neratius.de acqui. pos. Ang.tract.malefi. ver.dictus And. arm.in fi. Ias.l.j.col.fi.quod quisque iur. Fran.Rip.trac.de peste.fol. 96. q. 9.& est veritas nisi ex qualitate personarũ & materiæ subiectæ aliud appareat, vt in d.l.si Bersatoram.satis liquet actum esse de effectuali inuentione & captura.

b ¶Probauerit.Alci.l.indicasse.de ver.sig.

c ¶Litera imò vera litera est alternatiua, vide Phil. Fran.c.j.§. nec ẽt de fo.com.in 6.Fel.c.dilectus.2.de rescr.

* Plurimum conuersatur.] Vide de asiduè conuersante in loco, quomodo ibi posit conueniri, Paul. Castr. ad l.2. C. de iurisd. omn. iud. Natta.

* Non habet locum.] Vide hac de re Feli. ad c. P.& G.col. pen. de offic. deleg. & pro confirmatione facit, quia in actibus voluntariæ iurisdictionis, vbi non est contradictor, nec litis contestatio, non habet locum prorogatio.Bal. ad l.testamenta.& ad eam recentiores scriptores.C.de testam. Et cum Alex.hic concordat Fel.ad c. si diligenti.col.pe.de fo.comp. Natta.

CONSILIVM CCXVII.

Lege supra li.3. consi.20.quod hic duplabatur.

SVMMARIVM.

2 *Statutum requirens consensum propinquorum in actu minoris, intelligitur de expresso, non de tacito.*

5 *Declaratio ad l.si filius.C.de peti.hære.nu.6.7.8.*

10 *Tempus longissimum solum non facit solennitatem extrinsecã præsumi.nu.11.*

12 *Tempus antiquum non dicetur minus centum annorum. numero 13.*

14 *Statutum quod conceditur per lapsum 20.annorum cadat à debito, an valeat.*

CONSILIVM CCXVIII.

Ponderatis narratis in themate, ac visis verbis instrumenti sentio dictũ instrm non

T esse

esse exequendum contra hæredes dicti Ioannis Antonii, quia
præsupponitur ꝙ dictus Ioan. Antonius tempore confectio-
nis dicti instrumenti erat minor ann. 25. ergo ex contentis,
in dicto instrumento non potuit obligari, cum non interue-
nerit decretum iudicis & consensus duorum propinquorum
vt statutum loci exigit, & annullat actum ipso iure non ser-
uatis prædictis, & ꝙ non possit post maiorem ætatem aliquo
temporis spatio validari. ¶Solum circa hoc primum funda-
1 mentum † videtur suboriri dubitatio, quia cum a tempore
celebrati instrumenti prædicti citra transierit longissimum
tempus, & pars agens allegat ꝙ ex diuturnitate temporis om
a nia solennia [a] præsumuntur interuenisse, iuxta id quod ha
betur in l. si filius. C. de peti. hær. & in l. qui in aliena, iuxta
prin. ff. de acq. hær. & in c. peruenit, de emp. & ven. & per no.
per Cy. & Bald. in l. emancipatione. C. de fi. instr. & per Ho.
& alios in c. Albericus. de test. cum suis concor. ¶Sed ad hoc
2 †respondeo, & præsuppono ꝙ ad hoc vt dictus minor posset
obligari, requirebatur expressus consensus propinquorum,
nec sufficiebat tacitus puta resultans ex præsentia & taciur-
nitate, quia statutum requirens in actu minoris 25. annis con
sensum propinquorum intelligitur de vero & expresso con-
sensu, adeò ꝙ non verificatur in tacito consensu, puta resul-
tante & ex præsentia & taciturnitate propinquorum. ita spe-
cificè determinant Bal. Io. de Imo. Raph. Cu. Pau. de Cas. Lu.
Ro. in l. 2. §. voluntate. ff. sol. ma. per illum text. in verbo, vi-
3 deri consentire. & in verbo quasi voluntate. nam † verbum
videri, denotat fictionem. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. l.
3. §. ex contrario. ff de acquir. pos. no. glo. in l. naturaliter, in
prin. eo. ti. & Bar. in l. si is qui pro emptore. in 6. col. ff. de vsu
ca. & statutum intelligitur in casu vero. l. 3. §. hæc verba. cum
ibi no. ff. de neg. gest. & l. fin. C. de his qui ve. æta. impetra c.
4 in nostra, de iniur. & ita etiam † dictio quasi, * posita in d. §.
* voluntatem. denotat improprietatem. l. si cum dotem. §. fi.
ff. solu. mat. l. posthumorum. ff. de iniusto testa. pro prædicta
conclusione. s. ꝙ dictum statutum non verificetur in consen
su tacito, sed solum in expresso, allegant etiam præfati doct.
id quod habetur in l. 1. in fi. & melius in l. 3. de auth. tut. cum
glo. hoc idem voluit Bal. in l. si fine, in 2. q. C. ad Velle. sed in
casu nostro non constat de aliquo expresso consensu propin-
quorum, nec de aliquo decreto ergo actus fuit ipso iure nul-
lus, nec ex temporis spatio poterit validari. ¶Non ob. d. l. si fi-
b lius [b] quia respondeo, ꝙ ibi intercessit non solum diuturni-
tas temporis, sed etiam diuturna possessio filii, & illa duo si-
mul iuncta hoc operantur, vt ibi per Bar. & alios, & ideo An-
to. de But. in c. ea noscitur, de his quæ fiunt a præl. sine consen.
5 cap. & ibi etiam Io. de Imo. faciunt † differentiam, an simus
strictè in actu in quo sufficiat tacitus consensus, an vero req
ratur expressus consensus, nam quando sufficit tacitus conse-
sus, & tunc facilius præsumitur ille consensus, per id quod
ibi legi. & no. Si autem requirebatur consensus expressus, &
tunc distinguunt, aut actus, de quo quæritur erat talis ex quo
causabatur quasi possessio, & tunc si ille qui se fundat ex actu
de quo quæritur, est actor, & tunc si possessio est recens, non pre
sumitur pro solennitate extrinseca, quando hoc principali
ter in iudicium deducitur. arg. eorum quæ no. Bar. in l. quidam
in suo. ff. de condi. insti. si verò non est recens quasi possessio,
& tunc præsumitur pro solennitate ar. d. l. si filius. & dictæ l.
q in aliena. & maximè in beneficialibus, in quibus non est ve
risimile ꝙ superior patiatur male instituti, per no. per Inn. &
alios in c. illud, de præsum. & in c. ex insinuatione. de procur.
& per Host. in cap. licet Heli. de simo. Si autem esset actus, q
non haberet in se quasi possessionem, tunc regulariter non p
sumeretur solennitas extrinseca, etiam concurrente diuturni
tate temporis, per id ꝙ habetur in l. quicunque. §. fin. ff. de pu
blicia. nisi forte secundum Ant. de Bu. & Io. de Imo. in d. c. ea
noscitur actus foret multum antiquatus secundum eum, ꝙ
no. Io. An. in d. c. Albericus. Aret. & Cyn. in d. l. emancipatio-
ne, vel nisi aliud interueniat per ꝙ præsumatur dicta solenni
tas, puta sententia vel alius similis actus, secundum nota. per
Innoc. in c. 2. de eo qui fur. ordi. susce. vnde cum in proposito
non interuenerit aliqua possessio prout interuenit in casu di
ctæ l. si filius, & dictæ l. qui aliena, ideo illa iura non obstant.
quinimò do. Abb. in dicto cap. ea noscitur. discedendo à do
ctrina Anto. de Butr. ibi vult ꝙ quando negatur illa solenni
tas extrinseca, non præsumatur, nisi probetur per d. l. qui-
6 cunque. ¶Alio † modo etiam respondet ad illa iura Bartol.
in sua disputatione incip. Quædam mulier habens magnum
patrimonium, in vlti. colum. & in l. cum de in rem verso, in
pen. col. ff. de vsur. s. ꝙ ideo ibi præsumitur solennis aditio,
quia in l. si filius, titulus allegatus, scilicet solennis aditionis
concurrente cursu longi temporis principaliter lucrum, &
commodum patientis respicit, idest patris cui acquirebatur
hæreditas per filium. secus si magnum seu totale damnum
respicit, vt quia tractetur de amissione dominii rei suæ. l. ad-
lo. C. de rei uend. l. diutina. C. de præscr. long. tempo. Si au-
tem paruum damnum respiceret, tunc titulus solennis præsu-
meretur l. si quis diuturno. ff. si serui. ven. & dicit ꝙ hoc pro
batur in d. l. qui in aliena. ver. sed si non adierit. nam ibi de
modico præiudicio tractabatur, quia ibi hæreditas non erat
filii, sed habebat solam spem, ꝙ si efficeretur sui iuris, posset
adire, & sibi acquireret e. l. non est dubium, C. de in. deli. & sic
ibi filius non amisit dominium suum, sed solum quandam
spem fortasse fallacem. Item ibi erat spes ꝙ hæreditas ipsa quæsi-
ta per filium patri reuerteretur ad ipsum filium, prout est vo-
tum parentum. l. scripto. ff. vnde lib. & l. nec ei. §. penult. ff. de
adop. sed in proposito nostro agebatur nõ de lucro dicti Ioan-
nis Antonii, sed de totali damno, vsque ad dimidiam dictæ
quantitatis pecuniæ, quam consequi nituntur hæredes dicti
Iacobi. Et si diceretur ꝙ immo in d. l. si filius, videbatur etiam
tractari de damno, quia hæreditas habet commoda & incom
moda. respondet ibi Sali. ꝙ pater ibi allegabat interuenisse
iussum suum & solennitatem, & propterea dicebat sibi acqui-
sitam esse hæreditatem propter diuturnam possessionem hæ-
reditatis, quæ fuit longo tempore, apud filium, vnde tunc hæ-
resultat in consequentiam ꝙ si pater vult commodum hære-
ditatis, habeat etiam incommodum l. secundum naturam.
ff. de reg. iur. sed in quæstione nostra principaliter agitur de
damno ipsius Io. And. Præterea (vt dixi) hic non interuenit
possessio illa cum diuturna patientia eorum ad quos spectab
bat præstare consensum. ¶Et ꝙ ex diuturnitate temporis non
præsumatur dictus consensus propinquorum, tenuit etiam
præcisè Bal. in l. 2. C. de legi. hær. arg. l. non hoc. C. vnde cog.
& respondet ad d. l. si filius. & ad d. l. qui in aliena, ꝙ ratio il-
larum legum est, quia promiscua est possessio patris & filii,
& quasi vnum corpus, vnde vno possidente, alter intelligitur
possidere. l. fi. C. de vsufr. Et hoc etiam sequitur Lud. Ro. in
l. sciendum ff. de ver. obl. in 14. col. & etiam Raph. Cum. in
7 d. l. qui in aliena, in prin. ¶Idem † sentit Io. de Imo. dum di-
cit ꝙ illa iura non faciunt pro eo, quod ibi tetigit Ang. licet
non firmauerit, dum dicit ꝙ ille tex. facit, ꝙ si mulier diu pos-
sedit hæreditatem, præsumitur eam adiuisse cum consensu
mundualdi sine quo ex forma statuti, vt est Florentiæ, non po-
terat adire. & ꝙ si aliquis possedit diu rem emptam à minore
cum authoritate curatoris, & constet de emptione & autho-
ritate prædicta, licet non constet de decreto iudicis, forte præ-
sumitur, nam secundum tempora digestorum in illa Bono-
rum possessione de qua etiam intelligitur tex. in d. l. qui in
aliena, & ibi per Bar. necessarium erat decretum iudicis. l. 1.
§. decretalis. ff. de succes. edi. & tamen præsumitur vt in d. l.
qui in aliena. tamen dicit Angel. se non ponere pro consilio
ti. Et dicit Io. de Imo. quod non videtur bonum simile illud,
quod adducit Ang. in d. l. qui aliena, per illum tex. scilicet, de
bonorum possessione delata de iure prætorio, quia per illam
non fit præiudicium alteri in aliquo iure alteri quæsito, dato
ꝙ præsumeretur decretum, sed bene fieret præiudicium mi-
nori in re vendita, si præsumeretur ꝙ interuenerit decretum
& sic innuit Io. de Imo. ꝙ vbi agitur de perdendo seu præiu-
dicando alteri in iure iam quæsito, non præsumitur decretum, &
Sed ita est quod in casu nostro si præsumeretur decretum, &
dictus consensus propinquorum, agitur de obligando tuto-
8 rem ad soluendum de suo, & sic ad perdendum. † ¶Præterea
in dicta l. qui in aliena. pater possedit bona hæreditaria, di
filio sciente & patiente, & sic fal tam tacitè, tam pater, qui
filius sibi consentiebant. ita etiam intelligatur tex. in dicta l.
si filius, vt ibi declarat Bal. & etiam do. Car. Flo. & Ioan. de
Imo. in d. cap. peruenit. ita etiam loquitur id quod legi. &
no. in d. cap. peruenit. sed in quæstione nostra non apparet
de aliqua scientia & patientia illorum qui debuerunt con-
sentire

sentire & decretum interponere, & sic non obstant ea q̃ not. Bal. in d.l. si filius. dum loquitur de contractu in quo præsumitur licentia patris. quæ erat necessaria ex forma statuti, nã ibi loquitur quando emptor qui emit à filio, diu possedit patre patiente, & sic interuenit ibi scientia patris. & sic resultat ibi præsumptio ꝙ pater dedit licentiam ex quo passus fuit tãto tempore illum emptorem possidere. & ideo dicit notabiliter Bald. in d.l. 3. C. de leg. hær. ꝙ diuturna possessio non facit præsumi præcessisse decretum iudicis vel insinuationem, quæ requirebantur ad validitatem tituli illius qui diu possedit, quia patientia de qua in d.l. si filius, non potest adaptari
9 prædoni. ¶ Non obstant † etiam not. per Cy. in d.l. emancipatione, & per Bar. in d.l. admonendi. ff. de iureiu. & per docto. in d.c. Albericus. & in c. cum in iure, de offic. deleg. & in c. quoniam contra, de proba. cum si. quia respondeo ꝙ illa procedunt quando constat actum iudicis interuenisse, & dubitabatur an alia solennia requisita ad illum actum interuenerint, nam saltem quando actus iudicis est de antiquo præsumitur quod alia solẽnia interuenerint, & propter magnam præsumptionem quæ est pro iudice. c. in præsentia, de renun. c. bonæ
10 fidei j. de ele. c. cum inter de re iud. ¶ Vnde dicit † do. Abb. in d.c. Albericus. quod tempus longissimum non facit quod solennitas extrinseca prẹsumatur, nisi alia præsumptio adsit. allegat id quod habetur in d.l. quæcunq; §. fi. & id quod no. in c. peruenit. & patet ex his quæ dixi circa intellectum. d.l. qui in aliena. & d.l. si filius. quia ibi interuenit non solum tẽpus diuturnum, sed etiam possessio cum scientia & patiẽtia illius qui habebat consentire. ¶ Præterea Host. Io. An. & Ant.
11 de But. in d.c. Albericus, dicunt quod † illa solennitas extrinseca probatur quando ille actus erat de tempore valde antiquo, adeo ꝙ probatio erat quasi impossibilis, nam tunc, vt parcatur impossibilitati probationis, præsumuntur omnia solenniter acta. allegant in arg. id quod habetur in l. si arbiter. ff. de prob. & in c. fi. de pac. & 22. q. 2. faciat. sed non sumus in actu ita antiquo quod possit allegari illa impossibilitas probationis, quia contractus ille fuit factus de ann. 1422. & sic
12 fluxerunt anni 54. vel 55. sed ad hoc vt factum † dicatur esse de valde antiquo, adeo quod propter difficultatem probationis recedamus à regulis iuris communis, & stetur leuiori
c probationi requiritur ꝙ transiuerit tempus centum [c] annorum, aut circa. quod est tempus longeuæ vitæ hominis, ita no. Inn. in c. veniens. de ver. sig. & Spe. in tit. de proba. §. probare. ver. & not. & expressius Io. de Imo. & do. Ab. in c. veniẽs el j. de testi. per no. per Cy. in l. si quidem. C. sol. mat & nota. etiam clare Io. de Imo. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. vbi dicit ꝙ licet Inn. in d.c. veniens, de verb. sig. posuerit etiam vnam opinionem. s. quod idem iudicetur, vbi quæritur de probando id quod factum est iam sunt quadraginta anni, sicut quando quæritur de probãdo etiam ꝙ factum est iam sunt centum anni, tamen vt ipse dicit non probat illam opi. sed improbat, vt patet per sequentia verba dum dicit, sed non placet &c. & bene secundum eum, quia nõ est eadem ratio vtroque casu. facit l. fi. C. de sacrosan. eccl. ita etiam patet ex notatis per Ang. in l. qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. & in l. quidam in suo. ff. de condi. insti. & Bal. & Sal. in l. proprietatis. C. de proba. & nõ. etiam Io. An. in c. licet ex quam, de testi. & ibi expressius do. Abb. in notabilibus. ¶ Prę terea ad omnia prædicta potest responderi ꝙ statutum prædictum tollit obiectionem, nam statutum disponit ꝙ si nõ fuit forma statuti seruata, non possit actus post maiorem ætatẽ, aliquo temporis spatio validari, sed ita est quod tempore dicti celebrati contractus & etiam post, saltem antequam transiret longum tempus, non poterat dici cum effectu ꝙ esset seruata forma dicti statuti, quia contrarium apparebat ex inspectione instrumenti. l. fi. C. de reb. cred. in l. Titiæ textores. ff. de legat. 1. igitur si verum esset dicere quòd ex longitudine temporis decursi præsumeretur ꝙ interuenissent debitæ solẽnitates prædictæ, negari non posset quin ex longi temporis, spatio superueniente validaretur instrumentum quod prius
13 inualidum erat. † dato enim quod ista præsumptio trahatur retro ad tempus initii, tamen habet duo extrema, seu duo tẽpora. vnum est extremum seu tempus à quo, id est post finitum diuturnum tempus. aliud est extremum seu tempus, ad quod. & istud est tempus initii, id est celebrati contractus. sequitur ꝙ vno tempore præsumitur in aliud, quod intelligitur quando extrema sunt habilia, vt declarat notabiliter Bal. in l. ex persona. C. de proba. ¶ Bene faciunt nota. per Bar. in l. si is qui pro emptore, maximè in quinta q. principali. ff. de vsuca. & quæ no. in l. siue possidetis. C. de proba. sed statutum prohibet dictam retrotrahitionem, ergo remanet contractus inualidus. & sic verba dicti statuti generaliter loquentis sunt apta non solum comprehendere casum qui traditur in l. fi. C. si maior fac. cum simi. sed etiam istum casum qui in facto præsenti contingit. ¶ Et quanuis prædicta viderentur sufficere ad victoriam rei conuenti, tamen adhuc alia ratione videtur eum posse a petitione dictæ executionis instrumenti tueri. Nam præsupponitur in themate ꝙ statuto cauetur, quod creditoris qui eorum credita per 20. annorum spatium petere neglexerunt, postea non audiantur, nec illis super eisdem aliquod ius reddatur, & præsupponitur assertum creditorẽ, fuisse in negligentia dicti temporis viginti annorum. Et licet
14 plerique † ex doctoribus nostris tenuerint dictum statutũ [d]
d non valere tanquam nutriens peccatum, tamen aduertendũ est illa conclusio recepit varias limitationes. Et inter cæteras vnam, secundum quam in proposito casu procedit dictum statutum. ¶ Nam dicit signanter do. Abb. in c. quod clericus, de foro comp. in pe. vel antep. col. quod aut debitor tenebatur offerre debitum creditori, & tunc quia fuit debitor in culpa præscriptio nõ iuuabit eum, quia fuit causata præscriptio quasi ex facto & negligentia sua. argu. c. fi. de præs. ¶ Aut debitor non tenebatur offerre creditori, vt quia nõ tenebatur ire ad domum creditoris, & tunc poterit debitor se iuuare ex dicta præscriptione, quia hoc casu debitor in nulla culpa reperitur, & sic non potest ei imputari ꝙ mala fide retinuerit, sed præscriptio prorsus & totaliter fuit inducta ex sola negligentia non petentis. & isto casu dicit saluari posse opi. Bar. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsu. & quando tunc teneatur debitor ire ad domum creditoris vel econtra, dicit esse recurrendum ad ea quæ habentur in l. item illa. in prin. ff. de consti. pe. & quæ notantur in c. significante, de pign. Sed ita est ꝙ in casu nostro dictus Io. And. non tenebatur offerre Iacobo debitũ accedendo ad domum ipsius Iacobi tanquam ipsius creditoris, quia in dicto contractu & instrumento non promisit Io. Antonius ad aliquam diem soluere aliquam quantitatem dicto Iacobo. & ideo requirebatur ꝙ Iacobus accederet ad ipsum Io. And. & eum interpellaret. l. si ex legati causa. ff. de verbo. ob. & l. ꝙ te cũ ibi no. ff. si cert. pe. & declarat Bar. in d.l. item illa, in prin. in ver. opp. ad tertium. ¶ Et prædictam cõclusionem quam firmauit do. Abb. in d.c. quod clericis, sequutus est etiam ipse plenius in d.c. fin. de præscri. in 7. col.
15 cum seq. ¶ † Fortius tenuit Host. in summa de præsc. §. q̃ res, præscribi possunt, propè principi, scilicet ꝙ etiã si esset dies, adiecta in obligatione, si tamen creditor non petit debitum sibi dari, possit nihilominus debitor præscribere quamuis sciuerit se esse debitorem, attamen quia iste non est casus noster non prosequor eum. Alio modo etiam limitat prædictam cõmunem conclusionem Pau. de Ca. in l. quod autem. ff. de ser. vrb. præd. & in l. si pœnæ causa. ff. de condi. indeb. videlicet ꝙ dicta communis conclusio procedat quando verba statuti dirigerentur in ipsum præscribentẽ, vt quia diceret statutum ꝙ debitor præscriberet contra creditorem non petentem, nã tunc non poterit debitor præscribere virtute illius statuti, si est malæ fidei, & dicit quod ita loquitur opinio. quam tenuit Ioann. And. in cap. fin. de excep. in 6. Sed si statutum diceret quod si creditor non petat intra certum tempus, cadat ab actione, & sic dirigat verba in ipsum creditorem, prout facit statutum in casu nostro, valebit dictum statutum, sicuti procedit dispositio iuris volentis, quod si quis non vtatur seruitute rustica personali per longum tempus perdat eam, iuxta dictum. §. si viam. cum simi. & sic ius commune illo casu dirigit verba in eum, cui debetur, & hoc casu secundum eum saluabitur opinio. Bartol. dicto §. si viam. & pro hoc adducit Pau. de Cast. in dicta l. si pœnæ. quia hoc vltimo casu quando verba diriguntur in creditorem non liberatur, debitor præscriptione, sed pœnali dispositione statuti, & dicit quod vidit, quosdam alios docto. hoc idem tenere, magis tamen adhæreo primæ limitationi. Alexander.

### ADDITIONES.

a ¶Solennia. supra lib. 3. consi. 45. supra li. 4. consi. 1. num. 20. Feli. c. sicut. de re iud.

* Dictio, quasi.] Aliquando dictio, quasi, exprimit veritatem, gl. ad c. parochianis. de decim. ubi etiam vide Abbatem. Natta.

b ¶Si filius. supra lib. 4. consi. 17. col. 2. Cor. consi. 94 in fi. lib. 2. Iaso. l. 1. col. 5. C. qui admit. Fran. Balb. tra. de præscr. par. 1. tertiæ par. prin. q. 10. nu. 10. cum seq.

c ¶Centum. dixi in consu. Pari. §. 5. nu. 63.

d ¶Statutum. supra eo. consi. 73. nu. 4.

### SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest vnire sine consensu capituli.*
2 *Citatio capituli quomodo fit. nu. 11.*
3 *Papa defectus vnionis potest supplere.*
5 *Confirmatio quando videatur fieri ex certa scientia.*
7 *Commissionis verba debent intelligi secundum ius.*
8 *Citatio in dubio intelligitur facta ad domum.*
13 *Vnionis solennitas ex longo tempore præsumitur.*
15 *Solennitas extrinseca præsumitur ex longo tempore. nu. 21. 22. 24. 25. 27.*
16 *Consensus capituli potest interponi ex interuallo.*
17 *Possessio contra ius commune releuat ab onere probandi, si est coadiuuata aliquo titulo.*

### CONSILIVM CCXIX.

Ponderatis his quæ in themate præmisso narrantur, ac scripturis & iuribus & his
quæ subtiliter, copiosè & eleganter pro vtraque parte allegata sunt, mihi videtur dictum hospitale non vacare. ¶Et quia
omnis vis pendet a virtute unionis factæ, de dicto hospitali
sanctæ Mariæ de Palerno diocœsis Pergamensis alteri hospitali magno dominæ sanctæ Mariæ de pietate ciuitatis Cremonæ, & confirmationis factæ de dicta vnione per commissarium apostolicum, ideo de viribus ipsius vnionis & confirma-
1 tionis discutiendum est. ¶Et dubium † facere videtur, quia
non potuit dominus episcopus Pergamen. dictam vnionem
* hospitalis diœcesis suæ facere sine consensu * capituli, cum
per ipsam vnionem transferatur & alienetur ius proprietatis. c. pastoralis. de dona. c. nouit. c. cum apostolica. & c. tua.
de his quæ fiunt à præla. sine consen. c. & hodie expressius habetur in cle. 2. de rebus eccle. non alie. ¶Nec ob. asserta confirmatio facta authoritate apostolica, quia cum Papa circa dictam confirmationem faciendam commiserit citari eos, quorum intererat, debuerunt citari canonici ecclesiæ Pergamensis, quorum consensus fuerat necessarius in dicta vnione, vt
dixi, sed ista est quod dicti canonici ad processum dictæ confirmationis non fuerunt citati saltem legitimè, ergo non valuit, quia non fuit seruata debita forma mandati apostolici,
c. cum dilecta. de rescrip. c. cum olim Abbas. de offi. delega.
2 ¶Nec obstat † quod nuntii retulerunt se citasse archidiaconum,
ac archipresbyterum, canonicos & capitulum ecclesiæ cathedralis Pergamensis cum præsentatione [a] literarum citationis
a & affixione ad ianuas anteriores ecclesiæ cathedralis ecclesiæ
Pergamensis, quia non videtur quod talis citatio fuerit legitimè
facta. quoniam quando citandum est capitulum debet requiri ille qui habet conuocare capitulum vt ipsum conuocet, vt
per sonum campanæ vel per alium modum in ecclesia solitum. & si in conuocatione capituli compareant aliqui debet
fieri præsentatio literarum decano vel ei qui est maior, vel
denunciari publicè in loco solitæ congregationis coram maioribus, & his qui ad conuocationem vniuersitatis venerunt
vt traditur per glo. ordinariam in c. si capitulo, de concess.
præb. lib. 6. & in c. bonæ. el j. de elect. & no. per Bar. in l. nō
potest. ff. de regul. iur. post glos. ibi, & Bartol. in l. finali. ff.
quod cuiusque vniuer. no. & no. Bartol. in l. 1. C. de iu. reipub. libr. 11. & in extrauag. ad reprimendum, in verbo citatum. ¶ Tamen præmissis non obstantibus contrariam sententiam sentio de iure veriorem esse præsertim ex infrascriptis, quia dato quod illa vnio non valuerit, propter defectū
dicti consensus capituli, seu solennitatis requisitæ, in aliis
4 alienationibus rerum ecclesiæ, tamen Papa † potuit illos defectus supplere, vt fecit mediante commissione per suam Sanctitatem superinde factam domino Abbati monasterii sancti
Thomæ de Cremona. c. 1. & ibi no. doc. de transac. & in c. illa quotidiana, de electio. & in cap. inter dilectos, de fide instrum. cap. proposuit de concessio. præb. & no. Spe. de lega.
4 §. nunc ostendendum. ver. 18. habet enim † in beneficialib.
& ecclesiasticis locis plenam, & liberam potestatem Romanus Pontifex. ca. 2. de præb. in 6. in cle. 1. in fi. vt lit. pendente
quo casu facilius operatur confirmatio Papæ, & validat actū
inualidum, vt no. doc. in cap. 2. de confirma. vti. vel inuti. &
notat domi. Abb. Sicu. in c. 1. in fin. eod. titul. vbi specificè,
hoc dicit in confirmatione contractus facti à prælato ecclesiæ nulliter propter defectum consensus capituli, prout est
casus noster. facit in ratione sui id quod habetur in cap. cum
vos. de his quæ fiunt à præl. & licèt Innoc. & Ioann. An. in
dicto cap. 2. de confir. vti. vel inuti. videantur loqui in confirmatione Papæ factæ ex certa scientia, allegant id quod habetur in cap. quia diuersitatem, de concessio. præb. & licèt in
dicta commissione apostolica facta super cōfirmatione vnionis non est adiecta clausula ex certa scientia, tamen hoc non
5 habet obstare, eo quia † quando superior confirmat actum,
simpliciter absque illa clausula sicut iustè possides, vel simili,
b in dubio videtur confirmare ex certa scientia, [b] quia propria
significatio verbi confirmo, est actum infirmum facere firmum, si aliud non exprimatur d. c. inter dilectos, & d. c. quia
diuersitatem. & ita etiam in indiuiduo determinant Io. And.
& alij in cap. venerabiles, de confir. vti. vel inuti. & do. Abb.
in cap. examinata, eod. titu. sed Papa in casu proposito commisit confirmari sine dicta clausula sicut iustè vel simili. imo expresse facta fuerat mentio in supplicatione quod dubitabatur de validitate vnionis, & ideo petebatur confirmari supplendo defectus si qui forsan interuenissent, & Papa ita fieri
mandauit, & commissario prædicto constitit de defectu, per
exhibitionem instrumentorum, vnde dici non potest, quod
confirmatio vitietur ex defectu certæ scientiæ. Item videtur
6 † ex certa scientia Papa facere, quando vtitur clausula, non
obstante, vt no. Io. An. & alii post eum in c. porrecta, de confir. vti. vel inu. & patet ex not. per Bal. in l. fin. C. de senten. rescin. non pos. & in l. idem Vlpianus. per illum text. ff. de excu. tuto. cum si. sed Papa in proposito mandauit dictam vnionem & alia inde sequuta confirmari, omnesque defectus suppleri non obstantibus constitutionibus & aliis quibuscunq;
in contrarium facientibus. ergo euidenter apparet quod Papa intellexit & voluit dictam vnionem quantumcunque nullam,
seu contra ius factam confirmari & validari. ¶Nō obstat modo quod dicta confirmatio facta per commissariam apostolicam processerit absque legitima citatione capituli, quia respondetur, quod immo fuit facta citatio legitimè. ad quod osten-
7 dendum præsuppono, quod † verba commissionis iudicis committentis citari debent in dubio intelligi & interpretari, vt
videatur commisisse citari secundum iuris formam, vt notabiliter traditur per Bart. in l. 4. §. prætor. in 3. col. ff. de dā. infec. & not. doc. in ca. causam. de dolo, & contume. & propterea dicunt quod si index dixit, committo tibi nuncio vt citare debeas Titium personaliter vel ad domum, intelligitur cōmisisse quod citet eum personalite si personaliter inuenire poterit, & si personaliter inuenire non poterit, citet eum ad domum suæ habitationis, quia ita de iure citatio facienda est
secundum mag s communes conclusiones. l. scire oportet. §.
oportet. el j. ff. de execu. tu. iuncta l. 1. iuxta prin. ff. de lib.
agnoscen. & dicto §. prætor & l. aut qui aliter. §. & si fortè. ff.
quod ui aut clam. ¶ Similiter dicit signanter Bar. in dicto. §.
prætor. & doc. in dicto c. causam. quod si iudex simpliciter
commisit talem citari valebit commissio, & intelligitur scilicet secundum iuris formam argu. l. si stipulatus, in princi. ff.
de usu. & l. si legati serui nomine. ff. de leg. 1. & l. Gallus. §.
quidam rectè. ff. de usur. & l. 1. cum ibi no. C. de usur. ¶Et si-
8 militer † præsuppono aliud quod ualde notabiliter tradidit
Bald. in l. properandum. §. & si quidem. in 3. col. C. de iud.
& Pet. de An. in cle. 1. de dolo & contu. & ibi etiam dominus
Card. de Zabarellis in 14. colum. ubi dixerunt quod si iudex dixit nuncio, committo tibi ut citare debeas Titium personaliter uel ad domum, & nūcius in relatione solū refert se citasse

citasse prout habuit in mandatis, & aliter non exprimit, an
c citauerit personaliter vel ad domum, c valebit relatio, & sic in dubio intelligitur citatus ad domum tanquam personali-
9 ter non inuentus, eo quia citatio † personaliter facta est magis pœnalis & præiudicialis, cum citatum faciat esse verum contumacem, & priuet eum beneficio appellandi, quod non operatur citatio facta ad domum. l. ex consensu. §. fi. de app. l. & post edictum. in fi. ff. de iud. & propter veram contumaciã potest contumax mulctari, secus ob fictam procedentem à citatione facta ad domum, vt no. in l. 1. ad fin. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & ideo debet fieri interpretatio, in mitiorem partem. l. si præsens. & l. interpretatione. ff. de pœ. ¶Nec
10 huic † eorum decisioni obstat id quod no. Bar. in prin. alle. l. 4. §. prætor. dum dicit quod relatio nuncii debet scribi magis latè quàm commissio iudicis ambiguè facta, quia non ita præsumitur pro nũcio sicut pro iudice, per no. in l. 1. C. de vsu. & in l. sciendum. ff. de verb. obl. iuncto. c. in præsentia. de renun. & in c. bonæ, el j. de ele. cum simi. quia respondeo quod Bar. in d. §. prætor. non loquitur in relatione facta ita largè & eo modo quo dicit Bal. in d. §. & si quidem. & alii doct. in cle. 1. nam pone ꝙ iudex dixit nuncio, committo tibi vt cites personaliter vel ad domum. & in relatione nuncii. dicitur ꝙ ipse retulit se citasse personaliter vel ad domum certè non valebit, quia commissio iudicis intelligitur, secundum iuris formam. i. quod citet personaliter si inuenire poterit personaliter, alias ad domum, vt est dictum. sed verba relationis, nuncii alternatiuè referentis non ostendunt ꝙ ita fecerit. vel pone ꝙ nuncius facta dicta commissione alternatiuè, refert simpliciter se citasse, non sufficit, sed in casu tradito per Bal. & alios doc. præallegatos nuncius retulit se fecisse. id quod habuit in mandatis, vnde cum mandatum intelligitur legitimè factum. s. ꝙ citaret personaliter si inuenire poterat personam citandam alias ad domum, relatio ostendit ꝙ seruauit, dictum ordinem, quem importabat virtus suæ commissionis & quia est dubium quomodo executus fuerit ipsum mandatum, an personaliter an vero, ad domum, eo non inuento, personaliter præsumitur ꝙ ad domum per rationem suprà allegatam. ¶Modo in proposito dictus do. Abbas monasterii sancti Thomæ delegatus apostolicus voluit & iussit etiam dictis dominis de capitulo Pergamensis ecclesiæ literas citatorias præsentari vere vel iuris interpretationem ac affixione, ipsarum literarum ianuis ipsius ecclesiæ cathedralis, vt ostendunt verba ipsarum literarum citationis, præcipuè ibi dum dicitur, quatenus intra sex dierum proximè futurorum spatium post præsentationem præsentium vobis præfato domino episcopo nec non præfatis dominis archidiacono, & archipresbytero, canonicis & capitulo & diuisim cęterisq; aliis tam ecclesiasticis quam laicis verè vel iuris interpretatione, ac affixione pręsentium ianuis anterioribus cathedralium ecclesiarum Pergam. & Cremonẽ. faciendam immediatè sequẽtium &c. & ita etiam intelliguntur verba sequentia earũdem literarum, ibi, dum in eis dicitur, de harum vero præsentatione & affixione Iacobo de Garientis & Henrico Binde nunciis & seruitoribus nostris in hac parte quibus licet absentib. sic committimus, & cuicunque alii cum suo iuramento fidem dabimus plenam &c. ex quibus verbis iunctis maximè præcedentibus, qui intellectum & declarationem ad sequentia præbent. l. si seruus plurium §. fi. ff. de leg. 1. l. vtrum. ff. de pet. hær. colligitur dominum delegatum voluisse & commisisse dictas literas citatorias præsentari verè vel iuris interpretatione etiam dictis dominis de capitulo, quod perinde est ac si dixisset personaliter si personaliter in conuocatione facta, ad locum solitum haberi potuerunt, vel si personaliter haberi non poterunt tunc ad locum vbi conuocari consueuerant ac per affixionem literarum ad dictas ianuas. nam vt inquit Bal. in l. 1. §. quibus. in 2. col. ff. quod cuiusque vniuers. nota.
11 vniuersitas † dicitur citari personaliter quando citatur in loco, in quo est congregata. sed ad domum dicitur citari, quando ipsa citatur in locis publicis seu per literas affixas ianuis, ita ꝙ in publicam notitiam deducatur. & per primum modũ citandi constitueretur vniuersitas in vera contumacia, non per secundum vt per Bar. in dicta extrauag. ad reprimendum in verbo citatum. & per not. in d. l. non potest dolo carere. de regul. iur. ¶Confirmantur prædicta per id quod in fine dictarum literarum delegati apostolici continetur ibi, dum dicitur, & vobis præfato domino episcopo Pergamensi personaliter vel ad ianuas &c. nam cum supra esset facta mentio tam de episcopo quam de capitulo commissio citationis, postea in fi. facta de vno ex eis, puta de episcopo cum contineat id quod iuris est, per consequens commissio non fit prę iudicialis, intelligitur idem esse repetitum in alio de quo supra erat facta mentio, scilicet de capitulo, cum sit in vtroq; eadem ratio, ita probat tex. notabilis in l. 1. & ibi not. C. de diuer. rescr. ad idem tex. in c. 2. requiris. de appe. & præsertim, propter illa verba apposita in præfationibus, videlicet quatenus intra sex dierum proximè futurorum spatium post præsentationem præsentium vobis præfato domino episcopo, archidiacono, archipresbytero. canonicis & capitulo verè, vel
12 iuris interpretatione &c. nam dicta † in præfationibus intelliguntur repetita in sequentibus. l. Titia. §. idem respondit. ff. de ver. ob. l. item quia. §. idem Iul. ff. de pac. & in proposito legitur & no. in d. l. 1. C. de diuer. rescr. cum ergo nuncius retulerit se citasse psonaliter dominum episcopum Bergomen. & dictas literas affixisse seu dimisisse ad ianuas anteriores dictæ ecclesiæ cathedralis & omnia alia fecisse, quæ in dictis literis continebantur & prout habuit mandatis, sequitur ꝙ sumus in casu dictæ decisionis Bal. in d. §. & si quidem & doct. in cle. 1. de dolo & contum. scilicet ꝙ talis relatio ꝓbat legitimè citationem factam esse de capitulo non personaliter, sed probat ꝙ eo quia nõ potuerunt haberi personaliter, in conuocatione, ideo fuerint citati ad domum & eum affixione literarum ad ianuas, quod sufficit vt no. in locis suprà allegatis, & clarè Bal. in d. l. 1. §. quib. in 2. col. ¶Corroboran-
13 tur prædicta, quia † hospitale magnum Cremonæ cui facta
d fuit dicta vnio longo d tempore stetit in possessione seu quasi dicti alterius hospitalis sibi vniti vigore dictæ vnionis factæ de ann. 1456. & confirmatæ authoritate apostolica, de ann. 1456. absque eo ꝙ ipsi hospitali Cremonensi facta fuerit lis aut controuersia, licet inter dictos Ioannem de Monticellis, & Matthæum aliquæ fuerint lites, a quibus etiam fuit recessum de ann. 1469. vnde ex diuturnitate dicti temporis concurrente dicta possessione, seu quasi dicti hospitalis Cremonæ videtur præsumendum quod interuenerint solennia re-
* quisita * circa dictam citationem, vt l. si filius. C. de peti. hære. & l. qui in aliena. iuxta prin. ff. de acqui. hære. & ibi doc. & per no. per Cyn. & Bald. in l. emancipatione C. de fid. instr. & per Host & Io. And. in c. Albericus. de testa. & Bar. in l. ad monendi. ff. de iureiu. in ver. quæro quid si reperiuntur dicta testium &c. & do. in cap. cum in iure, de offic. delegat. & in cap. quoniam contra. de probatio. & in cap. cum inter, de re iu. & in cap. illud. de præsump. & Bald. & Angel. in l. sciendum. ff. de ver. obl. & doc. maximè Anto. de But. & Ioã. de Imol. in cap. ea noscitur. de his quæ fiunt à præl. & ita etiam consuluit Pet. de Anch. in consi. 137. incip. Ex consilijs Lu. Ro. consi. 252. incip. Pro decisione præpositæ consultationis. Quinimò per prædicta & maximè per no. in d. cap. ea noscitur, videtur, quod pro parte dicti hospitalis magni, de Cremona allegari possit ꝙ in dicta vnione, seu post ipsam vnionem accesserit consensus capituli Pergamen. nam dicta commissio confirmationis vnionis ratione suspicionis defectus non emanauit ad supplicationem hospitalis de Cremo-
14 na, sed ad supplicationem dicti Matthæi. ¶† Accedit id quod no. dixit Arch. de conse. dist. 1. cap. nemo ecclesiam. vbi inquit, ꝙ si locus est in forma ecclesiæ & ibi publicè celebratur per sacerdotes præsumitur ꝙ fuerit constructus ille locus vel orationem cum licentia & authoritate episcopi. allegat, in argumen. 27. distinctio. capit. quod interrogasti. & 20. quæstione 1. cap. quem progenitores 27. quæstio. 1. cap. induat. Et ita etiam tradit Federic. de Senis in consilio 130. & plenius per Ioann. de Imol. in capit. officii. de testamen. in princip. penulti. char. in versic. iuxta prædicta posset quæ-
15 ri, &c. vbi dicit quod † non obstat si diceretur quod solennitas extrinseca non præsumitur. l. quæcunque. §. fin. de public. quia respondet quod fallit, vbi indicia in contrarium apparent, ut quando quis diu gessit se pro rectore ecclesiæ sciente & patiente diœcesano, ut per Ioan. And. in dicto capit. illud. & in cap. 2. de regul. iur. libr. 6. & latius per eum in d. c. officii. Ex quibus uidetur inferri siue uere siue præsum

T 3 ptiuè

ptiue interuenerit citatio capituli ad confirmationem vnio-
nis,& dictum hospitale Cremonæ habet intentum, vel etiã
si solummodo dicamus præsumi pro hospitali Cremonæ, ꝙ
interuenerit consensus capituli in vnione seu iuxta vnionem
16 etiam istud per se solum sufficit. ¶ Et dato † ꝙ in scriptura
a vnionis nihil dicatur de consensu* capituli, tamen per hoc
non sequitur, ꝙ nullo modo interuenerit consensus capitu-
li, quia non est necessarium ꝙ talis consensus in ipso actu in
c teruenient, sed satis est quod post[c] interueniat.c.circa. in ver.
postea consensum.de iu.pa.& 12.q.2.in c.si qua de rebus, &
c.cum vos, de his quæ fiunt à præla.cum ibi plene no.per do
cto. & per doct.in c.1.eo.tit. & in cle. 1. & ibi doc de rebus
eccle. non alie.& no. Inno. in c.1.eo.titu. lib.6.& l.si autem
plures,& ibi no.Bar.ff.de aqua plu.arcen.not.plene Bal. in l.
quæcunque.C.de bon.quæ lib.& doc.in c.cum consuetudi-
nis,de consue.cum sim. ¶Et quod ex possessione in qua fuit,
& est dictum hospitale Cremonæ præsumi debeat ꝙ titulus
vnionis fuerit legitimus, & sic cum consensu capituli, nisi
ostendatur contrarium per partem aduersam,probatur vltra
prædicta per tex. notabilem & sing. in ca. cum venissent, de
inst. per quem ibi dicunt Ant.de But.& Io.de Imo. singula-
17 riter probari ꝙ† licet possessio contra ius non releuat ab one
re probandi,vt patet ex his quæ habentur.in c. ex insinuatio-
ne.de procu.& in c.constitutus.de elec.& in c. cum ecclesia
circa fi.de cau. poss. & propri. tamen si talis possessio est co-
adiuuata aliquo titulo, licet de modo vel qualitate tituli nõ
constet,releuat ab onere probandi, & ex possessione præsumi
tur pro titulo & qualitate tituli respectu status in quo possi-
dens reperitur, vt ibi quod dicunt melius alibi non reperiri,
vnde onus probandi istam negatiuam, quod consensus capi-
tuli non accesserit illi vnioni, incumbit aduersario, & talis
negatiua non probatur ex instrumenti vnionis inspectione,
factæ per episcopum,cum poterit ille consensus cum omni
sua solennitate ex post facto interuenire, vt supra proximè de
duxi. ¶Et non obstat prædictis,ꝙ vnio prædicta non value-
rit, eo quia facta fuerit de beneficio seu hospitali non vacã-
te, eo quia præerat in hospitali de Pelano Io.de Monticellis
qui fuerat legitime institutus ibi rector ab episcopo,& licet,
postea fuerit contra eum lata sententia priuationis ante vnio
nem,tamen non videtur ꝙ valuerit sententia priuationis, qa
18 fuit † lata extra tempus* citationis factæ de dicto Ioanne, &
* & per consequens sententia nulla.l.aut qui aliter.in prin.&
l.si vitem.§.si is qui. & vtrobique no.Bar.ff. quod vi aut clã.
19 & alii vbique sequũtur, quoniam respondetur † ꝙ imò vnio
potuit fieri de beneficio nondum vacante, sed est verum, ꝙ
non habet præiudicare rectori beneficii vniti donec ius suũ
duraturum est.c.consultationibus, de don. & patet in d. cle.
20 1. de reb.eccle.non alie. ¶ Prætereà † vt præsupponitur, in
dicta sententia priuationis enunciatiuè fit mentio de alia ci-
tatione ad dictam sententiam priuationis præferendam,quã
de illa prima citatione quindecim dierum,cuius primæ cita
tionis in terminis expirauerat ante sententiam,& ideo præsu
mitur pro dicta sententia etiam quo ad præsumendam solẽ-
nitatem dictæ citationis,quamuis reus esset absens.c. bonæ.
el j. de ele.& d.c.in præsentia.cum ibi not.vt no. Spe. in tit.
de sen.prola. §. vt autem ver. & no. secundum. & dicit ibi,
Io.An.in addi.post Guidonem de Suz. de consuetudine, ita
seruari, & idem tenet Ang.in l.de vnoquoque.in princip. ff.
de re iud. & Io.de Imo.in l.si cum nulla.& Io.de Imol. in l.
4.§.condemnatum.ff.de re iud. vbi etiam voluit plus sequu-
tus Spe.in dicto ver.& no.secundum quod etiam si non fie-
ret enunciatiuè mentio in sententiam de citatione,dummo
do vere vel præsumptiuè appareat, ꝙ pars habuerit notitiã
sententiæ,& non appellauerit ita 10. dies surgat ex hoc præ-
sumptio pro sententia,per id quod habetur in c. cum inter,
& in c.sicut de re iud.& cum illa opi. Specu. videtur transire
Io.An.in c.tenor,de re iud.& licet doc. in hoc variauerunt,
21 † tamen communiter tenetur,quod si sententia non est, de
recenti, sed de longinquo præsumitur pro sententia, vt te-
nent docto. in d.l.emancipatione. & in dicto cap.in præsen
tia, & in dicto cap. quoniam contra, & in dicto cap.cum in-
ter.& Bald.in cap. 1.de milite vasal. qui contu. est cum con-
cordan. supra allega. ¶Et de longinquo intelligitur esse, vel
secundum quosdam post biennium,vel secundum aliam opi

nion.post annos 20.vel secundum omnes iudicantis arbitrio
vt per doctor. in dictis locis, & fuit etiam eleganter tactum
per clarissimum dominum aduocatum hospitalis Cremonæ.
¶ Et constat quod a tempore priuationis d. Ioannis,& etiam
à tempore vnionis citra transiuerunt anni vltra viginti. &
a tempore confirmationis transiuerunt anni vltra tredecim.
non video igitur quis bonus vir animaduertens, tam maxi-
mum, quam laudabile pietatis officium versari, in tuenda
vnione prædicta,, non debeat arbitrari prædicta videri esse,
de longinquo ad præsumendum solennitatem prædictam,
concurrente diuturna possessione, vel quasi dicti hospitalis,
Cremonæ per not. in dicto cap. ea noscitur, & per id quod
habetur in l. fideicommissã. §. a iusto.ff.qui & a quibus, &
in dicta l. qui in aliena. in princip. & in dicta l. si filius.cum
ibi nota. cum simi. ¶ Alio modo etiam fuit recte responsum
per dominum aduocatum hospitalis ad id quod obiicitur,
de nullitate dictæ sententiæ priuationis, videlicet quod po
sito eam fuisse nullam, tamen fuit validata consensu, par-
tium, adeo quod valet saltem in vim pacti uel contractus. l.
2.C. commun. uti. iud. vt per eum in allegationibus suis,
quas recensere non expedit. ¶Et ex prædictis colligitur re-
sponsio multiplex ad quasdam obiectiones, quæ subtiliter
fuerunt adductæ, contra partem hospitalis Cremonæ, pro
quarum solutione etiam plurimum egregiè laborauit domi-
nus aduocatus hospitalis. ¶Non enim obstat id in quo vi-
22 detur per partem aduersam † fieri maximum fundamentum
scilicet quod per productionem actorum apparebit de defe-
ctu citationis, quia tali modo probatur negatiua l. finali. C.
de reb. credi. & l. Titiæ textores.ff.de lega. 1.& nota. Ioan.
Andr. & docto. in dicto cap. quoniam contra, & in dicto §.
ut autem.super d. uer. & noto secundum Bartol. in qui ad
ciuilia C. de app. quia respondeo quod hæc negatiua non
probabitur, quo ad citationem capituli requisitam, in actu
confirmationis vnionis, quoniam ex inspectione actorum,
non apparet, quod non fuerit legitimè citatum capitulum,
immo potius contrarium inspectis verbis literarum citato-
riarum & relatione, ut supra deduxi. ¶Et posito, quod ali-
quis persisteret dicendo uerba esse dubia, tamẽ adhuc dicẽ-
dum est quod in dubiis tempus longinquum, inducit præ-
sumptionem quod actus fuerit solenniter gestus per iura, ra
tiones & authoritates superius adductas. ¶ Præterea dicta
obiectio tollitur stante unione facta per episcopum & posses
sionẽ, uel quasi hospitalis Cremonæ, & etiam diuturnitate,
temporis, propter quæ præsumitur, ꝙ accesserit consensus
capituli, & debita solennitas. & quia ista poterant interueni
re post actum unionis factæ ab episcopo, non potest dici, ꝙ
per instrumentum dictæ unionis factę ab episcopo probetur
illa negatiua scilicet ꝙ non accrescit consensus capituli solen
niter, ut supra probaui. ¶ Nec etiam dicta obiectio, obstat
quo ad inualidandam sententiam priuationis dicti Ioannis,
ratione defectus citationis ipsius Ioannis, quia vt dictum est
supra, multipliciter apparet ualiditatem uel inualiditatem
talis sententiæ priuationis prædictæ non esse, in considera-
tione in præsenti causa, nec illam habere officere unioni prę
23 dictæ. ¶Non ob.etiam dum † obiiciebatur ꝙ illud quod di-
citur ratione diuturnitatis præsumi solennitatem extrinse-
cam procedere in iudicialibus & in sententiis, quæ transiue-
runt in rem iudicatam, sed nos loquimur in unione, quę tã-
quam actus extraiudicialis non transit ad rem iudicatam, per
no.per doc.in c.1.de his quæ fiunt a maio. par.c.nam hæc re
sponsio non uidetur quouis modo sufficiens, qa illa conclu-
sio quæ hẽt ꝙ pp diuturnitatẽ præsumitur solennitas, quæ
aliàs non p̃sumeretur hẽt locum ẽt in aliis actib.q̃ snũs tran-
seuntib. in rem iudicatam,ut patet ex d.l. qui in aliena. cum
d.l.si filius.& ꝙ utrobiq; no.doc.& ex no.per Io.An.in d.c.
illud.de præscr.& in d.c.Albericus.& Bar.in d.l. admonen-
di,in uer.quæro quid si reperiuntur dicta &c.per Bal.An. &
Mod.in d.l.sciendum.& do.in d.c.ea noscitur.& Pe.de Anc.
in dicto consi. 136. & Rom.in dicto consi. 152.cum si. Præ-
terea stante confirmatione unionis factæ per delegatum apo
stolicũ,quæ uidetur bene uirib.subsistere, ut sup. fuit discus-
sum,sequitur ꝙ cessabit dicta obiectio.¶Non ob.etiam dũ in
nouissimis obiectionibus adducitur ꝙ in casib.in quibus so-
lennitas extrinseca p̃sumitur,illud procedit q̃ñ res & quęstio
uerteretur

vertteretur inter easdem personas, inter quas gestus est actus, secus si cum tertio.& ad hoc allegatur doctrina Ant. de But.
24 & Moder. post eum in c. sicut, de re iudi. † quia respondeo ꝙ ipsi loquuntur in præsumptione solennitatis resultante ex verbis enunciatiuè prolatis à partibus dictam solennitatem enunciantibus, quia talia verba enunciatiua non probant nisi inter partes enunciantes l. optimam.C. de contrahend.& commi. sti. l.fi.C.ar. tute. non quo ad alios vt in auth. si qs in aliquo.C.de eden. & no.Inn.in c.cum in iure. ff. de offic. dele. sed quando resultat præsumptio solennitatis ex possessione & diuturnitate, vt in casu nostro, tunc transfertur, in quemcunque aduersarium onus probandi contrarium, vt in d.c.cũ venissent.& d. l. qui in aliena,& dicta l.si filius.& patet ex no.per Ioan.An.in d.c.illud.& in d.c.Albericus.& per no. in d.c. ea noscitur.post glo. ibi. Præterea etiam dicta cõfirmatio fuit actus gestus cum capitulo, ergo quo ad capitulum etiam præsumptio solennitatis induci debet. ¶Item non
25 obst. † alia responsio qua dicitur, ꝙ vbi habetur ꝙ solennitas præsumitur, debet limitari nisi lex exigeret scripturam, pro forma probandi ipsam solennitatem, vt no. Inno.in c. innotuit, de eo qui fur. ord.suscepit. per id quod habetur in c. 1. de app.in 6. cum simi.sed in dicta vnione quæ est alienatio rei ecclesiasticæ, requiritur scriptura ꝑ id quod habetur 12. q.2.sine exceptione.& in c. 1 de rebus eccle. non alie.in 6.ergo &c.quia ad hoc respondeo, primo ꝙ hæc fallentia cessat, vbi concurrit authoritas rei iudicatæ, quia tunc quamuis lex requirat scripturam ad probãdam ipsam sententiam vel acta iuxta.l.2.& 3.C.de senten.ex breui.recitan.& in c. quoniam contra.de prob.tamen præsumitur in dubio ꝙ sententia fuerit lata in scriptis.& ꝙ fuerit rite lata.d.c.sicut.& d.c.bonæ. & ita limitant prædicta Ant.de But. in d.c. sicut. & expressius ibi Ioann.de Imo.& dom. Abb. ergo in dicta sententia confirmationis militat pręsumptio solennitatis.¶Alio modo etiam respondeo secundum quod Inno.& Io.An. in c. super his.de accusa. & Hostien.in dicto cap.innotuit.& dom. Abba.etiam in dicto c. sicut, vbi dicunt ꝙ si excipitur contra aliquem ꝙ non est subdiaconus, & ꝙ propterea non potuit eligi in episcopum, sibi incumbit onus probandi se esse subdiaconum, quia iura mandant de hoc confici * scripturam 2. q. 1. legum tamen secundum eos hoc fallit nisi aliqua præsumptio sit pro ordinato, quia transferret onus probãdi in aduersarium excipientem, vt si multo tempore subdiaconatus ordine seruiuisset, sed dictum hospitale Cremonæ fuit longo tẽpore in quasi possessione dictæ vnionis, ergo pro ea præsumi-
26 tur posito ꝙ requireretur scriptura. ¶Postremo non † obstat alia obiectio, qua dicebatur ꝙ vbi dicitur ꝙ solennitas præsumatur iuxta id quod no. in d.c.ea noscitur, maximè per glo. Anto. de Butr. & Ioann. de Imol. procedit quando est talis solennitas, cui partes possent renunciare, secus si nõ possunt renunciare, secundum Anto.de Butr. & Modernos post eũ in dicto c.sicut & Pet.de Anch.in c.1.de rebus eccle.non alienan.in 6.per illum tex.& probatur in l. si fortè.& ibi Barto.ff.de castren.pecu.& no.Bar.in d.l. sciendum. & in dicta authen. si quis in aliquo, cum sim.sed dicta solennitas, scilicet consensus capituli requisita in dicta vnione & in alienatione rei ecclesiasticæ, non potest tolli per partes. l. ius publicum.ff.de pact. l. nemo potest.de leg.primo. ergo non p̃sumitur. Quia respondeo, quod bene verum est, ꝙ quando solennitas præsumitur ex eo ꝙ de illa facta est enunciatiuè mentio in instrumento à partibus, ita demum præsumitur huiusmodi solennitas, si erat talis solennitas, cui posset a partibus renunciari, per dictam l. optimam, secus si non posset a partibus renunciari per no. per glo.& Bar.in l.1. C. de fide instrumento.& iure hastæ fisc. lib. 10.cum aliis supra allegatis, sed aliud est quando præsumptio solennitatis resultat ex alia causa quam ex eo ꝙ fuerit enunciatiuè, de ea facta mentio a partibus, prout est casus noster, ita loquitur id ꝙ habetur in dicto c. ea noscitur. & in dicto ca. cum venissent.
27 & in dicto c. bonæ. cum simi. ¶ † Vnde videmus quod licet litis contestatio & alia acta iudicii substantialia non possint tolli consensu partium, iuxta nota. in c. de causis, de offic. deleg. & in clem.penul. de verbo. signifi. & in auth. offeratur.C.de litis contesta. tamen si lata est sententia, saltem parte citata vel præsente, & non fuerit appellatum intra tempus debitum præsumitur pro sententia, ꝙ fuerit solenniter lata, quamuis non appareat de litis contestatione & aliis actibus substantialibus neque de eis facta sit enunciatio à partibus vel a iudice seu notario partibus expressè vel tacitè affirmantibus, vt in d. c. bonæ, el j. de electio. & ibi hoc tenet, Innoc.& Spe. in dicto titulo.de senten. §. vt autem.versi. & noto secundum. & in §. fi.in ver. in summa.& titu.de instrumen.edit. §. restat. ver. in summa.& Ioan. Cald. in d. cap. quoniam contra falsam. & multi alii quos referre non expedit, quia vt dicit Io.de Imo. in d.c.cum in iure ista est communis opin. à qua in iudicando non est recedendum. ¶Et istam responsionem etiam ad dictam obiectionem dedit Ange.in d.l. sciendum, & ibi expressius Io. de Imo. in penul. col.sed in proposito nostro non dicimus, ꝙ resultat pręsumptio solennitatis, ex eo quod illa sit enunciata partibus, sed ex aliis causis supra deductis. igitur rectè conclusum, videtur dictam vnionem subsistere, & consequenter hospitale non vacare. Alexand.

---

ADDITIONES.

* Siue consensu.] Idem tenet Crau. consi. cclviij.col. 7. Natta.

a ¶ Præsentatione. non dicit cui præsentatæ sint & sic nulla est citatio, quicquid infra dicat.

b ¶Scientia.istud dictum cum sequẽti est falsum nisi constet de sciẽtia per no. supra lib. 4.consi.cxxij. col. fi. lib.4.

c ¶Domum.supra lib.3 consi.ij.nu.7.

d ¶Longo. Aduerte ꝙ non sunt nisi tredecim anni ad summum. & sic Alex.malè consuluit quia non est verum ꝙ ex longo tempore, præsumatur solennitas in alienatione rei ecclesiasticæ, contra ipsammet ecclesiam, vt tenuit idem Alexan. supra lib. 4.co.17. num. 8. nec etiam verum est ꝙ confirmatio Papæ præsumatur facta, ex certa scientia, nisi consteteum totius rei merita & defectus sciuisse. & sic dico ꝙ hospitale adhuc vocabat. & debebat obtinere impetrans etiam in possessorio, quia titulus administrationis semper fuit vacans, & nunquam fuit possessus per aduersarios, qui prætendunt proprietatem, vt dixi in consuetu. Parisi.§. lxiiij. Fateor ꝙ ex lapsu longissimi temporis, puta triginta annorum possunt allegare solennitates præsumi vt decidit Pe.de Anc. d.consi. 246. Ge. consi. 87. Apparet quædam vnio. Decius consi. cccxxix.in fin. consi. 638. facit Franc. Aret.consi. 36.Casus est talis.col.3.Soci. consi.15. Visis col.penul.lib. j. & gl. in c.peruenit. & ibi Anto. Butr. Imo.co. 4.de empt.& vendi.Ludoui.Gozadi.consi. 73. num xxvj. Andr. Alcia.tracta.de præsump. reg.3.præsump. 10.num.7. fac. Alex. supra libr. 1. consil. 73. num. 5. fa. quæ dixi infra lib.7. consi. 83. nu.ij. & ita sæpe iudicari vidi, & iudicaui, nisi quando apparebat de enormissima læsione, & solennitates defuissent, quia tunc exigitur completa præscriptio 40. annorum, quæ etiam sufficit excepto quod si vnio esset facta authoritate Papæ vel Legati.

* Requisita.] De hoc, vtrum ex longinquitate temporis præsumantur omnes solennitates interuenisse, tradit etiam Alex. infra col.pe. respondendo quibusdam obiectis. Natta.

* De consensu.] Simultaneum prælati, & capituli consensum non requiri vult gl.& volunt Anto. Butr. Imola, & Abb.ad c.edoceri.de rescrip. sequuntur etiam ibi recentiores. Vide Oldra.consi.44.Quæritur si Episcopus. in princ. Calde. consi.ij. An capitulum.sub.titu. de constit. Natta.

e ¶ Post Bald.de feudo sine cul. non amit.cap. si quis miles. in vsibus feud. Cald. consil. ij. de consti. Cur. iunior consi. 1.col.5. Soci. cõsil. 15. col. 13. lib. 1.

* Extra tempus.] Nota ꝙ citatio facta ad vnam horam, importat, ꝙ actus non possit fieri alia hora. & illa citatio, Et successiuè singulis diebus, & horis, non valet Bar. consi. cclxviij. Factum tale est libr. 1. Natta.

* De hoc confici.] Idem dicit Abb. ad c. bonæ el j. col. 6. de elect. vbi ex hoc infert, ꝙ in actu scripturam requirente, allegans actum probat. Natta.

SVMMARIVM.

2 *Auth. malæ fidei. de longi tempo. præscriptio. non habet locũ in hypotheca.*

5 *Mansisse præsumitur, qui certo loco simel stetit, nisi aliud probetur.*

6 *Statutum quod creditor per decem vel viginti annos cadit à iure suo, excludit etiam hypothecam, quia generaliter loquitur. num. 10. Etiam si debitor interim est soluendo, quia satis est quod contra tertium possessorem mero iure competit actio num.12.*

## CONSILIVM CCXX.

Ponderatis his quæ superiore facti instructione narrantur, puto breuiter de iure cõ
cludendum dictam præscriptionis exceptionem oppositam,
per dictum Ludouicum Campanam obstare contra dictos a-
gentes hypothecaria,siue consideremus ius commune, siue
ius municipale.nam de iure communi spatio & præscriptio-
1 ne decem annorum inter præsentes potest † tertius possessor
excludere agẽtem hypothecaria.l.1.C.si aduer.cre.l.fi.C. de
act. & obli.sed Ludouicus per se & illos de Vechiis qui fue-
runt authores sui possiderunt iusto titulo & bona fide, vltra
tempus decem annorum, ergo hypothecaria conueniri non
possunt. bona fides enim ex titulo præsumitur.l.pe. C. de e-
uic. & no.in c. si diligenti, cum simi.de præscr. ¶Nec obstat,
ꝙ illi de Vechiis emerint a Nicolao Boratio.& sic a debitore
qui erat malæ fidei. sciebat enim dictam rem quam alienauit
hypothecasse creditori,ergo non videtur sufficere, præscri-
ptio longi temporis, per id quod habetur in auth. malæ fi-
2 dei.C.de præscrip. 30. ann.quia † respondeo, ꝙ illa authen
a tica non loquitur, nec locum habet, quando [a] verus domi-
nus rei alienat rem quamuis sit per eum alteri obligata, ideo
tunc remanent incorrecta iura antiqua, vt ibi no.Iac.de Are.
Cy.Ang.& Sali.& Spe. in tit.de præscr.versi.quid si debitor.
& ver.sed nun quid hodie,& ibi Io.And.& Ang.& Mod. in
l.quare,alias est in l.furtum.§.fundi.ff.de vsucap.& Oldr. in
consi.19.incip.Thema tale est quidam paterfamilias, vbi etiã
3 ad hoc inducũt.l.sequitur.§.si rem.ff.de vsuris.¶†Quod au-
tem iungi debeant tempora, quibus possiderunt illi de Ve-
chiis,& tempora quibus possedit Ludouicus Campana,pro
batur per l. Pomponius.§.cum quis,& fere per totam.l.ff.de
acquir.pos.ꝙ autem dicta præscriptio decidenda sit inter p̃-
sentes, & sic quod sufficiant decem anni, & non sint necessa-
4 rii viginti anni, patet,quia si creditor† est de ciuitate Mutinę
præsumitur ibi stetisse & fuisse, nisi ipse probet de absentia,
ita notabiliter voluit Bar.in l.is potest.ff.de acqui. hære.post
medium.in versi. non videamus qualiter ista scientia proba-
bitur &c. dum ad hoc allegat id quod habetur in ca. cum in
tua.qui matri accu.pos.& l. optima.C.de contrahen.& com
mi.stip.¶Præterea dicit Ang. in l.emptor C.de præscr. lon-
b gi tempo. quod dicto creditori replicanti de absentia [b] incũ
bit onus illam probandi cum in ea se fundet.l.cum te.C. de
prob.& l.ei qui.ff.de proba.& ita dicit vidisse sæpissimè ser
5 uari. ¶Insuper præsupponitur † fuisse probatum ꝙ per dicta
tempora creditor stetit in ciuitate Mutinæ, & ille qui semel
stetit in certo loco præsumitur imposterum ibi stetisse, nisi
contrarium probetur,ita inquit Bald. in l. ex persona. C. de
prob.in 6. col.in vers. sequitur de prædicamento vbi &c.per
l.si quis ex argentariis. §.pen.ff.de eden. ¶Si etiam considere
mus statutum etiam idem dicendum est,quia si statutum di-
sponat ꝙ creditor qui in petendo cessauit per tãtum tempus,
prout cessauit dictus creditor,amplius audiri non debeat,sed
præsumatur sibi solutum & satis factum,ergo cum dictus cre
ditor cessauerit penè per annos vigintiduos, & sic vltra tem-
pus à statuto præfixum, non debet vlterius audiri. ¶Nec ob
6 stat si diceretur † ꝙ dictum statutum non valet[c] quasi nutriat
c peccatum,iuxta.c.fin.de præscr.cum ibi no.per doc. & in re
gula, possessor.de reg.iur.in 6.& per Bar.in l.omnes populi,
in 3.q.principali.ff.de iust.& iur.quia respondeo ꝙ imò secũ
dum Bart. in d.l.omnes populi, debet valere in casu nostro,
statutum.nam Bar.vult ꝙ aut statutum simpliciter disponit,
ꝙ si creditor per decem annos debitum non petierit,cadat à
iure suo, & non valet,quia per tale statutum non excluditur
causa peccati,quia illaqueatur debitor,qui est in mala fide,vt
in d.c.fi.aut statutum non simpliciter ita disponit,sed aliter,
puta ꝙ si creditor non petierit debitum intra 10. annos con-
tractus præsumatur fictitius,tunc quia per statutum excludi
tur causa peccati, valebit statutum, sicut dicit ipse in statuto
quod contra ius diuinum disponit ꝙ in testamentis requirã
tur.7.testes ad tollendam materiam falsitatis.l. hac consul-
tissima.C.qui testa.face.pos.& l.hac consultissima.& l.iube-
mus.C.de testam.licet iure diuino sit cautum ꝙ in ore duo-
rum vel trium stet omne verbum ca.cum esses.de test. c. no-
uit. de iud. ergo eadem ratione debet valere statutum quãdo
disponit quod si creditor cessauerit per 10. vel per 15. an-
nos non petendo debitum quod præsumatur sibi solutum &
7 satisfactum. nam statutum † potest inducere præsumptionẽ
solutionis & satisfactionis. l. Procula. ff.de proba.& no.in l.
libertis quos §.1.ff.de alimen.& cib. leg.ergo nihil repugnat
8 ꝙ tale statutum valeat. Nec obstat si in contrarium † allega-
retur,id quod habetur in c cum quid vna via,de reg. iur.in
6.& in c.quanto,de priuileg.quia respondeo ꝙ immo illud,
quod directo fieri non potest, permittitur fieri per consequẽ
tiam, quando venit in consequentiam actus permissi, vt in l.
l.1.in prin. & ibi no.Dy.& Bar.ff.de auth.tut.sed in proposi
to nostro eo ipso ꝙ statutum præsumit debitum esse solutũ
vel satisfactum, prout præsumere potest.vt dixi, venit in cõ
sequentiam necessariam quod actor vlterius non audiatur,
quia solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio.
inst.quib.mod. tol.obl. in princi. secus, quando illud quod
fieret per indirectum seu per consequentiam veniret in con
sequentiam actus prohibiti,quia tunc id quod directo fieri
non potest,non potest etiam per indirectum fieri. l. si spon-
sus.§.1.ff.de do.inter vi.& uxo. & l.athletas.§.siue autem.ff.
de his qui no.infa.& traditur per Bar.in d.l.1. de autho. tu.
& Cy.in l.3.C.de iudi. ¶Secundo respondeo, ꝙ quo ad di-
ctum Ludouicum Campanam & dictos de Vechiis qui fue-
runt in bona fide,nulla subest ration propter quam dictum
9 statutum non debeat ualere, † quia posito ꝙ nonnulli teneãt
ꝙ dictum statutum non valeat quo ad eum qui est in mala fi
de, tamen quo ad eum qui esset in bona fide communiter te
netur ꝙ valeat,ut per Ant.de But.& alios post eum in dicto
c. fi.de præscrip.per Io.de Imo.in l.sequitur §.si uiam.ff. de
usucap. & Angel. in l.iustitia.ff.de iusti.& iure.& Pet. de An
cha.in repe.ca.canonum statuta.de consti.in 18.char.in ue
sic. item si statuto cauetur ꝙ post decem annos &c. Paul.de
Cast.in l.si pœnæ cã.ff.de condi.indeb. & in consil. 28 s. in
10 cip.Visis his &c. & hoc in casu nostro procedit † quia dictũ
statutum non solum intelligitur excludere creditorem aba-
d ctione personali,sed etiam ab hypothecaria [d] cum indistin-
ctè loquatur, put etiam concludit Albericus de Ros. in pri-
ma parte statutorum.q.112.inci. Statuto Pergami cauetur,
ꝙ si creditor &c.& ibi refert ita tenuisse Vbertum de Bobio,
ꝙ sine dubio fuit de mente nostri statuti dum dixit,ꝙ præsu-
matur solutum & satisfactum creditori , nam hypothecaria
tollitur solutione uel satisfactione facta creditori l.grege.§.
etiam.ff.de pigno.l.debitor. in princ.ff. ad Treb. ¶Nec præ-
11 dictis † obstat si dicatur ꝙ dictus creditor debet restitui, in
integrum aduersus cursum dictæ præscriptionis ex allegata
c ignorantia ex clausula generali, [c] si qua mihi iusta causa, iux-
ta not.per glo. & Bar. in l. 1.§.si quis autem propter. ff. de
itin.actuq; pri.& per glo.in l. 1.C.de pat.pot.& Spe.in tit.de
præscri.uersi.sed pone colonus.cum si.quia respondetur, ꝙ
prout ex themate colligitur, probatum est, ꝙ creditor scie-
bat dictam rem hypothecatam possideri per dictos tertios
possessores,cum ergo cessãt hoc fundamentum,& sic non est
opus insistere an uerior sit opi.aliorum qui tenuerunt dictã
restitutionem non esse concedendam ignorãti, ut tenuit Bal.
in l.1.in 24. opp. C.qui admitti.& consuluit Pet. de Anch.
in consil. 107.quod incip. Principaliter contra istos legata-
rios &c. & Raph.in l.cum filius.§.in hac.ff.de uer.ob. per l.
cum antiquioribus C. de iure delib.& per l. fin. C. de præ-
scriptio. long. tempo. ¶ Allegatur etiam quòd ille qui resti-
tutionem petit carebat mandato legitimo, sed quia manda-
tum non est mihi exhibitum , & est quid facti , super hoc,
12 non scribo. ¶ Non obstat etiam si diceretur, † ꝙ dicta præ-
scriptio non incipit currere, nisi cum certum est debitorem
principalem non esse soluendo, quia antequam desinat esse
soluendo , non potest agi contra tertios possessores hypothe-
caria, ut authenti. hoc si debitor. C. de pignor. & non ua-
lenti agere, non currit præscriptio. lege 1. in fine. C. de an-
na. exceptio. lege 1. C. de bono. mater. ¶Quia respondeo,
quòd immo etiam antequam certum sit debitorem non es-
se soluendo,& etiam antequam ueritate inspecta desiisset esse
soluendo , debet currere præscriptio, quia etiam nulla fa-
cta excussione contra principalem debitorem competebat
actio hypothecaria contra tertium possessorem. est bene ue-
rum,quòd tertius possessor potuisset opponere ante litem cõ
testatam exceptionem ordinis , seu excussionis non factæ, ita
no.per

no.per Bar.in l.ij.C.comm.diui.per ibi no.per gl.& in auth. hoc si debitor.in fi.& Cy.& Bal. in l.exceptionem.C.de proba.cum si.& sic attento, ꝙ poterat intentari actio, & in iudi-
f cium deduci, [f] nihil repugnat, quin illi facultati agendi potuerit currere præscriptio, quanto fortius si non erat soluen-
g do debitor, licet hoc certum non esset.quia fuit in culpa [g] creditor si non egit. & executionem non fecit coutra principalem.cap.quia diuersitatem.cum gloss.in verbo suspensionis, de concessio.præben. cap.si autem, de rescrip. cum simili. Et ita concludo in fauorem rei conuenti hypothecaria per superius dicta. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶Quando.supr.eo.consi.83.nu.11.
b ¶Absentia, scilicet quia probatum est semel de præsentia, alias secus supr.eo.consi.177.nu.15.
c ¶Valet supr.eo.consi.73.nu.4.consi.218.col.fi.
d ¶Hypothecaria.dixi in consue.Par.§.68.
e ¶Generali.supr.lib.1.consi.71.
f ¶Deduci.hæc sola ratio non concludit, ut patet in obligato, in diem sed vera ratio est, quia exceptio ordinis, non concernit substantiam obligationis, nec etiam minuit; sed solum concernit modum & formam exigendi, vt nouè dixi in consue.Pari.§.67.
g ¶Culpa.de quo & de cessione actionum, an debeant cedi utiles, vel quales sunt, plenè dixi in consu.Pari.§.72.

SVMMARIVM.

1 *Fratris appellatione, vel sororis non venit patruelis.*
2 *Mater si non succedit, nisi in quarta parte stantibus agnatis, illis deficientibus, vel abstinentibus succedit in totum.*
5 *Bonis absentis, vel mortui curator dandus est, & satisdat.nu.8.*
7 *Mulier curatrix non datur, nisi sit mater.*
9 *Curator dari debet de consensu maioris partis creditorem, si extent.*

CONSILIVM CCXXI.

AN appellatione fratris in statutis veniat frater patruelis, & si statutum dicit, ꝙ mater ab intestato succedat in quarta parte, & agnati, usq; ad quartum gradum in residuo pone, ꝙ non extant dicti agnati, an mater succedat in totum. & si tractatur de dando curatore bonis absentis, debeat dari ille, qui est proximior in successione, vel quis. & an possit mater dari curatrix bonorum absentis. & quid de minore 25. annis an possit dari curator prædictus?

Ponderatis verbis statutorum de quibus suprà, & his quæ narrantur in themate, puto breuiter verum esse de iure successionem & hæreditatem dicti Andreæ pertinere non ad Marianam eius sororem patruelem, sed ad Antoniam dicti Andreæ matrem spectare de iure. Nam de iure communi constat matrem in totum succedere filio decedenti sine liberis, & sine fratribus & sororibus ex eisdem patre, & matre coniunctis dicto decedenti, vt in authen.defuncto, & in corpore, vnde sumitur. C. ad Tertul. ¶Nec obst.statuta suprà scripta, quia in eis non comprehenditur iste casus, adeo quod per existentiam Marianæ excludatur dicta mater, vnde remanemus in dispositione iuris communis.l.si vero.§.de viro.ff.sol.mat.l. commodissimè.ff.de lib.& posthu.Non enim obstat statutum sub rubrica, inquantū succedant ascendentes ex linea materna, per quod statutum mater, videtur vocari solum in quarta parte legitimæ successionis ab intestato, & reliqua bona debent ex forma statuti prędicti pertinere ad parentes masculos ex parte patris, vel aui paterni, vsque ad quartum gradum, secundum ordinem prioritatis gradus.& hoc, quando non extat frater vel soror, siue filius, vel filia fratris, vel sororis ipsius desunctæ personæ ex eodem patre.vbi autem extaret frater, vel soror, siue filius, vel filia fratris, vel sororis, tunc mater in nullo succedat, secundum dispositionem dicti statuti, quia respondeo, nos non esse in casu dicti statuti, quia Andræas decessit non superstite fratre, vel
1 sorore, siue filio, vel filia fratris, vel sororis ipsius defuncti, ex eodem patre.& licet † extaret soror patruelis, scilicet Mariana, tamen non venit ipsa appellatione sororis ex eodem patre l.Iurisconsultus.§.secundo gradu.ff.de gra.& inst.eod. ti.§.2.& 4.gradu.cum sequen.& not. Bart.in l.Lucius.§.quæsitum. ff.de leg.3.vbi per prædicta iura dixit, quòd etiam si simpliciter fieret mentio de fratre, vel sorore, non comprehenderetur
a frater vel soror patruelis.& [a] Bal. in c.j.de feud.marchiæ.vbi refert se ita consuluisse in terminis statuti disponentis, ꝙ frater excludat sororem.& idem Bal.in l.vxor in prin.C. qui accu.non poss.vbi hoc probat per plures rationes.& Bal.in l.iubemus.§.fi.C.ad Trebel.& Pet.de Anch.in repe.c. canonum statuta, de const.post medium.in versi. dicto de filiis & nepotibus &c.& not.glo. quam ibi ad hoc ponderat Ang. in verbo proprii.l.j.ff.de inoffi.testam.& Ang.in authen.matri & auię. C.quando mulier tut.off.fun. po.in 4. col.& Ioan.de Imo.in l.si dotali.ff.solu.matrimo.Bene facit, ꝙ not.Bal.& Sali.in l.j. post Iacob.But.C.de succe.edi.& Bald. in l.illam.circa princ. per illum tex.C.de colla.cum simil.quanto magis in casu nostro, in quo statutum facit mentionem de sorore ex eodem patre? ¶Nec etiam potest dici, quantum ad hoc statutum voluisse conseruare agnationem, attento quòd illa non conseruatur per sorores & descendentes earum.l.pronunciatio.ff.de verb. sign.insti.de legi.agna.suc. in princ. nec etiam extare præsuppönitur aliquos parentes masculos dicti Andreæ ex parte patris, vel aui paterni, vsque ad quartum gradum, ad quos habeant deuenire reliquæ tres partes ex quatuor bonorum Andreæ.& sic cum non extent illi, quibus fauere voluerunt statuentes, totum debet ad matrem peruenire l. post mortem.§. liberi.ff.de bo.poss.contratab.l.si duobus.§. si Titio.ff. de leg.
2 1.no.in specie † Bal. in l.j.in vlt.col.C.de secun.nup.vbi quærit quid si statuto ciuitatis Tuderti causatur, ꝙ mater non possit ab intestato succedere filio, nisi in octaua parte extantibus agnatis, pone ꝙ agnati non extant, vel extant, & repudiant, an
b accrescet [b] matris? arguit ad partes, & finaliter conclndit, qđ si sumus in statuto facto fauore alterius, & sic excludente matrem propter fauorem alicuius, & tunc accrescet, portio vacans.ar.d.§.liberi. Aut statutum est odiosum, vt quia prohibet aliquem succedere propter odium, ipsius prohibiti non propter fauorem tertii, & tunc si statutum vltra procedit pro uidendo statur dispositioni statuti, alias autem dicit, ꝙ quæstio esset dubia propter opiniones, quæ ponuntur per glo.& doc.in d.l.j.C.de sec.nup.& dicit ibi Bal.in fi. quod vbi statutum prohiberet aliquam personam succedere propter delictū vel malos mores, & tunc videretur odiosum, & principaliter factum in odium.aut concernit fauorem & prærogatiuam alterius, puta agnationis, & tunc videtur dispositio fauorabilis, per no.per doc.in l.si publico.C.ad leg. Iul. de adult.& sic cū in casu nostro statutum non concernat delictum, vel malos mores patris, sed fauorem masculorum, & sic agnationis, habet locum incrementū in persona matris.facit l.qui exceptio-
3 nem.in prin.ff.de condi.indeb. ¶† Fortius voluit Lud. Rom. in l.vnica.in 3.q.C. quando non peten. par. ꝙ etiam quando statutum esset principaliter factum in odium personæ prohibitæ succedere, tamen non extantibus agnatis non habeat locum prohibitio dicti statuti, quasi sit casus omissus à statuto, per l.2.sed si sint sui.cum ibi no. per Bar.ff. ad Tert. & in l.j. §.filium.ff.de bon.poss.contratab.l. si necen.§. si deportatus. ff.de bon.lib.¶Nec etiam dictę matri obstat statutum sub Rubri.de successionibus collateralium, vsque ad quartum gradū quia respondeo quod imò istud statutum facit pro matre, qa disponit, ꝙ si quis decesserit sine liberis & descendentibus ab intestato, proximior parens ipsius desnncti, vsque ad quartū gradum succedat. siue sint masculi, siue fœminæ, & constat, ꝙ mater est in primo gradu parentum d.l.Iurisconsultus.§. trā-
4 seamus.Est verum quod statntum ibi, ut † patet ex rubr.accipit verbum parentes, prout vulgares accipiunt, quomodocunque sint coniuncti.& sic comprehendit alios etiam quam ascendentes, prout accipitur.3.q.5.consanguinei.& ibi Arch.& etiam sonant, ita verba statuti in verbo, vulgariter intellectum & non est inconueniens, ꝙ nigrum statuti sit plenius, quàm rubrum, & non restringitur per rubrum, ut not.glos.in auth. de ince.nup.in prin.¶Præterea in dicto statuto dicitur, saluis capitulis præcedentibus, & in alio superius relato statuto sub rubr.in quantum succedant ascendentes ex linea materna, est specialiter prouisum, quòd mater succedat in quarta parte, extantibus parentibus masculis, ex parte patris, uel aui paterni, &

ni,& consequenter eis non extantibus totum remanet apud matrem supra fuit ostensum, quod facit l.sed & posteriores.ff.de leg.c.cum expediat. de ele.lib.6. & quod not.Bar.in l.omnes populi.in fi.3.q.princ.ff. de iusti. & iur.& in l.j.§.& parui,ff.qđ vi aut clam. cum simi. ¶Nihil etiam obstat aditio ad dictum statutum quæ incipit,Item ordinauerunt &c. nec alia additio quæ incipit,Item cum statutum quod est &c. quia dictæ additiones non concernunt casum nostrum, & potius tendunt ad excludendum dictam Marianam, quam ad includendum, vt euidentissimè patet ex eorum statutorum inspectione. & per hæc est responsum ad primum dubium. ¶Super secundo dubio,† quo quæritur, an posito, quod non constet de morte dicti

5 Andreæ, & tractetur de dando curatore c bonis ipsius absentis, qui erit dandus curator? dico quod nullus curator est legitimus,seu nullus curator à lege datur, nisi curator qui datur furioso,vel prodigo: nam proximior agnatus est legitimus curator.inst.de curato.§.furiosi.& ibi gl.dicit quod alii curatores sunt datiui,non legitimi,ita etiam no.gl.in l.de creationibus. C.de epis.au.& Ioan.And.in addi. Spe. in ti.de cura.in §.dantur.in prin.vnde in ti.ff.de legi.tuto. non fuit additum,& curatoribus,& ita etiam in rub.C.de legi. tut. pendet ergo ab arbitrio iudicis dare etiam ex officio suo curatorem bonis absentis,vt no.gl.& Bar.in l.2. circa prin.ff. de cura.bo.dand.facit tex.in auth.si omnes.& quod ibi Bart. in tertio notab.C.si vt se ab hæred.absti.& no.expressè Ang.consi.113.inci. Mortuo debitore &c.non solum ad petitionem cuiuslibet coniūcti ipsius absentis,vt inquit Bal.in l. cognatos.C. de capti.per illum tex.cum glo.facit quod no. per glo. & doct. in l.ab hostibus.in prin.ff.quib.ex cau.maio. & in c.cæterum.de iu.cal. & in l.j.in ver.sed in bonis cum gl.ff.de mune.& hon.l. idem priuilegium.cum ibi no.ff.de priuile. cre. & per Dyn.Cyn.& Bal.in l.muto.§.fi.ff.de tute.& quod constituendus sit ille qui videbitur iudicantis arbitrio, probatur in l.1.§ eligitur.cum glo.in verb.vir bonus.ff.de ventre in posses. mitten. & l.scire

6 oportet.§.fi.ff.de tu.& cu.da.ab his. ¶Et aduertere† debet iudex, vt det in curatorem talem personam, quæ sit maior 25. annis,vt no.glo.in l.2. in verbo curatorem.ff.de curat.bo. dā. arg.l.fi.C.de leg.tutela.& expressius probatur in l. cuius bon. ff.de cur.furio.vbi etiam probatur non esse constituendam * mulierem curatricem bonorum. quod puto verum † nisi es-

7 set mater per id, quod habetur.in auth. matri & auiæ.C.quā. mul. tut. of. fungi potest.cum gloss.in verbo, tutelam.quæ est communiter approbata, & quæ extendit ex identitate rationis dispositionem illius authenticæ loquentis in tutrice ad curatricem.& facit reg.cui licet.de regu. iur.lib. 6. ¶Et satisdare

8 † tenebitur talis curator.d.l.cognatos. cum ibi no.C. de cap. saltem quando sine inquisitione daretur curator.l.bonorum. ff.de curato.fur. no.Spe.in ti.de curato.§.cum autem.ver. opponitur autem contra curatorem &c. iuncta.d.l.scire oportet.§.fi.cum ibi no.per doc.nam potest esse, quod aliquis sit curator constitutus,quia visum sit iudici eum esse idoneum, & tamen non sit datus ex inquisitione solenniter facta circa mores & facultates curatoris, vt declarat Bald.in l.omnem.C.ad Tert.in ver.quæro an datiuus &c.& patet ex notatis per Bart.

9 in d.l.scire.§ fi. ¶†Satis etiam putarem quod vbi extarent creditores dicti absentis de quorum præiudicio ageretur esse curatorem constituendum ex consensu maioris partis eorum d. l.2.in prin.ff.de cura.bo.dan.& l.fi.in prin.ff.de bon. autho. iud. pos. & vbi maior pars creditorum non conueniret* in vno,deberet constitui curator arbitrio iudicis.d.l.j.§. eligitur cum ibi not.per Dy.Ray.& Nico.de Neap. super tex.in verb.

10 moueatur.¶†Non omitto etiam,quod vbi dicta Antonia mater haberet penès se bona dicti eius filii viuentis, non posset alius conuentus nedum remotior, sed etiam par in gradu petere dicta bona, aut ea auocare de manibus matris, quamuis coniunctus possit agere pro coniuncto absque mandato, ut in vulgatis iuribus.ita decidit Cyn.in l.exigendi. in 5. quæst. C.de procur. & idem ibi tenet Rayn. & Salic. hoc etiam vult Bald.in l.sed & hæc.in princ.ff. de procu. per rationes ibi allegatas per eos. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Patruelis.supr.lib.2. consi.97.supr.eo.consi.96.consi.80.2.

b ¶Accrescet.dicendum quod sic indistinctè.dixi in consu.Par.S.147.

c ¶Curatore.supr.lib.1.consi.4.col.4.Dec.consi.509.consi.575.

* Non esse constituendam.] Quòd mulier non possit constitui curatrix,vide Dec.ad l.fœminæ.ff.de reg.iur.& consi.575. vbi idem dicit in minore,& plura alia in materia. Natta.

* Non conueniret.] Istud procedit regulariter, quod discordantibus partibus,iudex arbitrium suum interponit, Bart.ad l.in venditione.§.si unus.ff.de bon.auth.iud.possid. cum alijs adductis per Ias. ad l.fin.C.de iudi. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Filia renuncians bonis & hæreditati patris, non renunciat hæreditati maternę.*

6 *Castrum vendens cum pertinentijs, non censetur vendere res particulares.*

CONSILIVM CCXXII.

Ponderatis his quæ narrantur in themate, nec non his quæ subtiliter & eleganter dicta sunt per celeberrimos dominos suprà consulentes, & præcipuè per excellentissimum dominum primo consulentem, * dominum Franciscum de Acoltis * de Aretio, non puto inficiari posse, quin verba dicti contractus satis prægnantia fuerint & probabilem dubitationem faciant,an comprehendant quod per dominam Contessam non possit agi ad dotem maternam consequendam ex bonis, & hæreditate dicti quondam Thomasij, tamē ad huiusmodi dubitationes † tollendas quia semper magis menti,quam verbis ad hæredendum est.l.3.C.de liber.præt.l.si in venditione.cum gloss. in verbo, verius.ff.commun.prædio.l.ita stipulatus.in verbo,ex sententia, cum gloss. ff.de verbo.oblig.& verbo fertur,quod tanti valebat, ac valet hæreditas dicti Thomasij, quod etiam vltra mille florenos agnatos pro dote dominæ Contessæ potest nedum satisfieri dictæ Antoniæ pro suis iustis creditis de quibus in dicto instrumento fit mentio,sed etiam potest satisfieri do. Contessa, quatenus ei debebatur pro dote materna, quæ fuit florenorū bonorū centum uel circiter. vnde ex qualitate, & quantitate bonorū ipsius hæreditatis, quæ in effectu trāsferebatur in dictam Antoniam, & eius quod pro ea hæreditatis translatione soluendum & præstandum erat dictæ Contessæ, cui ultra mille florenos pro dote non erat dandum ex forma dicti instrumenti potest & debet coniecturari, & comprehendi, quod non debeat comprehendi in dicta renunciatione,& contractu, quod ipsa Cótessa non possit petere dotem matris attento quod aliter plurimū iactaretur de eo, quod pertinebat ad dictam Contessam, & quam etiam spectabat hæreditas dicti Thomasij sui patris,& plurimum locupletaretur dicta Antonia cum iactura dominæ Contessæ.& quod ex huiusmodi coniectura, ita in proposito concludi debeat,adduco specificè id, quod notabiliter voluit Bal.in l.liberti libertæq;.C.de ope.lib.in 12. & 13. col. maximè in ver.quid ergo si filia cedit &c. vbi quærit, an si filia cedit omnia iura,quæ habet super hæreditate, vel bonis patris, si videatur cedere iura dotis maternæ?& dicit videri quod sic,si dixit super hæreditate,secus si dixit super bonis, per ea quæ notat

2 Bar.in l.ut iusiurandi.§.si liberi.ff.de ope.liber. † tamen dicit Bal.quod hoc secundo casu,quando dixit super bonis, si nullum aliud ius habebat super bonis illud videtur cedere, ne inutilis reddatur cessio.ar.l.fundus qui locatus.ff. de fundo instr. secus si habebat aliquod aliud ius per id, quod habetur in l. mulier bona.ff.de iure dot.in princ & l.subsignatum §.bona. ff.de verbo.signifi.tamen subdit se superius dicta limitare, nisi qualitas pretii dati pro cessione aliud suaderet per id, quod no.in l.j.§.j.ff.de superfic.& hæc limitatio in sui ratione conuenit pariter vtrique casui, id est, siue cessio sit facta de iuribus quæ habebat super hæreditate, siue de iuribus, quæ habebat

3 super bonis, quia sicut † de propria significatione regulariter in contractibus bona intelliguntur deducto ære alieno.d.§. bona.& d.l.mulier bona.& not.per Bar. in l. bona.in prin.ff.

4 de bono.pos.titu.gener.cum simi.ita†appellatione hæreditatis veniunt actiones actiuè & passiuè,& sic onera.l. si quis fe. vel act. vend. uum.§.fin.cum l.seq.ff.de leg.ij.l.ij.C.de hære. vel act. vend. l.nihil aliud.ff.de verb.signi.sicut ergo ratione qualitatis,seu quantitatis pretii, si cedo iura, quæ habeo in bonis, vel super bonis potest venire dos materna,& sic æs alienum, quod alias non veniret inspecta propria significatione verborum, ita et si cedo

si cedo iura, quæ habeo in hæreditate, vel super hæreditate
debet posse inspecta qualitate & quantitate pretii non venire
dos materna, quæ alias inspecta propria significatione verbo-
rum veniret, quia vtroque casu eadem est ratio. ¶ Confirmari
3 potest per † id quod notabiliter voluit Ang. & alii post eum in
l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. oblig. vbi dixit, quod si figu-
lus, seu artifex, qui habebat varia vasa diuersorum generũ pro
misit per stipulationem omnia sua vasa, nedum debebunt om
nia vasa sua terrea & vitrea, sed etiam lignea, argentea, & au-
rea, si qua habet per ibi no. per glo. in verbo promissore. tamẽ
subdit quod hoc fallit, nisi subsit aliqua causa, propter quã aliud
debeat præsumi, puta si omnia sua vasa vendidit figulis pro
10. quia non intelligitur de vasis argenteis, quæ valebant mul
to plus, per id quod no. in l. semper in stipulationibus. ff. de re
gul. iur. & per not. in d. l. 1. §. 1. ff. de superfi. & arg. l. si uno. in
6 prin. ff. loca. ¶ Et similiter † dicit Io. de Imo. in l. 3. in fine prin-
cipii. ff. de acqui. poss. quod si quis possidet castrum, & aliquas
a res[a] particulares suas in territorio castri, & vendat castrum,
cum pertinentiis, non uidebitur vendere illas res particula-
res, sed solum uidetur intellexisse de iurisdictione territorii,
vt sic illa oratio vniformiter intelligatur, ar. l. iam hoc iure. ff.
de vulg. & pup. & l. quamuis. C. de impu. & aliis sub. nisi aliud
de mente constaret ex verisimilibus coniecturis, ut quia ven-
ditum esset castrum & verisimiliter non fuisset datum pretiũ,
quod fuit datum, nisi fuissent illæ res inclusæ, per not. in d. l.
semper in stipulationibus. In eo autem dubio, in quo quæri-
tur, an obstet confusio actionum satis opportunè, dictum vi-
detur per dominos consulentes, & cum eis transeo. Laus Deo.
Alexander.

---

### ADDITIONES.

[a] Dominum Franciscum de Acoltis.] Vide Are. consi. 148. quod in-
cipit, In proposita quæstione, breuiter, & succinctè, vbi super hac ea-
dem facti specie de iure respondit. Natta.

a ¶ Res. scilicet prædia diuerso iure possessa non ut unita. dixi latè in
consuetu. Paris. §. j. gl. 5. num. 14. 47. fa. no. in ea. consi. §. 13. glo. j. q. 13.
nu. 69. §. 23. q. 13. adde infra lib. 7. consi. 14. in fi.

## EPITOME.

TEMPVS restitutionis in integrum currit etiam
volenti excipere, & volenti remouere impedimen-
tum agendi.

## CONSILIVM CCXXIII.

Vide suprà eo. lib. consi. 63.

Egregiè & eleganter allegatum, & conclusum est,
per eximium dominum suprà consulẽtem,
& ego in eadem existens sentẽtia breuissima, quædam subiũ-
gam. ¶ Constat enim fundatam esse intentionem dicti Titij,
qui ad excludendam petitionem restitutionis in integrum,
quam petere, & consequi vellet Sempronius ex capite læsio-
nis & minoris ætatis allegat decursum esse à tempore perfe-
ctæ ætatis 25. annorum Sempronii, quadriennium continuũ
præfixum à lege minoribus læsis ad petendum & obtinendũ
restitutionem in integrum. l. fi. C. de temp. in integrum resti.
1 & c. 1. de in integ. resti. lib. 6. † etiam si incidenter per viam
exceptionis, vel replicationis deducatur restitutio in integrũ.
l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiuran. & ibi declarat Bar.
reprobata glo. ibi. Et si Sempronius respondeat, quod sibi non de
buit currere tempus quadriennii, propter querelam, vel appel
lationem interpositam per Titium à sententia, qua pronun-
ciatum fuit exceptionem restitutionis, in integrum impedire
executionem sententiæ petitam per Titium, & dictam senten-
tiam executioni non esse mandandam, donec cognitum fuit,
an dictus Sempronius fuerit læsus, & dictum Sempronium
posse petere restitutionem in integrum, prout latius in dicta
sententia continetur. nam pendente dicta querela, vel appel-
latione, non potuit dictus Sempronius procedere ad iudiciũ
restitutionis in integrum intentandũ, quia † per appellationẽ
fuit suspensa virtus sententiæ. l. præcipimus, circa medium.
C. de app. l. si causa cognita. C. de transac. c. venientes, de iure-
iuran. c. cum inter. de re iudic. & pendente lite, & querela, seu
appellatione non potuit aliquid innouare Sempronius. l. 1. ff.
3 nil nouari ap. pen. c. bonæ. de ap. & per consequens † cum non
potuerit agere, id est petere restitutionem in integrum, nõ de-
siuit sibi currere tempus petendi restitutionem in integrum,
quia tempus non currit non valenti agere. l. 1. in fin. C. de an-
na. exce. l. 1. C. de bo. mater. l. fi. §. donec. C. de iure delibe. &
pro hoc in specie videtur tex. in l. intra utile. ff. de mino. vbi si
tempore, quo petebatur restitutio in integ. iudex aditus pro-
nunciauit petentem restitutionem esse minorem 25. an à qua
sententia appellauit aduersarius, & postea fuit pronunciatum
iniustam esse appellationem, dubitatur, an si interim penden-
te dicta appellatione transiuisset annus utilis, pront olim erat
vel hodie quadriennium præfixum ad inchoandum & finiẽ-
dam causam restitutionis in integrum, possit hoc non obstan
te iudex terminare causam restitutionis in integ. ante inchoa
tam? & dicitur quod sic, quia non debet imputari minori, si
facto aduersarii frustratoriè appellantis causa restitutionis in
integ. non fuit intra tempus terminata. bene facit etiam text.
in l. petendæ. C. de tempo. in integ. restit. pe. vbi si facto rei di
lationem quærentis transiuerit dictum tempus quadriennii,
antequam causa restitutionis fuerit terminata, attamen hoc
non nocet actori in integ. restitutionem petenti. faciunt not.
per Cyn. & Bal. in l. 1. versus finem. C. qui accu. non pos. ¶ Re
plicare potest ad hæc Titius, quod imo Sempronius potuit, ante-
quam transiret quadriennium, à die, quo perfecit legitimam
ætatem petere restitutionem in integ. & causam ipsius restitu
tionis agere & perficere, & sic non potest hic habere locum il-
lud quod dicitur, quod non valenti agere non currit tempus. hoc
enim ostendo, quia statuto vel reformatione cauetur, quod que-
relans ab aliqua sententia teneatur petitionem suam produce
re intra tres dies iuridicos computandos à die productionis
querelæ, & hoc si petitum fuerit, aliàs ipsa querela deserta sit,
& esse intelligatur, si iudici videbitur quod iudex, cui cõmis-
sa fuerit dicta causa querelæ teneatur dictam causam termina
re intra certos mẽses, aliàs deserta sit, & dicti menses incipiũt
currere à die responsionis factæ petitioni dicti querelantis,
vel à die lapsi termini dati ad respondendum. apparet ergo, quod
erat in potestate dicti Sempronii petere, quod statueretur di
cto querelanti terminus trium dierum, ad producendam suã
petitionem, & illi petitioni respondere, quo facto incontinen
ti incipiebat currere tempus finiẽdæ querelæ, adeo quod post
finitam, vel desertam causam querelæ habuisset longum spa-
tium, ita quod intra quadriẽnium potuisset causam restitutionis
4 agere. † qui ergo facere potuit, vt agere posset, & non fecit, di-
a citur potuisse[a] agere, ut l. qui potest facere. ff. de reg. iur. cum
concordantiis de quibus ibi in glo. & bonus tex. cum gloss. in
verbo, tempus suspensionis. in c. quia diuersitatem, de con-
cess. præb. facit l. iure ciuili. ff. de condit. & demon. & l. in exe-
cutione. §. fi. ff. de verbo. obl. & id quod habetur. in l. nõ enim.
ff. qui. ex cau. ma. & per hoc apparet responsum ad l. intra vti-
le. ff. de mino. quia ibi non apparet, quod pẽdente appellatio-
ne aliqua negligentia, vel culpa imputari potuerit ei, qui cau-
sam in integrum restitutionis inchoauerat, imo text. ibi expres-
se dicit, quod cum non steterit per petentem in integ restitu-
tionem, quominus causa restitutionis fuerit terminata, intra
sua tempora, ideo sibi non præiudicat cursus temporis, & sic
à contrario sensu innuit, quod si per eum stetisset, sibi præiudicas-
set. unde cum arg. à contrario sensu sine dubio regulariter pro-
cedat l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius cui manda. est iurisd. cap.
cum apostolica, de his quæ fiunt à præla. ideo videtur quod
in d. l. intra utile, sit tex. pro ista decisione iuncta dispositione
dictæ reformationis, per quam apparet, quod per dictum Sem-
pronium stetit, quominus potuerit inchoare & perficere cau-
sam restitutionis intra quadriennium. ¶ Quinimò † gl. & Bar.
1 in l. fi. C. de tempo. in integ. rest. pe. & gl. in d. l. intra utile. &
Ang. in d. l. petendæ, in fi. dicunt quod ideo in casu dictæ l. intra
vtile, petenti restitutionem non obstat lapsus illius temporis,
in quo durauit causa appellationis introductæ ab aduersario
appellante, quia ille dolo, seu malitia appellauit. & ista potest
esse alia responsio ad dictam l. intra utile. tamen in hac secun
da responsione non persisto, quia inquit Bal. in d. l. intra uti-
le, in aliquibus lecturis, non esse verum, quod in casu dictæ l. in-
tra utile, illud procedat propter dolum appellantis, sed pro-
pter

pter naturam appellationis. vnde idem esset si appellās ap pel-
lasset bona fide & succubuisset, prout ibi succubuit, quia fru-
stratoria appellatio non debet obesse aduersario petenti resti-
tutionem in integrum, allegat in arg. l. tutor. ff. de vsu. & l. ne-
gotiorum. ff. de re iud. & ita etiam est de mente Cy. in d. l. fin.
¶Bene fateor, ꝙ ex istis patet etiam alia responsio ad dictam l.
intra vtile, s. ꝙ ibi frustratoriè fuit appellatū, vt ibi apparet in
tex. & no. Cy. in d. l. fi. & Bal. in d. l. intra vtile. sed in casu no-
stro non potest dici, ꝙ fuerit frustratoriè, nec temerè appella-
tum per dictum Titium, quia dicta sententia iustam dedit Ti
6 tio causam querelæ, nam præsupponitur † quod ante petitā
executionem nulla vnquam fuerat petita restitu. in integrum,
& sic non poterat dici, ꝙ pendentia restitutionis in integrum
intentatæ per viam principalis petitionis suspenderet, & im-
pediret executionem sententiæ iuxta l. j. C. vt in inte. rest. po-
stu. ne quid noui fiat. & l. defendente. ff. de auth. tut. & l. si prę
tor. §. Marcellus. ff. de iudi. quia ita demum per petitionem
restitutionis in integrū principaliter petitam impeditur exe-
cutio sententiæ, quando ante petitionem executionis senten-
tiæ, iam erat introducta petitio restitutionis in integrū, vt in-
quit Bal. in l. fi. in 2. col. C. si ex fal. instr. sed in casu nostro nū-
quam fuit ante petitam executionem, nec post introducta pe-
titio restitutionis in integrum per viā principalis petitionis,
ergo ex illo capite non debebat dictus iudex pronunciare, vt
fecit. ¶Et licet incidenter per viam exceptionis fuerit dedu-
cta restitutio in integrū iuxta dictam l. nam & postea. § si mi-
nor. tamen etiam iudex non debuit pronūciare, vt fecit, quia
cum ut verbo fertur, nihil euidenter iudici constiterit de læ-
sione, quæ causaret restitutionem, non debuit supersedere in
executione sententiæ, sed ad eam procedere debuit reseruato
iure petendi restitutionem in integrum, & præstita cautione,
per quam caueret Titius de restituendo illud, quod acciperet
pro executione sententiæ, eo casu quo Sempronius obtineret,
postea in causa restitutionis in integ. c. suscitata, de rest. in in-
teg. ita no. Bar. in l. defendente. & in l. 4. §. condemnatum. ff.
de re iud. & in d. l. si prætor. §. Marcellus. & Bal. in l. fin. C. de
ord. cog. ¶Præterea cum petitum fuerit coram eodem iudice
incidenter restitutio in integrum concedi à iudice debuit aut
illa concedi si probata erat læsio & minor ætas, aut si probata
non erat, debuit denegari, non autem reseruari ut factū fuit,
vt d. l. nam & postea. §. si minor. & facit l. de qua re. ff. de iudi.
c. cum super. de causa pos. & expressius no. Hosti. & Io. An. in
c. cum contingat. de off. deleg. post gl. pe. ibi. Non ob. etiam id
quod habetur in d. l. petendæ. quia ibi non dicitur, ꝙ in ali-
qua culpa, vel negligentia fuerit actor, sed facto rei erat impe
ditus ibi actor posse causam restitutionis finire, meritò sibi
succurritur. hic autem fuit in culpa, & negligentia Sempro-
nius cui currebat tempus quadriennii continui, vt s̃. declara-
ui. Ex quibus concludo dictum Sempronium non posse vlte-
rius restitutionem in integ. petere. Laus Deo. Alex.

ADDITIO.

2 ¶Potuisse. dixi in consu. Pari. §. 67.

SVMMARIVM.

2 *Papa non ligatur iuramento de non faciendo aliquo, sine consensu Cardinalium, sed bene ligatur iuramento de cedendo Papatui. nu. 10.*

5 *Consuetudo vel statutum, quod non sufficiat consensus maioris partis non ualet.*

7 *Princeps ex causa reuocat proprium contractum, & præsumitur causa in Papa. nu. 8.*

9 *Actus factus contra iuramentum valet.*

## CONSILIVM CCXXIIII.

In re tam graui & ardua nō nisi tremebundus loquor pp
subiectæ materiæ excellentiam & non vulgare pondus,
attamen visis his, quæ accuratè ad propositum adducta sunt
prius per præstantissimum iuris vtriusque doctorem dudum
acutissimum discipulum & auditorem meum, & nunc mihi
fratrem summè colendum, & postea diffusè per celeberrimū
* vtriusque iuris doctorem dominum Andræam Sicnlum, * li-
cet de simplici subscriptione sim requisitus, tamen ne ad rem
ipsam incogitatè accessisse videar, ad confirmationem conclu
sionis per dictos dños consultores firmatæ dico accedere ra-
tiones adductas per Old. in consi. 97. inci. Factum tale est, qui
1 dam Abbas &c. Nam dubitabatur si † Abbas Sancti Benedicti
ad quem & eius conuentum spectabat creatio monachorum
præstitit iurm̃ cuidam prelato non habenti iurisdictionem in
ipsum Abbatem, seu eius monasterium, de non recipiēdo al-
quem in monachum, seu monachos ipsius monasterii incon-
sulto ipso prælato, seu absque eius licentia, vel consensu, an li
garetur tali iur̃o? & concludit, ꝙ non ligabitur, & inter cæte-
ras rationes, quæ ad propositum nostrum seruiunt, adducit
ꝙ nō debet seruari sacr̃m per quod vtilitas ecclesiæ impugna-
tur. c. peruenit, el j. de iureiu. imo non iuramenta, sed periu-
ria sunt dicenda, quæ contra ecclesiasticam vtilitatem attenta
tur, vt in c. sicut est nostris, eo. ti. & c. 1. de his, quæ fiūt à ma.
par. ca. vnde concludit, ꝙ cum ius tale iuramentum remittat,
potest propria authoritate contraueniri. l. quæ sub conditio-
ne. §. vlt. ff. de cond. insti. l. si quis inquilinos. §. fin. de leg. j. &
arg. l. fideicommissa. §. si quis illicitè. ff. de leg. 3. ¶Et non obst.
secundum Old. si diceretur, ꝙ iste cuius debet requiri assen-
sus, assentiet qñ opus fuerit & requiretur, & ita iur̃m seruari
poterit sine interitu salutis æternæ, ergo seruari debet. c. si ve
ro. & c. cum contingat, de iureiu. quia respondet, ꝙ cultus di-
uinus minuetur, vel in parte saltem arctabitur in casu suæ cō
sultationis. alias rationes etiam adducit, quæ non faciunt ad
2 casum nostrum, ideo illas omitto. † cum ergo etiam in propo
sito uotum & iur̃m Romani pontificis uideatur, si bene inspi-
ciatur tendere in diminutionem ecclesiæ, & plenitudinis po-
* testatis competentis Romano pontifici inquantū * iurauit se-
uare capitula continentia, ꝙ Papa non possit creare Cardina-
les, infeudare terras ecclesiæ & plura alia, nisi consentientibus
omnibus Cardinalibus, adeo ꝙ vno solo dissentiente non pos
3 sit Papa aliquod prædictorum facere. & constat † naturalem es
se hominum ad discutiendum facilitatem. l. item si unus. §.
fi. de arbi. & l. j. §. fi. ff. de acq. pos. & sic per tale iur̃m videre-
tur cōmitti in potestate vnius solius, vt possit impedire crea-
tionem Cardinalium, & alia de quibus in dictis capitulis. & cū
constat posse expedire ecclesiæ Romanę creare Cardinales, cū
sint maximè vtiles ad regimen ecclesiæ. c. ministerium, cum
ibi no. in gl. de offic. archipr. 22. dist. sacrosancta. & qđ ibi no.
Arch. c. fundamenta. §. decer. de elect. in 6. & no. in c. vbi pe-
4 riculum. eo. ti. & lib. ¶Et qñ pendet † à potestate unius solius
magni viri aliquid fieri, expectatio talis rei censetur expecta-
tio rei impossibilis. l. apud Iulia. §. fi. ff. de leg. j. no. in l. conti-
nuus. §. cum quis. de verb. obl. not. Dyn. in c. semel Deo. de re
gu. iu. in 6. & quod specialiter notat Bal. post Ray. in d. l. apud
5 Iulia. §. fi. cum suis concor. ¶† Accedit etiam ꝙ reprobatur cō
suetudo & statutum disponens, ꝙ in actibus ecclesiæ gerendis
non sufficiat consensus maioris partis, tanquam foueat pecca
tum, & sic contra utilitatem ecclesiæ, vt habetur in c. 1. de his
quæ fiunt à maio. par. ca. vnde concludunt doc. in d. c. 1. ꝙ si
capitulum statuat & determinet, ꝙ in aliquo actu requiratur
concordia maior, q̃ maioris partis, non valebit tale statutum.
vnde dicit Ant. de Bu. in d. c. 1. ꝙ si consuetudo, vel statutum
determinet, ꝙ stetur minori parti, & non maiori, non ualeret
tanquam irrationabilis, seu irrationabile continens, per id, qđ
ibi habetur. facit secundum eum quod habetur 68. dist. cor
episcopi. & j. di. consue. & 3. dist. §. erit autem lex. Item acce-
6 dit, quia superior condens statutum etiam † apposito iur̃o de
non reuocando, potest illud ex causa reuocare impune nō ob-
stante iur̃o, vt est gl, no. 11. dist. in his. & not. doc. maximè do.
Ab. in c. pro illorum, de præb. alias est in c. dilecto. eod. titu. &
7 Bal. in l. clari. C. de fideicom. † & similiter potest princeps ex
* causa etiam discedere * ab obligatione facta per proprium cō
tractum & reuocare statutum quod transmittit, ut no. Bal. in
l. donationes quas diuus. C. de do. inter vir. & vx. & Bal. in ad
di. Spe. in ti. de sent. in 24. col. in ver. sententia quandoque fe
tur per legem &c. & notant doc. maximè Io. de Imo. in c. no-
uit. de re iud. & Ang. in l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iu-
ris, bene facit lex, quod semel. ff. de decr. ab ord. facien. cū ibi
no. per Bar. & l. item si uerberatum. §. j. ff. de rei vend. & l. ven
ditor. §. si constat. ff. commun. præd. & l. si priuatus. ff. qui & à
quibus.

quibus.& quod not.doct.in c.quæ in ecclesiarum,de constit.
8 cum suis concordan. & in † Papa præsumitur, ꝙ subsit iusta causa,quæ moueat eum ad id quod agit, vt no.Cy.in l.rescripta.C.de preci.Imp.off.& Iaco.Butr.in l.fi.C.si contra ius vel vti.pub.& Bal.in l. si testm̃.C.de testam. & in d.l.rescripta. & Ant.de Bu.in c.cum inter P.de renunc.& in c.constitutus,de religio.domi.& in c.quæ in ecclesiarum. & ibi Ioan. de Imo. de consti.& domi.Abb.Modernus in c. cum olim.de re iudi. cum si.¶Bene facit tex.in c.cum nostris.versi.nos vero.de cōcess.præb.& quod no.in l.relegati.ff.de pœnis.¶Et etiam quic
9 quid † esset de viribus dicti iuramenti Papæ tenendum puto ꝙ non obstante iuramento, si Papa procederet ad celebrationem dictorum actuum absq; eo,quod nemine discrepante cōsentirent omnes Cardinales, valerent actus sicut valuissent,si Papa dictum iuramentum non fecisset.c.1.de voto.lib.6.c.sicut ex literis.de spons.no.Spe.& Ioan. And.in tit.de legato.§. nunc tractemus.ver.sed si legatus &c.& Bar.in l. omnes populi.in 3.q.principali,in ver. circa tertium &c.ff. de iusti.& iur. dom.Ant.& alii in c. dilecto, de præb. circa quod licèt plura dici possent,tamen omitto tanquam non expediens,attento ꝙ dicit Io.de Imo.& dom.Abb.in d.c.dilecto, quod dicta opin. Ioan.An.in hoc est communis, a qua communi opin. non est discedendum,vt traditur in locis vulgaribus. ¶Et non obstāt
10 † prædictis notata per Anto.de Bu.in c.j.in 3. col. de constit. dum sentit Papam Gregorium duodecimum ligatum esse suo iuramento & voto inquantum promisit, & iurauit renunciare Papatui pro se dando schismate,;quia dico, quòd illa promissio,ideo poterit valere, quia Papa potest renunciare Papatui.c.j.de renun. lib.6. per consequens etiam potest facere ea per quæ peruenitur ad renunciationem illam.l.2.ff.de iurisdictione omnium iudicum.l.ad rem mobilem. & l.ad legatum. ff.de procur.c. præterea.de offi.delega.& per illud non derogabatur plenitudini potestatis sedis apostolicæ, prout in casu nostro per prædicta, & alia de quibus in præmissis consiliis, & maximè per no.per Pet.de Anch. in regula accessorium, in 6.quæst.de reg. iur. in 6. & per eundem in consilio in ordine meo.270.incip.In auxilium veritatis. Ex quibus concludo,ꝙ si sanctissimo domino nostro placet, & Cardinales creari, & terras ecclesiæ infeudari, id facere poterit, & tenebitur absq; consensu dictorum Cardinalium,& sic absque eo, quod præmissa capitula obseruet.ita igitur puto iuris esse,ideo ita dico & consulo ego Alexan.

ADDITIONES.

a Dominum Andr. Siculum.] Ita respondit de iure Andræas Sicul. diffusè,ut patet eius consi.1.lib.1. Natta.

a In quantum.] Quòd huiusmodi promissiones non valeant, tenet etiam Fel.ad c.j.col.5.de proba. Natta.

a Discedere.] Idem tenet Ale.consi.101.col.4.lib.1.& consi.216.col 4. & seq.lib.2.& consi.190.col.2.lib.2. Fel. ad c.j.col. de probat.Ruin. consi.105.col.2.lib.5. Natta.

EPITOME.

STATVTO quòd post quatuor dies non possit sententia dici nulla, reiecta est omnis nullitas etiam causata ex defectu citationis,vel euidens & notoriè patens ex actis.

CONSILIVM CCXXV.

Ponderatis his quæ in themate narrantur, quia principalis dubitatio, per quam oēs sopitæ remanent, consistere videtur in hoc,an posito sine prę iudicio,quod sententia declaratoria lata per dictum Laurentium vicarium potestatis Cremonæ, & ea quæ in ea continentur, fuerint nulla ex allegatis causis nullitatis, & possit talis nullitas per viam principalis petitionis deduci,& executio dictæ sententiæ,iam facta retractari stantibus statutis de quibus in themate,& stante, ꝙ intra quatuor dies non fuit de nullitate dictum,vt præfatum statutum exigere videtur. ¶Et videre
1 tur † fortasse prima consideratione dicendum quod sic, quia statutum prædictum non debet intelligi, vbi sententia esset
a nulla ratione defectus citationis, a quæ est de iure naturali, & auferri non potest,tanquam defensio iure naturali inducta cle.pastoralis.de re iud. & in c.j. de causa pos. & videtur hoc consulendo velle Ang.in consi.177.inci. In facto proponitur ꝙ Baldasari &c.allegat no.per Bar.in l.j.ff.de test.mi. & in l.filiusfa.ff.de do.cum suis concordan.bene facit, quod not.Bar. in extrauaganti,ad reprimendum.in verbo. figura.& quod hr̃ in clemen.sæpe.cum ibi no.de verbo.sig.& quod no. Bal.in l. 1.in 2.col.C.quomo.& quan.iud.& Inno.in cap. tua nos. de cohabi.cleri.& mulie.& Bal.in l.cum mulier.ff. solu.ma.hoc idem videtur velle Pet.de Anch.in consil.202.incip. De iure
2 communi quæstio nullam continet dubitationem &c. ¶†Secundò, quia dictum statutum non videtur intelligendum de nullitate euidenti,& quę constat manifestè & notoriè ex actis per id quod voluit gl.in c. ex conquestione.in gloss.in verbo, post appellationem.de resti. spol.& per id quod habetur.in c. inter cæteras,de re iud.& per tradita per Old.in consi.106.inci. Quòd literæ executiuæ &c.& per notata per Bal. in l.vnic. in prin.C.ne liceat tertio prouoc.& in l.j. C. si de momenta. pos.fuerit app.in ver.denuo quæro &c.& per not.per Bar. in l.1.in prin.in 3.col.in ver. opp.s̃. ne quis eum &c.ff. de oper. nou.nun.& Io.de Imo.in l.de pupillo.§.qui opus. in fin.ff.de
3 ope.no.nun.& in l. si expressim.ff. de appel. ¶†Tertio quia ēt
b dato,ꝙ pars non possit aliquid allegare, tamen b iudex quando sibi notoriè constat ex actis debet posse supplere & officiū suum impertiri ad commodum partis,quæ à lege, vel statuto prohibebatur illud allegare & deducere,vt no.Bal.in l.si vnus §.pactus ne peteret.in 16.col.ff.de pa. vbi inquit, ꝙ quamuis ex forma statuti non possit opponi exceptio nullitatis, tamen si actus est euidenter nullus, vt quia appareat iudici ex actis, iudex debet supplere, quia non potest se fundare ex actu nullo,per no.in l. vbi pactum.C.de transactio.& ita etiam voluit Bal.in rub.C.de indicta libertate.& in l. planè.in fi.ff.de petitione hæred.& in l.si sub conditione.ad fi ff.de cond. indeb. & Anto.de Butr.in c.cum dilectus,de consuetu. post mediū, in versi.2.oppo.cum magna glo.&c.vbi ad hoc allegat no.per Innoc.in c.cum olim,de censi.& est de mente Bar. in l.post legatum,in princ.in 3.col.ff. de his quibus ut indign. in versic. ad vnum tamen aduerte.& Gui. & alii post eum in clem.1.de sequestra.pos & Anto.de But.in c.pastoral.de except.in 5.col. in ver.quæro an lapsus termini ad proponendas &c.¶Quartò,quia dictum statutum sub rubrica, ꝙ à sententia possit ap-
* pellari &c.videtur intelligendum de nullitate * connexa cum appellatione,vt quando appellaretur & simul de nullitate diceretur,quia in dicta rubrica non fit mentio, nisi de appellatioae,unde nigrum loquens de appellatione, vel nullitate debet intelligi & interpretari ex verbis rubricæ, vt intelligatur de nullitate habente dependentiam, vel connexitatem ab ap-
4 pellatione.nam† vbi tex.statuti est dubius,declaratur ex rubrica ipsius statuti, vt colligitur ex glo. in l.1.C.ne liceat, tertio prouocare.quam ad hoc ibi ponderat Bal. in 2. col. & ita etiā dicit Bal.& Io.de Imo.in l.fi.ff.de hæredibus instituen.vbi argumento illius tex.dicunt ꝙ rubricæ statutorum præbent intellectum ad statuta.¶Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam in proposito nostro, puto de iure veriorem, maximè ex infrascriptis,quia statutū sub rubrica, quòd a sententia possit appellari,uult ꝙ ultra quatuor dies à die latę sententiæ non possit succumbens,& quilibet alius appellare, uel
5 nullam dicere.& licèt† de iure communi facultas implorādi effectum iudicis duret 30.annis l.sicut,cum gloss.in uerbo, prosecutione.C. de præscrip.30. annor.quam ad hoc ibi not. Ang & patet ex not.per glo.1.in l.querelam.C. de falsis.not. Bald.in l.data.in 16.col.C.qui accusa. & Sal. in l.si præses.ad fi.C.quomodo & quando iud. tamen fallit, ubi consuetudo fori,uel loci minus tempus statueret,ita dicunt Lauden.Zendo.Cardinalis Floren.& Io.de Imo.in cle.ut calumniis, de re iud.allegant c.cum uenissent, cum simi. de eo qui mittitur in possess cau.rei ser.& pari ratione per statutum potest tale tem-
6 pus diminui.l.omnes populi.ff.de iusti. & iure. † non differt enim consuetudo à statuto circa causam efficientem & potestatem,sed circa modum & formam inducēdi, ut inquit Bal. in l.2.in 2.col.C. quæ sit longa consue. quia in statuto requiritur expressus consensus, & expeditur uno momento l.1.ff. de leg.sed in consuetudine interuenit tacitus consensus cum diuturna obseruantia.l.de quibus.ff. de legi. & istam æquiparationem facit etiam Bar.in d.l.de quibus.in uer.quæro nunquid

quid de effectu. & in l. diuturna. eodem titu. ergo cum præ-
supponatur, quod non fuerit dictum de nullitate dictæ sen-
tentiæ intra dictos quatuor dies, sequitur quod vlterius per
viam principalis petitionis non debet audiri. ¶Si qua ergo est
difficultas, illa consistit in videndo, an allegata in contrarium
habeant obstare. & dico ꝙ non, nam in primis non obstat, qd
non debet intelligi sublata nullitas resultans ex defectu cita-
tionis, tanquam defensionis inductæ de iure naturali, quę tol
li non potest &c. Quia respondeo per id, quod notabiliter di-
cit Ang. in l. si sic. in prin. ff. de lega. j. quem ibi sequitur Ioan.
7 de Imo. & Raph. Cuma. †vbi dicunt, quòd si statuto cauetur,
quòd propter instrumentum, guarentigiæ capiatur debitor
ad meram voluntatem creditoris, quòd tunc potuerit incipi
à captura ostenso instrumento, & etiam nulla præcedente ci-
tatione, quia mera voluntas est illa, quæ est libera, & extracta
ab omni arbitrio boni viri. d. l. si sic, in princ. & l. cum quidã.
8 ff. de leg. 2. ¶Nec obstat secundum eos, ꝙ citatio† sit de iure na
turali, & non possit tolli, tanquam defensio per dictum cle.
pastoralis. quia respondent, quod non tollitur defensio, sed
variatur potius defendendi modus, quia reseruantur defensio
nes ex post facto, quod fieri potest, l. fina. C. de compen. l. 2. C.
de edic. diu. Adria. & etiam ex causa defensio potest tolli. l. si
seruus. C. de his qui ad eccle. confugi. & l. j. C. quando liceat
sine iud. vindi. ergo multò fortius, secundum eos debet posse
temperari, seu modificari. facit secundum eos glo. fina. in l. de
pupillo. §. meminisse. ff. de ope. no. nuncia. & ꝙ not. in cap. ex
parte. el j. de verb. sign. & dicit Ang. ꝙ ita consuluit, & ꝙ ita
fuit iudicatum. bene faciunt no. per Bar. & Bald. ac expressius
Io. de Imo. in l. Titio centum. §. 2. ff. de condi. & demon. & ita
procedit quod nota Bal. in auth. si quis in aliquo. C. de eden.
in pe. col. in ver. 2. requiritur partis citatio &c. dum dicit per
statutum, & consuetudinem posse tolli citationem. & sequi-
tur ibi Sali. modo in proposito statutum non dicit, quod pos-
sit iudex sententiam ferre contra non citatum, & quòd talis
sententia valeat, seu quòd non possit condemnatus, vel con-
demnandus se defendere. sed dicit, quòd sententia talis, si est
nulla, debeat dici nulla intra quatuor dies, & quòd vltra non
audiatur. & sic potius variatur modus defensionis, quã quod
tollatur defensio, quia vbi non facto statuto prędicto potuis-
set dicere sententiam nullam intra triginta annos, & docere
de nullitate, nunc propter statutum arctatur ad proponendã
nullitatem intra quatuor dies, & postea potest intra alios ter-
minos statuti docere de nullitate, & defensione sua cõtra sen-
tentiam, ergo dato, quòd talis sententia fuisset lata contra non
citatum, non est verum dicere, quòd sibi auferatur defensio,
vel citatio, sed traditur modus, seu tempus faciendi defensio-
9 nes. & istud non est à iure improbatum. ¶Nam videmus† pos-
se statui terminum peremptorium ad proponendas exceptio-
nes, & defensiones, ut in c. pastoralis, de exceptio. quod habet
locum etiam in peremptorijs exceptionibus, secundum ma-
gis communem opin. vt ibi tenet Inno. Host. Ioan. And. & An
to. de But. & no. Compost. in c. quòd sicut. de elec. & Dyn. in
regula, indultum. lib. 6. & Cyn. in l. iudices. C. de iud. & Bart.
in l. 1. ff. de re iudi. & Spe. in ti. de excep. d. §. versi. vtrum au-
tem. & Inno. in c. coram, de restit. in integrum. & Pau. de Lia-
za. in cle. constitutionem, de elec. & dicit Ioan. de Imo. in d. c.
pastoralis hanc esse communem opi. facit quod legitur & no
ta. in c. cum in tua. cum simi. qui ma. accus. pos. & sic apparet,
quòd negligentia non proponentis dictam nullitatem intra
quatuor dies potest esse iusta causa denegandi, sibi vlterius au
dientiam, vel defensionem, quæ denegari potest ex causa, ut di
xit Ang. in d. l. si sic. & retuli suprà. & no. dominus Cardinalis
in d. cle. pastoralis. §. cæterum. bene faciunt not. per doc. in c.
quæ in ecclesiarum. de consti. & in l. rescripta. C. de preci. Im-
pe. offe. & in l. fin. C. si contra ius. ¶Et sic non obstat id, quod
not. Ang. in d. consil. 174. & Petr. de Anch. in d. consi. 202. cũ
aliis suprà allegatis, quia loquuntur quando statutum prohi-
10 bebat posse obijci de nullitate præcisè. hoc etiam† expresè de
ciditur per id, quod no. Bal. in l. vt vim, in prin. ff. de iust. & iu
re. vbi dixit, quòd licet non valeat statutum denegans banni-
to defensionem, quæ est iuris naturalis per dictam cle. pasto-
ralis, tamen fallit vbi statutum respiceret causam in qua ban-
nitus esset contumax, quia ratione contumaciæ potest sibi de-
negare audientiam & defensionem, l. sed & si per prætorem.
§. sed si cum decreto, cum ibi not. ff. quibus ex cau. maio. & sic
ratione contumaciæ in non proponendo intra quatuor dies
nullitatem, potest omnis defensio auferri per statutum. pro
hoc etiam facit, quia etiam ea, quæ sunt iuris naturalis, dato
quòd non possint in totum tolli, possent tamen minui, vel di-
stingui, ut not. in l. 1. ff. de consti. princ. & in l. fin. C. si contra
ius. cum simi. ¶Confirmantur prædicta per id quod dicit Bal.
in l. quoniam Alexandrum. C. de adul. vbi uoluit, quod illud
quod dicitur, defensionem esse de iure naturali, & per statu-
tum tolli non posse, procedit quando esset mera defensio, se-
cus si non esset mera defensio. ut quia non sit, tam defendere,
quam agere, vel accusare, quoniam tunc talis defensio non
est de iure naturali, & per statutum tolli non potest, per dictã
11 l. quoniam Alexandrum. ¶Et ideo dicit ibi Bald. † post Pet. &
Iacob. de Are. & Cyn. quòd bannito aut alteri ex forma statu
ti potest denegari exceptio compensationis, quia tendit ad
impugnandum, & in ea dicitur opponens reconuenire, ut l.
neque. C. de compen. & no. l. inter tutores. ff. de admi. tuto. &
no. hoc etiam Inno. in c. cum inter. post glo. de excep. & etiam
Bartol. in l. amplius. ad fin. ff. rem ra. hab. & Bal in l. nemo, ad
fin. aliàs est in l. cum pap. C. de sen. & in sua disputatione in-
cipiente. Statuto cauetur, quòd fœnerator. in 12. col. sed ille
Ioannes, qui per viam principalis petitionis dicit de nullita-
* te non dicitur * merè se defendere, quia non uenit per viam
exceptionis, sed agendo per viam principalis petitionis, ergo
quantum est respectu talis nullitatis, ita deducendæ non po-
test dici vires statuti non sufficere. & quòd dicatur hoc casu
agere, probatur ex plenè traditis per Barr. & alios, maximè Io.
de Imo. in l. de pupillo. §. si procurator. ff. de ope. no. nunc. dũ
tractant de petente reuocari tenutam. & Ioan. An. & alii in .
significauerunt, & in c. cum inter, & in c. dilecti, de exce. dum
inter cætera concludunt, excommunicatum non posse per
viam principalis petitionis petere declarari sententiam nul-
lam, per id quod hr in c. j. de rescrip. in 6. licèt excõicato non
denegetur exceptio & defensio. d. c. significauerunt. & d. c. cũ
inter. ¶Corroborantur† prædicta per id quod singulariter de
12 cidit Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. Tri. in repe. magna,
in 28. col. in versi. item pone, quartam conclusionem negati-
nam &c. vbi dixit, quòd non valet statutum disponens, quod
possit condemnari sine citatione, per d. cle. pastoralis. qd dicit
* esse verum non discussa causa, secus autem cã discussa * vnde
dicit valere statutum Perusij disponens quod si constat de cri
mine non uitietur sententia, licèt reus non fuerit citatus ad
audiendum sententiam, quia sublata defensione per liquida-
tionem facti, restat quod statutum nil continet contra ius na-
turale. allegat l. quanuis indubitati. C. de adult. & ita dicit de-
bere intelligi id quod no. in l. pactum inter hæredẽ. ff. de pac.
sed ita est ꝙ dictus Ioannes fuit ante sententiam Seij citatus
ad contradicendum secundum formam statuti de executioni
bus, ergo quanuis postea ad sententiam non fuerit citatus, nõ
debet dici ꝙ ista sit talis nullitas uel defectus ꝙ per statutum
non possit intelligi esse derogatum. Fortificabuntur etiam re
sponsiones prædictæ ex his quæ dicam respondendo ad secũ-
dum principale argum. in quo dicebatur quod dictum statu
tum non debet intelligi de notoria & euidenti nullitate, de
qua constat ex actis, per id quod no. in ca. ex conquestione, de
13 rest. spo. †quia respondeo, ꝙ illa gl. loquitur quando appella-
tio remouetur ab homine, puta per rescriptum, nam nõ intel-
ligitur remota appellatio a sententia quæ manifestè grauat, vt
ibi no. & habetur in d. c. inter cætera. tamen nos loquimur q̃n
appellatio & nullitas tollit statuto & sic a lege, quo casu aliud
est, vt voluit Host. & Ioan. And. in c. pastoralis. §. fi. de offi. de-
leg. vbi concludit quòd licèt ab homine scilicet superiore re-
moueatur appellatio, & possit appellari in casibus expressis a
iure, vt traditur in c. pastoralis, & in c. vt debitus. de ap. tamen
nullo casu potest appellari, vbi clausula, appellatione remota,
est apposita a iure, quia legis authoritas est in maioris poten-
tiæ quàm hominis. & illud dictum sequitur Ant. de But. in d.
c. pastoralis. §. fi. de offic. deleg. vbi reputat illud esse singulare
14 & menti tenendum. ¶Pro hoc bene facit textus † in l. 1. ff. de
offic. præfe. præt. & illum ponderat ibi Bal. in prin. vbi vult ꝙ
quando lex vel statutum prohibet appellari, nõ poterit appel-
lari vllo modo per illã legem, secus secundũ eum si per rescri-
ptum remota est appellatio per l. fin. C. de sent. ¶Bene faciunt
not. per

not. per Bal. in l. item videndum, cum l. seq. in §. quod si pro
emptore. ff. de peti. hær. & quod nota. Anton. de Butr. in d. c.
pastoralis, de appellationib. in prin. in 2. col. ¶Item respódeo,
quòd dato, quod vbi ex toto reiiceretur nullitas, non intelli-
geretur de nullitate euidenti & notoria, de qua possit ex actis
constare, tamen secus est, vbi non reiicitur omnino nullitas,
sed admittitur si intra certum tempus proponatur, quia tunc
per hunc modum omnis nullitas, & omnis defensio etiam iu
ris naturalis potest denegari ei, qui intra tempus permissum
non lixit de nullitate, vt patet ex his, quæ clarè per plura me-
dia & plures authoritates ostensum est suprà responsione fa-
15 cta ad primum argumentum. ¶†Et notorietas non releuat ab
onere proponendi, vt est gl. no. in clem. appellanti. de appel-
latio. & nō. Io. Andr. in c. 2. ut lit. non contesta. & notat Bar. in
l. j. in vlt. col. ff. de exceptio. per l. ciues. C. de appella. ¶Com-
16 probo ex his† quæ notabiliter voluit Ant. de But. & Ioan. de
Imo. in cle. vt calumniis, de re iudicata vbi volunt, quod nul-
litas, quæ reiicitur per dispositionem illius clem. quando latæ
c sunt tres sententiæ conformes, intelligatur etiam c reiecta, quā
notoriè exactis constare possit de nullitate allegata, per id, qđ
ibi no. glo. in verbo pendere. & dicit ibi Anto. de Butr. & Ioā.
de Imo. quod etiam si ex inspectione sententiæ apparet de nul
litate, intelligeretur illa reiecta per dictam cle. j. & dicit Ioan.
de Imo. ꝙ credit, ꝙ ita seruaretur in practica. & respōdent ad
illud, quod no. in d. c. ex conquestione, & in d. c. inter cætera,
& in c. qua fronte, de appellationi. vbi exclusa cognitione nō
intelligitur exclusa notorietas, & exclusa appellatione nō reii
citur appellatio notoriè iusta, ꝙ ibi loquitur quando exclude
re illam cognitionem, vel appellationem erat grandis præiu-
dicii, quia erat prouisum, ꝙ à sententia nullo modo appellare-
tur. secus in casu dictæ cle. vt calumniis, quia dato, ꝙ intelli-
gatur reiecta nullitas etiam notoria, non est totaliter exclusus
ille contra quem latæ sunt tres sententiæ nullæ, quia post ea-
rum executionem ille textus patitur, quod dici possit de nul-
litate quacunque dummodo intra triginta annos dicatur, ut
dictum est suprà, ita ergo est in proposito nostro, dictum sta-
tutum nō excludit appellationem, & nullitatem, imò permit-
tit posse appellari & de nullitate dici vsque ad quatuor dies,
& sic non est magni & irreparabilis præiudicii, & imputet si-
bi qui culpa, vel negligentia permisit sibi labi tempus, ut pa-
tet ex iam dictis. ¶Per hoc patet, ꝙ non obstat id, quod notat
Oldradus in dicto consi. 106. & per Bald. in d. l. 1. C. ne liceat
tertio prouoca. in princi. quia ipsi loquuntur in terminis di-
ctæ clementi. vt calumniis. & volunt, ꝙ in casu illius clemen.
non intelligatur reiecta nullitas de qua liquido, & manifestè
constare potest, & hoc quia tunc cessat ratio dictæ clem. ut ca-
lumniis. quæ fuit vt obuiaretur calumniis litigantium, & di-
centium de nullitate sententiæ per calumniam, nā calumnia
cessat in casu, in quo euidenter constat de nullitate sententiæ.
sed in statuto nostro non sunt posita verba, quæ sunt posita in
dicta cle. ut calumniis. Item ibi nulla fuit negligentia cómis-
sa in dicendo de nullitate propter quam negligentiam lex ex-
cluderet negligentem, prout in casu nostro, alias diceremus ꝙ
post 10. dies de iure communi possit quis appellare & per viā
appellationis petere, quod rescindatur sententia, quæ euiden
ter ex actis ostendatur iniqua, quod neminem sanæ mentis di
cere puto. ¶Prætereà contra Bal. videtur esse glo. in d. clem. in
verbo, pendere. & ibi clarè Anto. de But. & Io. de Imo. & cum
illa gloss. in dicto verbo, pendere, transit etiam Io. de Imo. in
l. si expressim. ff. de appe. circa 23. col. & etiam in pe. uel ante-
pen. col. vbi facit mētionem de verbis Bal. in d. l. j. C. ne liceat
tertio prouo. & non approbat opinionem eius. ita etiam facit
Ludo. Roma. in l. si feriatis. ff. de feriis. ¶Et dato quod opin.
Bal. esset vera, tamen nullo modo obstat casui nostro, per ra-
tiones suprà proximè dictus respondendo ad dictam clemen.
& illud est tutius dicere pro responsione ad not. per Bal. in d.
l. j. ne liceat tertio pro per quæ etiam est responsum ad not.
per Bal. in d. l. j. C. si de momenta. pos. per Bar. in d. l. j. de ope.
17 no. cum sim. ¶Præterea† id quod no. Bal. in d. l. j. C. si de mo-
men. pos. non obstat, quia solum vult ibi Bald. quod possit ap-
pellari à sententia lata in mero possessorio, si exprimatur cau-
sa euidentis iniquitatis, vt etiam dicit tenere Inno. in c. fin. de
ope. nou. nuncia. & etiam Bar. in l. 2. ff. de app. reci. circa 4. col.
parum ante. j. q. vnde Sal. in d. l. j. C. si de momenta. pos. fue.
app. in 2. q. referendo illam decisionem Bald. ibidem dicit se
non inuenire, quod Innoc. in d. c. fi. dicat permitti appellatio
nem in possessorio, nisi de iure canonico. & fatendum est, se-
cundum Sal. ꝙ Inn. in c. fi. & alii canonistæ dicunt, quod ex-
primenda est causa in tali appellatione, quia sententia lata in
possessorio cum expectet petitorium, post se habet vim inter-
locutorio merito requiritur expressio causæ. c. 1. de app. in 6.
& in dicta clem. appellanti. & sic attentis prædictis non vult
Bal. quod vbi est prohibita de iure ciuili appellatio, possit de
iure ciuili appellari, vbi sententia esset manifestè iniqua. ¶Nō
18 obstat tertium † argumentum dum dicebatur, quòd quando
iudici constat ex actis iudex potest supplere pro parte, etiam
dato, quòd pars esset exclusa à statuto, quia respondeo, quod
istud non potest adaptari ad casum nostrum, scilicet quando
iudex vellet supplere pro actore, circa id, quod est fundamen
tum intentionis actoris exclusi à petendo, quia quo ad ipsam
principalem petitionem requisitum pro parte actoris, non po
test iudex ad priuatum commodum supplere pro actore, etiā
ex his quæ constarent ex actis iudici, vt clarè concludit Anto.
de Butr. in c. bonæ. el j. de postula. præla. circa 4. vel 5. colū. &
ibi etiam sequitur Ioan. de Imo. & mouentur per notata in d.
cle. appellanti. de app. & per not. per Ioan. And. in d. cap. 2. vt
lite non contestata. dato quòd in aliquibus specialibus casib.
pro reo possit supplere, etiam vbi requireretur propositio ex-
ceptionis. qui casus colliguntur ex notatis per glo. & doct. in
l. vbi pactum. C. de transact. & per Barto. in d. §. pactus ne pe-
teret. cum similib. secundum Anton. de But. & Ioan. de Imol.
in dicto cap. bonæ. inter quos casus non est, nec adaptatur ca-
19 sus noster. ¶Pro hoc etiam facit, † quia cum ista petitio nul
litatis veniat expedienda iudicis officio nobili. l. si pater. C.
quando prouo. l. chyrographis. §. j. cum glo. ff. de administra.
tuto. l. 1. §. 1. cum gloss. ff. quæ senten. sine appella. rescin. not.
Innocen. in c. fi. de offi. iud. & Specu. de offic. iudic. §. 1. versic.
item cum nullitas petitur declarari. & Bartol. in l. quæ sub
conditione. §. fin. ff. de condi. inst. & in l. si expressim. in pen.
col. ff. de app. non potest iudex supplere ad commodum par-
tis circa id, quod venit intentandum officio iudicis nobili, li-
cèt aliud sit in his, quæ veniunt expedienda officio iudicis
mercenario, ut tradit Bartol. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff.
de dam. infect. in 1. & 2. q. per illum tex. & per c. fi. de off. iudi.
¶Præterea antequam peteret Ioannes dictam sententiam de-
clarari nullam non poterat dici, quod huic iudici, ut iudici
ex actis constaret dictam sententiam fuisse nullam, quia non
constabat ei. id autem, quod factum est ad petitionem Ioan-
nis attendi non debet, quia statutum eum excludit, post di-
20 ctos quatuor dies. ¶Ad idem bene facit, † quod notat Bal. in
d. l. vt uim. circa primam colum. vbi dicit illud bene notandū
esse scilicet, quòd iudex nunquam ex suo capite debet condē-
nare aliquem qui habet defensionem iuris ciuilis, vel muni-
cipalis, puta præscriptionis inductæ à statuto secundum eū,
* quia paria * sunt punire innocentem, vel punire nocentem,
quem damnare non debet, ut quia sit præscriptum. l. lex Iul. §.
hodie. ff. ad legem Iuliam rep. nam secundum eum, ad quid
factum esset statutum, si iudices non seruarent illud. nec con
scientia eos mouere debet, quia sunt in foro iudiciali, non pę
nitentiali, ut ibi plenius per eum. ¶Non obstat dum quarto,
& vltimo dicebatur, quòd statutum sub rubrica, quod à sen-
tentia possit appellari &c. debet intelligi solum de nullitate
deducta simul cum appellatione, quia respondeo quod imo
statutum clarè loquitur disponendo alternatiuè de eo, qui
vellet appellare, vel vellet dicere de nullitate, & loquitur in
quolibet, cui de iure liceat dicere sententiam nullam, & cla-
rum est, quod ille, qui affici posset ex sententia, potest eam di-
cere nullam etiam omissa appellatione. l. 1. in princi. & §. 1. ff.
quæ sententiæ sine appell. rescin. ergo talis, qui velit, sine ap-
pellatione dicere sententiam nullam, comprehenditur sub di-
21 ctis verbis statuti. ¶†Hoc ostendo ratione, nam unumquod-
que verbum statuti debet aliquid operari, vbi hoc fieri potest
l. si quando, in prin. ff. de leg. 1. c. si Papa. de priuil. in 6. c. pasto
ralis. in prin. de app. & ibi not. domi. Abb. Sic. & no. Bart. in l.
4. §. prætor. ff. de dam. infect. & in l. 2. ff. de vsufr. & Anton. de
But. in c. ex parte, l'ultimo. de verbo. signifi. & in c. causam, de
do. & contu. sed si diceremus, ꝙ illud statutum intelligitur,
quando nullitas deduceretur, simul cum appellatione, seque-
retur,

retur, ꝙ illa verba importantia, quod debeat sententiam nul-
lam dicere intra quatuor dies, non operabuntur, quia cũ iam
statutum prouideret, quod appellatio debeat interponi intra
quatuor dies resultabat, quod volens cum appellatione simul
iungere nullitatem, habebat hoc facere intra quatuor dies da
tos ad appellandum. Sed si intelligatur statutum etiam de nul
litate per se principaliter proponenda absque appellatione,
tunc tantum bene aliquid operabitur, nam operabitur quod
ille qui tantum vult dicere sententiam nullam, & non appel-
23 lare, debet hoc facere intra quatuor dies. ¶†Præterea siue qs
dicat sententiam nullam, & si qua est appellet, siue simpliciter
agendo dicat sententiam nullam, & ita declarari petat absque
vlla appellatione, semper dicitur nullitatem principaliter pro
ponere, vt not. Bart. in l. si expressim, præallegata. in 3. col. in
versi. videndum est, an & in quibus casibus sententia &c. &
ibi hoc plenius per plura probat Ioan. de Imo. super tertia gl.
circa quintam col. quæ breuitatis causa omitto. & idem not.
Ant. de But. & dominus Abbas in c. dilecto. de app. ergo ni-
hil refert quo ad iuris effectum de quo quærimus, an de nul-
litate dicatur expressè simul cum appellatione, an verò per se
24 sine appellatione per viam principalis petitionis. ¶†Non ob
stat, quod verba rubricæ loquuntur de appellatione, & quòd
dant intellectum ad nigrum, quando inest ambiguitas, quia
respondeo quòd nigrum potest esse generalius rubro, nec per
hoc nigrum restringetur, vt est gl. in auth. de incestis nuptiis,
in princ. per quam etiam ita dicit Io. de Imo. in rub. ff. de ver-
bo. obl. & etiam intelligendo, prout aduersarii intelligere vo
lunt, scilicet ꝙ nigrum intelligatur, quando appellans appel-
lauit, & de nullitate dixit, oportet etiam quod tunc dicamus
quod nigrum sit generalius rubro, quia rubrum loquitur de
appellatione in qua quamuis possit comprehendi nullitas in-
cidens, id est, quæ tacitè inest. l. quædam mulier. ff. fam. erc. &
l. Carmilia. Pia. ff. de iurepa. tamen non comprehenditur nul-
litas expressè deducta cum appellatione, quia inter se multũ
differunt nullitas quæ venit tacitè, & incidenter in appella-
tione, & nullitas expressè, seu æquè principaliter deducta, ut
no. Bar. in d. l. si expressim. in ver. videndum &c. & sic non po
test defendi, quin nigrum sit generalius. & consequenter cum
verba nigri sint clara per se, non est opus interpretatione. l. cõ
tinuus. §. cum ita. ff. de verb. obli l. ille aut ille §. cum in ver-
25 bis. ff. de leg. 3. ¶†Potest etiam dici, ꝙ quia nullitas principali-
ter deducta maximam habet conformitatem cum appellatio-
ne, quia deuoluit negotium principale ad superiorem, ut pos-
sit etiam sententiam ex noua causa informare, sicut posset iu-
dex aditus per appellationem, vt probatur in l. absentem. C.
de accu. & no. Inno. in c. cum contingat de offi. deleg. & Bart.
in l. si vt proponis. la j. C. quomodo & quando iudex. & in d.
l. si expressim, in pe. col. & Ang. in l. j. C. quando prouoc. & in
d. l. absentem. & canonistæ in d. c. dilecto, ideo posuerunt hoc
statuentes sub rubrica, ꝙ à sententia possit appellari, & sic ni
hil repugnat si statuentes voluerunt talem nullitatem claudi
ijsdem terminis, & fuit necesse hoc expressè prouidere, quia si
non fuisset prouisum, tunc deserta causa appellationis non in
telligeretur deserta causa nullitatis, siue incidenter, & tacitè
esset inclusa in appellatione, siue expressè & æquè principali
ter deducta esset cum appellatione, vt notat Bar. & communi
ter alii. in d. l. si expressim. in antepen. col. cum quo cæteri scri
bentes vbiq; concordant. ¶Ex his etiam apparet, ꝙ non obstat
si statutum prædictum & sequens quandoq; facta responsio-
ne de appellatione & nullitate postea respondet solum de ap-
pellatione, quia si hoc argumentum procederet, oporteret ẽt
dicere, ꝙ statutum non comprehenderet ullo modo nullita-
tem, saltem qñ est expressè deducta cum appellatione, cuius
contrarium manifestè declaratur in dicto statuto sub rubrica
26 ꝙ à sententia &c. intellexit gl. dictum statutum †respondendo
ad vnum, respondere etiam ad illud de quo pariformiter. s̃.
dixerat. l. j. C. de diuer. rescrip. l. si cum res. cum gl. C. ad exhi.
no. gl. in l. cum prætor. in prin. ff. de iud. & notat gl. & Bal. in
l. consilio. §. quæsitum. ff. de cura. furio. & hoc si in utroq; mi
litet eadem ratio, vt no. in dictis locis. & vbi diceremus, ꝙ nõ
militaret eadem ratio, tunc illud quod esset expressè decisum
in uno intelligeretur denegatum in casu omisso. l. & si sine. §.
sed quod Papi. & ibi Bal. ff. de mino. & d. l. cum prætor, cum
ibi no. Præterea dictum statutum sequens, scilicet sub rubri-
ca de modo, & ordine procedendi in prima causa appellatio-
nis, in fi. videtur respondere ad vtranq;. nam licèt per illa ver-
ba, scilicet alioqui ipsi appellationi renunciasse intelligat &c.
non videatur responsum ad causam nullitatis, tamen per se-
quentia verba videtur responsum dum subdit, & prima sen-
tentia remaneat firma, & executioni mandetur &c. & sic pa-
tet, ꝙ secundum vnumquemq; intellectum dicta pars statuti
non vrget nos ad dicendum, ꝙ statutum sub rubrica quod de
sententia &c. in prin. debeat restringi, ut non comprehendat
istam nullitatem per se principaliter deductam, vt s̃. hoc etiã
esse verum colligitur ex statuto sub rubrica de certis quæstio
nibus exceptuatis, vbi loquitur de causa nullitatis, tanquam
causa per se à causa appellationis. & loquitur de causa appella
tionis, & de causa nullitatis, vt de pluribus causis, & per vnũ
statutum declaratur aliud. l. non est nouum. & l. sed & poste-
27 riores ff. de legibus. ¶†Nec obst. etiam si diceretur, ꝙ fortasse
dictus Ioannes dixit de nullitate dictæ sententiæ intra qua-
tuor dies à tempore, quo sciuit sententiam esse latam, iuxta l. j.
C. de tempo. app. c. concertationi, cum glo. de app. in 6. quia
respondeo, ꝙ sufficit quod instantia, tam causæ appellationis,
quam causæ nullitatis perempta est per lapsum tanti tempo-
ris, & de iure municipali & de iure communi perempta est.
vnde non potest amplius inchoare, cum non sit intra quatuor
dies datos à statuto ad proponendum de nullitate à die sen-
tentiæ & etiam scientiæ, quia tempora non suffragantur. arg.
l. accusaturus. ff. de adul. & per no. per Bar. in l. edita. in 2. col.
C. de eden. & ita in terminis istis præcisè consuluit Pau. de
Cast. in consi. 325. inci. in Christi nomine, ad primum respõ-
detur, ꝙ dicta pronuncia. ¶Vel secundo & melius respondeo,
qd cũ dictus Ioannes appellauerit, & simul cum appellatione
de nullitate dictæ sententiæ declaratoriæ dixerit, si non ser-
uantur omnia, & singula requisita in dicto statuto sub rubri-
ca de modo & ordine procedendi in prima causa appellatio-
nis, propter quam non obseruantiam si statutum illud dicit,
ꝙ appellatione, vel nullitate interposita, si contenta in dicto
statuto non fuerint seruata appellationi renunciasse intelliga-
tur, & prima sententia remaneat firma & executioni mande-
tur. & sic statutum vult in effectu, ꝙ amplius non possit dici
nulla, quia aliàs non remaneret firma. ¶Et posito, ꝙ aliquis di-
ceret, quod per illa verba statuti, scilicet alioqui ipsi appella-
tioni renunciasse intelligatur, non videretur responsum illud
referri ad causam nullitatis, tamen per sequentia verba, quæ
dicunt, & prima sententia firma maneat, & executioni man-
detur &c. intelligitur esse responsum, cum cõueniant illa ver-
ba appellationi & nullitati, vt s̃. dixi bene facit l. iam hoc iu-
re. de vul. & pup. & l. quamuis. C. de impub. & alijs subst. & ẽt
satis videtur identitas rationis illos duos casus, scilicet appel-
lationis & nullitatis associari in casu prædicto, in quo statutũ
voluit punire negligentiam appellantis, vel de nullitate di-
centis, si ibi contenta non seruauerit. & sic etiam videretur, ꝙ
illa sola verba, scilicet alioqui ipsi appellationi renunciasse in-
telligatur, sufficerent per d. l. si res. cum glo. & d. l. consilio. cũ
si. tamen sequentia verba uidentur tollere omne dubium, &
huic responsioni magis adhæreo quam primæ. istud uidetur
etiam esse maximum fundamentũ totius uictoriæ huius cau-
sæ, ut propter dispositionem dicti statuti sub rubrica de mo-
do & ordine dictus Ioannes debeat omnino excludi à nullita-
te prædicta, si non seruauit contenta in dicto statuto. Ex quib.
infero partes excellentissimorum dominorum iudicare de-
bentium esse in pronunciando bene appellatum pro parte di-
ctarum dominarum. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Citationis. Hyppo. Marsi. singu. 75. Cu. senior consi. 20.
b ¶Tamen. supr. lib. 3. consi. 77. nu. 20.
* De nullitate. ] Istud latè tenet Philip. Fran. c. dilecto, de app. Na-
* Non dicitur. ] Facit ad rem quod scripsit Bart. ad l. libertum. ff. de
in ius uocando, scilicet, ꝙ ille, qui prouocauit ad iudicium, dicitur
actoris partes sustinere, licèt quo ad alia sustineat partes rei.
c ¶Etiam. Panor. ibi Fel. in rub. de fo. comp. supr. lib. 5. consi. 111.
* Causa discussa. ]. Doctores ad c. ex parte. il ij. de offic. delegati di-
cunt, primam citationem esse de iure naturali, alias esse de iure ciui
li. Post conclusum in causa citationem esse iuris positiui dixit Afflic.
decisi. 283. Natta.

a Quia paria.] Idem dicit Bal. ad l. addictos. C. de Episcop. aud. & ad l. 2. C. qui testa. fac. pos. & ad l. si quis filio. §. hi autem. ff. de iniusto irrito testam. vbi etiam Pau. Cast. in quib. locis semper Bal. habet in ore tex. l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad l. Iul. repetund. Nat.

b Pau. de Cast.] Habeo consi. 288. lib. j. vbi vult, ꝙ licet vbi appellatio, & nullitas proponitur simul, possit deserta appellatione causa nullitatis de nouo inchoari de iure communi, tamen secus est vbi statutum præfigit terminum appellationi, & nullitatis dictioni, quia post terminum perit non solum instantia, sed etiam causa.

## EPITOME.

CLAVSVLA permittens vendere & libere disponere posita in fine vltimæ substitutionis, non refertur ad præcedentem substitutionem. & latè quando clausula non refertur ad omnia.

## CONSILIVM CCXXVI.

Ponderatis verbis testamenti Ioannis Venturelę, & narratis in themate in quo principaliter quæritur, vtrum dictus Nicolaus qui sine liberis decessit, potuerit inter viuos & in vltima voluntate etiā ad pias causas disponere vltra suam legitimam & Trebellianicam sibi debitam ex bonis ad ipsum peruentis ex hæreditate dicti
1 Ioannis vigore dicti testamenti. Et certum est, quod † si ad primam substitutionem factam inter liberos non refertur illa clausula in qua dicitur, cum hoc tamē ꝙ dicti sui filij possint de dictis bonis dictæ hæreditatis vendere & alienare & alteri obligare, prout eis videbitur & placebit sine contradictione alicuius personæ, & tunc dicta substitutione non obstante nō potuisset dictus Nicolaus cum effectu alienare inter viuos vel in vltima voluntate vltra dictam legitimam & Trebellianicā in præiudicium aliorum liberorum testatoris substitutorum eueniente dicta conditione substitutionis. s. ꝙ decesserit d. Nicolaus sine liberis. l. fi. §. sed quia cum §. seq. & in authen. res quæ. C. communia de lega. & l. seruo legato. §. j. ff. de leg. j. iuncta. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testamen. & c. Raynutius, & c. Raynaldus, de testamen. cum ibi no. ¶ Solum ergo videndum est, an dicta clausula referatur ad dictam primā substitutionem, an verò ad vltimam tantum substitutionem factam in casu quo omnes filij testatoris decederent sine liberis, in quo quidem euentu substituit vltimò decedenti sine liberis duas fraternitates in omnibus suis bonis prout latius in dicto testamento. Et licèt fortasse prima consideratione videretur ꝙ ad vtranque substitutionem referri deberet, eò quia clausula in fine apposita refertur ad omnia præcedētia, si nulla ratio subest, quare magis ad vnum quàm ad aliud referri debeat. l. j. C. de libe. præte. l. talis scriptura. ff. de leg. j. c. Secū-
2 dò requiris. de appel. cum si. ¶ † Tamen præmissis non obstantibus contrariam sententiam probabiliorem & veriorem arbitror, nam testator maiorem ostendit se habuisse affectionē ad liberos suos, quàm ad dictas fraternitates seu piam causam concernentem dictas fraternitates, patet, quia ad liberos peruenire voluit primo loco hæreditatem suam, & vno ex eis decedente sine liberis substituit alios descendentes superstites, & in defectum omnium liberorum substituit ultimo loco fraternitates prædictas, ideo illi ad quos ex dispositione testatoris debet primò peruenire hæreditas, intelliguntur fuisse prædilecti. l. Publius. §. Titia. ff. de conditio. & demonstr. & etiam in dubio iuris præsumptione ita interpretatur, vt probatur
3 † ex no. per Baldum post Richa. Malum. in l. cùm acutissimi. C. de fideicommiss. in prima colum. in versic. quæro quid si testator post mortem filij &c. vbi notabiliter voluit ꝙ si pater in testamēto instituit filium suum & post mortem dicti eius filij disposuit construi quoddam hospitale ex hęreditate sua, in qua filius fuerat institutus, subintelligitur in dicta dispositione continente onus construendi hospitalis illa conditio videlicèt, si filius decesserit sine liberis & non aliter, sicuti ad veritatem alterius quàm piæ causæ filium post mortem grauasset, vt in d. l. cùm acutissimi. & l. cùm auus. ff. de conditio. & demonstratio. & l. generaliter. §. 1. C. de institu. & substitu. sub condi. fac. allegat id quod habetur in ratione sui in l. filio quem pater. ff. de liberis & posthumis. bene facit quod nota. Bald. in l. iubemus in princip. C. de testamen. ergo apparet ꝙ non est eadem ratio quòd dicta clausula permissionis alienationis non obstante substitutione referatur ad primam, sicut ad ultimam substitutionem, quia si refertur ad vltimam tantum, quanuis dicta clausula tendat ad derogandum vtilitati causæ piæ vltimò substitutæ, tamen non sequitur quòd eadē ratione intelligi debeat testatorem derogare voluisse vtilitati liberorum, qui superstites remanerent, cum dispar fuerit affectio testatoris erga liberos superstites, & erga piam causam, ergo sumus in casu dictæ. l. C. de liberis præte. & eorum quæ
4 plenè nota. per Bartolum in dicta. l. talis scriptura. † vbi habe-
a tur, quod clausula[a] in fi. apposita non refertur ad omnia præcedentia, quando non subest par ratio quòd ad omnia referatur, & quod ratio maioritatis affectionis ad personas in uno capitulo expressas quam ad alias personas in alio capitulo expressas, faciat quod clausula in fine apposita non referatur ad omnia, voluit expressè Barto. in consilio suo incipiente, Angelus Matthiæ &c. per rationem dictæ legis primæ. C. de liberis præteritis. facit quod no. Barto. in l. fina. ff. ad Trebellianum. ¶ Secundò comprobatur, quia testator substituendo reciprocè dictos suos filios, ostendit voluisse conseruare hæreditatem suam in dictis eius posteris, iuxta dictam l. cùm acutissimi. Sed si diceremus Nicolaum decedentem sine liberis potuisse inter viuos & in vltima voluntate alienare dicta bona ad exclusionem aliorum liberorum dicti Ioannis superest tum vigore dictæ clausulæ, tunc resultaret totum Oppositum fieri, ergo debet fieri interpretatio quòd testator nō videatur voluisse derogare his quæ anteà disposuerat. lege, non ad ea. ff. de conditionibus & demonstrationibus. & in prima constitutione codicis. §. quibus. & in capit. ecclesia ve-
5 stra. el secundo. de elect. ¶ † Tertiò pro hoc facit, quia clausula in fine apposita non refertur in dubio ad id positum inter præcedentia, ad quod si referretur, illud corrigeret, vt no. in lege si idem cum eodem. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & Barto. in d. lege, talis scriptura. & no. domi. Abb. in d. cap. ecclesia vestra, per illum tex. ¶ Quartò, quia etiam non debet clausula in fine apposita referri ad illud capitulum, in quo erat specialiter prouisum circa illud, ꝙ in dicta clausula continetur cap. cum dilecti, secundum vnum intellectum. & ibi no. doct. de don. l. sed si per prætorem. §. deinde. ff. quibus ex causis maio. l. j. §. eum. ff. de postulan. l. cohærede. §. qui patrem. ff. de vulgar. & pupillar. & no. Barto. in d. l. talis scriptura. & Bal. in l. j. C. de legi. hære. & Spec. in tit. de instru. edi. §. nunc autem ver. Item excipe. sed quò ad ea quæ erant disposita inter liberos antequam omnes decederent sine liberis, erat opportunè prouisum per primam substitutionem factam reciprocè inter liberos quòd aliquis dictorum filiorum alienare posset, quantum esset pro legitima & Trebellianica sua, vt importat uirtus dictæ primæ substitutionis, ergo non debet intelligi quòd dicta clausula in fine apposita ad id referatur.
6 ¶ † Quintò, quia clausula in fine apposita nō debet referri ad illam dispositionem, quæ ex tali relatione redderetur inutilis. l. vulgari. ff. de do. præleg. l. si quis a filio, in princ. & l. seruo alieno. §. si ab impubere. ff. de lega. j. & not. docto. in d. l. talis scriptura. Sed si dicta clausula referretur ad primam substitutionem redderetur dicta prima substitutio inanis, quia testator permittendo filiis quod possint vendere & alienare, intelligeretur etiam permittere eis quòd possint alienare in vl-
7 tima voluntate, † quia verbum alienationis permissiuè prolatum comprehendit etiam alienationem, quæ fit in vltima voluntate. l. si quis prioris. §. certum. C. de secun. nupt. l. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de alie. iud. mu. cau. fac. l. sicut venditionis. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. no. Bart. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. & in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. & per consequens aut contingeret aliquem ex filiis dicti testatoris decedere sine filiis ab intestato superstitibus aliis fratrib. suis, & in illo casu inanis esset substitutio, quia plenius esset fratribus superstitibus consultum per successionem ab intestato, ad quam de iure communi uocabantur fratres, quàm esset per substitutionem per quam non venirent in totum, quia nō venirent ad legitimam & trebellianicam decedentis, vt est dictum. Aut contingeret aliquem ex dictis filiis decedere sine liberis condito testamento, in quo de bonis suis disposuisset, vel ēt si de ipsis bonis inter viuos disposuisset, & tunc ēt redderetur substitutio prędicta inanis, quia non obstante substi-

 tutione

tutione potuisset testari & alienare quemadmodum uoluisset.
8 ¶†Sextò probatur, quia testator in dicta clausula loquutus est per hæc verba, scilicet dicta substitutione non obstante, & sic in singulari, non debet ergo intelligi quod referatur illa clausula non solùm ad proximiorem substitutionem præcedentem, sed etiam ad primam, quia si testator ita intellexisset, dixisset dictis substitutionibus non obstantibus ca.is cui. de præben.in 6.c.pe.de re iudi.co.lib.l.j.cum glo. & ibi Bar. ff.de opt.leg.& no.Bar.in l.post dotem, in princ.ff.sol.matr. dum reprobat primam lecturam glo.ibi positam. vnde dicit Ioan.And.in c.pluralis loquutio, de reg.iur. lib.6. in mercu. ꝙ si aliquis ab eodem & coram iudice conuenitur diuersis libellis & super diuersis rebus, & iudex super vno ex dictis libellis condemnat reum, & demum eodem contextu etiam condemnauit super alio libello, & demum condemnatus appellat, & impetrat super appellatione rescriptum huius formæ videlicet, conquestus est talis, quòd talis iudex iniquam tulit sententiam diffinitiuam contra ipsum, a cuius sententia appellauit, & postea sequebatur generalis conclusio. Modò impetrans petebat vigore dicti rescripti vtranque sententiam reuocari. Ex aduerso excipiebatur quod non fuerat appellatum neque rescriptum impetratum super vtraque propter il la verba singulari numeri, dum dicebatur quòd iniquam sententiam tulit, intendit quòd non potest dici esse impetratum rescriptum super vtraque, per id quod habetur in d. c.is cui,
9 cum alijs ibi allegatis per Ioan.And.¶†Septimò per id quod no.voluit Bart.in l. fina. ff. de rebus dub.vbi dicit quod licèt aliàs clausula posita in fine referatur ad præcedentia.l.3. §. filius.ff.de libe.& posthum.dictum est suprà tamen illud est verum, quando esset clausula per se principaliter posita, sed si non est per se principaliter posita, sed ad aliam dispositioné qualificandam, puta si conditio vel modus inseritur legato vltimo loco posito, tunc ad aliud non refertur, nisi ad illud vltimum.per l.filium.cum ibi no.ff.quando dies leg. ced. Sed in proposito testator prius fecerat institutionem filiorum & substitutionem reciprocá inter eos filium postea prouidit quid seruari voluit, si filij ad diuisionem bonorum deuenirent. Demum fecit vltimam substitutionem casu quo omnes filij decederent sine filiis substituendo dictas fraternitates, cum hoc quod dicti sui filij possint vendere & alienare sine contradictione alicuius dicta substitutione non obstante, & sic voluit modificare dictam ultimam substitutionem, quasi dixerit, ꝙ substituebat dictas fraternitates cum hoc quod non posset infringere alienationes factas per dictos eius filios, nam dicta clausula in effectu hoc importat, ergo non debet referri ad alia superiora. ¶Erit ergo effectus dictæ permissionis alienationis iuncta substitutione prima & secunda, quod si unus ex dictis filiis prædecederet sine liberis, tũc alienationes factæ per ipsum prædecedentem, quatenus essent ultra eius legitimam & trebellianicam possent per fratres superstites substitutos infringi si vellent, per allegata in prin. & per id quod legitur & no.in l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad treb.sed si ipsi nollent infringere, ut quia a principio tempore alienationis vel ex postfacto consentirent alienationi, tunc clarum est, ꝙ ipsi non possent infringere alienationem.l. si fundum per fideicó missum.in prin.& l.nihil.§.j.ff.de leg.j.& quãuis posteà eueniret conditio ultimæ substitutionis, vt quia omnes decederent sine liberis, tunc dictæ fraternitates non possent infringere alienationes factas per dictos filios vel aliquem eorum
10 obstante dicta permissione alienationis.† vtrum autem si eueniret casus dictæ vltimæ substitutionis, vt quia omnes decessissent sine liberis, si reperiretur ꝙ dicti filij alienassent vltra dodrantem dictæ hæreditatis possent dictæ fraternitates nõ obstantibus alienationibus consequi quartam quasi perinde ac si testator disposuerit ꝙ decedentibus omnibus filiis suis sine filiis debeat peruenire ad dictas fraternitates omne id quod superesset ex hæreditate Ioannis, quo casu tenentur hæredes, quibus facta est talis substitutio reseruare quartam substituto, ut in authen.contra rogatus.C.ad Treb. & in l. Titius. cũ ibi no.ff.eo.tit.non discurro, quia de hoc non sum interrogatus, nec est necessarium quantum ad casum nostrum, saltem propter aliqua ex superius dictis. Ad allegata pro parte cõtra-
11 ria patet multiplex respósio ex iam dictis. ¶†Postremò, quia quæritur etiam utrum in legitimam dicti Nicolai debeat imputari prædium positum in vocabulo Plani rupulai, quod sibi tempore diuisionis factæ inter fratres fuit assignatum ante partem ex dispositione dicti testatoris, qui ita in testamento reliquit, breuiter respódeo ꝙ sic, vt probatur in l.etiam. §. pe. ff.de bo.lib.l.omnimodò.& l.quoniam nouella. C. de inoff. test.vt no.Bar.& alij in l.in quartam.ff. ad legem falci. & per doc.in l.filium quem habentem.C.fami. ercis.cum si. Alex.

ADDITIO.

a ¶Clausula supr.lib.j.consi.48.

EPITOME.

MATER potest vni filiorum totum relinquere salua aliorum legitima, & statutum in dubiis intelligitur secundum ius commune.

CONSILIVM CCXXVII.

Ponderatis narratis in themate, & præcipuè statutis & deductis in sententia arbitrorum, qui pronunciauerunt per rationes copiosè per eos allegatas dictam dominam Franciscam non potuisse relinquere bona quæ habuit ex successione dictorum duorum filiorum præmortuorum, prout in suo testamento disposuit, sed ipsa bona diuidi debere in duas partes æquales, quarum unam habeat dictus Bartholomæus & eius filij, aliam uerò dictus Ioánes Bonus, visisque his quæ subtiliter, abundè & elegãter per celeberrimos dominos consultores seu aduocatos dicti Bartholomæi contra sententiam arbitrorum deducta sunt, mihi
1 de iure verior videtur sententia† ꝙ dicta domina potuerit disponere prout disposuit, relicta sola sexta parte d. Ioanni Bono, reliquis verò partibus relictis d. Bartholomæo & filiis, quia aut consideramus dispositionem iuris communis, & certum est ꝙ dicta mater Bartholomæi cum semper in viduitate honestè permanserit, potuit vni ex descendentibus suis & eius filiis plus quàm alteri filio seu nepoti ex filio premortuo de dictis bonis relinquere dũmodò dictus nepos ex filio præmortuo legitimam consequatur.l.mater in prin.C.ad tertullia.in authen.de hæred.quæ ab intestato.§.j. & in auth. de nupt.§. hinc nos.cũ ibi no. iuncto eo quod habetur in auth. de trié. & semis.§.j.& hunc modum testandi imitata est testatrix prędicta. ¶ Aut consideramus iuris municipalis dispositionem & in hoc duo extant statuta ad propositum facientia. Primũ enim sub rubrica, de successionibus mulierum, in rubrica 22. in versiculo, & mulier succedens &c. videtur facere pro dicto Ioanne Bono, quia prouidet ꝙ mater succedens filio uel alicui descendentium etiam si ad secunda vota non transiret, teneatur reseruare fratribus defuncti masculis vtrinq; coniunctis hæreditatem sibi delatam eisdem post eius mortem. & li-
2 cèt dictum statutum solum videatur dicere† quod mater reseruare teneatur fratribus defunctæ personæ, & non uideatur disponere, ꝙ teneatur reseruare fratribus & filiis fratrum defunctæ personæ, saltem quando filij fratrum concurrunt cũ fratribus ipsius defunctæ personæ, prout est casus noster, tamen videretur fortassè quibusdam dicendum, ꝙ dictum statutum etiam comprehenderet non solum fratrem, sed etiam filium fratris defunctæ personæ concurrentem cum patruo suo, vt videtur decidere Bal.in l.in quibus.C.de secun.nupt. in ver.& prædicta faciunt ad quæstioné de facto &c. vbi quęrit, statuto cauetur ꝙ filia dotata extantibus filiis masculis nó succedat, sed ipsi filij hæreditatem possideant, modò quidam dotauit filiam.& ex filio præmortuo habebat nepotes, & habebat etiam, quendam filium viuentem, decessit iste pater, modò iste filius qui erat frater dictæ mulieris vult quicquid de iure cõi ista soror dotata deberet habere s̃.dotem, sed filij fratris præmortui dicunt se debere cõcurrere. quærebatur quid iuris, & pro fratre allegabatur, ꝙ filius fratris non debebat cõcurrere, quia pater eorum tali tempori decessit quo transmittere non potuit, & nepotes in illa materia restrictiua non cótinentur appellatione filiorum, ergo totum pertinebit ad fra-
a trem. tamen dicit Bald. quòd in cõtrarium[a] facit tex. in d.l.in quibus, & in l.seq.in prin.quia nepotes uidentur ingredi gradum paternũ, vt ibi, & in §.cum filius.inst.de hær.quæ ab intestat.&c.

test.&c.Tamen in hoc statuto(meo iudicio) nõ potest dictus
Ioannes Bonus se fundare, tamen quia non videtur vocare fi-
lium fratris defunctæ personæ concurrentem cum fratre de-
3 functæ personæ,& attento quod† dictum statutum venit de-
rogatiuè ad ius commune, dum loquitur de muliere, quæ nũ
quàm transiuit ad secunda vota , ideò cum non vocet filium
fratris ad concursum cum fratre defunctæ personæ non vr̃ ꝙ
debeat recipere interpretationem a iure communi, sed simpli
citer debet intelligi vt iacet, vt inquit sing. Bal. in l. maximum
vitiũ. C. de lib. præte. in 6. col. in ver. vlterius quæritur de ta-
li. q. cauetur lege municipali &c. vbi voluit ꝙ si statutum mi-
nuit legitimam filij , vt quia disponat ꝙ pater teneatur relin-
quere filio solum quintam partem, non intelligeretur ꝙ de-
beat relinquere iure institutionis, sed sufficiet quoquo relicti
titulo relinquere, licet de iure communi titulo institutionis
relinquendum sit in §. aliud quoq; capitulum, in auth. vt cũ
de app. cogn. quia statutum quod venit ad ius commune de-
b rogando, [b] non debet interpretari secundum ius cõmune, sed
simpliciter intelligi prout iacet. C. de nouo codi. confir. l. j. §.
hunc igitur. & de emenda. iusti. codi. l. j. §. repetita. & ar. l. j. in
prin. C. de lati. liber. tol. & l. in conuentionalibus. ff. de verb.
4 obl. ¶ †Et idem determinat signanter Bal. in c. cum nõ liceat
de præscr. in vlt. col. vbi quærit, pone statutũ inducit pręscri-
ptionem 10. ann. in quacunq; actione personali & reali, nun
quid actio talis per lit. contestationem perpetuetur in 40. an
nos sicut perpetuatur de iure communi per litis contestatio-
nẽ. l. fi. C. de præscr. 30. anno. & dicit primò videri ꝙ sic, quia
iste casus perpetuationis est casus omissus , ergo debet relin-
qui dispositioni iuris communis. l. si extraneus. ff. de cõdi. ob
c cau. l. commodissimè. ff. de lib. & posth. Contrarium [c] deter-
minat ipse, quia istud statutum discrepat a iure cõmuni, præ-
sertim in actionibus personalibus, in quibus requiritur de iu
re communi præscr. 30. anno. l. sicut. & l. omnes. C. de præscr.
30. anno. cum ergo recessum sit a iure communi ; non possu-
mus interpretari statutum secundum ius commune. ar. l. qui
cum vno. §. qui post. ff. de re. mi. nã quoties statutum aliquid
addit vel detrahit tacitè uel expresse iuri communi, efficitur
ius municipale, nec recipit subauditum intellectum, quia lex
quæ corrigit nouam legem, non interpretatur. l. fi. C. de ind.
5 vidu. to. ¶ †Et pro hoc etiam facit id quod notabiliter voluit
Bal. in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. vbi voluit ꝙ
quando non a lege communi, sed ex alia dispositione puta te-
statoris, vocantur proximiores in gradu, non concurret filius
fratris cum fratre , quia quanuis filius fratris subintret locũ
patris sui, tamen negari non potest, quin frater sit proximior.
§. cum filius. insti. de hære. quæ ab intest. & ad d. l. in quibus,
cum l. sequenti. in princ. potest responderi ꝙ ibi loquitur in
dispositione iuris communis, quæ ab ipso initio clarè induxit
filios fratris uenire, & cum patruis cõcurrere , nos vero loqui
mur in statuto ueniente derogatiuè ad ius commune, & casu
quo fratres defunctæ personæ extarent, vocat eos & non per
modum conditionis, sed dispositionis, vt clarè apparet ex di-
cto statuto, non aũt ita vocat filios fratris ad concursum cum
patruis extantibus. & ideo Bal. in d. l. in quibus, si bene aduer
tatur, non videtur ausus approbare illam opinionem ꝙ filius
fratris concurrat. ¶ Secundò principaliter respõdeo ad dictũ
primum statutum, & hu c secundæ responsioni magis adhæ-
reo, & dico quod Ioannes Bonus ex illo statuto non potest su
mere fundamẽtum, quia est sublatum per aliud statutum sub-
sequens editum principaliter ad reformationem dicti præce
6 dentis statuti, ut clarè patet ex eius rubrica, in qua dicitur, re-
formatio statuti de successionibus mulierum, cui† rubricæ stã
dum est ad declarationẽ nigri, vt no. gl. in l. j. in verbo præto
rio. & ibi Bal. C. ne lice. tertiò prono. & glo. in c. j. in glo. 2. de
offic. de leg. in 6. & per gl. in c. tibi. in gl. 2. de rescrip. cod. lib.
Bene facit. l. j. & hoc ibi no doct. ff. si cer. pet. & l. fi. & ibi no.
Bal. ff. de hære. instit. cum si. ¶ Vnde videndum est de virtute
& intellectu dicti sequentis statuti. in ver. si verò super esset
defuncto. cuius quidem versiculi uerba hæc sunt . Si uerò su-
peresset defuncto vel defunctæ mater honestæ uitæ & in ui-
duitate uiuens, tunc mater succedat in quarta parte, ita tamẽ
ꝙ ista quarta pars non excedat, id quod esset habitura de iure
communi. & de ista parte non possit disponere, nisi secũdum
dispositionem iuris communis . In aliis uerò tribus partibus
succedant fratres defuncti vel defunctæ &c. apparet ergo ex
dispositione huius statuti vltimi ꝙ mater portionem quam
sequuta est ex successione filij , non arctatur reseruare fratri-
bus defuncti vel filiis fratrum plusquàm disponat ius com-
mune . Sed ita est quod de iure communi quando ipsa mater
in viduitate semper mansit, vt fecit præfata Francisca, non te
netur reseruare dictis fratribus defuncti vel filiis fratrũ , sed
potest liberè disponere , sicut de aliis suis propriis bonis. d. l.
mater, in princip. & dixi. s̃. licèt secus esset si ad secunda uota
transiret, quia tunc de iure communi tenetur reseruare secũ-
dum distinctionem traditã in d. l. mater, & in d. §. hinc nos ,
ergo dictus Ioannes Bonus etiam ex hoc ultimo non potest
causam suam iuuare . Fuit ergo intentio huius vltimi statuti
prouidere ꝙ si defunctus habebat fratres & matrem honestę
vitę & in viduitate viuentem, mater succederet in dicta quar
ta parte, & ꝙ de illa parte non possit disponere nisi secũdum
iuris dispositionem. & sic quod in bonis in quibus ipsa de iu
re communi impeditur secundum uoluntatem suã dispone-
re prout est, qñ transit ad secunda uota secundum distinctio
nem positam in d. l. mater, non possit ipsa mater aliter dispo-
nere si ad secunda vota transiret. sed si non transit ad secunda
vota possit liberè disponere sicut de aliis suis bonis. & profe-
ctò uidetur(meo iudicio) hunc esse uerum & sanum intelle-
ctum dicti statuti, & nullo modo cũ supportatione stare pos-
sit intellectus traditus ad dictum statutum per præfatos do-
minos arbitros. patet, quia secũdum intellectum s̃. proximè
dictum fauemus per omnia dispositioni iuris cõmunis, quã
in hac parte statuentes illæsam esse voluerunt. sed secundum
intellectum traditum per præfatos dominos arbitros impu-
gnatur & uiolatur dispositio iuris communis, & sic resultaret
7 totum oppositum eius ꝙ statuentes uoluerunt. †Et dispositio
d per quam reducimur[d] ad ius commune antea correctum, dici
tur fauorabilis, & ideo amplectenda & extendenda, ut uoluit
gl. reputata singularis in c. statutum, in verbo, dinumerandũ.
de præb. in 6. idcircò etiam in dubio talis interpretatio uelut
benignior & fauorabilior recipiẽda est. l. semper in dubiis. ff.
de re. iur. l. benignius, cum l. seq. ff. de leg. alia ratione ẽt dr̃ be
nignior & amplectenda ẽt in dubio ista interpretatio vt infrà
dicam. ¶ Et huic intellectui non obstat si dicatur quod istud
ultimum statutum requirit matrem semper in viduitate per-
sistere, ergo non potest intelligi ꝙ voluerit distinguere, an ma
ter transiuerit ad secunda uota uel non, & cum statutũ loqua-
tur de matre in uiduitate uiuente, ut non possit de talibus bo
nis disponere, nisi secundum dispositionem iuris cõis, & non
faciat mentionem de ea quæ transiuit ad uota, ergo illum ca-
sum vr̃ reliquisse dispositioni iuris cõis. l. si extraneus. ff. de cõ
di. ob cau. l. commodissimè. ff. de lib. & posth. uel determina-
tioni præcedentis statuti disponentis de matre transeunte ad
secunda uota ꝙ teneatur reseruare filiis primi matrimonij ,
8 quia† respondeo, ꝙ statutum ultimum ad hoc ut mater succe
dat in dicta quarta, non requirit, nisi ꝙ mater tempore succes
sionis sit honestæ uitæ & in uiduitate uiuens . patet, quia illa
uerba, in uiduitate uiuens, determinant uerbum succedat, &
ideo satis est ꝙ tempore quo mater succedit sit uidua. l. in de
lictis. §. si extraneus. ff. de noxa. l. Titius. in prin. ff. de test. mil.
sicuti dicimus in statuto disponente ꝙ filia dotata non succe
dat patri existẽte filio masculo, intelligitur de filia quæ est do
e tata tempore mortis, [e] & sic tempore delatæ successionis, ita in
quit Bar. in suo consi. incip. Quidam intestatus decessit. ma-
ximè per id quod hr̃ in l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hære.
instit. & est de mente Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero.
ff. de conditio. & demonstratio. in versic. quæro statutum est
hic . & ita magis communiter docto. vtique hoc sequuntur
quantum ad propositum nostrum pertinet. Sed tempore quo
mater uellet disponere de dictis bonis statutum non requirit
quod sit tunc uidua , sed simpliciter dicit statutum , ꝙ possit
disponere secundum iuris communis dispositionem , quod
nihil aliud est dicere, nisi ꝙ debeat distingui, an transiuerit ad
secunda uota uel non, prout distinguit ius commune , ut di-
9 xi. suprà & ꝙ ita sit uerum, etiam probatur, † quia illa quali-
tas. s. in uiduitate apposita in præcedenti oratione statuti, nõ
intelligitur repetita in sequenti oratione, in qua dr̃ , quod nõ
possit disponere, nisi secũdum iuris communis dispositionẽ .
ita probatur in l. 4. §. eritque differentia. ff. vi bono. rap. & ibi

hoc no. Bart. vbi etiam dicit hoc probari in l. 2. in princ. eod. tit. & no. doct. maximè Anto. de Butr. in clem. j. de ſupplen. neg. præla. & in l. qui fundum. ff. de contrahen. empt. bene fateor ꝙ ſtatutum vltimum voluit relinquere diſpoſitioni iuris communis iſtum caſum, ſcilicèt quando mater ad ſecũda vota tranſiret, & etiam quando non tranſiret reſpectu facultatis competentis ipſi mulieri in diſponendo de dictis bonis, vt apertè ſonant illa verba ſtatuti dicentia quòd non poſſit diſpo-

10 nere niſi ſecundum iuris communis diſpoſitionem. ¶ † Non ob. etiam huic intellectui ſi dicatur, ꝙ ſequeretur, ſtatutum nihil operari, cum nihil adderet iuri communi, cõtra. l. ſi qñ, in prin. ff. de leg. j. & c. ſi Papa, de priuile. in 6. & contra no. p Bar. in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infec. & in l. 2. ff. de vſuca. & ꝙ habetur in c. paſtoralis, in prin. cum ibi no. per dominũ Abb. de app. cum ſi quia reſpondeo, ꝙ imò ſtatutum iſtud ſecundum hunc intellectum non erit abſque uirtute operãdi, quia cum ex virtute præcedentis ſtatuti in ver. & mulier ſuccedẽs filio &c. teneretur mater etiam ſi non tranſiret ad ſecunda vota reſeruare indiſtinctè fratribus defunctæ perſonæ id quod ex ſucceſſione filij cõſequuta fuiſſet, quod quidem erat tertia pars ex forma dicti ſtatuti, tũc autem propter diſpoſitionem huius ſtatuti erit præcedenti ſtatuto in hoc derogatum, & nõ tenebitur reſeruare, ſi non tranſeat ad ſecunda vota, & ſi tranſeat, tenebitur reſeruare, ſecũdum diſtinctionem traditam in d. l. mater, cum ſi. ecce ergo ꝙ multùm operabitur iſtud ultimum ſtatutum. nec dicatur ꝙ ſit vitioſus intellectus per quẽ fit correctio alterius ſtatuti, iuxta. l. præcipimus. C. de app. & c. cùm expediat. de elec. in 6. quia dico quòd imò non eſt uitioſus, ſed fauorabilis & amplectendus intellectus, quia per illum redimus ad ius commune, vt no. in d. c. ſtatutum, & cõuenit uerbis rubricæ vltimi ſtatuti, ex quibus verbis apparet ſtatuentes voluiſſe derogare primo ſtatuto illud reformãdo. ¶ Præterea etiam ſi teneremus intellectum traditum a dominis arbitris, etiam corrigeretur dictum primũ ſtatutum per vltimum, nam arbitri interpretari conãtur dictum vltimum ſtatutum, vt velit ꝙ mater poſſit diſponere ſecundum diſpoſitionem iuris cõmunis, id eſt ęqualiter diſponendo inter eos, prout diſponit ius commune ab inteſtato. nam ſecundum talem eorum intellectum deberet reſeruari ita ſororibus defunctæ perſonæ, ſicut fratribus maribus, per d. l. mater, & dictam l. in quibus. ſed ſecundam formam dicti primi ſtatuti exiſtentibus fratribus debet eis reſeruari non ſororibus. & ſi fratres vel alij deſcendentes maſculi ex dictis fratribus non extarẽt, debet reſeruari ſororibus. & ſic qui volũt tueri interpretationem arbitrorum nequeunt improbare intellectum quem ſ. approbaui ex eo ꝙ per hoc reſultet correctio vel reformatio præcedentis ſtatuti, cùm etiam ipſi per ſuum intellectum fateri dictam correctionem neceſſe habeant. Præterea ꝙ dictus intellectus arbitrorum ſtare non poſſit, probatur ſic vltra ſuperius dicta, quia ius commune non dicit ꝙ mater debeat diſponere æqualiter inter liberos de bonis ex ſucceſſione filij vel aliunde obuentis, quando ipſa non tranſit ad ſecunda uota, vt in d. l. mater, & in auth. de trien. & ſemiſ. §. j. ergo nõ poteſt trahi ſenſus dicti ſtatuti ut importet ꝙ videbatur arctata mater ad diſponendum æqualiter inter liberos, poſtquàm ſtatutum voluit permittere mulieri illam tãtùm diſpoſitionem quam ſibi ius commune permittit facere poſſe, vt oſtendit il-

11 la dictio † niſi, poſita in ſtatuto quæ cum ſit poſita poſt orationem negantem potentiam diſponendi intelligitur permittere potentiam diſponendi ſecundum iuris communis diſpoſitionem. l. Titia. §. fi. ff. de manu. teſta. no. Bar. in l. actione. C. de tranſa. & in l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cau. & Old. & Bal. in l. athletæ. §. dat remiſſionem. ff. de exc. tu. & Ang. in d. l. Titia. & Bal. in auth. niſi rogati. in j. col. C. ad Tre. cum ſi. Præterea a uerbis ſtatuti non recedendum. l. proſpexit. ff. qui & a quibus. l. quicquid aſtringendæ, & ibi no Bar. ff. de verb. obl. cum ſi & verba ſtatuti generaliter loquentis debent generaliter intelligi. l. j. §. generaliter ff. de leg. præſtan. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acq. hær. ſed ſecundum intellectum arbitrorum ad dictum ſtatutum poſt illa uerba, niſi ſecundũ iuris communis diſpoſitionem, oportet ſupplere iſtud verbũ ab inteſtato, & reſtringere ſtatutum ad id ad quod ſecũdum ius commune diſponitur ab inteſtato. ſecundum uerò intellectum quem ſuprà approbaui, nõ eſt neceſſe aliquid ſupplere, nec ſtatutum reſtringere, quia importat ſtatutum ꝙ poſſit mulier diſponere prout ius commune diſponit ab inteſtato, & prout ius commune diſponit condito teſtamento, & prout ius cõmune diſponit inter viuos, & ſic mulier poſſit vti qualibet potentia diſponendi, prout elegerit, dummodò non ſit ſibi talis potentia a iure communi ablata, & voluit ei ſtatutũ poteſtatem magis liberam tribuere quàm fecerit præcedens ſtatutum in quo ſibi contra ius commune erat ablata. ¶ Nec verum eſſe videtur ꝙ per intellectum arbitrorum cõſeruetur familia, & ſic agnatio illorum filiorum quibus mater ſucceſſiſſet, iuxta. l. pronunciatio. ff. de verbo. ſign. quia ſi mater illa decederet ſuperſtite filio maſculo, & ſuperſtite nepte uel nepotibus ex filia vel ex filiabus prædefunctis, ita ſuccederẽt de iure communi dictæ nepotes, quæ non eſſent de illa familia & agnatione. l. familiæ. in fi. ff. de verb. ſign. & d. l. pronuncia-

12 tio. in fi. ¶ † Confirmantur prædicta. quia etiam vbi dici poſſet rem aliquo modo eſſe dubiam, potius ſequendus eſt intellectus, & illa opi. tanquàm benignior & humanior per quam fauemus teſtamento. l. ſi pars. ff. de inoffi. teſta. c. fi. de re iudi. & etiam illa opinio per quam magis fauetur reo quàm actori. c. ex literis. de prob. & d. c. fi. & ita præcisè tenet Matthæus de Mathæſilanis doctor Bononienſis. in ſuo tractatu quem fecit de opinione inter varias opiniones eligenda & ſequẽda, & etiam in dubio præferenda eſt interpretatio per quam fauemus iuri communi. c. cùm dilectus. de conſue. l. 2. C. de noxa. no. in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber. & dixi ſ.

13 † Et propterea non eſt attendendum illud quod dicitur, rudes homines in dubio diuidere rem per medium. l. Neſennius. ff. de neg. geſt. quia imò in dubio fauendum eſt teſtamẽto ac iuri communi, & reo potius quàm actori, ut ſuprà dic. & non eſt attendenda ſententia ruſticorum qui per medium diuidunt, quia talis ſententia damnatur, ut d. l. Neſennius in fi. & no. docto. in cap. afferte, de præſump. & per hæc ſublata ſunt omnia argumenta contraria. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Contrarium. & bene tex. d. l. in quibus. Fr. Rip. repe. l. fœminæ. ꝙ 7. C. de ſecun. nup. fa. quæ dixi ſ. lib. 3. conſi. 26. nu. 14.

b ¶ Derogando. idem. ſ. eo. conſi. 35. nu. 11. ſed falſum eſt.

c ¶ Contrarium. & malè, quia in actione decennali habet locum huiuſmodi perpetuatio, ut tenet Imo. l. 3. §. ſi rem ff. pro emp. Alex. l. fi. col. 3. de eo per quem fac. erit. Iaſ. l. nam & poſtea. §. ſi is de iureiur. Franc. Bal. tract. præſcript. ad fi. q. pe. quid autem ſit de conſuetudine dixi in conſue. Pari. §. 68.

d ¶ Redducimur ſ. lib. v. conſi. 75. nu. 5. & 7.

e ¶ Mortis. ſ. lib. 3. conſi. 13. nu. 12. & iure.

SVMMARIVM.

3 *Prior in poſſeſſione præfertur priori in titulo.*

4 *Conditio caſualis licèt retrotrahatur quò ad hypothecam, tamen quò ad dominium in fauorem primi contrahentis non trahitur.*

5 *Emphyteuta licèt cadat ab emphyteuſi, non cadit a iure rem redimendi.*

6 *Verba, hi quibus dederis, includunt poteſtatem alienandi domino irreqniſito.*

7 *Dubitans non prſcribit, nec præſcriptio tollit obligationem ipſo iure. nu. 8.*

CONSILIVM CCXXVIII.

PRO magnificis dominis de Scipiono.

Ponderatis his quæ ſerioſè & diligenter narrata ſunt in facto & in iure in themate & inſtrumẽtis mihi exhibito & nup. formato, & uiſis ſtatutis ac inſtrumẽtis allegata & iuribus de quibus in themate, & his quæ copioſè allegata ſunt per celeberrimum dominum conſultorem, qui in fauorem magnificorum dominorum Marchionum Palauicinorũ de Scipiono contra dictos de Cadamuſtis conſuluit, attingã breuiter ea quæ pro victoria dictorum dominorum de Sci-

1 piono ſufficere videantur ſuperfluis prætermiſſis. ¶ † Et primò ſupponendum eſt, ꝙ dicti domini de Scipiono in præſentiarum poſſideant, & ſint futuri rei, non autem actores ſiue ... rum de Cadamuſtis, ſiue ẽt dicantur eſſe in pari cauſa cum dictis de Cadamuſtis

mustis debebunt ipsi domini de Scipiono obtinere, quia etiã
in pari causa potior est conditio rei seu possidentis.l. siue au-
tem.§.si duobus.ff.de public.l.si seruum.§.sequitur.ff. de ver
bor.obligat.cap.ex literis.de probat. ¶ Sed quòd domini de
Scipiono habeant nedum paria iura sed potiora illis de Cada
mustis probatur, quia habent domini de Scipiono titulum
venditionis sibi factæ a dicto domino Thomasio secundo de
Roncharolo qui in instrumento constituit se possidere nomi
ne dictorum de Scipiono, ut constat in instrumento rogato
per ser Melchionem de Scribanis notarium Placentinum de
2 anno 1466. die 5. mensis Maij per quod † constitutum om-
nis possessio translata in dictos de Scipiono.l. quod meo. in
princ.& ibi doct. & in l. qui bona.in princ. ff. de acquirenda
possessione cap.cùm venisset.de rest.spo.& no.doc.in l.inter-
dum.in principio cum si. ff. de acquirenda possessione. quæ
vẽditio facta fuit per dictum dominum Thomasium, eo quia
dominus Thomasius primus de Roncharolo, cuius iste secũ-
dus Thomasius est hæres, erat per publicum instrumentum
obligatus retrouendere dicta bona illis de Syluestris, qui di-
a ctam facultatem redimendi * posteà cesserunt & dederunt ti
tulo oneroso magnifico domino Petro de Scipiono, cuius sũt
hæredes dicti magnifici de Scipiono, quibus venditio facta
est per dictum Thomasium secundum, & sic dicti de Scipio-
no habẽt titulum emptionis & possessionem a dicto Thoma-
sio cum præsumpta bona fide, iuxta l.pe. C. de euic. sequitur
ꝙ dicuntur habere dominium uel quasi, iuxta id quod legi.
& no.in l.cum res.C.de probationi.& in l.1. ff.de publi. & in
c.abbate sanè.de re iud.lib.6. ¶Nec ob. ꝙ dicti de Cadamu-
stis etiam habeant titulum priorem, scilicet concessionem in
emphyteusim perpetuam cum certa facultate appropriandi
& emendi ab eodem Thomasio secundo, quia respondeo, ꝙ
posito ꝙ in dicta concessione in emphyteusim continerentur
aliqua ex bonis tẽtis & possessis & acquisitis per dominos de
Scipiono, tamen potior est causa dominorum de Scipiono,
3 † quia prius fuit tradita possessio illis de Scipiono, ergo quã-
uis illa concessio facta illis de Cadamustis esset prior in tem-
pore debent præferri domini de Scipiono, quibus prius pos-
sessio tradita est.l.quoties.C.de rei vendi.& l.siue autem.§. si
duobus. Quòd autem fuerit prius tradita possessio dictis de
Scipiono, patet ex cõstituto apposito in instrumento emptio
nis factæ per illos de Scipiono, & licèt instrumentum cõces-
sionis factæ dictis de Cadamustis fuerit prius, tamen in eo cõ
tenetur quod non intelligantur dicti de Cadamustis esse in te
nuta & in corporali possessione, nisi prius factis certis pro-
clamationibus ad instantiam d.Thomasij, & facta declaratio
ne super eis in fauorem d.Thomasij, sed prædictæ proclama
tiones & declarationes factæ non fuerunt ante dictam uendi
tionem factam illis de Scipiono, imò nec præsupponitur ꝙ
vnquàm factæ fuerunt etiam post, quinimò etiam si fierent
nunc dictæ proclamationes, non traherentur retro in præiu-
dicium dictorum de Scipiono, quia cum ad instantiam dicti
Thomasij fieri debeant. & sic eo inuito fieri non possint, non
fit trahitio retro.l.qui balneum.§.1.ff.qui potio.in pigno.ha
4 bean. imò etiam† in casibus in quibus aliàs singulariter con-
ditio in contractibus traheretur retro * quò ad obligationes
a bonorum, tamen quò ad dominium [a] in fauorem primi con-
trahentis non traheretur retro in præiudicium secundi ac-
quirẽtis, vt singulariter no.Bal.in l.1.in vlt. col.C. an seruus
ex suo fact. vbi ad hoc subtiliter inducit illum tex.& sequitur
hoc etiam ibi Sali.in 2. col. ¶Præterea etiam antequàm con-
cessio vlla fieret dictis de Cadamustis, dictus Thomasius pri
mus promiserat illis de Syluestris retrouẽdere dicta bona de
cis vel habentibus causam ab eis & obligauit pro obseruatio-
ne promissorum omnia sua bona præsentia & futura, & cõse-
quenter obligauit dicta bona retrouendenda quæ obligatio
postea translata fuit per dictos de Syluestris in dictos de Sci-
piono, ergo etiam negari non posset quod sit in potestate di-
ctorum de Scipiono retinere dicta bona tanquàm eis obliga-
ta pro dicta retrouenditione cum habeant ius in se, iuxta.l.si
fundus.§.in vendicatione.& l.pignoris.cum simi.ff.de pign.
¶ Accedit insuper ad fortificandum ius dominorum de Sci-
piono dispositio statuti incipientis si quis promisit &c. quo
cauetur in effectu quod ille cui est facta promissio de vendẽ-
do præferatur ei cui postea res vendita esset & arctet omnino

promissorem ad vendendum ei cui promissio facta est. & ad-
uertatur, quia dictum statutum non requirit ꝙ venditio secũ
dò facta, fuerit facta postquàm fuerit requisitus promissor au
thoritate iudicis vt vendat & facta fuerit oblatio pretij per
eum cui promissio de venditione facta fuerat, sed solùm con
siderat statutum ꝙ promissio de vendendo facta fuerit prius
quàm venditio facta fuerit alteri, vt patet ibi dum statutum
dicit, & prædicta omnia locum habeant non obstante si di-
ctus promissor vel hæredes eius seu is qui tenetur de dicta re
fecisset aliquam venditionem uel alienationem uel legatum
post dictam promissionem, remota omni exceptione &c. no-
to quia statutum dicit, post dictam promissionem non autem
dicit post dictam requisitionẽ factam ex parte iudicis, de qua
suprà in statuto facta erat mentio, & sic uerba statuti debent
intelligi vt iacẽt, vt.l.si seruum.§.non dixit prætor. ff. de acq.
hær.l.si uerò.§.de uiro.ff.sol.mat.l.prospexit. ff.qui & a qui-
bus. sed ita est ꝙ dicta cõcessio facta fuit illis de Cadamustis,
postquàm facta fuerat promissio de vendendo per dictũ Tho
masium illis de Syluestris, in quorum locum successerunt do
mini de Scipiono, ergo ipsi de Scipiono præferendi sunt illis
de Cadamustis. Et per hæc meo iudicio non oportet insistere
super viribus oblationis & requisitionis de retrouendendo fa
ctæ per procuratorem dominorum de Scipiono dicto Tho-
masio secundo & circa tenutam & alia iudicialia super inde
facta, quæ fortasse dici possent processisse a ficta causa, cum
per prius facta esset retrouenditio per dictum Thomasium ip
sis de Scipiono, procuratore eorum fortasse hoc ignorante.&
tutissimum videtur fundamentum dictæ retrouenditionis fa
ctæ per dictum Thomasium concurrentibus aliis de quibus
s. Propter quę etiam non est opportunum discutere, an datio
insolutum facta per illos de Syluestris d. Thomasio primo sa
piat vsurariam prauitatem, attento quod domini de Scipio-
no habent causam tam ab illis de Syluestris, quàm a dicto do
5 mino seu eius hæredibus. ¶ Nec obst. etiam si diceretur, † ꝙ di
cti de Syluestris ciciderunt a iure suæ inuestituræ, quia cessa-
runt soluere per trienniũ, iuxta.l.2.C.de iure emphy.l. quæ-
ro.§.inter locatorem.ff.loca.& c.potuit.cum ibi no. de loca.
quia respondetur & rectè ꝙ vltra inuestituram & concessio-
nem in emphyteusim factam per dictum Thomasium primũ
dictis de Syluestris, fuit etiam facta eiusdem de Syluestris per
b se & separatim, [b]promissio de retrouendendo, vnde posito si-
ne præiudicio quòd cecidissent a iure emphyteutico, non se-
* quitur quòd ceciderint * a dicto iure redimendi dicta bo-
na.l.si domus.ff.de serui.vrban.prædio.& in authen. de non
eligen.secundo nub.§.si verò non habuerit. & dictum ius re
dimendi translatum fuit per illos de Syluestris in dictos de
Scipiono, ut dictum est. ¶ Et similiter non obstat si dicere-
tur quod dicti de Syluestris ceciderint a iure suo transferen-
do ius suum in illos de Scipiono, irrequisito Thomasio ha-
bente directum dominium, iuxta ea quæ habentur in l. fi. C.
de iure emphyteu.& in d.cap.potuit, & præsertim, quia ita
promiserunt dicti de Syluestris in instrumento inuestituræ
suæ. quia respondetur quod satis est illis de Scipiono quòd
non ceciderunt dicti de Syluestris a iure redimendi dicta bo-
na a quo quidem non ceciderunt per ea quæ proximè dixi,
imò expresè in instrumento promisit dictus Thomasius vẽ-
dere non solum dictis de Syluestris sed etiam illis quibus di
cti de Syluestris dederint, quo casu dicti de Syluestris dicun
tur habere expressum consensum dicti Thomasij de transfe-
6 rendo tale ius redimendi in † alium, vt est tex.in c.1.de feud.
non haben.propriam natu.feu.vbi si concedo tibi rem in feu
dum, vt tu & hęredes tui & hi quibus tu dederis id habeant,
* poteris alienare feudum etiam me irrequisito, * propter illa
c verba.s.& hi quibus dederis. [c]¶Non obst. etiam si diceretur ꝙ
dicti de Cadamustis præscripserunt spatio longi temporis,
quia respondetur ꝙ non habuerunt ullam possessionem pro
pter conditionem adiectam in eorum inuestitura, vt dixi s.
ergo non potuerũt præscribere.l.sine possessione.ff.de vsusc.
& in regula, sine possessione.de regu.iur.in 6. Item quia dicta
bona tenebant nomine alieno dicti de Cadamustis, meritò
non potuerunt præscribere, l.agitur. C.de præscri.30. anno.
Item quia author dictorum de Cadamustis non erat in bona
fide. patet quia voluit ꝙ in dicta cõcessione facta ipsis de Ca-
damustis, intelligerentur non comprehendi illa bona quæ ex

V 3 procla-

proclamationibus faciendis appareret spectare ad alium, con
sequenter apparet, quod dubitabat dictus Thomasius conce
dens & dicti de Cadamustis recipientes similiter erant dubi-
d tantes,[d] & † sic non dicebantur habere bonam fidem necessa
7 riam ad præscriptionem. nam ille qui non habet neque bonã
fidem neque malam, non dicitur habilis ad præscriptionem
requirentem bonam fidem. l. possessio quoque. §. fi. de acquir.
possessio. no. in l. 1. C. eod. tit. notat Bar. in l. naturaliter. in 3.
col. ff. de vsucap. & plenè no. in cap. fi. de pręscr ip. ¶ Non ob.
etiam si diceretur quod dicti de Syluestris seu saltem dicti de
Scipiono subrogati loco illorum de Syluestris erant exclusi a
* iure redimendi * dicta bona per lapsum præscript. 30. vel 40.
ann. & vltra iuxta. l. sicut. & l. omnes. C. de præscriptio. 30. an
norum, quia vltra responsiones circa quas multum laborauit
8 præfatus consultor, potest responderi quod pręscriptio † non
* tollitur * ipso iure obligationem. l. obligationum ferè. §. pla-
cet. ff. de actio. & oblig. l. vbicunque. & ibi not. ff. de fideiuss.
no. gl. in l. cum notissimi. in pri. in verbo, prorogari. C. de pręę
scrip. 30. ann. vbi etiam gl. dicit actionem non tolli ipso iure.
& ita etiam no. Bal. in l. fi. in 13. oppo. C. de edict. diui. Adri.
toll. & Ang. in l. 1. per illum tex. cum gl. C. si aduer. credi. fir-
mat etiã plenè Sali. in l. sicut. in 6. oppositione. C. de præscri.
30. ann. per plura ibi allegata per eum, quæ breuitatis causa
omitto. & dicit Salicetus hãc esse magis communem opinio-
nem gl. & doctorum, & ad ea quæ in contrarium adduci pos
sent, respondent præfati doctores, & maximè Salicetus in d.
l. sicut. sed dictus Thomasius nullam exceptionem opposuit,
sed sponte & scienter retrouendidit, ergo dicti de Scipiono
legitimè dicuntur retrouenditionem recepisse. res etiam tan
to clarior esset, si in statuto essent illa uerba, videlicet ꝙ ille
qui promisit vendere, agere possit ipse & hæres suus etiã post
30. annos, quandocunque ad vendendum, sicut refert præfa-
tus consultor esse in statuto sibi exhibito. Alex.

---

ADDITIONES.

* Facultatem redimendi.] Nunquid hæc facultas redimendi cedi pos
sit alteri, Alex. hic præsupponit ꝙ sic. Arguit ad partes Pau. Cast. pul-
chrè consi. j. Videtur dicendum ꝙ d. Christophorus. lib. 2. tandẽ con
cludit pro parte affirmatiua. Contrarium verius putat Roma. cons.
484. Vide de hac re quod scribit Curt. consi. 80. col. 2. & quod scri-
bit Alex. latè ad l. j. §. fi. ff. de oper. no. nunc. dum tractat d. gl. ad l. cum
fundum. ff. de vi & vi arm. Nat.

* Traheretur retro.] Nota quòd conditio non trahitur retro quo ad
acquisitionem dominij in præiudicium secundi acquirentis quod
est no. ad limitationem. l. quoties, vt primus emptor conditionalis
non præferatur secundo purificata post modum conditione, ut Ale
xand. hic sentit, & tenet latè Dec. consil. 247. & Ioan. Crot. ad l. si is
qui pro emptore. char. 11. vbi facit. regulam, quòd in contractibus
conditio retrahitur ad initium. l. si filius. in princ. ff. de verbo. oblig.
& l. potior. & l. qui balneum. ff. qui pot. in pign. hab. & ad hanc regu
lam ponit plures limitationes. Nat.

a ¶ Dominium. fa. suprà eod. consil. 153 num. 3. Deci. l. contractus. nu.
17. de reg. iur.

b ¶ Separatim. secus si eodem contractu, quia tunc tale pactum esset
pars emphyteusis. Et istud intelligo quando dominus simpliciter cõ
cedit alij rem suam in emphyteusim sub hoc pacto. Secus si domi-
nus venderet domum suam & eandem reciperet in emphyteusim
a venditore cum pacto redimendi vsque ad certum tempus uel in
perpetuum, etiam in eodem contractu, quia tunc licèt interim amit
teret emphyteusim non soluendo canonem, non tamen amitteret
ius redimendi, quia ius redimendi hoc casu est pars venditionis, &
refertur ad venditionem totius rei, quanuis aliter dixerit Cæpol. in
tract. de simula. contra c. præsum. 2. in fi. Alc. trac. præsum. reg. 3. præ-
sum. 45. & malè vt scripsi in consu. Parisi. §. 54. vide Ias. in l. 2. col. j.
nu. 5. C. de iure emphy. Dec. l. in bonæ fidei. col. 3. C. de pact. Alc. l. pe
tens. col. fi. C. de pac. Ludo. de Goza. consi. 86. nu. 26.

* Quòd ceciderit.] Quòd etiam cadat a iure franchitandi, seu redi-
mendi, latè tenet Cuma. consi. 65. Titius locauit. per totum & partẽ
negatiuam latè tenet Dec. ad l. in bonæ fidei. vlt. no. C. de pac. de hoc
etiam tangit Ias. ad l. 2. C. de iure emphy.

* Etiam me irrequisito.] Hoc volunt Bal. & Ang. ad l. cum essent. §. j.
per illũ tex. ff. de ser. rusti. præd. & Alb. Ros. ad l. fi. C. de iure emphy.
& habetur de hoc per Decium consil. 193. col. 2. & ista uerba, Qui-
bus dederis non solum operantur licentiam alienandi, sed etiam ꝙ
is, in quem facta erit alienatio, retinebit rem illam ut liberam, & ex
peditam, & tanquam allodialem, & non iure feudi, secundum glo.
Iserniam, Bal. & Aluarot. ad c. 1. de feu. non hab. pro nat. feud. sequi-
tur, & reputat mirabile Curt. iun. in tract. feud. 4. parte, char. 49. Vi-
de Ias. consi. 156. col. ii. lib. ij. Et quod Alex. hic dicit de feudo, proce
dit in emphyteosis, Dec. consi. 164. col. 3. & vide consi. 171. col. ij. Et
ex hac clausula non videtur actum ut feudum transferatur in fœ-
minam. Item nihil operatur vbi est apposita in executiuis instrumẽ
tis, ita hæc duo Dec. scribit consil. 390. col. 4. Ias. ad l. fin. colum. 3. C.
de iure emphyteu. Et de hac clausula vide Gramma decisio. 103. nu
me. 120. & ibi nu. 132. quòd sicut de allodialibus possumus facere feu
dalia, sic è contra. Nat.

c ¶ Dederis. Cur. senior. consi. 63. col. pe. Soci. consi. 252. lib. ij. Iaco. in
tract. feu. uer. ita etiam quod ipsi vasal. collum j. Franc. tracta. feu.
par. 3. in fi. & par. 4. q. 5. & in consi. 108. nu. 17. consi. 110. nu. xxvij.

d ¶ Dubitantes. scilicet ab initio quia superueniens dubitatio non im
pedit præscriptionem cæptam Alex. Ias. l. 3. §. genere. de acqui. poss.
Fr. Balb. tract. de præscr. ij. par. iij. partis prin. q. ij. cęterum de dubita-
* tione partis incertæ dixi ple. in consu. Pari. §. 66. * De dubitante Ale-
xan. ad l. 3. §. fi. col. ij. ff. de acquir. poss. Nat.

* A iure redimendi.] Nunquid pactum redimendi tollatur præscri-
ptione 30. annorum, uide Ias. ad l. si mater. circa fi. C. de instit. & sub
stit. Decium latè ad l. petens. col. 3. C. de pact. Et ubi cum pacto re-
trouendendi adest hypotheca, requiritur spacium annorũ quadra-
ginta. Fulg. consi. cxxiij. v. & P. ciues.

* Non tollit.] Idem latè tradit Feli. ex aliis rationibus ad c. ad aures.
col. j. de præscrip. Nat.

## EPITOME.

IVRE communi pro stupro & incestu etiam si-
mul iunctis, non imponitur pœna mortis. Et pœna
legis statuti super successu non habet locũ nisi in per-
sonis iure ciuili, & non iure canonico prohibitis.

## CONSILIVM CCXXIX.

Ponderatis his quæ in themate narrantur, & at-
tenta dispositione statuentium vi-
retur prima consideratione fortasse dicendum illum qui car
naliter cognouit filiam sororis uxoris suæ præmortuæ, quam
in domo susceperat, pœna vltimi supplicij esse puniendum si
ue iuris communis dispositionem intueamur, siue etiam iu-
1 ris municipalis censuram, † nam aut dicimus stuprum * tan
* tum, & non incestum fuisse commissum, prout in solam uir-
ginem committitur, iuxta. l. inter liberas. §. j. & l. stuprum. §.
j. ff. de adulteriis. & 36. q. 1. §. lex est. versic. stuprum. debet pę
na vltimi supplicij puniri ille qui stuprum commisit. l. 1. §.
2 fin. ff. de extraordi. crimi. An autem † dicta puella fuerit uir
go, standum videtur assertioni mulieris contra delinquẽtem,
vt no. docto. in c. 1. de adult. & maximè do. Card. Flor. & do.
Abb. ibi vbi ad hoc allegant rationem tex. in c. vnico, vt eccl.
benefic. & id quod habetur in c. continebatur. de desponsa.
impub. & in c. fi. quod met. cau. aut dicimus fuisse incestum,
& adhuc idem esse videtur, quia pœna incestus est illa eadem
pœna, quæ imponitur pro adulterio. l. si adulterium cum in-
cestu. in princ. cum glo. 1. ff. de adulte. sed pœna adulterij est
pęna ultimi supplicij. l. quanuis adulterij. in fin. C. ad l. Iuliã.
3 de adul. ergo &c. ¶ † Quòd autem fuerit incestus probatur,
quia incestus est coitus illicitus interueniens inter personas
inter quas non poterat esse matrimonium ratione impedimẽ-
ti consanguinitatis uel affinitatis. l. si. ff. de ritu nup. & l. etiã.
eo. tit. & d. l. si adulterium cum incestu. in principio. & 35. q.
3. nullum. & c. de incestis. & 36. qõ. 1. cap. lex est. versicu. ince
stus. sed dicta puella cognita quæ erat filia sororis quondam
uxoris prædicti inquisiti coniungebatur dicto inquisito in se
cundo gradu affinitatis, trigintaquinque quæst. 5. cap. porrò
autem. quia quoto gradu consanguinitatis coniungebatur di
cta puella cum uxore dicti inquisiti, toto gradu affinitatis cõ
iungitur dicto inquisito. cap. 1. de consanguinit. & affini. 35.
quæst. 3. de propinquis. & cap. æqualiter. & in d. cap. porrò au
tem, sed ita est ꝙ dicta puella coniungebatur uxori dicti in-
quisiti in secundo gradu consanguinitatis. d. c. porrò aũt. &
in c. ad sedem. ea. causa & quæstione, ergo ẽt dicebatur cõiun
gi dicto inquisito in secundo gradu affinitatis, & non est du-
bium quod inter coniunctos tali gradu affinitatis prohibitũ
est matrimonium. c. non debet. de consangui. & affin. cum si.
¶ Si ẽt consideremus pęnam a statuentibus impositam, idem
dicendum esse vr̃ vigore statuti disponentis, quod si quis stu-
prauerit consanguineam vel personam sibi coniunctam ascẽ
dentem vel descendentem vsque in infinitum vel transuersa-
lem

lem vsque ad quartum gradum, gradu secundum ius canoni
cum computato, vltimo supplicio puniatur. videntur enim
habuisse respectum statuentes tam ad ascendentes & trãsuer-
sales coniunctos ratione consanguinitatis, quam ratione affi-
nitatis, quia vsque ad quartum gradum, tàm cõsanguinitatis,
quàm affinitatis sunt prohibitæ nuptiæ quò ad transuersales.
d.c.non debet, quò autem ad ascendentes & descendẽtes pro-
hibitæ sunt in infinitum. l. nuptiæ consistere. & l. adoptiuus.
§.nunc videamus. ff. de ritu nuptia. & inst. de nup. §. 1. & l. nõ
facile. §. his itaque. ff. de gradi. 35. q. 3. cap. in copulatione. c.
progeniem. & cap. de consanguinitate. & no. Hostien. in sum-
ma de consangui. & affinitate. §. vsque ad quem gradum. ver.
illud autem. cum seq. & no. Ioan. And. in apparatu suo ad ar-
borem consanguinitatis & affinitatis. & dominus Card. Flo-
ren. in c. fi. de consang. & affi. & vt statuentes comprehende-
rent non solum consanguineos, sed etiam affines post illam
dictionem, scilicet consanguineam, addiderunt alia sequen-
tia uerba, videlicèt vel personam sibi coniunctam quæ de af-
finibus intelligi debet, ut uerba aliquid operentur. l. si quan-
do in prin. ff. de leg. 1. & c. si Papa. de priu. in 6. ¶ Tamen pre-
missis non obstantibus sentio dictum inquisitum non esse pę
na ultimi supplicij damnandum, siue iuris communis dispo
sitionem inspiciamus, siue iuris municipalis. Præsuppono. n.
4 ꝙ pœna † incestus & etiam stupri simul, nõ interueniente vio-
lentia de iure communi non est pœna vltimi supplicij, quo-
niam, vt dicit tex. in l. si quis viduam. ff. de quæstio cõmitens
stuprum & etiam incestum simul uenit puniendus pęna de-
portationis, nec olim maior erat pęna adulterij quàm stupri
seu incestus. d. l. si adulterium cum incestu. in prin. & ibi no-
5 tat de adul. & licèt † in adulterio hodie secundum opi. aliquo
rũ sint correcta iura antiqua, & imposita sit pęna vltimi sup-
plicij per d. l. quanuis adulterij, tamen in stupro & incestu nõ
reperiũtur immutata iura antiqua, ideo remanet incorrecta;
ita expresè determinat Ang. in d. l. si adulterium cũ incestu:
in pri. per id quod habetur in l. præcipimus. in fin. C. de app.
& per no. in auth. quas actiones. C. de sacr. san. eccl. & not. ẽt
Io. de Imo. in c. tuæ. de procu. super gl. 2. vbi ẽt refert se sic de
facto consuluisse in crimine incestus. ita ẽt tenuit Io. Fab. in-
sti. de publi. iudi. in §. item lex Iuli. in fi. ¶ Hoc tanto magis di
cendum est, si teneamus opi. gl. & Bar. in d. l. si quis uiduam.
& Cy. in d. l. quanuis adulterij. vbi uoluerunt ꝙ hodie pœna
adulterij non sit pęna mortis naturalis, sed sufficiat pęna de-
portationis si persona sit nobilis, uel in dignitate constituta,
tñ hæc disputatio quò ad crimen adulterij nõ est ad præsens
necessaria, quia dato etiam quod indistinctè in adulterio cor-
recta essent iura antiqua, non debet fieri extensio ad crimen
6 stupri & incestus, vt est dictum. ¶ † Et tantò magis hæc proce-
dunt in casu nostro, quia iura ciuilia imponentia dictas pœ-
nas pro incestu. intelliguntur * solum quò ad personas inter
quas prohibitæ erant nuptiæ de iure ciuili ratione consan-
guinitatis, uel affinitatis, non autem quò ad personas inter
quas ex dispositione iuris canonici tantum essent prohibitæ
nuptiæ, ita in propriis terminis consuluit Ioan. Calde. in con
sil. 2. sub rubrica, de consangui. & affi. & Petrus de Ancha. in
consil. 39. incipien. videtur prima facie quod ista pœna ince-
sti, &c. & tenuit hoc etiam Ioan. Fabr. in §. pen. in penul. quę-
stio. instit. de nuptiis. vbi refert se etiam dixisse in authen. in-
cestas. C. de incest. nup. allegant in argumentum id quod ha-
betur de pęniten. dist. prima, pœnæ. & in c. statutum, de elec.
lib. 6. debet enim intelligi illa dispositio pęnalis inducta a iu
re ciuili contra committentes incestum, scilicet rebus stanti-
bus & se habentibus, prout tunc se habebant ex dispositione
legum. argum. l. quod Seruius. cum ibi no. ff. de condi. ob cau
sam, quia lex ciuilis non habuit respectum nisi ad casus per
se prouisos, & debuit ac debet intelligi secundum alias leges
ciuiles declarantes quid esset incestus, a quibus dependentiá
habebant dictæ aliæ leges pœnam incestus imponentes, ut in
simili etiam determinat Bal. in l. si nondnm. C. de furtis. Sed
7 ita est ꝙ de iure ciuili nõ erant prohibitæ nuptiæ cum dicta
filia sororis quondam uxoris, † sed reperiebantur solùm pro
hibitæ quò ad personas affines infrascriptas, videlicet cum
priuigna. nuru, nouerca, socru, & sorore uxoris. d. l. si adulte-
rium cum incestu. in princip. & d. l. non facilè. §. hos itaque.
& §. affinitatis. cum sequen. institu. de nupt. & l. fratris. C. de

incestis nuptiis. & illud quod dixi in nuru, & socru, habet e-
tiam locum in pronuru, & similiter in socru magna uel par-
ua. vnde non solum mater quondam uxoris, sed etiam auia
& proauia erant de personis prohibitis a iure ciuili, adeo
quod cum eis aut aliqua earum non poterat contrahi matri-
monium. l. adoptiuus §. finali. ff. de ritu nupt. ¶ Ad confirma
tionem prædictorum accedit textus in dicto §. item lex Iu-
lia. de adulter. cum §. sequenti. institut. de publicis iudi-
ciis. vbi traditur quod pro stupro commisso sine uiolentia
in uirginem uel uiduam. non uenit imponenda pœna ultimi
supplicij, sed distinguitur, aut erat persona humilis, & tũc im
ponitur pęna relegationis cum aliquali corporis coertione.
Si autem alia erat persona imponitur pœna confiscationis di
midiæ partis bonorum. ¶ Si etiam statuentium dispositionẽ
attendamus adhuc uerum est dicere non esse imponendam
pœnam ultimi supplicii quod ostenditur sic. nam statutum
loquitur de ascendentibus & descendentibus in infinitum &
de transuersalibus usque ad quartum gradum computando
gradum secũdum ius canonicum ex quibus uerbis datur in-
telligi quod statuentes habuerunt respectum non ad affines
sed ad alios, quia dicta uerba saltem proprie non conueniũt
affinibus, ut euidenter probatur in l. fi. ff. de ritu nupt. ibi dũ
text. dicit iure gentium incestum committit qui ex gradu ascẽ
dentium, uel descendentium uxorem duxerit qui uero ex la-
tere eam duxerit quam uetatur uel affinem quam impeditur
si quidem palam fecerit leuius si uerò clàm hoc commiserit
grauius puniatur. ecce quod iurisconsultus ostendit illos ap-
pellari descendentes & ascendentes ac transuersales qui alio
8 iure quam affinitatis coniunguntur si enim † appellatione
ascendentium descendentium & transuersalium comprehen
debantur affines illi, inter quos prohibitæ erant nuptiæ satis
per præcedentia uerba in quibus de ascendentibus ac descen
dentibus & transuersalibus prohibitis nuptias contrahere
fuisset prouisum de affinibus tamen iurisconsultus animad-
uertens quod per præmissa uerba non erant comprehensi af-
fines addidit illa uerba, uel affinem &c. quæ disiunctiua vel,
poni debet inter diuersa. l. hæc uerba ille. ff. de uerborum si-
gnificatione. ¶ Confirmatur, quia nurus non descendit a so
cru, sed bene filius descendit a patre immediatè & ab auo me
diatè, ideo nurus & socrus & similes affines non propriè sunt
descendentes & ascendentes, quia unus ab altero non de-
scendit, ut ultra prædicta probatur in l. 1. in princip. iuncta
l. non facilè. §. affines. ff. de gradi. vbi iurisconsultus dum lo-
quitur de coniunctis ratione sanguinis ponit tres species sci-
licèt ascendentium, descendentium, & transuersalium, ut in
dicta l. 1. dum uerò loquitur de affinibus, non sequitur eun-
dem ordinem, sed simpliciter eos affines uocauit, ut in dic. l.
non facilè. hoc etiam patet in authen. de hæredibus ab intest.
§. 1. vbi dixit quòd descendentes excludunt omnes transuer-
sales, & tamen clarum est, ꝙ illud quod ibi dicitur de descen
dentibus, non intelligitur de affinibus, ut patet in l. affinitas.
C. communia. de success. vnde tex. in l. cognoscere. §. libero-
rum. ff. de uerbor. significat. ostendit quod quando fit men-
tio de descendentibus, intelligitur de liberis seu posteris, non
autem de affinibus. & licèt doct. quandoq; causa magistralis
doctrinæ affines appellent ascendentes, tamen hoc ideo di-
cunt, quia iura plerunque dixerunt socerum uel socrum ac
nouercam parentũ loco haberi, & generũ uel nurum aut pri-
uignũ loco liberorum haberi, d. l. nõ facilè. §. hos itaq;. iũcto.
§. præcedenti, & l. quia parentis. ff. solu. matr. aliud est aũt eos
haberi loco parentum seu ascẽdentium uel loco liberorum,
& aliud est eos esse parentes seu ascendentes. l. appellationes
parentis. §. & l. mercis. la ij. & ibi not. ff. de uerb. signif. & l. qui-
cunque. §. parentes. ff. de in ius vocan. & l. si maritus. la ij. §. le
9 gis. ff. de adul. cum si. ¶ † Constat autem uerba statutorum prę
sertim pœnalium debere strictè & propriè accipi. l. 1. §. si is
qui nauem. ff. de exerci. l. quicquid astringendę. & ibi no. Bar.
ff. de uerb. oblig. & l. quod constitutum. ff. de testa. mili. & no.
Bar. in l. omnes populi. in 6. q. princi. de iust. & iure. & in l. 1.
& in l. Labeo. ff. de uerborum significa. cum si. & hoc est ue-
rum inquantum si strictè accipiantur, minus preiudicatur iu
ri cõmuni. sed ubi strictè uel propriè intelligendo plus offen
deretur ius commune, tunc uerba statuti accipiuntur impro
priè seu largissimè, ut minus offendatur ius cõmune: ut pro-

 batur

batur in c.cum dilectus,& ibi no.doct. præsertim do.Abb.
de consuetu. ¶ Nec ad prædicta obstat quod statutum vltra
verbum consanguineum adiecerit illa verba vel personam si-
bi coniunctam,quia respondetur,quod hoc ideo fieri potuit,
quia illa dictio coniunctam,erat magis apta comprehendere
ac conuenientius comprehendebat omnes ascendentes & de
scentes ac transuersales eiusdem agnationis vel cognationis
10 quàm faceret illa dictio consanguineam,quia†consanguinei
strictè accipiendo sunt frater & soror , saltem ex latere patris
coniuncti,& non comprehenduntur alij vlteriores, nec fra-
ter vel soror ex latere matris tantùm coniuncti.l.post consan
guineos.in princip.ff.de suis & legi.& in auth.de consang.&
vteri.fratribus,in rubro & nigro,& inst.de leg.agna.succes.in
prin.& ibi gl.in ver.consanguinei. & quandoque consangui-
nitas solùm comprehendit agnatos & nõ cognatos.l. 1. & ibi
not.& l.consanguinitatis.C.de legi.hæred.& l.1. in princ. &
ibi not.ff.de legi.tuto.& nota.Archid.5.q. 5. in cap. consan-
guinei.in prin. & istam differentiam tradunt etiam Bar. Bal.
& alij.in l.cum quidam.§.quod dicitur.ff.de acquir. hæredi-
tate. vbi dicunt ꝙ quamuis consanguineus propriè & strictè
accipiatur, vt dictum est, tamen ex communi vsu loquendi
accipitur pro quocunque cõiuncto quomodolibet ex sangui
ne,prout dicunt ꝙ accipitur in titulo extra de consangui. &
aff.& sic comprehenduntur etiam illi qui essent ex parte ma-
tris seu ex femineo sexu tantum coniuncti. vt ergo tolleretur
dicta dubitatio,scilicèt an illa dictio consanguineam,accipe-
retur pro illis qui sunt de eadem agnatione tantùm , & sic ex
latere patris coniuncti,an verò etiam cõprehenderentur co-
gnati seu ex sexu femineo coniuncti , visum est statuentibus
addere illa verba sequentia videlicèt, vel personam sibi con-
iunctam &c. & hæc interpretatio tantò magis amplectenda
est,cum per eam minus offendatur ius cõmune, quo inspecto
tale crimen stupri & incestus cõmissi inter dictos affines non
11 veniebat pęna vltimi supplicij, plectendum.&†ideo etiam vt
in casu proposito euitetur pęna vltimi supplicij,liceret verba
impropriare per id quod habetur in d.c.cum dilectus. tamẽ
verè non est opportunum verba quouis modo impropriare,
quoniam imò illa verba ascendentes & transuersales propriè
sumpta,non comprehendunt huiusmodi affines, vt superius
ostensum esse arbitror.¶Nec prædictis obst.id quod habetur
in d.l.1.in fi.ff.de extraord.crimi.quæ fuit allegata in contra-
rium,quia vt ibi dixit Bar.ille tex.intelligitur quando* in stu-
pro aliqua violentia interuenit,aliàs esset contra textum in d.
l.si quis viduam.& in d.§.item lex Iuli.& no.in cap. 2. de ad.
¶Et per hæc patet esse responsum ad omnia, quæ in contra-
12 rium adducebantur.¶†Nec etiam ob. si diceretur quod pati
etiam debet pœnam dotãdi dictam mulierem si virgo est, &
etiam pœnam excommunicationis si eam in vxorem ducere
recusat,secundum quod habetur in cap. 1.& 2.de adul.quia
respondeo quod ibi nihil dicit de pœna vltimi supplicij,imò
denegatur ibi posse imponi pœnam mortis, secundum dom.
Abb.in c. 2.de adul.& illæ pœnæ de quibus in d.c.1.& 2. so-
lùm habent locum in terris subiectis Ecclesiæ Romanæ, quò
ad temporalem iurisdictionem,in aliis uerò terris seruabitur
ius ciuile per ea quæ notantur in c.2.de reg. iur.in 6. & in ca.
2.de arbi.eo.lib.vel secundum Card.Florent.in d.ca. 2. illud
quod habetur ibi procedit quando causa esset de foro eccle-
siastico , alias autem standum esset pœnis iuris ciuilis per id
quod habetur in c.si duobus.de appell. & ita dicit se de facto
respondisse . ¶ Ex quibus omnibus videtur concludendum
13 † non esse locum pœnæ impositæ per dictum statutum,& cõ
sequenter esse recurrendum ad dispositionem iuris commu-
nis.quo inspecto,posito ꝙ non solum stuprum, sed etiam in-
cestus simul commissa fuissent,veniret imponenda pœna de-
portationis.d.l.si quis viduam. verum quia non est in vsu pę-
na deportationis & quædam aliæ pęnæ de quibus in §. relega
ti.cum seq.insti.quibus modis ius patriæ pote.solu.vt ibi per
gl.in verbo,in metallum.Ideo secundum quod dicit Ioan.de
Imo.l.publicorum.in 2.col.ff.de publ.iudi.iudex loco pœnę
deportationis habet iuxta suum arbitrium aliam pęnam im-
ponere.allegat no.in l.quid ergo.§. pęna grauior. ff.de his qui
no.infa.& in l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accu. posito aũt
ꝙ non intelligeretur in casu prædicto commissum esse ince-
stum comprehensum & punitum a lege ciuili, vt suprà osten
disse puto,sequitur ꝙ adhuc mitius veniret puniendus, vt de
se patet,& colligitur apertè ex supradictis . Alex.

ADDITIONES.

* Stuprum.] Vide Curt.iun.ad l.transigere.C. de transact. vbi de pœ-
na stupri. Nat.
* Intelliguntur.] Vide Alex.ad l.si auiæ. C.de success. vbi etiam Dec.
plura adducit in simili. Nat.

EPITOME.

LATA sententia nullitatis cessat remedium ap-
pellationis.

CONSILIVM CCXXX.

Ponderatis his quæ in themate narrantur,sentio
breuiter veram esse conclusionem,ꝙ
iudex appellationis prædictæ non debeat aliquo modo pro-
nunciare condemnando reum qui in causa principali fuerat
condemnatus,& qui primò de nullitate dictæ sententiæ di-
xit , & demum appellauit inquantum sententia ipsa appare-
ret aliqua : neque debeat dicta sententia lata in causa princi-
pali aliquo modo reformari per iudicem appellationis, sed
partes ipsius iudicis appellationis sint in pronunciando su-
peruacuò seu frustratoriè fuisse appellatum, vel pronunciare
non intelligi esse appellatum a dicta sententia , eò quia erat
nulla,prout declaratum fuit per iudicem causæ nullitatis, cu-
ius sententia in rem iudicatam transiuit vt præsupponitur.
hoc enim esse verum, probatur , quia appellatio non fuit in-
terposita simpliciter,sed sub conditione inquantum sen-
tia appareret aliqua , & ita prosequutus fuit appellationem,
protestando quod non intendebat discedere ab ipso iudice
nullitatis,& ideo talis appellatio non potest sortiri effectum
appellationis deficiente conditione sub qua appellatum est.l.
cum secundo.ff.de iniusto testa.l.legata.ff.de condi.& demõ.
1 & l.cum ad præsens.ff.si cer.pe.dato ꝙ† dicta cumulatio nul
litatis &. appellationis interpositæ sub prædicta conditione
teneat,secũdum quod voluit gl. reputata singularis in l. j. C.
qñ prou.non est necesse.& probatur in ca. constitutus. cũ ibi
no.de resti.in integ.& plenè doc.in l.si expressim. ff.de appel
lationibus.& in c.dilecto,de appe.& Spe.in tit.de sent.prola.
§.iuxta.ver.sed nunquid talis libellus.& Bal.in l. edita. C.de
edendo.in repetitione Paduana,in antep.char.& in l.1.C.de
fur.& in c.sancimus.l.vltimo in titulo quo tempore miles &
Bal.in addi.Spe.in tit.de appell.in 45.col.in ver.quando pro
2 cedit.†Et propterea in proposito nostro determinat istam.q.
Bar.in d.l. si expressim, in versiculo quartò videndum est de
modo sententiandi &c.vbi expresse dicit,ꝙ qñ est dictum de
nullitate sententiæ,& si inquantum sit aliqua, sit appellatum,
iudex si inueniat sententiam fore nullam, debet pronunciare
eam esse nullam, super capite uerò appellationis nihil pronũ
ciare oportet,quia fuit appellatum sub conditione de præsen
ti.s.si sententia est aliqua , sed nunc apparet ꝙ nulla est, ergo
nunquam fuit appellatum,tamen secundum Bar. si iudex ap
pellationis vult super ipsa appellatione pronunciare, debet
pronunciare superuacuò vel frustratoriè esse appellatum, eo
quia sñia erat nulla,vt secundum eum probatur.l. ex consen-
su.§.j.ff.de app.& hoc ẽt no.Bal.in l.eos.in vlt. col.prin.C.de
appel.& do.Abb.in prælleg.c.dilecto,in 3. col. & ibi ẽt Ioã.
de Imo.in pen.char. in uersi. qualiter aũt pronunciabitur eo
a casu.& c.melior tñ practica[a] esse videtur secundum Ioan. de
Imo.in l.cũ quærebatur,ad fi.ff.de re iudi.& in d.l. si expres-
sim.in prin.pe.char.in versi.quartò iuxta prædicta põt dubi-
tari &c.quod iudex pronunciet non intelligi esse appellatum.
eò quia sententia prædicta est nulla, attento ꝙ dicta appella-
b tio fuit interposita sub[b] conditione prædicta quæ non fuit ve-
rificata.illud aũt quod hr̃ in d.l.ex consensu.§. 1.loquitur qñ
simpliciter appellatur a sententia.Ant.de But. ẽt in d. c. dile-
cto,circa pen. vel antepe. col. transit cum opi.Bar.in prælle-
3 gata.l.si expressim,†addendo tamen ꝙ in casu quo dicta sen-
tentia apparet nulla , non solùm poterit iudex nullitatis pro-
nunciare dictam sententiam nullam, verum etiam de iure ca-
nonico iudex appellationis poterit pronunciare iustè appel-
latum.

latum, quoniam ille qui appellauit à sententia, saltem grauatus est de facto per sententiam nullam. c. significauerunt, de except. approbat etiam ipse practicam Bar. prædictam; scilicet ꝙ pronuncietur superuacuò appellatum à sententia propter nullitatem, tamen secundum Io. de Imo. in præalleg. ca. dilecto non uidetur quod iudex possit in casu prædicto pronunciare iustè appellatum, ex quò solum appellauit conditionaliter inquantum sententia esset aliqua, quod uidetur esse de iure uerius ratione prædicta. & prædicta tantò magis procedunt in casu nostro in quo præsupponitur sñiam prius latam esse super nullitate & in rem iudicatam transiuisse, antequam iudex appellationis super ipsa appellatione pronũciet. unde si sñia per iudicem appellationis ferretur, taliter ꝙ per eius sñiam inferretur sñiam causæ principalis subsistere, & sic nullam non fuisse, non posset ualere hæc ultima sententia lata per iudicem appellationis. quia sñia lata contra aliam sententiam quæ in rem iudicatam transiuisset, est nulla quando de ipsa sententia quæ in rem iudicatam transiuit, constabat ipsi iudici, qui contra eam pronunciauit l. 1. C. quando prouoca. non est neces. l. post sententiam. C. de senten. & interlo. omn. iudi. c. inter monasterium. de re iu. sed ita est ꝙ dictio iudici appellationis constabat de sententia super nullitate lata, ut in themate præsupponitur, ergo &c.

ADDITIONES.

a ¶ Practica. sed melior est practica Franciæ ubi appellatio semper utrunque caput deuoluit & nullitatis & iniquitatis.
b ¶ Sub suprà, lib. 3. consil. 2. colum. 2. pen.

EPITOME.

DEBENS seruitutem uiæ, potest in loco seruienti construere hypoger seu testationem & desuper ædificare dummodo relinquat locum & spatium uiæ etiam lumina obscurando.

CONSILIVM CCXXXI.

Ponderatis his de quibus in themate fit mentio, & his quæ diligenter & eleganter in iure deducta sunt per clarissimum dominum * suprà consulentem, puto in primis † circa primum dubium, ueram esse conclusionem præfati consultoris ꝙ possit dictus Ambrosius cõstruere testudinem, tam sub dicto Palacerto, quam in loco dictæ Plateæ seu orti spectantis iure dominii ad dictum Ambrosium, & super dicta testitudine ædificare, dummodò non impediatur uia & iter dicto Nerio concessa, & concessum, ut supradictum est. & ultra allegata probatur per tex. in l. olympico. §. fi. ff. de seruitu. urban. prædio. & in l. si domus. uersic. quod ad stillicidium. eo. tit. ubi apparet quod dominus pdii seruientis potest facere in eo quicquid uult: dummodò seruitutem non impediat, & cum sub eadem determinatione fuerit concessa dicto Nerio seruitus uiæ & itineris p unum ostiũ ex duobus ostiis Palacerti usque ad domum dicti Nerii, sub qua concessione comprehenditur tam locus qui est sub dicto Palacerto, quam etiam locus dictæ Plateæ siue orti, debet intelligi concessio illa pariformiter, quatenus protenditur uterque locus seruitutis. l. iam hoc iure. ff. de uulga. & pupil. substi. l. in testamento. C. de testam. mili. l. si legatarius. §. fin. ff. de lega. 3. & quod ibi not. Bart. sed ita est quod testudinem construere potest Ambrosius in loco ubi est Palacertum, qa tempore concessionis seruitutis locus seruitutis super quo erat constructum Palacertum, non erat fortasse discoopertus & licèt non essent ibi testudines, possunt tamen fieri, per dictam. l. olympico. §. fi. cum aliis supra allegatis, ac etiam quia de mente contrahentium fuit ꝙ locus ille non remaneret discopertus, ut ostendunt illa uerba contractus, s. usque ad primas uoltas. ergo usque ad illud spatium & altitudinem uoltarum seu testudinum, quæ fiunt sub Palacerto debet regulari seruitus uiæ uel itineris per dictum ortum siue plateam, per rationem d. l. si legatarius. §. fi. cum simil. ¶ † Et tanto magis hoc procedit in hac seruitute uiæ uel itineris concessa circa prædia urbana, quo casu non regulatur sicut quando est circa prædia rustica, ut patet in l. iter. cum ibi not. ff. commu. prædio. iuncta. l. qui sellam. §. primo. ff. de seruituti. rusticorum prædiorum. ¶ † Et dictæ testitudines possunt construi altitudinis & qualitatis quam exigit mos & consuetudo loci, & status antiquorum ædificiorum, iuxta. l. primam. C. de ædi. priua. & l. qui luminibus. ff. de seruitutis urbanorum prædio. & si de hoc uertatur controuersia, dandus est arbiter, qui hoc habeat dirimere. l. certo generi. §. primo. & §. fin. ff. de seruit. rusticorum prædiorum. & dicta l. qui luminibus in fi. & per hæc est responsum ad primum & secundum dubium. ¶ † Circa tertium uerò dubium etiam placet conclusio domini consultoris. & confirmo eam per id quod habetur in l. ædificia. ff. de seruitutibus urbanorum prædiorum. ubi si domus mea debet domui tuæ seruitutem altius non tollendi, non est mihi prohibitum ponere & habere uiridaria supra illam altitudinem, etiam si propter ipsa uiridaria obscurẽtur lumina domus tuæ, quia plantatio arborum & uiridarii non est contra seruitutem altius non tollendi. secus si domus mea deberet domui tuæ seruitutem non officiendi luminibus domus tuę quia tunc si per talem plantationem arborum uel impositionem uiridarii noceatur luminibus domus tuæ facio contra seruitutem, & possum prohiberi. ita in proposito licèt deberetur domui Nerii seruitus uiæ uel itineris per dicta loca, licèt aliquid fiat per quod obscurentur lumina, hoc non est cõtra concessionem seruitutis uiæ uel itineris, cum qua nõ fuit connexa seruitus non officiendi luminibus. & eò magis, quia in casu nostro debet intelligi quòd dictæ testudines seu uoltæ possint pariformiter fieri, & sic per plateam sicut sub Palacerto, ut patet per ea quæ dicta sunt in præcedenti dubio per quę etiam apparet responsio ad quartum & ultimum dubiũ, quia latitudo debet esse pro medietate dicti Palacerti, ut in instrumento continetur, & ita etiam debet esse per dictam plateam uel ortum, per rationem dictæ legis, iam hoc iure.

ADDITIO.

* Per clarissimum Dominum.] Super hac eadem facti specie de iure respondit Socin. ut apparet eius consil. 105. libr. 1. inter eius consilia. & ibi consilio 106. habes subscriptionem hanc factam per Alexandrum. Natta.

EPITOME.

QVIDAM recepit cessionem iure redimendi pro eo quem declarabit, posteà declarat de uno qui tempore cessionis erat forensis & capax, sed tempore declarationis erat ciuis. Respon. ualere declarationẽ.

SVMMARIVM.

1 *Stipulans dari cui concedere uoluit, uidetur stipulari sibiipsi.*
4 *Verba, pro eo quem declarabit, faciunt conditionem si declarabit.*
5 *Nomine alterius si quis capiat, tradens remanet dominus usq; ad ratificationem.*
6 *Ratificatio non ualet nisi ex nunc, quando non potuit actus gerì retro.*
7 *Principium non attenditur in contractu facto sub conditione potestatiua.*

CONSILIVM CCXXXII.

Ponderatis his quæ in themate narrantur, ac uisis & perlectis scripturis mihi exhibitis in causa uertente inter eximium artium & medicinæ doctorem dominum magistrum Ioannem Iacobum ciuem Lucensem agentem, & Zachariam Ioannis Lotti se defendentẽ, fundatam esse inuenio de iure communi ac municipali intẽtionem dicti Ioannis Iacobi ex instrumento promissionis factæ per d. Zachariam d. Laurentio de retrouendendo eidem Laurentio dictam domum. pro certo pretio intra tẽpus quatuor annorum, iuncto instrumento cessionis factæ per dictũ Laurentium de dictis suis iuribus & actionibus pro dicta retrouenditione consequenda dicto domi. Bartholomęo quondam Gabrielis causidico ementi ac recipienti pro eo uel eis quos declarare uoluerit, & qui Bartholomæus post ea declarauit se emisse pro dicto Ioanne Iacobo, unde dictum † pactum de retrouendendo proculdubio efficaciter obligauit dictum

ctum Zachariam ad retrouendendum, iuxta l. 2. C. de pactis
inter emptorem, & uenditorem, l. qui fundum. l'vltima. ff. de
contrahenda emptione. & l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ff. de act. empt.
& ita etiam prouiſum eſt per ſtatutum ſub rubrica, de forma
reuenditionis. & actionem perſonalem ſibi ex dicta promiſ-
ſione competentem potuit dictus Laurentius ex cauſa uendi
tionis tranſferre in dictum Bartholomæum, & eum facere ꝓ-
curatorem in rem ſuam, ut fecit. ¶ Sed eſt uidendum de uir-
tute illius declarationis factæ per d. Bartholomæum, qui de-
clarauit ſe emiſſe pro d. Ioanne Iacobo, qui licèt tempore de
clarationis prædictæ eſſet effectus ciuis Lucenſis, & ſic capax
acquiſitionis bonorum immobilium, tamen tempore quo di
ctus Bartholomæus acquiſiuit a dicto Laurentio non erat di-
ctus Ioannes Iacobus ciuis Lucenſis, & ſic erat incapax acqui
ſitionis bonorum immobilium in loco illo ex forma ſtatuto-
rum illius ciuitatis. & dubium fortaſſe prima facie uidetur fa
2 cere, quia † in contractibus quò ad diſcernendum cui acqui-
ratur, inſpicimus principium, id eſt, tempus celebrati contra-
ctus, l. ſi filius, in prin. ff. de uerbo. obliga. l. uſusfructus. ff. de
ſtipul. ſeruor. l. quæ legata. ff. de reg. iuris. ¶ Tamen in propoſi
to puto dictam declarationem eſſe ualidam, & illi non obſta
re ꝙ tempore acquiſitionis factæ per dictum Bartholomæũ
* dictus Ioannes Lotus non eſſet ciuis.* Nam † ut dicit tex. quẽ
3 ibi. Bal. & Ange. reputant ſingularem in l. ſecundum reſpon-
ſum. C. de contrahen. & commit. ſtipula. ſi quis ſtipulatur da
ri cui ipſe concedere uel relinquere uoluerit, uidetur ſtipula-
a tus ſibiipſi [a] ſtipulanti. unde per illum text. dicit Bal. in l. cum
poſt. §. gener. ff. de iur. dot. in lectu. antiqua ꝙ ualet promiſ-
ſio facta mihi recipienti pro eo quem nomina bo. dicit etiam
Bald. in l. 1. in fin. ff. de pact. ꝙ ſi promiſiſti aliud mihi recipiẽ
ti pro eo quem declarabo, ualet ſtipulatio. & ſi neminem de-
* clarabo potero agere * ego uel hæres meus, ut dicit eſſe caſum
no. in d. l. ſecundum reſponſum. & ſic apparet ꝙ interim an-
tequam ſit facta declaratio per emptorem, dicitur eſſe acquiſi
tum ius ipſi emptori. nam qua ratione apud talem ementem
pro eo quem declarabit, ſi omni tempore ceſſat in declarãdo.
res ſeu ius illud apud eum remanet a cſi pro ſe tantum recepiſ
ſet, ita ẽt ſi pro parte temporis ceſſauit in declarando pro quo
emerit intelligitur pro illa parte temporis tale ius eſſe apud
eum, pro eo aũt tempore quo declarat illum pro quo dicit ſe
acquiſiuiſſe incipit pertinere ad illum, & ipſe qui recepit pro
eo quẽ declararet ſi rẽ haberet penès ſe inciperet tenere, ꝓ illo
pro quo declarat, iuxta l. qd meo, in prin. ff. de acq. poſ. quod
4 hoc ſit uerum, probatur, quia † illa uerba. ſ. pro eo quem de-
clarabit, faciunt conditionem propter relatiuum iunctu uer-
bo futuri temporis. l. Stichum qui meus erit. de leg. 1. & l. nu
per. de le. 3. ac ſi dixiſſet ſi declarabit. & ideo qua rõne ſi nun-
quam declaraſſet d. Bartholomeus eſſet irreuocabiliter acqui
ſitum ſibi & heredibus ſuis, eodem modo ſi pro parte tempo
ris ceſſauit in declarando, dicitur fuiſſe in totum ſibi acquiſi-
tum, pro parte uerò temporis ex quo declarauit de d. Ioanne
Iacobo dicitur pertinere ad ipſum Ioannem Iacobum, quia
eadem eſt ratio in parte reſpectu partis, quæ eſt in toto reſpe-
ctu totius, & ideo procedit argumentum de toto tpe ad par-
tem tẽporis. l. quæ de tota, in prin. ff. de rei uend. & l. qui ſcit,
5 in princ. ff. de uſucap. ¶ † Præterea poſito ꝙ etiam non fuiſſet
acquiſitum alicui ius uigore dictæ ceſſionis, niſi ex tempore
dictæ declarationis & ratihabitionis factæ per dictum Ioan-
nem Iacobum, per ea quæ notat Bart. in l. qui mihi donatum,
ff. de donatio. in 1. col. in uerſi. quæro ante ratihabitionem ſe
quutam cuius ſit dominium &c. ubi uoluit ꝙ quãdo quis re-
cepit rem nomine meo ſine mandato, dominium non diſce-
dat ab illo primo cõcedente, niſi ſequuta ratihabitione mea
maximè per l. cum quis. §. ſi debitorem. ff. de ſol. & no. Bart. &
alii communiter in l. qui hominem. §. ſi debitorem. eo. tit. &
Guiliel. de Cug. Bart. Bald, & Ang. in l. ſi ego. ff. de nego. geſt.
reprobata glo. ibi quę tenuit ꝙ dominium interim eſſet in bo
nis nullius, quod communiter reprehenditur, ut etiam ple-
nius cæteris proſequitur Ang. in repetitione, l. falſus. C. de fur
tis. in 11. col. & probatur ẽt in l. ſi ſponſus. §. ſi uxor. & ibi glo.
& Bart. ff. de dona. inter uirum & uxo. & notat Ange. & Mo-
der. in l. communis. §. fin. ff. de acqui. poſſ. tamen adhuc uerũ
eſt dicere quod ſequuta dicta ratihabitione dicti dom. Ioan-
6 nis Iacobi acquiſitum eſt ius ſibi, per d. l. ſi ego. ¶ † Nec obſtat
ſi diceretur ꝙ ratihabitio deberet trahi retro ad principium.
l. fi. C. ad Maced. l. licèt. ff. de iud. & in regula, ratihabitionem
lib. 6. ſed inſpecto initio, ideſt, tempore conceſſionis factæ di
cto Bartholomęo, dictus Ioannes Iacobus erat forenſis & in-
capax, ergo non poteſt dici ſibi eſſe acquiſitum, quia reſpon-
deo, ꝙ ratihabitio trahitur retro ad principium, regulariter
tamen fallit quando tempore ipſius principii non potuiſſet
ipſe actus explicari, ſed bene potuiſſet explicari tempore rati
habitionis, quia tunc ratihabitio bene facit actum ualere &
tunc, ſed non trahitur retro ad principium tẽporis quo actus
ille explicari non potuiſſet, ita probatur in l. obſeruare. §. fi.
ff. de officio proconſu. per quem textum iſtam doctrinã col-
ligunt Iacob. Butrig. Bart. & Bald, ibidem, & tamen in caſu p-
dicto non trahitur retro propter impoſſibilitatem. ſed ſuſti-
netur actus ex tempore quo potuit id fieri. Et per hoc appa-
ret una reſponſio ad l. ſi filius, in princ. cum ſi. ff. de uerb. obli
ga. quia etiam dato quòd ibi inſpiciatur initium actus, pote-
rit ſuſtineri & ualere eo modo quo geſtus erat, hic autem ſe-
7 cus. ¶ † Præterea reſpondetur quòd in dicta l. ſi filius, in prin
cipio, cum ſimilibus, attenditur principium, quia ibi tracta-
batur de contractu celebrato ſub conditione caſuali quæ re-
trotrahitur ad tempus celebrati contractus, ut ibi. & l. potior
& l. qui balneum. uerſic. amplius. ff. qui potiores in pignore
habeantur. ſecus in conditione poteſtatiua, ut d. l. qui balneũ
uerſic. amplius. ideo tunc inſpicitur tempus euenientis con-
ditionis. l. quidam cum filium. §. finali, ff. de uerborum obli-
gatio. & l. ſi debitori deportato. §. ſi filius. ff. de fideiuſſoribus.
& l. ſi uerò non remunerandi. §. ſi filio. & ibi no. Bald. ff. man
dati. & no. Bart. in d. l. ſi filius. & in l. ſi is qui pro emptore. ff.
de uſucap. in 5. quæſt. principali. ſed in propoſito noſtro illa
conditio declarandi importata per illud relatiuum iunctũ
uerbo futuri temporis, erat poteſtatiua, ergo non trahitur re-
tro, ſed attenditur tempus impletæ conditionis, id eſt factæ
declarationis quo ipſe dictus Ioannes Iacobus erat capax ac-
quiſitionis. bene facit. l. ſi ſeruus communis Mæuij & caſtren
ſis peculij. §. fin. ff. de ſtipu. ſeruorum. & ꝙ per illum textum
no. Bal. in l. ea demon. C. de colla. poſſent etiam verba ſtatuti
prohibentis forenſem acquirere rem immobilem eſſe aliter
conceptam, ꝙ non impedirent forenſem acquirere actionem
perſonalem ad rem immobilem, verum quia verba ſtatuti nõ
ſunt mihi exhibita, idcirco prætermitto huiuſmodi funda-
mentum. ¶ Circa uerò aliam obiectionem factam per partem
aduerſam conantem ſe tueri ex eo quod ipſe Zacharias rem
vendiderat & tradiderat cuidam Leonardo, & ꝙ nõ habebat
facultatem rei tradendę parum eſt opus inſiſtere, quia res cla
ra eſt, & fuit egregiè reſponſum in allegationibus aduocati
* Ioannis Iacobi nam intentata * eſt † actio perſonalis contra di-
8 ctum Zachariam ad uendendum & tradendum vt promiſit.
& quamuis res ſit apud alium, iſta actio perſonalis nõ poteſt
intentari contra tertium poſſeſſorem. l. fin. ff. de contrahen.
empt. l. 1. C. ſi aduer. creditorem. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebel-
lianum. & dato quod obligatus ad vendendum & tradẽdum
ſit in mora, & ſuccedat obligatio ad intereſſe, non per hoc nõ
extinguitur principalis obligatio qua quis tenetur ad facien-
dum, & poteſt ad ipſum factum præſtandum condemnari, da
to ꝙ poſt ſententiam liberari poſſit ſoluendo intereſſe, vt hęc
plenè habentur & no. in l. 1. per gl. & doct. ff. de actio. empt.
& in l. vnica. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. profe. & not.
Barto. plenè in l. ſtipulationes non diuiduntur, in princ. ff. de
uerb. obl. maximè in 7. & 9. q. prin. & no. doct. maximè Bald.
in l. ſi traditio. C. de actio. empt. & non poteſt ſe iuſtè excuſa-
re d. Zacharias, cum fuerit in dolo uendendo & alienando rẽ
quam promiſerat alteri retrouendere, & ſic faciendo quomi-
nus uendere & tradere poſſit d. Laurentio ſeu habẽtibus cau
ſam ab eo ut tenebatur. l. ſi uerò, cum l. ſeq. & l. qui petitorio,
& quod ibi no. de rei vendicat. & l. ſi ſeruum, in princip. ff. de
verb. obl. cum ſi. Ex quibus apparet nihil ad rem iſtam facere
comparationes d. Leonardi. Ex quibus concludo pronunci
dum eſſe bene iudicatum in fauorem d. Ioannis Iacobi, & ma
lè appellatum per partem aduerſam. & victum victori in ex-
penſis condemnandum. Alex.

ADDITIONES.

* Non eſſet ciuis. ] Acquiſitio, quæ a principio fuit nulla, quia facta
per forenſem contra formam ſtatuti, non reconualidatur, ſi poſtea
efficiatur

efficiatur ciuis, Roma.consi. 509. Circa propositam consultationem
5.dub.sed contrarium tenet Andr.Sicul.consi.70. Illud in medium
referam.col.1.libr.3. tamen secundum Romani opinionem respon-
dit Dec.consil.661.in fi. Et ꝙ sufficiat, ꝙ reperiatur ciuis ante tradi-
tionem, immò & post traditionem, tenet Crauet.consil.201.dub.4.
& sequitur Crot.ad §.Diui.colum.24. De articulo etiam latè scribit
Claud.Aquens.ad l.si ita quis.§.ea lege.col.antepen.ff.de uerborum
oblig.& Fulgos.consil.84.præsupposito casu, tenet ꝙ sufficiat loren
sem inueniri habilem. Sed animaduertas ꝙ non est consilium Fulg.
sed Cumani. Et ꝙ acquirat, si postmodũ uelit effici ciuis, tenet Rui.
consil.139.colum.fi.lib.5. Natta.

a ¶Sibiipsi. Decius consi.543.colum 1.unde malè consuluit Stephan.
Berti.consil.90. Viso instrumento.lib.1.ut dixi suprà, lib.3.consil.29.
numero 1.

a Potero agere.] Sequitur Dec.consi.543.col.1. Natta.

* Nam intentata.] Nota bene istud, ꝙ obligatus actione personali ad
rem tradendam, conueniri potest, etiam si non habeat facultatem
rei tradendæ, quia succedit obligatio ad interesse, adde ꝙ promit-
tens uendere, non potest cogi precisè, sed liberatur prestando inter-
esse, ut Alexan.dicit consi.212.colum.3.libro 5.

## CONSILIVM CCXXXIII.

PRO excusatione Iudæorum à pœna blasphemiæ.

Ponderatis his quę in suprascripto themate nar-
rantur, uideretur prima consideratio
ne dicendum, dictos Hebræos grauissimè puniendos, uelut
dominum nostrum Iesum Christum blasphemantes, siue in
1 specie siue etiam in genere faciant: & saltem † pœna iudicis
arbitrio moderanda esse plectendos.c.in nonnullis, cum glo.
in uerbo, animaduersionis.& c.& si Iudęos.de Iudę.l.Iudęos.
C.eo.tit. nam ubi pœna non reperitur specificè determinata
pro delicto, committitur iudicantis arbitrio.l.1.§.expilato-
res.ff.de effra.l.hodie.& l.sanctio legum.ff.de pę.l.1. ff.de iu
2 re delib.no.in l.nemo Martyres.C.de Sacrosan.Eccl.¶† Qui-
nimò uidetur expresè prouisum in auth. ut non luxur. con-
tra natu.colla.6.quòd taliter blasphemantes debent pœna ul
timi supplicii puniri.& nota.in ca.2.de maledi.nam si offen-
dens Imperatorem punitur pęna ultimi supplicii.l.quisquis.
C.ad leg.Iul.Maie.6.q.1.§.uerum, multomagis ille qui Chri
stum offendit, quia longè grauius est æternam lædere maiesta
tem, quàm temporalem 23.q.5.si apud c.uergentis. de hære-
ti.& quod offendens maiestatem diuinam debeat mori.patet
ultra prædicta ex not.per gl.in c.2.§.cæterùm.de offi.ordi.in
6.& expressius ẽt notatis per Ang.in l.senatus.ff.ad leg. Cor.
de sicar.ubi etiam ad hoc allegat extrauag. Fed.nec referre de
bet an in genere an in specie blasphement Christum & eius
sequaces, quia tantum operatur * genus quò ad genus, quan-
3 tum species quò ad speciem.l.si duo.ff.de administ.tut.l.om-
nes C.de præscrip.30.anno.¶† Nec refert inter blasphemare
Christum & de eo uerba pudibunda uel opprobriosa profer-
re 22.quæstio.1. si quis per capillum.unde omne maledictũ
de eo uel de Christo & sanctis appellatur blasphemia, ut not.
Bar.in l.item apud Labeonem, §.sed quod adiicitur. ff.de in-
iur.& Bart.in d.authen.ut non luxurie.per illum text.& Bal.
in l.2.C.de reb.credi.& iureiuran. & Ange.& Ioan.de Imo.
in l.his uerbis.§.1.ff.de hæredib.instituen.per illum text. cũ
gloss. unde dicit ibi Ange.ꝙ si statutum punit maledicentem
Deum, punietur non solùm ille qui dixerit maledico Deum,
sed etiam ille qui aliqua uerba turpia protulit contra Deum:
nisi secundum eum communis usus loquendi & intelligendi
talem sermonem restringat.l.Labeo.ff.de lib.leg.l.librorũ.§.
quod tamen Cassius.ff.de leg.3.sed Io.de Imo.in d.l.his uer-
bis.§.1.dicit se putare quod cõis usus non haberet proficere
quin ueniat puniendus qui contra Deum mala uerba protu-
lit, quia talis usus propriè est abusus & mala consuetudo, &
propterea non seruanda.in auth.ut nulli iudi.§.nulli. col.9.
4 ¶† Nec prædictos Iudæos excusare debet temporis diuturni-
tas, quo in hoc scelere uersati sunt, quia talis diuturnitas non
minuit peccatum sed auget. & tantò grauiora sunt crimina
quantò diutius infelicem aĩam tenuerunt alligatam ca.tanta,
& c.cum in ecclesia.de simo.25.distin.6.criminis.& quod ha
betur in c.sicut Iudæo.de Iudæi.& quilibet de populo † tene
tur huiusmodi blasphemantes accusare & deferre, ut probat
tex.no.in d.c.si quis per capillum.bene facit.l.quod senatus.
cum ibi not.per Bart.ff.de iniur.& per Barto.in l.1. ff.de pu-
bli.iudic. Fortificantur † prædicta, quia (uerbo fertur) oppo-
ni contra Iudæos ꝙ nonnulli eorum de libris suis cancella-
runt illa uerba quæ dicuntur importare Christum, ergo can-
cellatio in tali parte substantiali arguit suspicionem contra
eos.l.fin.de edi.diui Adria.tol. ca.cum uenerabilis. de relig.
dom.c.inter dilectos.de fide instru.& not.in ca.ex literis.eo.
tit. Et ut inquit Bal.in l.uoluntas. C.de fideicom.rasum præ-
sumitur falsum.c.cum olim propter.de priuil. & impunè ui-
detur fieri non potuisse, sicut dicimus de his qui abradunt
imaginem Dei & Beatæ Mariæ Virginis & alicuius sancti, uel
destruunt seu in terram proiiciunt in contemptum Dei ali-
quem locum, in quo talis imago esset picta. Nam contra talẽ
cuiuscunque præeminentiæ uel gradus existeret, debet esse ul
tio dura & aspera pœna, ita dicit Ang. in sua disput.incip. In
refulgenti delitiarum palatio.in 9.colum.allegat id quod le-
gitur & no.in c.si canonici.§.fi.de off.ord.in 6.& ideo impo-
nitur pœna mortis his qui ponerent uel sculperent Signum
Christi Saluatoris in solo uel in silice uel in marmoribus hu-
mi positis, quia sic contingeret pedibus tale Signum calcari
& deuastari ab incedentibus.l.1.cum glo. C.nemini licere Si
gnum salua. Et ibi dicit Sali. quod pessimè faciunt qui Signũ
Crucis apponi faciunt super lapidibus sepulchrorum in ter-
ram positis. Et similiter dicit Ang.in l.ex Senatusconsulto. ff.
ad legem Corneliam. de sica. ꝙ ille qui percutit imaginem
Dei, uel Sanctorum, uel scindit imaginem Dei ligneam, tene-
tur pœna l.Corneliæ.de sicariis. uidelicet pœna mortis, per
illam legem quæ tali pœna punit facientem mala sacrificia.
pro hoc etiam allegat quandam constitutionem Federici. Et
profectò si ita in facto uerum esset, quod Christum & sequa-
ces blasphemarent, & alia in contemptum Christianæ religio
nis fecissent, nullo essent digni Christianorũ patrocinio, imò
maxima infamiæ nota laborarent, qui pro eis intercederent:
sicuti dicimus in his qui intercedunt pro illis, qui crimen læ
sæ maiestatis commisissent.d.l.quisquis, uersi.denique iube-
mus.iuncto d. ca.uergentis. ¶Sed præmissis non obstantibus
contrariũ puto in casu de quo quæritur esse uerius.& pro fun
damento præsuppono id † quod habetur 45. dist.qui synce-
7 rè.ubi casus iste decidi uidetur, nã ibi permittitur Iudæis im-
pune seruare & celebrare & colere suas festiuitates, cæremo-
nias, & solemnia secundum qđ per retroacta tẽpora seruarũt
ipsi & parentes eorum, & quãuis in hoc peccent, tñ quò ad
pœnam temporalẽ eis dispensatur, ut ibi notatur, cũ ergo (ut
in themate narratur) Iudæi super ab aduentu Domini nostri
Iesu Chr̃i orauerint eo modo & forma quo & qua nunc orãt,
sequitur ꝙ hoc est eis permissum, per d.c.qui syncera. ¶Secũ-
dò: quia Iudæi Deum recognoscũt, & per Deum Patrem om-
nipotentem iurant 22.q.1.§.sic etiam no.plenè Spec.in titu.
de iuram.calum.§.restat uidere.uersi. sed pone Iudæus litigat
cum Christiano. & solùm ꝯ eos opponitur ꝙ Iesum Christũ
Crucifixum blasphemant in dictis eorum orationibus, quod
non ur̃ stare posse, quia si (ut præsupponitur) tempore quo di
cti libri continentes orationes præmissas compilati fuerunt:
nondũ Christus uenerat in uirginem, nõ potest probabiliter
intelligi, qđ de Christo in specie & Christiana religione & in
eius contemptum & uilipendium loquantur, cum nondum
Christi & Christianæ religionis cognitio haberetur: quia
8 † non pôt stare qualitas sine subiecto.l.eius qui in prouincia.
uers.post aditam.ff.si cer.pe.l.Pomponius.§.accessionem. ff.
de aq.pos. ca.inter dilectos.de fide instrum.igitur sibi locum
uendicare nõ possunt iura allegata in contrarium, quę dicũt
ꝙ Iudæi facientes aut blasphemantes in contẽptum Christia-
9 næ religionis puniendi sunt. plus dico, † etiam si non consta-
ret, an dicti libri fuerint editi ante aduẽtum Christi uel post,
deberet in dubio fieri interpretatio quòd fuerint editi ante
quantùm ad pęnam euadendam, per id quod signanter nota.
Bart. in l. non solùm.§.sed ut probari.ff.de oper.no.nunciat.
dum alleg.l.meritò.ff.pro socio.& l.interpretatione. ff.de pę
nis, & per Bart.in l.libellorum, in princip.circa quintam col.
ff.de accusa.& Bald.in l fin.C.an seruus ex suo facto.& Salic.
in l.matre.C.de probation.& dom.Abb.in c.in præsentia. in
3.col.de probatio.& in ca.auditis, de præscripti.bene faciunt
not.in l.cum actum.ff.de neg.gest.& quod uoluit gl.no.in c.
uenerabilibus, in glos.pen.de sent.excommun.& in clem.si.
de rescrip.& ubi uerba posita in dictis libris essent aliquo mo
do dubia, adeò quod possent intelligi etiam de alio quàm de
Iesu

Iesu Christo, non sufficerent dicta uerba dubia ad condemnationem Hebræorum, per dictum c. in præsentia, & per ea quę infra dicam. ¶Tertiò: quia libri prædicti in quibus huiusmodi orationes descriptæ sunt, non possunt uideri scripti & cõpilati in contemptum Christianæ religionis per proximè dicta: ergo etiam Hebræi qui hodiernis temporibus dictis orationibus utuntur sicut in dictis libris cõtinetur, non possunt uideri hoc facere in contemptum Iesu Christi seu Christianę
10 religionis, quia † plus esse non potest in exemplo & sumpto, q̃ in ipsa originali. l. si quis ex argentariis. §. prætor. & ibi doctores. ff. de eden. in aut. de tabellio. §. pe. & ibi no. & in auth. quis in aliquo. C. de eden. l. 2. ff. de fide instru. c. 1. de fide in-
11 stru. ¶Quartò † blasphemia dicitur, q̃n profertur aliquid iniuriosum, ut no. Bar. in d. l. item apud Labeonem. §. sed quod adiicitur, in fi. per illum tex. Sed iniuria non fit sine dolo. l. illud. ff. de iniur. dici autem non põt prædictos Hebræos dolo & iniuria Christianæ religionis prędictas orationes facere eò
12 quia † quælibet causa ẽt iniusta excusat à dolo præsumpto, nisi aliter de uero dolo & calliditate constet. l. igitur. §. põt. ff. de lib. causa. l. 1. in fi. ff. de abige. cum ibi no. & no. in l. plagii. C. de plagiariis. in ꝓposito aũt adest causa excusandi a dolo: quia inuenerunt ita a parentibus & maioribus suis per longissima tempora seruatum, ut supra. Item, quia fuit ita toleratum ꝑ tot secula, quãuis plurimi doctissimi Christiani & ẽt sancti uiri horum librorum Hebraicę linguæ notitiam habuerint.
13 ¶Accedit † quod no. gl. & doct. in ca. cũ uenerabilis. de con-
b suc. in gl. 1. ubi hr̃, ꝙ consuetudo ẽt mala [b] & de iure reprobata operatur multùm ad pœnã non infligendam. & ideo dicit ibi Pet. de Anch. ꝙ quidam rector unius uillæ euasit, nã cõtra eum fuerat formata inquisitio ꝙ ipse tenebat priuatos carceres, quia plures poni faceret in cippis, & ipse probauit ꝙ sui prædecessores ita facere consueuerant, fuit ppea absolutus. & pp hoc etiam Pet. de Anch. plenè concludit in consi. 283. inc. Iure scripto &c. ꝙ si in ciuitate ex uetustissima consuetudine toleratum fuit quod adolescentes a 16. annis ætatis suę infra colluctarent & pugnarent adinuicẽ proiiciẽdo lapides unus contra aliũ in turba, & contingit ꝙ unus ex eis proiiciendo lapidem contra aliũ occidit, euadet pœnam capitalem ex dicta longissima tolerantia, quãuis corruptela debeat appellari per d. c. cum uenerabilis, cum gl. Quintò, quia dicta uerba in qui
* bus se fundant aduersarii Hebræorum, possunt importare * alios q̃ Christum & eius sequaces tanq̃ generalia & apta comprehendere multos qui sunt diuersæ sectæ a secta Iudęorum, ergo posito (sed non concesso) ꝙ potuissent inspecta generalitate comprehendere ẽt Christum & Christianam religionẽ, ut dicitur a quibusdam expositoribus esset scriptum, secundũ quod allegat dictus accusator, tamen non debet capi interpretatio quod Hebræi orantes sub illa generalitate blasphemiæ comprehendant Christum & Christianam religionem, adeò
14 quod dicantur in eius contemptum facere, quia † in generali prolatione non uidetur qui uoluisse comprehendere ea, quorum prolatio ipsi proferent esset pęnalis uel prohibita, ut notabiliter inquit Bar. in l. codicillis. §. institutio. ff. de lega. 2. & ibi alii post eum sequuntur per id quod habetur in l. obligatione generali. ff. de pig. l. 1. & ibi not. Bal. C. quæ res pig. obl. poss. not. Spe. in tit. de pig. §. 1. uersi. sed nunquid cadit in generali. & Bal. in l. uoluntas. ad fi. C. de fideicommissus. ubi pro hoc allegat c. primum. & ibi etiam per eundem in tit. de capita. qui curiam uendi. & no. idẽ Bal. in c. Imperialem. in princ. circa 1. colum. in titu. de prohibita feudi aliena. per Federic. & Bald. in l. si constante. §. si maritus. ff. soluto matrimon. & Angelus in authen. de restitu. & ea quę par. in princip. per ibi notata per glo. in quibus locis concludunt docto. quod in generali alienatione uel obligatione bonorum non uidetur qs uoluisse alienare uel obligare bona, quorũ alienatio uel obligatio erat sibi prohibita uel pœnalis, & tantò magis in casu nostro, in quo pœna esset asperrima, ut patet per prædicta.
15 ¶†Sextò confirmatur per id quod nota. gloss. & Bart. in l. turpia. in prin. ff. de leg. 1. ubi non satis est stare in genere maledi
* ctionis * alicuius ad hoc ut quis dicatur diffamare alium, sed requiritur quod deueniatur ad speciem, per illum textum iũcta. l. his uerbis. §. primò, ff. de hæredibus instituen. secundũ quod declarat Bart. in d. l. turpia. ita pari ratione per dictam blasphemationem in genere factam, non est satisfactum iuribus in specie loquentibus de Iudæis blasphemantibus Iesum Christum & Christianam religionem in eius contemptum. ¶Septimò probatur, quia etiam præsupponitur ꝙ Hebræi degentes sub regimine Christianorum in dictis suis orationibus orant ad conseruationem & augmentum ipsius regiminis & reipnblicæ, unde si uera esset allegatio quæ fit contra Hebræos, sequeretur repugnantia & contrarietas circa dictas orationes. sed de iure interpretatio taliter fieri debet, ꝙ non contineat repugnantiam & contrarietatem c. cum tu. de resti. prima constitu. codicis. §. quibus. l. non adeò. ff. de conditio. & demonstr. ¶Octauò patet eos non debere inquietari uigore etiam capitulorum prædictorum initorum inter regimen ciuitatis & eos per quæ expresse conceditur eis, ut possint impune seruare suas cæremonias & officia dicere secundum qđ solitum est seruari & fieri per Hebræos in Italia & secundum leges & constitutiones, & prout eis uidebitur & placuerit & liberè uolent absq; aliquo eorum præiudicio uel grauamine dummodò honestè faciant, prout usq; in pręsentiarum cõsueuerunt. quæ uerba sunt satis lata, ut ex eis patet, dummodò non excedatur modus consuetus. & pręsupponitur ꝙ ille cõsuetus modus non fuit excessus, & excipiuntur libri noui qui fierent contra fidẽ Christianã seu similes illi libri libro edito cõtra fidem Christianã, & libri similes illi de quo fuerunt diffamati Hebræi habitantes in ciuitate Cortonæ, & sic in aliis libris non exceptis firma remanet regula ꝙ possint eis uti secundum qđ consuerunt. in auth. de non alie. §. ut autem. l. in his. cum ibi not. ff. de legi. l. nam quod liquidæ. §. fi. ff. de pen. lega. ¶Et per ꝑdicta patet responsio multiplex ad allegata in contrariũ, quia non obstat id qđ habetur in d. c. nonnullis, quia illud non procedit in casu nostro, in quo non dr̃ fieri in contemptum Chr̃i aut Christianę religionis, cum fiat secũdum ritus & mores Iudæorum seruatos a tpe aduentus Christi & ante. & cùm isti libri fuerint editi etiam ante aduentum Christi, non potest hic cadere ille punibilis contemptus, de quo loquuntur iura in contrarium allegata, & etiam quia oportebat constare de dolo Hebræorum, à quo in proposito casu excusantur, imò præsumitur contrarium, & illa generalia uerba non sufficiunt ut hæc probaui per argumenta deducta pro ista parte. ¶Posset etiam rñderi ad tex. in auth. ut non luxu. contra natu. secundum quod dixit Ioãnes Cald. in consi. 2. sub tit. de Iudæis. & incipit, Iudæus scienter protulit hæc uerba &c. ubi inquit quod pœna capitis quæ imponitur per textum in dicta authen. vt non luxur. contra natu. solum imponitur luxuriantibus contra naturam, non autem blasphemanti, quia secundum eum valde absurdum uideretur dicere, ꝙ iurantib. per capillos vel caput Dei, qđ æquipollet blasphemiæ, vt dictum est, imponeretur tam grauissima pœna. tñ hæc ultima responsio non vr̃ absq; uiolentia ad illam literã, ideo tutiores puto præcedentes responsiones. ¶Nec ad unam ex dictis responsionibus obstat, dum dicebatur quod tãtum
16 † operatur genus, quo ad genus, quantum species, quo ad speciem, quia respondeo, ꝙ licèt illa sit regula, tamen fallit in casibus, in quibus aliqua ratio dictat contrarium esse, vt in casu nostro per d. l. obligatione generali. ff. de pigno. & per no. per Bar. in d. §. instituto. cum aliis. s̃. alleg. & etiam per ea quę notantur in l. turpia. cum simil. ¶Non obstat etiam id, quod contra Hebræos allegatur de cancellationibus per eos factis iuxta id, quod hr̃ in d. c. cum uenerabilis, cum simil. quia r̃n-
17 deo, ꝙ sunt longè diuersa à casu nostro. †nam uerum est, ꝙ si instrm̃ reperitur habere cancellationes & rasuras in loco substantiali redditur suspectum, quo ad hoc, ut dicto instrumẽto non detur integra & plena fides, sicut daretur instrumento non cancellato, quia est suspicio, ꝙ ab aliquo non fuerit falsificatum, sed in proposito nostro, non quæritur, an debeat dari fides vel non dictæ scripturæ in qua est cancellatio. de hoc enim nulla est contentio, sed solum quæritur, an illæ orationes contineant blasphemiam Christi, & Christianæ religionis, & sic ꝙ Hebręi, ita orantes orationes illas dixerint in contemptum Christi. & certè cum ex iam dictis s̃. appareat, ꝙ nõ dicantur orationes illas fieri in contemptum Christi, sequitur, ꝙ frustrà dicitur, ꝙ per illas cancellationes probetur contrarium. pro hoc facit, quia licèt cancellationes & rasuræ, quę inducunt suspicionem, tamen fallit ubi ex aliis argumentis contrarium apparet. d. c. cum olim, propter l. iubemus. C. de proba.

f scrip.30.annor. tamen non putat ꝙ possit insinuari postquā [f] foret cœptum dici de nullitate donationis ob defectum insinuationis, per ea quę habentur in authen.eo decursum.C.de donat.ante nup. & in l.fi. C.de iure dotium.& per hæc puto sufficienter constare dictum Bartholomæum non posse ex dicta asserta donatione se tueri, & superuacuum esse discutere an ceciderit a iure suo, eo ꝙ propria authoritate possessionē dictarum rerum apprehenderit. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Tueri.Quod rursus confirmatur.supra eo.lib.consil.93.quod debebat huic postponi.

* In c.licèt vniuersis ] De hoc tex.meminit etiam Alex. consi.93.col. 3.supra eod lib.& vide ibi Feli.meminit etiam Alexan. consil.131.in prin.supra eod.lib. Et quòd in ciuilibus requirantur adhuc duo testes integri, vide no. Dec.ad c.at si clerici.super gl.in verbo legitima probatio.de iudi. Nat.

* Est pauper ] Dicas quòd quis dicitur pauper, inspecta sua, conditione, vnde aliquis est pauper ea habendo, quæ alium diuitem redderent; aliàs sequeretur, bonam magnamq; rusticorum partem repellendam esse à testimonio; ita Dec.consi.163. in causa matrimoniali, vbi etiam vult, quòd credatur pauperibus, nisi concurrant cum diuitibus, quia, cæteris parib.illi præferuntur. Vide etiam de his Iaso, ad auth.præterea.col pen.C.vnde vir, & vxor.& Are.subtiliter ad c. si qui testium.de testi. Nat.

b ¶Bonis.Dicit gl.in auth.de hære.& fal.§.si verò absunt.versi.substantiam.quod debet tantum habere in bonis quanta est causa.sequitur Bal.consi.413.lib.j.consi.444.lib.5.Alex.supra lib.3.consi.15.sed falsum est, per Deci.consil.163.& quòd paupertas non repellat testem honestum supra lib j.consi.65.in fi.Aret consi.13.col.7.Steph.Auffr. tract.de reproba.testium, versic.pauper.Iasl.ij.in princ.qui satisda. cogan.l.si constante, in princ.colum 21 cum seq.fol.matri & in auth. præterea.nu.11.& ibi Deci.consi.9.vnde vir & vxor.adde infra lib.8. consi.176.num.4.

c ¶Detrahitur.supra lib.ij.consi.222.nu.13.

d ¶Volentes.& bene Lud.Alex.Iasl.generaliter. de in ius voc.Alex.supra lib.3.consi.42.col.fi.nu.18.supra lib.4.consi.125.nu.5. Cæpo.causa ciui.consi.5.nu 11.Auffre.tract.de reproba.testi versi.pater.Franc. Curt.tract.testi conclusio.30.Deci.c.cum speciali.col.ij.de appellat. Bertran.consi.300.Nobilis & honesta.in fi lib.ij.consi.50. Ex forma. lib.3.Aymo consi.169.in prin.

e ¶Verba.Alex.l.ita stipulatus.col.j.de verb.oblig. Cor.consi.149.litera eo.lib.ij.Iasl.3.§ si liber.col.ij.de condi. cau.dat.l.ex his verbis in fi.C.de testam.mili.Franc.Curt.iunior.l.ea. quæ in princ.ff.man-

* dati.Franc.Rip.l j.§.si quis ita.in fine de verb. oblig. * Adde tex in l.literæ.ff.de iure codicil.Eadem dicit Alex. ad l. ita stipulatus.à grande.j.no.de verb.oblig.Ias.consi.53.col.ij.lib.j. Nat.

f ¶Postquàm.Hyppol Marsil sing.489. * Facit de clerico coniugato

* deprehensio in delicto sine habitu, quoniam non potest postea reassumere; Pet.Anch.ad c.j.q.3.de cleri.coniug.in 6.Et consilium Angeli allegatum hic per Alex.sequitur Aret.consi.122. Nat.

SVMMARIVM.

3 *Testes sunt contestes in minori tempore.*

4 *Testes officio iudicis repeti possunt, siue pars petierit siue non.*

5 *Testificata qui didicit, potest alios testes nominare iudici.*

8 *Relatio ad consilium sapientis recusationi æquiparatur vel appellationi, sed non petitio relationis.*

10 *Filij triginta annis ab adeundo excluduntur.*

11 *Possessio semel habita præsumitur continuata.*

CONSILIVM CCXXXVIII.

Ponderatis his de quibus in themate, & viso statuto de præscriptione & his quæ copiosè & eleganter allegata sunt per do. Consulentem, breuibus vtar, cum res videatur bene digesta, tum quia ob nimiam festinantiam magna premor temporis angustia. ¶Et primò aggredior caput petitorii, in quo presuppono

1 † quòd ille qui possedit etiam sine titulo dummodo bona fide per spatiū 30. ann.continuorum acquirit vtile dominium, & si cadat à possessione, habet facultatem vendicandi aduersus quemcunq; excepto solo domino, vel eo qui haberet rem hypothecatam à domino.l.si quis emptionis. C.de præscr.30.anno.& ibi no. quinimò secundum opin.quam ibi tenuit Pet.& Cy.& Ray. etiam contra dominum haberet rei vendicationem per illam l.& respondent ipsi ad versi.itaq;.in ea.l.ꝙ refertur ad magis proxima, & sic non loquatur in eo qui possedisset triginta annis mala fide. Tamen hęc disputatio non est necessaria, quia reus conuentus non probat se dominum, licèt titulum habeat, iuxta.l.cùm res.cum ibi plenè notat.C.de probat.& in l. 1.& ferè per totum.ff.de publica.Et hæc pręscriptio sine alio titulo cum bona fide procedit etiam de iure canonico, vt plenè in c.j.de præscrip.in 6.& in c.si diligenti, eo.titu & in hoc omisso statuto sufficit, vt mihi videtur dispositio iuris cōmunis, attento ꝙ ius commune non resistat tali præsumptioni. ¶Videamus ergo an sit probatū de possessione tanti temporis & bona fide. Et dico ꝙ stantibus his quæ præsupponitur, est probatum de sufficienti tempore. Nam præsupponitur, quòd primus testis deponit de initio possessionis Thomasii in anno 1413.& ꝙ possedit vsq; ad tempus quod d.Antonius acquisiuit titulum dictæ rei, quod fuit de anno 1455.& sic deponit iste possessionem 43.annorum.alii etiam sunt, testesq; qui fuerunt post conclusum in causa repetiti in causa appellationis ad declarationem sui primi dicti. Et vbi primò deposuerant ꝙ Thomasius possedit a tempore quo recordari poterāt vsq; ad tempus occupationis factæ per dictum Antonium de anno 1456.& postea repetiti ad declarationem dictorum verborum.s.a tempore quo recordari potuerūt, dixerunt.s.vnus eorum ab annis quinquaginta & circa.& sic probat de possessione 40.annorum, alij verò dixerunt & declarauerunt se recordari ab annis quinquaginta sex, & sic probant de possessione 36.annorum.

2 & † ex possessione tanti temporis etiam resultat præsumpta bona fides.l.3.§.si seruus.ff.de acq.poss.rō. Inno.in c.2.de restitu.in integ.& Bart.& Sal.in l.fi.per illum tex.C.vnde vi.& Io.And.in addi. Spec.in tit.de teste.§.nunc videndum.in prima addi.magna.in vers.item opponunt, &c. Ang.in l. pen. C.quibus. non obst. long. tempo. præscrip.& Anto. de But.in c.peruenit, de censi.in repetitio.& Anto.de But.in c.cum ecclesia.circa vlt.col.de causa pos.& Io.de Imo. in d.c.2.de restitu.in integ. & do.Abb. Sicu.in c.si diligenti, de præscrip.

de præscrip. & sic probata sunt extrema necessaria pro parte
actoris, & dicti testes concordant in fine temporis possessio-
3 nis Thomasii & continuò anteà. ¶ † Et quamuis in tempore
quo ipsi testes ceperunt videre Thomasium possidere, discor-
dent: quia vnus dicit de vno tempore respectu possessionis
de qua ipse testis notitiam habuit, alius deponit de alio, puta
a de citeriori tempore: tamen in illo [a] minori tempore dicun-
tur contestes & probant vt expresse concludit Paul. de Leaz.
in sua disput. incip. Contra instrumentum debiti. & Bal. in l.
1. C. de testamentis. Io. de Imo. in c. cùm oporteat, in pen. col.
de accusa. & in l. inter pares. ff. de re iudic. & in l. 1. §. si stipu-
lanti. de verb. obli. & Io. de Fantu. & Moderni. c. 1. de arb. in 6.
facit l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbi. l. cum furti. ff. de
in litem iurando. & bonus text. in l. Sempronius Proculo. ff.
de leg. 2. nam etiam probatio quæ fit per instrumenta debet
de necessitate concludere. c. in præsentia. de proba. l. neq; na-
tales. C. de probat. & tamen videmus quod in probatione fa-
cienda per instrumenta in maiori summa dicitur inesse mi-
nor: adeò quod utrunque instrumentum dicitur concordare
& probare sufficienter de minori summa, vt in d. l. Sempro-
4 nius Proculo. ¶ † Videndum est igitur an nonnulla quæ oppo
* nuntur pro parte rei habent obstare. & primò quod ista repetitio
testium non debuit fieri ad petitionem * partis. iuxta not. per
b glo. in §. quia verò multi, in auth. de testi. quamuis ex officio [b]
iudicis fieri possit. c. cùm clamor, de testib. quia ad hoc respõ-
deo, quod uerum est quod iudex ad petitionem partis non debet, &
sic non tenetur repetere his uerbis. s. quod non debet utiliter
gl. & doc. ibi sequuntur, & in c. in præsentia. in versi. uerbum
dubium, in fi. de proba. & ita etiam gl. in d. c. cùm clamor. ita
etiam dicit Spe. in tit. de teste. §. satis utiliter. versic. quid ergo
si peto. & sic non negant quin iudex possit ex officio suo etiã
postquàm pars petiit. plus dicit Spe. in d. ver. quid ergo. quòd
quamuis de iure non debent repeti parte petente; tamen de
consuetudine secus est. ad postulationem autem iudicis etiã
* de iure fieri potest, * vt ibi per eum, aliàs autem si diceremus
quod postquam pars petiit testes repeti, non posset per iudicem
ex officio suo fieri repetitio: sequeretur quod semper esset in po-
testate aduersarii me impedire: nec iudex posset repetere te-
stes obscurè deponentes, quorum repetitio posset esse mihi fa
uorabilis: quia pars aduersa posset incontinenti publicatis at-
testationibus petere quod iudex repeteret testes vt obscurè depo
nẽtes, & facta tali petitione impediretur iudex ex officio pos-
se repetere. ad hoc etiã magis moueor, quia hoc videtur deci
dere Spe. & Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de probatio. §. ui-
dendum, versi. sed quid si debitor iurauit. vbi singulariter di
cunt quod si debitor iurauit non probare nisi per instrumentum
incisum: an tale iuramentum erit seruandum? referũt quos-
dam dicere quod non. arg. c. si diligenti, de foro compet. & l. non
dubium. C. de legi. tamen ipsi contrarium decidunt per c. si
verò, de iureiur. vnde secundum eos tunc consilium est, quod il-
le qui ita iurauit, procuret si poterunt testes recipi ex officio iu
dicis. facit ad hoc secundum Io. And. ibi id quod habetur in
c. ad nostram, el secundo, de iureiur. ¶ Hoc in terminis nostris
specificè firmat Pau. de Cast. consulendo. lib. 1. consi. 246. in-
cip. In casu de quo quæritur. vbi expresse dicit quod testis semel
examinatus propter obscuritatem dicti sui potest iudicis offi-
cio repeti. etiam postquam pars petiit repeti testem, quamuis
iudex non teneatur ad partis petitionem hoc facere. ita dicit
se intelligere gl. in d. §. quia verò. aliàs est in §. illud. & ea quæ
not. Innoc. in d. c. cum clamor, & sic uerum est quod si iudex
non vult parte petente repetere, non teneretur parti in syndi
catu ad interesse, cum sit in suo arbitrio facere vel non. & sic
non grauat partem si non vult facere secundum Pau. de Cast.
in d. consi. ad hoc allegantem id quod no. Inno. in c. conque-
stus. de feriis. ¶ Ad hoc dicit se inducere id quod in simili no.
Barto. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. circa
5 mediũ. & in l. 3. §. si tibi. ff. de condi. ob turp. causam. & quod
no. Bal. in l. ampliorem, ad fin. princip. C. de appella. vbi † dat
c cautelam contra iura dicentia quod post didicita testificata
non recipiantur testes, quod iudici dentur per partem nomina [c]
testium: & poterit iudex parte absente recipere testes ex offi-
cio, licèt non compellatur: quia non timetur in eo suborna-
tio. argum. C. de accu. l. 1. & C. qui accusa. non possunt. l. 2. &
quod bene facit iudex si hoc facit cum ad ipsum pertineat eũ
immutare. 34. q. 5. iudicantem. & l. 2. C. de eden. authen. qui
semel. C. quomo. & quan. iudex, etiam post conclusum in cau
sa. c. cùm Ioannes. de fi. instru. l. vbicunque de interrog. act. &
non debet ista larga potestas data iudici impediri ex eo quòd
quis petierit. argum. l. ne in potestate. ff. de arbit. & l. si idem
cum eodem. ibi ne in potestate. ff. de iurisdi. omn. iudi. secun-
dum eum in d. consil. subdentem, quod etiam uidetur quod ad
partis petitionem possit, quando intercessit aliqua negligen-
tia examinantis per quam aliquid omissum est in depositio-
ne testis, per id quod habetur in c. per tuas, de testi. & Spec. in
tit. de teste. §. nunc uidendum. versi. vlti. & ostendit ipse in ca-
su suo fuisse negligẽtiam in examinatore, taliter quòd potest
adaptari ad casum nostrum. tamen quia non ultimum nõ pu
6 to necessarium: ideo in eo non insisto. ¶ † Dicit etiam Pau. de
Cast. in d. consi. quod dictum testis quò ad propositum dici-
tur obscurum vel incertum, quoties multipliciter potest in-
telligi. l. ita fidei. & l. non intelligitur. ff. de iure fisci. de quo
etiam plenius traditur in l. quoties in stipulationib. ff. de ver-
bo. oblig. in l. veteribus. ff. de pac. & expresse Host. & Io. And.
Anto. de But. & expressius Io. de Imo. in d. c. cùm clamor, uo-
lunt quod quomodocunq; possit esse dubium dictũ testis quam-
uis per iuris interpretationem verba possent habere unũ in-
tellectum magis quàm alium: nam iudex potest repetere ex
officio testem: quia in omni causa dubia sunt declaranda. d.
c. cum Ioannes. ¶ Non dubito aliquo modo quod dictum illorũ
testium deponẽtium per illa uerba scilicet à tempore de quo
possum recordari, pariunt incertitudinem & dubietatem ma
ximam, quia vnus quandoque parum recordatur, quandoq;
multum secundum infirmitatem memoriæ, & secundum di-
ligentiam adhibitam in rememorando. l. peregrè. in princ. cũ
7 gl. ff. de acq. poss. vnde minus recordatur † senex quàm iuue-
nis de his quæ uidit, teste Seneca in declamationibus. vnde
commendandus uidetur iudex qui ad perquirendam ueritа-
tem & mentem testis, si ab eo repetiit a quo poterat melius
8 hoc scrutari quàm ab alio. ¶ † Non etiam est opportunum
* insistere an illa repetitio fieri potuerit post petitum * consi-
lium sapientis, cum nondum tamen facta esset commissio seu
relatio ad consultorẽ: quia talis actus petitionis non est enu-
meratus inter actus, per quos abdicetur iurisdictio iudici. fa-
cit quod no. Inno. in c. cum speciali. de appell. bene reperitur
quod ista relatio cui æquiparatur commissio causæ facta consul-
tori æquiparatur ipsi recusationi vel appellationi, vt per Ioan.
And. in rubr. de appellatio. in antiqui. & in c. legitima, de ap-
pel. in 6. & Bal. in l. fi. C. de rela. Sali. in l. 1. eo. tit. sed non ipsa
9 petitio relationis. ¶ † Non obst. etiam quod allegatur mala fides
præscribentis ex eo quod alij plures erant fratres, quibus de-
lata erat hæreditas patris, quia respondeo quod aduersus istum
præscribentem, & qui possedit spatio 30. annor. & ultra, non
potest allegari quod præsumatur esse in mala fide attento quod
titulum non habet, nisi hoc allegaretur a uero domino uel
antiquiore possessore, ut in d. l. fi. & ibi not. Bart. ad fi. C. unde
10 ui, cum concor. ¶ † Præterea si possedit spatio 30. annorum,
& non appareat quòd illi alii filii uel alii tanquam heredes
eorum ante lapsum 30. anno. adiuerunt hæreditatem, fuerũt
d exclusi [d] a iure adeundi uel immiscendi. l. licèt cum ibi ple-
nè no. per gl. & doct. maximè Bald. C. de iure delib. & sic per-
inde est ac si retro nullum ius habuissent. l. seruum filii. §. 1.
de lega. 1. ¶ Quò autem ad allegatam diuisionem non est etiã
opus insistere, quia illa non est probata per testes, qui non
concludenter nec verisimilia deponunt, quantum ad hoc, vt
euidenter ex dicto eorum patet. ¶ Non obstat si diceretur nõ
11 esse probatum † de continuata possessione. iuxta l. 2. C. de præ
scrip. long. tempo. cum simi. quia respondeo, attento quòd te-
stes deponunt quòd Thomasius possedit a tali tempore
vsque ad tale tempus, dicuntur probare continuatam posses-
sionem. & ita in indiuiduo decidit Alb. de Ros. in suo dictio-
nario in uerbo, vsque alle. §. quod si fugerit. insti. de emp. & vẽd.
& c. 2. de capel. mon. quod dicit esse menti tenendum. facit quod
no. Bal. & Ang. in proce. digestor. in prin. & quia quando appa
ret quem possedisse aliquo tempore, & ipse allegat se postea
continuasse possessionem, præsumitur continuè possedisse v-
sque in tempus quo apparet Valium possedisse. per l. siue possi
detis. C. de probatio. not. Bart. in l. Celsus. cum concordan. ff.
de vsucapio. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Illo. supra lib. 5. consi. 83. nu. 5. Alex. d. §. si stipulanti. in fi. Cor. cõsi. 223. lib. j. Matth. Afflic. decisi. Neapo. 240.

* Ad petitionem ] Adde ꝙ in summarijs, iudex interrogat ad partis instantiam; Abb. ad c. ad Io. col. 7. de fide instru. Nat.

b ¶Officio. supra lib. ij. consi. xxxij. & consi. 147. in fi. Maria. Socin. c. fraternitatis. col. 34. de testibus. Roma. consi. 478. Ias. l. ij. §. fi. si cer. pet. Franc. Curt. iunior. l. si quis intentione ambigua. col. ij. nu. xij. de indicijs. Ant. Rub. consi. 44.

* Fieri potest. ] Facit in simili, ꝙ stant ista simul, ꝙ aliquid concedatur motu proprio, ad partis tamen petitionem; vt Bald. singulariter tradit ad c. nisi specialis. col. ij. versi. pone in literis. de offi. deleg. Et ꝙ iudex ex officio, post conclusum in causa possit testes recipere, tradit And. Sicu. consi. 30. col. ij. lib. j. Facit, ꝙ licet quis iurans non probare solutionem nisi per instrumentum incisum, debeat seruare iuramentum, tamen consilium est vt procuret testes recipi ex iudicis officio; Alex. post Spe. ad l. iubemus. col. pen. C. de iudi. Et hoc, quod Alex. hic tradit, tenet Ias. adducens plura similia, ad l. vbi pactum. C. de transact. Nat.

c ¶Nomina. Idem Alex. l. 4. §. hoc autem iudicium. col. 3. de dam. infec. Roma. consi. 478. Cæpo. cautel. xxv. Anto. sing. versic. testis. Ias. l. vbi pactum. colum. 4. C. de transact. Hyppol. de Marsi l. j. §. si quis vltrò. num. 9. de quæstio. rubr. de probat. fol. 10. in pract. §. sequens. nu. 46. Deci. in rub. de probat. col. 7. & in c. ij. col. 10. de iudicijs, sed ego falsum puto.

* Post petitum. ] Sentit hic Alex. & quando causa est commissa consilio sapientis, non admittuntur nouæ probationes, quia videtur tũc conclusum in causa, vt latè prosequitur Iaso. ad l. finalem, in fin. ff. de ferijs. Nat.

d ¶Exclusi. supra lib. 5. consi. 73. col. j.

SVMMARIVM.

1 *Testator legauit Titio quantum ei per epistolas scripserit, vel quod scriptum est in scedula, quæ est penes Titium valet legatum.*

2 *Literarum comparatio esse potest, vt plenè probet.*

6 *Testes duo qui viderunt scribere plenè probant.*

10 *Verisimilitudo in probationibus attenditur.*

12 *Assertio aduersarij in præscr. 30. annor. & qualibet apparens causa præbet bonam fidem. nu. 13.*

14 *Episcopus potest cogere hæredem ad implendum testamentũ.*

CONSILIVM CCXXXIX.

Ponderatis his quæ in themate narrantur, super primò dubio quo quæritur, an dict. Dandus hæres Henrici Dandi & hæres d. do. Philippæ petere possit a Hieronymo hærede d. Vincentii dictam quantitatem librarũ 150. vigore maximè dictæ scripturæ dicti Vincentii scriptæ in libris dominæ Philippæ seu in effectu hæredum dicti Henrici, & vigore testamenti dicti Vincentii, & aliorum de quibus in dicto themate? & omissis superfluis breuiter puto dictum Dandum agere posse, & suam intentionem probari per dictum testamentum & scripturam dictorum librorũ ad quem se retulit testator. ¶† Moueor principaliter per textum in l. si ita scripsero. ff. de conditionibus & demonstra. vbi si testator dixerit, lego Titium quantum ei per epistolas scripsero. valet legatum in ea quantitate quæ continetur in epistola. vnde infert ibi Bart. ad quæstionem, testator dixit uolo quòd hæres meus det illud quòd scriptum est in schedula, a quam reliqui apud Guardianum fratrum minorum. Guardianus ostendit schedulam, an ualeat? arguit primò ꝙ non: quia illud quod in testamento nuncupatiuo relinquitur, debet a testib. exaudiri. l. hæredes palàm. in prin. ff. de testam. sed hoc non fuit exauditum a testibus, ergo &c. præterea illa uoluntas uidetur captatoria & collata in uoluntatem Guardiani: quia poterit scribere Guardianus in ea quicquid volet, ergo non valet. l. captatoriæ. ff. de lega. 1. & l. si quis Sempronium, cum vulgar. ff. de hære. insti. Item illa schedula non est solennis, cùm non sit legitimum testamentum, & sic non valet. l. fi. C. de fideicom. & ita dicit determinasse Iacobum de Bel. sed Bar. dicit se putare hoc esse uerum, quando nõ apparet illam scedulam esse testatoris ex legitima literarum comparatione vel aliis legitimis indiciis, aliàs autem ualebit per dictam l. si ita scripsero. & per l. quæ hęredi. ff. de rebus dub. & ibi etiam no. Bar. & l. his uerbis. in princip. ff. de leg. 3. & l. Theopompus. ff. de dote præleg. & per l. fin. C. de fideicommis. secundũ vnam lectu. & ad allegata in contrarium respõdetur per Bar. in d. l. si ita. cuius uerba nõ expedit referre. & idem tenet Bal. in d. l. si ita scripsero. vbi hoc dicit esse uerum, etiã si illa schedula non habeat solennitatem testium. & pro hoc addit. l. cũ pater. §. donationis. & l. fi. in princ. ff. de leg. 2. idem etiam tenet Bal. in l. captatorias. in 5. q. C. de testam. milit. & ibi dicit ꝙ si testator mandauit stari suæ schedulæ depositæ apud sacristam fratrum, ꝙ talis scriptura probat, quia est approbata per ipsius testatoris confessionem, vt in auth. ad hęc. C. de fide instrumen. & in l. in testamento, la j. & l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonst. & quod non potest negari scriptura apparens de manu testatoris, quam testator de sua manu esse fuit professus. argum. l. cùm antiquitas. versic. si autem. C. de testamentis. idem tenuit Ioann. de Imo. in l. illa. institutio. ff. de hæredi. instituen. & in c. cùm tibi. de testamentis. in vlti. char. de testamen. & Sali. in d. l. fi. C. de fideicom. & Paul. de Castr. in l. vbi autem non apparet. §. sed qui uinum. ff. de uerborum oblig. & subdit Ioan. de Imo. in d. l. si ita scripsero. quòd Bart.

2 ibi approbat in d. q. illa † quæ ipsemet Bart. uoluit in l. nuda ratio ff. de dona. ubi concludit quòd tex. in l. comparationes. C. de fide instrumen. est correctus solùm in apodissa, quæ datur parte parti ad vtilitatem ipsius, nam tunc comparatio nõ facit plenam fidem, sed aliàs extra illum casum facit plenam fidem, & sic uidetur secundum Ioann. de Imol. quòd in casu prædicto faciet plenam fidem ad hoc, nam relatio testatoris ad scripturam corroborat fidem eius. ad hoc tex. in d. l. Theopompus. ¶ Præterea constat ex uerbis testamenti quòd in libris dictorum hæredum debet apparere scriptura manu. Vincentii prædicti, qualiter dictus Vincentius confitetur se habuisse à dicta Philippa certas quantitates denariorum, in quibus ipse restat debitor. vnde si in libris dictorum hæredum non reperitur alia posta quę sonet scripta esse manu dicti Vincentii testatoris continens ipsum confessum fuisse habuisse & recepisse à dicta Philippa certam quantitatem denariorum, in qua restet debitor, nisi ista posta in qua confitetur habuisse libras 300. Bonon. sequitur qđ perinde testator censetur sensisse de ista acsi testator eam specialiter & sigillatim cum eius tenore expressisset. l. 2. C. de libe. & posth. facit ꝙ no. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 6. q. ff. de verbo. oblig. & tex. in l. fundus qui locatus. ff. de fund. instru. & instr. leg. & ꝙ per illũ tex. no. Bal. in l. liberti libertæq;, in antepen. col. C. de ope. liber. facit quod no. doct. maximè Bal. in auth. quod siue. C. de testam. & non possunt uerba dicti testamenti Vincentii intelligi de posta loquente de solidis trigintaseptem, quos asseruit Vincentius se dedisse do. Philippæ, quia verba testamenti nõ conueniunt isti postæ cui est satisfactum, vt patet ex tenore

3 scripturæ, & stabitur † dicto hæredum dicti Henrici & Philippæ producentium unum aut plures libros, quos habeant seu habere asserant, & debent plures nõ fuisse nec esse libros dictorum hęredum. l. cùm de lege. cũ ibi no. ff. de proba. not. Bar. in rub. ff. de ope. no. nunc. in vlt. col & no. Bart. in l. decẽ, in prin. ff. de verb. obli. & in l. si constante. in 1. q. 1. partis principalis. ff. solu. matri. & in l. fi. §. licentiam, C. de iure delibe. & in l. conficiuntur. §. codicilli. in fi. ff. de iure codicil. & Ang. & Moder. in l. cum ea causa. & in l. a diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudi. & facta diligenti perquisitione in libro vel libris prædictis & non inuento quod nulla alia posta sit intitulata scriptura manu dicti Vincentii, quæ contineat Vincentium confiteri habuisse & recepisse a do. Philippa certam quantitatem denariorum in qua sit debitor, nisi ista posta librarũ 300. erit legitimè probatum illam esse postam, de qua fit metio in testamento, ubi non plures essent postæ, ad quas possent adaptari uerba dicti testamenti, tunc cõsulo ꝙ procedatur ad cõparationem scripturæ prędictæ. & comperto per comparationem ꝙ illa scriptura fuerit manu Vincentii sufficit. & si uiuit ille Benedictus testis subscriptus, poterit etiam ipse examinari, cuius probatio ualde proficua esset vt infrà ostendam. necessari ergo tunc non poterit, quin per argumenta ostendatur illam esse scripturam manu dicti testatoris, quæ argumenta requirit tex. in d. l. quæ hæredi. ¶ Accedit quod cum in dicto libro sint saltem duæ scripturæ manu dicti Vincentii, prout allegatur pro parte Dandi: quia tunc non ita est suspecta fides comparationis, nec requiritur depositio testium prout quan-

ut quando tractatur de comparatione vnius apodiſſæ, in qua
facilius poteſt quis committere mutationẽ veritatis ſeu adul-
terare ſcripturam. vt colligitur ex no. per Bart. in authen. & ſi
contractus. cum ſeq. C de fide inſtrum. & in d. l. nuda. & per
Bald. in authen. ſed nouo iure. in 2. vel 3. col. C. ſi cer. peta. &
4 Salic. clarè in d. l. comparationes. in fi. ¶ Accedit † quòd dixit
Bart. & Moder. in l. admonendi. ff. de iureiur. quem ſequitur
Anto. de Butr. in c. 2. de fide inſtru. vbi notanter volunt quòd
quando tractatur de fide priuatæ ſcripturæ negatæ, & illa ſit
comprobata per ſolam comparationem, poteſt eſſe tanta vis
comparationis quod per ipſam ſolam comparationem dabi-
tur plena fides, prout ipſi iudici videbitur. probant ipſi per id
quod habetur in authen. de inſtru. cau. & fide. §. ſi verò tale.
vbi habetur ꝙ ſi comparatio contra diceret dicto teſtium: iu-
dex poſſet adhibere fidem dicto teſtium, vel comparationi li-
terarum, ſecundum quod ſibi videbitur. Sed quis futurus erit
equus iudex quòd ſtante diſpoſitione dicti teſtatoris, & exhi-
bitione libri & dictorum hæredum ad quem ſe retulit teſta-
tor, & in quo libro ſint ſaltem duæ ſcripturæ eiuſdem literæ,
in quibus contineatur quod ſint manu dicti Vincentii, con-
currente poſtea comparatione aliarum literarum d. Vincen-
tii ad ſcripturam poſitam in dicto libro plenam fidem ei non
adhibeat? ¶ Accedit illud quòd dicimus, quæ ſingula non
iuuant, multa proſunt. c. cùm cauſam. de probat. & ibi not. c.
ſi. de ſucceſſ. ab inteſta. & quod voluit gl. not. in l. 2. in princi.
5 ff. de excuſa. tuto. † nec neceſſe eſt quòd ſcriptura ad quam ſit
comparatio, id eſt ipſa ſcriptura ſcripta in dicto libro prædi-
ctorum hæredum habeat teſtes ſubſcriptos, vt ſit locus com-
parationi, licet debeat habere ſubſcriptionem teſtiũ alia ſcri-
pta ex qua fieret comparatio. i. quæ produceretur ad proban-
dum ſcripturam poſitam in dicto libro eſſe manu d. Vincen-
tii, & de illa loquitur text. in d. l. comparationes. vt ibi plenè
no. gl. per doc. & quod procedi poſſit ad comparationem ſcri-
pturæ priuatæ negatæ; etiam ſi nulli ſint teſtes ſubſcripti in
ea: vel etiam nullus alius interuenerit ex cuius dicto poſſit
iuuari comparatio, latè probat & firmat Sali. in auth. ſed no-
uo, in vlt. col. C. ſi cer. pet. maximè per §. ſi quis igitur. & §. ſi
tamen quiſquam. in auth. de inſtru. cau. & fide inducendo vt
ibi per eum, & patet ex not. per Bart. in d. l. admonendi, dum
alleg. §. ſi verò. in authen. de inſtrumen. cau. & fide. eſt uerum
6 † quod quando tractaretur de probatione facienda per apo-
diſſam datam a parte parti non concurrentibus aliis admini-
culis de quibus ſupra, ad hoc vt talis apodiſſa negata faceret
plenam fidem vnà cum comparatione requireretur, vel ꝙ il-
la apodiſſa haberet ſubſcriptionem teſtium & partium, vt l.
ſcripturas. C. qui po. in pig. hab. ſecundum quod intelligit Ia-
cob. de Bel. & etiam Bar. in authen. & ſi contractus. C. de fide
inſtru. & in l. admonendi. de iureiur. & Anto. de Butr. in c. 2.
de fide inſtru. vel quòd ſi non haberet ſubſcriptionem teſtiũ,
ſaltem ultra comparationem probaretur per teſtes quòd fue
rit ſcripta manu debitoris, per id quod habetur in §. ſed ſi qs.
in auth. de inſtru. cau. & fide. ¶ Fortius uoluit Hoſti. & Ioan.
And. in c. 2. de fide inſtrum. & clarius ibi Io. de Imo. & etiam
Iac. de Aret. & Cy. in d. l. comparationes, in fi. & Io. de Imo. in
l. nuda ratio. ff. de dona. & Ludo. Roman. in l. admonendi. ff.
de iureiur. quod ſoli teſtes probant illam ſcripturam eſſe ma
nu talis, & reddunt cauſam, quia hoc ſciunt ex eo quod fue-
runt præſentes, & viderunt ipſam ſcribi. & ꝙ de hoc bene re-
b cordantur, ꝙ tales teſtes ſoli ſine comparatione ſcripturæ fa-
ciunt plenam [b] fidem: ex quo deponunt cum ſufficienti ratio
ne dicti ſui, iuxta no. in c. cum cauſam, maximè per Innoc. de
teſtib. quamuis Bar. tenuerit contrarium. Secus ſi teſtes depo
nerent ꝙ eſſet ſcripta manu dicti talis, & non redderent ratio
nem modo prædicto, ſed dicerent quòd cognoſcunt literam
& habent ipſam notam: ideo ſciunt eam eſſe ſcripturam ip-
ſius: quia tunc poſſunt faciliter decipi cognitione ſcripturæ
& quòd ſoli teſtes deponentes concludenter ꝙ fuerunt præ-
ſentes. & quòd viderunt ſcribere iſtam ſcripturam per talem
probent plenè ſine comparatione probatur ſecundum Ioan.
de Imo. in locis ſuprà alleg. per text. in §. ſi uerò tale. in auth.
de inſtrumen. cau. & fide. iuncto eo quod habetur in prin. d.
auth. vbi patet ꝙ ſi teſtes deponant ſe fuiſſe præſentes ſcriptu
ræ, licèt comparatio literarum facta ad inſtantiam eius contra
quem producitur ſcriptura faciat contra dictos teſtes; tamen
potius creditur teſtibus de ueritate rei deponentibus, ſcilicet
quòd verè fuerit ſcripta per talem; ergo multò fortius debet
credi, quando non habent comparationem literarum contra
ſe, & ſic vbi incipias à comparatione apodiſſæ, & tunc regula-
riter illa ſola comparatio non ſufficit, non concurrente alio
adminiculo, ſed oportet quòd iuuetur teſtibus vel alio argu-
mento, & ſic intelligitur text. in §. ſi quis igitur. & in §. ſed ſi
quis in auth. de inſtrum. cautela & fide. ſed ſi incipias ab ipſis
teſtibus deponentibus ſe fuiſſe præſentes ſcripturæ & uidiſſe
illam ſcribere, non eſt neceſſaria alia comparatio. & ita eſt de
mente Iac. de Aret. & Cy. in d. l. comparationes. in fi. & Hoſt.
& Ioan. And. in d. c. 2. & clarius Ioan. de Imo. ibi & in d. l. nu-
7 da. & Roma. in d. l. admonendi. ¶ Iſtud idem † fuit de mente
Sali. in d. l. comparationes, in vlti. col. ubi dixi ꝙ ſi ſcriptura
priuata. ſ. apodiſſa producta nullas habet ſubſcriptiones te-
ſtium: nec alterius quàm ſolius debitoris ſcribentis, & facta
eſt comparatio de ipſa ſcriptura, & tũc talis comparatio pro-
bat ſemiplenè ſcriptam negatam ab illo fuiſſe ſcriptam: ideo
vt plenè probetur erit ſecundum eum opus alio argumento,
& ſecundum eum erit bonum argumentum ad ipſam iuuan-
dam vnus teſtis qui deponat ſuper cõfectione ſcripturæ, quia
tunc ex iſtis duobus ſemiplenis probationibus fieret vna ple-
na probatio, iuxta nota. in d. l. admonendi. & in l. bonæ fidei.
C. de rebus creditis. & ſi teſtis non habetur, poterit recurri ad
iuramentum deferendum parti ſuper confectione ipſius ſcri-
pturæ pro ſupplenda illa ſemiplena probatione per notata in
d. l. in bonæ fidei. expreſſius in §. ſi tamen quiſquam ubi glo.
in authent. de inſtrumentorum cautela & fide. ergo ſi dictus
Benedictus teſtis qui fuit præſens, & ſe ſcripſit, eſt uiuus &
poſſit deponere de confectione ſcripturæ, tunc ex eius dicto,
& ſola comparatione, etiam vbi non adduceretur coniectura
reſultans ex teſtamento, eſſet ſufficienter probatum, ita vult
Sali. & ſic patet quod Sal. uoluit quòd ſi plures ſunt teſtes de-
ponentes de confectione ſcripturæ ſufficeret ad plenam pro-
bationem, prout voluerunt alii doct. quorum dicta ſuprà ad
hunc effectum retuli, vt intelligatur quod depoſitio dicti Be-
nedicti per ſe ſola ſufficeret pro ſemiplena probatione, quan
do ceſſaret comparatio & coniectura teſtamenti, & ea de qui-
bus ſuprà dixi. & dato ꝙ de iure dictum illius teſtis non face-
ret ſemiplenam probationem, adhuc negari non poteſt com-
parationem vnà cum tot aliis concurrentibus ſufficere per ſu
8 perius dicta. † vbi autem ſcriptura priuata non ſubſcripta a
teſtibus non eſſet comprobata per comparationem, nec per
c depoſitionem aliquorum teſtium, adhuc faceret aliquam [c]
præſumptionem pro producente, ſecundum Bar. ſingulariter
in l. admonendi. & Ant. de But. & Mod. in d. c. 2. quia non eſt
ueriſimile, quòd quis confecerit falſam ſcripturam, pro quo
magnam pœnam expectaret, quia ſcit ꝙ de facili per compa-
rationem literarum poſſet probari contrarium, quantum er-
go debeant operari in caſu noſtro ultra ipſius ſcripturæ pro-
ductionem tot argumẽta nemo iudex erit, qui (meo iudicio)
ei pleniſſimam fidem non tribuat. ¶ Ex quibus ſtat concluſio
ꝙ ſi productis libris hæredum nulla ſit alia poſta, cui poſſint
accommodari verba dicti teſtamenti, niſi poſta dictarum li-
brarum trecentarum, erit ſufficienter probata intentio hære-
dum ex teſtamento & ſcriptura. vbi autem res aliter ſe habe-
ret; tunc procedi poterit ad comparationem dictæ ſcripturę,
quamuis in ea non fuerit ſubſcriptus niſi unus teſtis uel nul-
lus. & facta legitima comparatione ex qua referatur ꝙ ſcriptu
ra ſit manu Vincentii, erit ſufficienter probatum, ſaltem iun-
cta dicta ſcriptura teſtamenti, & ſi haberi poterit d. Benedi-
ctus & examinari, adhuc res erit tutior. ¶ Nec prædictis ob-
ſtat ꝙ dicatur quòd dicta poſta librarum ccc. eſt facta ſub die
28. Iunii 1433. ſub quo die & anno, idem Vincentius ſcrip-
ſit in libris rationum dictæ Philippæ quòd facto ſaldo cum
dic. Philippa de omnibus dicta Philippa reſtabat habere a di
cto Vincentio ſolidos 37. quos eidem Philippæ numerato
dabat, & ſic uidetur quòd poſta librarum trecentarum ſit ex-
9 tincta per dictam aliam poſtam, quia reſpondeo † quòd ſcri-
ptura facta manu Vincentii inquantùm continet quòd ipſe
nihil dare debeat Philippæ, non facit fidem in eius fauo-
rem. l. exemplo. & l. rationes. C. de probatio. ſed contra
ſcribentem ſit, quando eſt comprobata, prout in caſu no-
ſtro. dicta l. ſi ita ſcripſero, & dicta l. ſcripturas. & in dicto

§.sed & si quis.cum aliis allegatis suprà.¶ Secundò respondeo ꝙ verba testamenti ostendunt ꝙ non intelligitur illa postea librarum trecentarum inclusa sub dicto alio saldo, si in ordine scripturæ prius esset scripta dicta scriptura saldi, quę loquitur de solidis 37.illa præsumeretur prius facta, vt not.Bart.in 1. constitutione codicis.in fi.per illum text. & ibi etiam Bal.in §.quibus.& Bal.in l.de rebus.C.de dona. ante nup.tamen puto quod in casu nostro hoc non possit apparere ex ordine scirpturæ, quia fertur ꝙ dictæ scripturæ sunt in diuersis libris.
10 ¶ Accedit : † quia in probationibus attēditur verisimilitudo. c.licèt causam,ad fi.de probat.4.q.3. si testes.l.ob carmen.§. fin. ff.de testib. no.gl.in c.in nostra.de testi. sed non est verisimile ꝙ domina Philippa & Vincentius eadem die qua constituit Vincentius se debitorem in dictis libris trecentis, quas confessus est habere ad vsum boni mercatoris, eadem die restituisset:non enim præsumitur tam subita voluntatis mutatio.l.nam ad ea.ff. de condi.& dem.l.eum tacitum. ff.de probatio.aliàs superuacuò fuisset factum illud constitutum Vincētii illa die.& in dubio fieri debet interpretatio ꝙ actus operetur, & effectum habeat. l. quoties in stipulationibus. ff.de verb.obli.c.Abbas de verb.sig. ¶ Venio ad aliud dubium quo quęritur vtrum Hieronymus hæres dicti Vincentii possit prętendere se creditorem dicti Dandi in dictis libris centum triū relictis in dicto testamento ser Henrici,& in illa quātitate annua librarum 12. relicta per dictum Bartholomæum d.Christophoro pro tempore quo vixit,& etiā in libris centū quinquaginta relictis per dictum Bar.d.Vincentio,prout in dicto testamento continetur, in quo dico dictum Hieronymū posse excludi per dictum Dādum ex infrascriptis.& breuibus in hoc agā:quia in superiori dubio fui longior quàm putassem. Principaliter moueor ex præscriptione longissimi temporis cum bona fide:nam primum relictum fuit factum Iacobo in testamento ser Henrici de ann.1382.alia vero relicta fuerunt facta 1404.in testamento dicti Bartho. posteà fuit factum saldum rationis 1333. de mense Iunii inter d. Philippam, & d. Vincentium in quo saldo Vincentius scribit hoc modo in libris dictæ Philippæ:Io Vincentio di ser Giacomo ho salda ragione in questo dì soprascritto con Madonna Filippa, che fu di Dando di Rugo di ogni ragione, che io ho hauuto a fare con lei,& lei con me, di ogni cosa, & resta ad hauere la detta Madonna Filippa da mi Bolognini ventisette i quali gli do in contanti. A quo tempore decursum est spatium 30. annor.& vltra quo spatio omnes tollūtur actiones. l. sicut.& l.omnes. C.de præscrip.30.annor.l.2.C.de constit.pecu.¶ Et si dicere-
11 tur.† ꝙ requiritur bona fides,[d] de iure canonico,quod est ser
d uandum in materia præscriptionis:quia agitur de peccato,vt in c.fi.cum ibi plenè no.de præscri.& in regula,possessor.lib. 6.Dico quod etiam dato ꝙ falsa esset opi.Bar.in l.sequitur.§. si viam.ff.de vsucap.& in l.ait prætor.§.planè.ff.quib.ex cau. maio.& in l.fi.ff.quemadmo.serui.amit.in l.hæc autem iura. ff.de serui.vrba.prædio.in d.l.sicut.& Inno.in c.circa,de iure patro.& in c.quia plerique,de immu.eccle.& Archi.in c.potest.16.q.3.& Hosti.in summa de præscri.§.quæ res præscribi possint.intantùm ꝙ in actionibus personalib.non sint correcta iura ciuilia disponentia ꝙ etiam absq; alia bona fide ex sola negligentia non petentis procedat præscr.30.annor.quam opinionem pleriq; damnant : tamen omissa illa disputatione tanquam ad præsens non necessaria,dico ꝙ in casu nostro potest allegari bona fides dominæ Philippæ quæ præsumitur &
12 detegitur,maximè ex dicto generali saldo.† nam dictum seu
e assertio aduersarii mei præbet mihi iustam[e] causam credulitatis,ꝙ ita sit, & sic est sufficiens ad bonam fidem inducendā, vt per Bar.in l.Celsus.ff.de usucap.& no.Canonistæ.in c.si diligenti.de præscrip. & Bart.in l.non fatetur.ff.de confessis.& in l.error.C.de iuris & facti igno.& Ang. in l.super longi.C. de præscrip.long.tempo. per id quod habetur in l.1.§.fi.aliàs est in l.2.cum ibi not.ff. quando actio de pecu. est annalis.&
13 in l.3.ff.pro suo.& in l.si existimans. ff.pro soluto.† & quælibet apparens causa etiam si sit iniusta,tribuit bonam fidem in præscrip.30.anno. seu in illis in quibus non requiritur titulus, vt est glo.no.in l.j.C.vbi causa status.per iura ibi allegata in ea.quam glo. ad hoc ibi ponderat & multum commendat Bal.unde in talibus pręscriptionibus longissimi temporis 30. anno.quæ fundatæ sunt in negligentia non petentis, in quibus non est necessarius titulus, non impeditur præscriptio, nec bona fides per errorem iuris.c.peruenit,de emp.& vend. & ibi no.doc.maximè Io. de Imo.& expressè Anto.de But.in d.c.cura.& in d.c.dudum.el j.de deci.¶ Præsumitur etiā Philippam habuisse bonam fidem quò ad legatum librarum centum relictum in testamento ser Henrici : quia ipsa non erat hæres instituta in vniuersa hęreditate nec in quota hæreditatis:meritò cum ipsa successerit Bar.habuit iustā causam ignorādi dictum primum legatum ad quod fuerat obligatus Bar. per l.qui in alterius.ff.de reg. iu.& c. cum quis in ius.de reg.
14 iu.in 6.Accedit † ad bonam fidem d. Philippæ duplex absolutio facta per episcopū hæredibus dicti ser Henrici:& Bart. de omnibus legatis relictis per dictos testatores ad quem episcopum secundum magis communem opinionem spectat po-
* testas & cura cogendi hæredem ad satisfactionem legatorū, etiam factorum ad non pias causas, vt per gl.& doc.in c.si hęredes.de testa.& no.Inn.in c.nos quidem.eod.tit.& Hosti.& Io.And.in c.Io.eo.ti.& Arch.in c.Syluester.11.q.j.& presumptio est ꝙ episcopus in hoc diligenter functus fuerit officio suo.arg.c.in præsentia.de renun.& c.ad audientiam,de præscri.cum si.Et hęc quæ dixi de præscriptione, procedunt etiā
* quò ad legatum * annuum relicto dicto Christophoro si iam sunt 30.anni elapsi a die mortis dicti Christophori,aliàs autem pro illis annis quibus uixisset, a 30. annis citra non esset completa præscriptio, l.cùm notissimi.§. in his. & ibi plenè no.per gl.& doc.C.de præscrip.30.anno.& no.in l.de pupillo.§.si in pluribus.de ope.no.nunc.Ex quibus concludo Dandum posse se tueri aduersus dicta legata. Alex.

## ADDITIONES.

a ¶ Schedula.supra lib.3.consi.76.nu.5.
b ¶ Plenam.supra lib.2.consi.181.nu.ij.licet aliter dicat supra lib.4.col. 80.nu.5.adde Hypp.Marsi.rub.de proba.fol.35.
c ¶ Aliquam.quatenus adsunt coniecturæ aliàs nec iudicium, vt dixi in consue.Paris.15.nu.11.
d ¶ Fides.supra lib.4.consi.99.dixi in consu.Paris.§.16.
e ¶ Iustam.supra lib.j.consi.46.nu.16. * Simplices homines,qui in-
* ducti persuasionibus aduersarj soluunt, repetunt per conditionem indebiti.Fallit nisi verisimiliter non debuissent credere,& videtur requiri dolus aduersarij.De his vide no.Ias.ad l.error.col.7.C.de iu. & fac.ignor. Nat.
* Legatorum.] Pro legatis etiam ad non pias causas,competit conditio ex canone,& officium Episcopi;Alex.ad l.j in fi.ff.de leg.j. Nat.
* Quo ad legatum. ] Nota de præscriptione annui legati, ꝙ præscriptio non incipit à die obligationis contractæ,sed ab initio cuiusque anni;de quo per Alex.ad d.l.de pupillo.§.si pluribus.

## SVMMARIVM.

1 *Consuetudo dat & ampliat iurisdictionem.*
2 *Stylus seruandus etiam si sit contra ius.*
3 *Iudex potest inhibere alicui ne alienet, ne de domo exeat. & num.6.*
4 *Iudex propter suspicionem potest incipere a captura.*
7 *Iudicis præceptum quando valet sine causæ cognitione.*
8 *Consuetudo excusat a pœna.*

## CONSILIVM CCXL.

Perspectis & ponderatis his quæ in titu. quæstionis præmissæ narrantur, puto breuiter de iure concludendum præfatos dominos consules de iure potuisse d.Anto.mandare, vt dictam iuratoriam cautionem præstaret de non discedendo de ciuitate,& de non alienandis bonis ante illius causæ diffinitionem,& talem cautionis præstationem d.Ant.præstantem & promittentē obligasse.¶ Moueor præsertim ex infrascriptis, & primò, quia præsupponitur præfatos consules ex longęua consuetudine iure magistratus sui solere ciuibus suis prout erat d. Ant.in similibus casibus mandare vt huiusmodi iuratoriam cautionem pręstent.
1 constat † aūt consuetudine dari nedum ampliari iurisdictionem.l.j.C.de emancipa.lib.& ibi plenè no.l.viros.& l.probatorias.& l.fi.C.de diuer. offi.lib.12.c.cum contingat de foro compe.& ibi no.c.fi.de offi.Arch.c.dilecti, de arbi.c.irrefragabilis,§.1.& c.dilectus.in prin, de offi.ordi.9.q.3.conquestus.

ſtis.& ibi no.& notatur in c.quanto.de offi. ordi.cum ſi.er-
go præſuppoſita dicta conſuetudine (vt ſupponitur) videtur
fatendum hanc poteſtatem fuiſſe eis à conſuetudine attribu-
2 tam. ¶ Secundò † quia in cauſarum proceſſu ſeruandus eſt
mos & ſtylus curiæ, etiam ſi ſit contra ius.l.fi.& ibi no.Ang.
C.de iniuriis.c.ſicut,& ibi no. Ant.de Bur.de re iud.c.ex inſi
nuatione.& ibi per eundem.de app.c.ex literis.de conſti.no.
Cy.in l.2.in 4.q.1.partis. C.quæ ſit long.conſuet.& Bal.in l.
fi.per illũ tex.eo.tit.& in l.fi. C.vnde cogna.in verb.ſequitur
videre.de bo.poſſeſſione.& in l.de quibus, in 10.col.ff.de le-
gibus.& in dictis locis tradunt differentiam inter ſtylum &
conſuetudinem.& etiam Io.And.in c.fi.de conſuet. ¶Tertiò
pro hoc facit text.in l. ſeruus hac.l.ff. de manumiſſ. vbi iudex
ratione delicti poteſt prohibere domino, ne alienet rem ſuã.
Quartò & melius probatur per tex. notabilem in l. de pollici
3 tationib. ff. de pollicitatio. † vbi iudex [a] põt inhibere alicui,
a ne alienet vbicunq; poſſit alienatio afferre aliquod præiudi-
cium,etiam dato ꝙ is cui inhibetur non eſſet prodigus,& ita
vt ſingularem ponderat illum text. Bal.in l.per diuerſas.in 9.
q.C.manda.& in l.1.in 3.q.C.de contrah.empt.& etiã Bart.
in d.l.de pollicitationib.bene facit tex.in l.ſi creditores ad fi.
ff.de priui.cred. ¶Quartò qñ obiicitur crimen alicui vt in ca
4 ſu noſtro dicto Ant. eſt † in arbitrio iudicis adhibere modũ
cuſtodiæ circa perſonam talis, ne proceſſus & ſentẽtia poſtea
redderetur eluſorius ſeu eluſoria.l.1.ff. de custo. reorum.&
ita illam.l.ſummat, & intelligit Bart.ibi & iudex etiã ante in-
choatum proceſſum laborante aliqua ſuſpicione contra ali-
quem de delicto vt in caſu noſtro põt incipere a captura per-
ſonæ.l.2.& ibi no.Bald.C.de his qui latro.l.fi.C.de maleſi.&
Matthe.& Bar.in l.cũ eo.ff.ad leg.Iul.pecula.& Bal.in l.fi.C.
de abolit.& in l.conſentaneum.in 1.q.C.quo.& quan.iudi.&
in l.ſi quis curialis.C.de epiſ.& cle.bene facit tex.in c.ſi cleri-
cos,de ſent.excom.in 6.cum ibi notabiliter traditis per Ioan.
And.in nouella & alios ibidem.& ſic potuerunt conſules lo-
co cuſtodiæ cogere dictum Ant.ad præſtandam cautionem.
5 d.c.ſi clericos. d.l.1. Et † præſumitur iudicem iuſtè feciſſe.c.
bonæ.el ij.de elec.c.præſentia.de renun.c. ſicut.& c. cùm in-
ter,de re iud.l.2.C.de offi.ciui.iudi. l.2.ff.ſi quis in ius voca.
non ierit. ¶Quintò, quia videmus ꝙ iudex poteſt mandare
6 non ſolum ne quis de ciuitate diſcedat † ſed etiam ne de do-
* mo* exeat.l. fin.ff.de interdic. & relega.& ita not.Io.And.in
addi.Spe.in ti.de iuriſd.omn.iud.in vlti.addit. ¶Sextò per id
quod ſignanter no.Inn.in c.2.de reſti.in integ.in gl.in verbo
7 inhibitionem., vbi dixit † ꝙ præceptum iudicis factum circa
ea quæ pertinent ad officium iudicis, etiam ſi fiat ſine cauſæ
b cognitione valet.[b] allegat id quod not.7.q.1.in c.quia.& no.
in c.ad aures,de tempo.ordi. Sed dictum mandatum factum
per conſules Anto.præfato erat de pertinentibus ad officium
conſulatus tum ratione ſuſpicionis & famæ militantis cõtra
Ant.de dicto exceſſu, & ratione cuſtodiæ quam habere debe-
bant circa perſonam Antonii ratione ſuſpicionis ipſius crimi
nis,vt dixi,tum etiam ratione conſuetudinis. ¶Septimò pro
8 hoc † facit gl.no.in c.cum venerabilis, de conſuetu.in verbo
migraſſe.per quam ibi dicit Pet. de Anch. ꝙ cum quidam re-
ctor vnius villæ feciſſet plures ponere in cõpedibus fuit con
tra eum formata inquiſitio quod ipſe tenuerat priuatos car-
ceres, & ipſe probauit ꝙ ſui prædeceſſores ita facere conſue-
uerant: fuit abſolutus,quia poſito etiã quod conſuetudo non
c fuiſſet efficax & valida: tamen illa excuſat,[c] vt quò ad pœnam
diſpenſetur cum eo qui eam conſuetudinem ſequutus eſt. &
ſic poſito ꝙ illa conſuetudo non reddidiſſet actum illius cau
tionis validum, tamen excuſat illos dominos conſules à pœ-
na dictæ aureæ bullæ punientis magiſtratus iniuſtitiã facien-
tes. ¶Octauò per id quod concludit Pet. de Anch.conſi.288.
incip.Iure ſcripto & conſuetudine &c.vbi conſuluit ꝙ ſtante
ꝙ in ciuitate Bononiæ fuerit antiquiſſima conſuetudine ſer-
uatum ꝙ pueri colluctationes adinuicem faciunt conſtituen-
do duas partes ex pluribus colluctantibus, & ſic vna pars ad-
uerſatur alteri proiiciendo lapides & ſimiles actus pugnæ fa-
ciendo, & contingit in tali colluctati ꝙ ex ictu vnius pueri
alius eſt percuſſus & mortuus, quod non debeat percutiens
puniri,allegat id quod habetur.4.diſtin.in c. deniq;. & quod
ibi no.gl.quæ inci.no. argumẽtum ꝙ in delictis excuſet con-
ſuetudo &c.& in §.hæc & ſi legibus.eadem diſt.allegat etiam
gl.1.in d.c.cum venerabilis,de conſuet.per quam dicit proba
ri ꝙ quantuncunque conſuetudo quandoq; potius dici poſ-
ſit corruptela quàm conſuetudo; tamen excuſat à pœna eum
qui illam ſeruat. ad hoc etiam alia plura allegat,quæ breuita-
tis cauſa omitto. Et facit quod not.in l.1.in fi.ff.de abigeis.&
in l.pladii.la ij.C.ad leg. Flauiam. de plagiar. & etiam quod
no.Hoſtien.& alii in cap.2.de fide inſtrumen. & Bald.in cap.
fin.in 1.colum.de cognit.feud.& in l.vnica, circa 10.vel 12.
colum.C. de confeſſ. ubi dicunt, quod ſi notarius in inſtru-
mento affirmat in actu interueniſſe omnes tres officiales
eum non interueniſſent niſi duo, vel quid ſimile; tamen ſi ita
conſuetum erat per notarios in ſimilibus fieri,talis conſuetu-
do & vſus excuſabit notarium a pœna falſi. ¶ Nonò quia d.
Ant.poſt dictam cautionem præſtitam ex interuallo ſe cõcor-
dauit cum dicta ciuitate & amicabiliter compoſuit generali-
ter ſuper omnibus differentiis exortis occaſione capturæ di-
cti Nagel, & etiam ſoluerit occaſione alterius compoſitionis
factæ per dictos conſules, vt in themate narratur, non poteſt
ergo dictus Ant.allegare ſe metu dictam cautionem præſtitiſ-
ſe & ſoluta ſibi reddi.l.2. quod metus cauſa,cũ ibi plenè no.
l.pe.ff.de cond.ob turp.cau. & traditur in c.ſuper hoc,de re-
9 nunciа.in c.1.quod metus cauſa. ¶ Accedit, † quia ſola ratio
imperii dictorum conſulum ſeu magiſtratuum aut alterius
maioritatis, non arguit ſufficienter præſumptionem iuſti me
tus,vt probatur in c.fi.& ibi no.doc.qui cleri. vel vouen.l.ad
inuidiam,& ibi no. Bar.& alii. C.quod metus cau.& per eun
dem in l.ſi per impreſſionem,eod.tit.& in l.pupillo.§.ſi quis
ipſi prætori.maximè in 5.q.ff.de ope.noui nunc.per Inno.in
c.cauſam matrimonii.de offi. deleg.& per doct. in l.1.§.quæ
onerandæ.ff.quarum rerum actio non datur. & in l.interpo-
10 ſitas.cum ſi.C.de tranſac. ¶Poſtremò † talis cõpoſitio & con
cordia reperitur roborata principis authoritate, vt in puncto
narratur & potuit omnem defectum ſupplere, vt fecit.c.1.de
tranſac.c.1.de cõfirma.vti.vel inuti.3.q.6.hoc quippe.& tan-
tam firmitatem tribuit contractui authoritas principis,ut nõ
poſſit quis dicere ſe ex eo contractu eſſe læſum, nec reſtitutio
nem in integrum petere,etiam vbi aliàs eſſet perſona cui reſti
tutio in integrum concedi ſoleat; vt ſignanter no.Arch.& Io.
And.in c.1.de pactis. in 6. quod tamen hic aliter non diſcu-
tio: quia deciſio principalis quæſiti.ſ.an conſules mandare
potuerunt Antonio vt illam iuratoriam cautionem præſta-
ret, ſtare poteſt abſque eo quod in hac ultima parte de dicto
principali quæſito tantum ſim interrogatus. ¶Ex quibus con
cludo dictos conſules mandare dicto Antonio de dicta cau-
tione præſtanda & eam recipere potuiſſe, & conſules in pœ-
nam non incidiſſe; & conſequenter ad contrariũ effectum di
ctum Antonium ſeu procuratorem fiſcalem audiendos non
eſſe. Laus Deo. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Iudex ſupra lib. 2.conſi.103.col. 3.Alex.l.ſi fideiuſſor. in fin.qui ſa-
* tiſd.cogantur. * Adde Bal.ad l.ſi fideiuſſor.§.fi.ff.qui ſatiſ.cog.vbi dicit,ꝙ mota lite,ceſſante etiam ſuſpitione, poteſt fieri inhibitio.Et ſi pater dilapidet,quo pacto prouideatur filio pro ſua legitima,vide Alex.ad l.Imperator.col.4 ff.ad Treb.

* De domo.] Idem dicit Alex.ad l.quod iuſſit.col.j.ff. de re iudic.vbi addit,ꝙ pro ſcandalo euitando poteſt iudex præcipere ne quis tranſeat ante domum inimici.& ibi vide Iaſ.Et iſtud de domo,ne partes veniant ad arma, tenet Paris Puteus in trac.duelli, ſub rubrica, an dominus poſſit arcere ſubditos ne veniant ad duellum.Et de prædictis vide Iaſ.qui aliter tenet,ad l.fi.ff.de offi.procur. Cæſaris. Poteſt etiam prohiberi ingreſſus in alienam regionem; Bald. ad c.1.§.fi.de forma fidel.

b ¶Valet.vbi non requiritur cognitio, aliàs ſecus ſi præceptũ eſt omnino nudum.Bal.l.2.C.qui admi.c.1.§.ſimiliter.in fi.de contro.inueſti.in vſib.feu.Cur.ſenior conſil.60.in fi.Iaco. de S.Georgio tra.feu.ver.ſtrictiq; vaſal.promi.reco.dic.feu.col.4.Franciſ.Rip.tract.de peſte fol.119.Ber.conſi.26.pro pleniori.col 1.lib.1.

c ¶Excuſat.ſupra eo.conſi.8.col.fi.

EPITOME.

VT debitor fugitiuus capi poſſit, probandum eſt plenè, licet eo abſente, de debito liquido & de ſuſpicione fugæ aliter quàm per iuramẽtum.nec valet obligatio facta per carceratum in fauorem eius,qui eum iniuſtè capi fecit.

## CONSILIVM CCXLI.

Perspectis statutis & facti narratione de quibus in
themate, omissis superfluis concludo di
ctam capturam fieri non debuisse & viribus non subsistere:
nam aut volumus eam sustinere ex vi iuris communis, aut ex
1 vi statutorum; ex primò capite, s. de iure † communi, constat
capturam non valuisse: quia ad hoc vt quis tanquam suspe-
a ctus de fuga[a] pro debito ciuili capi possit, requiritur quod
probetur plenè de debito, quamuis probationes possint fieri
absente debitore, vt firmat Angel. in l. 1. C. quorum appella-
tiones non recipiantur. & in repetitione. l. carcerē. C. de exa-
ctori. trib. lib. 10. & Bald. C. quomodo & quando iud. l. con-
sentaneum, in versiculo quæro vnà cum Butrig. & Angel. l. si
ab arbitro. §. fi. ff. qui satisdare cogantur. & Ioan. de Imo. in l.
2. in princ. ff. solu. matri. Sed de debito non constat plenè per
instrumenta vel per duos testes. vt dixit Ang. in d. l. si ab arbi-
tro, cum concordantiis proximè allegatis, ergo ad dictam ca-
pturam procedi non potuit. ¶ Et licèt duo testes in dicta cau-
sa fuerunt recepti & iurati, tamen non probant, eò præsertim
quia sunt singulares, nam Verius de Rondinellis primus te-
stis deponit de confessione facta per Syluestrum super apothe
ca Iacobi de Vrsis. alius verò testis. s. Nicolaus Bordoni depo-
nit de confessione dicti Syluestri facta in apotheca ipsius Pau
2 li. † & sic cum vnus deponat de vno loco, alius de alio tanquā
singulares non probant, vt in c. licèt causam. de proba. c. bo-
næ. el ij. de elec. 35. q. 6. de parentela. & no. in l. testium. C. de
testi. ¶ In alio etiam quod est de substantia, sunt varii & singu-
lares, quia dictus Verius videtur deponere de debito puro.
Paulus verò deponit de debito conditionali. nam dicit q̄ Syl-
uester prædictus asseruit se vendidisse dictam possessionem
Bartholomæi Bonfratellis pretio florenorum centum octo-
ginta octo ad rationem cuidam Ludouico Boni de Florentia
cum hac conditione q̄ ipse Barth. debeat dicto emptori dare
bonam & idoneam fideiussionem ad legitimam defensionem
dictæ possessionis, & q̄ subiunxit dictus Syluester q̄ præstita
dicta fideiussione dicto Ludouico daret ipse Syluester dictos
centum octoginta octo florenos, quos deposuit dictus em-
ptor apud quendam bancherium ad petitionem dicti Sylue-
3 stri. de qua conditione non deponit primus testis, † vnde ad
hoc vt possit procedi ad dictam capturam oportet debitum
esse liquidum, vt inquit Bal. in d. l. consentaneum. meritò pro
debito conditionali non erat concedenda captura, quia non
est tunc exigibile. l. cedere diem. ff. de verborum significatio.
& l. quicquid astringendæ. §. fin. ff. de verbo. oblig. ¶ Requiri-
4 tur † etiam q̄ probetur de suspicione debitoris, & quod su-
peruenerit post contractum debitum. l. si creditores. ff. de pri
uilegiis credi. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satis. cog. l. si is a quo. §.
fi. & ibi nota. Bar. ff. vt in poss. lega. l. fi. & ibi notat Bar. & alii.
C. de sponsa. & no. Dy. & Bar. in l. ait prætor. §. si debitorem.
ff. quæ in fraudem credito. & in l. quæsitum. ff. de pig. & in l.
5 dies. C. de feriis. & ad probationem † talis suspicionis non vi
detur secundum veram opinionem quòd sufficiat solum iura
mentum creditoris de iure communi, vt notat. Bald. in l. aper
tissimi. ad fi. C. de iudic. & probatur in l. qui bona. §. qui damni.
& ibi hoc notat Angel. & Modern. ff. de dam. infec. & Bal.
in l. creditor. la ij. ff. si si cer. petatur, in l. sciendum, in princi.
circa 3. col. ff. qui satisdare cogan. tamen quo ad istam proba
tionem suspicionis, de qua nihil dicunt testes, non est insi-
stendum propter statutum sub rubr. de sequestrationibus, de
quo infra statim dicetur. ¶ Si autem quærimus an dicta captu
ra possit subsistere ex virtute statutorū, & adhuc dico quòd
non, nam ex narratis dictus Barthol. Bonfratellis intentauit
statutum sub rubrica de sequestrationibus, in versic. Prætereà
ordinamus q̄ volens aliquem suum debitorem ratione suspi-
cionis facere personaliter citari ad satisdandum, & si non sa-
tisdederit facere ipsum detineri &c. quod quidem statutum
disponit q̄ volens aliquem suum debitorem ratione suspicio
nis facere personaliter citari ad satisdandum, & si non satisde
derit facere ipsum detineri seu carcerari, teneatur ante om-
nia de eius credito fidem facere per productionem instru-
menti seu librorum bene, laudabiliter & regulariter, aut scri-
ptura priuata manu debitoris, seu per testes summariè reci-
piendos in casu in quo summariè admitti possint ex forma
iuris & statutorum, & stetur iuramēto creditoris de suspicio-
ne fugæ & de deterioratione cōditionis bonorum debitoris,
& de aliis de iure requisitis, & q̄ talis debitor sic captus satis-
dare volens, teneatur satisdare de iudicio sisti & iudicato sol-
uendo, & q̄ aliter non debeat licentiari vel relaxari. Sed ita
est quod per instrumentum aliquod non est probatum per di
ctum Barthol. de debito, nec etiam per productionem aliquo
rum librorum, nec etiam per scripturam priuatam manu di
cti Syluestri, & licet d. Barth. dicat se producere quandam li
teram scriptam manu dicti Syluestri, tamen non est nec fuit
probatum per testes vel aliter q̄ fuerit scripta manu dicti Syl
6 uestri. † nō enim sufficit allegare quod fuerit scripta manu d.
Syluestri nisi probetur, per nota. per glo. in l. 1. in princ. ff. si
quadrup. pau. feu. dica. & in l. si cuius. in verbo, dicere. ff. de
appell. reci. & in l. 2. in gl. fi. C. quod met. cau. & gl. in c. 1. de
his quæ fi. à maio. par. capit. & in c. non est, de consuet. lib. 6.
& in c. cum super, in gl. 2. iūcto textu. & in c. post elec. in ver-
bo, post resignationem, de concess. preben. & no. Bar. in extra-
uaganti, ad reprimendum. in verbo, asserit. & in l. j. circa prin
cip. ff. de dolo. & gl. & Ang. in l. si prius, in verbo, egisset. ff. de
oper. noui nunciat. & gl. j. in l. 4. ff. vi bono. rapto. Quinimò
& si notarius actorum scripsisset q̄ d. Bartholomæus produ-
xit scripturam manu d. Syluestri scriptam, nō probaret, quia
attestaretur de eo quod est de præterito & non probaret, ut
no. Inn. in c. 1. in gl. magna, de fid. instru. & in c. cum in iure,
de testam. mili. faciunt no. per Bar. in l. sciendum. ff. de verb.
oblig. circa intellectum gl. in l. 1. C. de fide instrum. & iure ha
stæ fis. lib. 10. illam enim scripturam fuisse scriptam manu d.
Syluestri, qui tunc ibi corā notario non erat, est actus de præ-
terito, meritò illa scriptura notarij non potest de hoc fidem
facere, sed si notarius scripsisset q̄ tales testes vel tales assum-
pti ad comparationem faciendam affirmabant & referebant
illam scripturā fuisse scriptam manu d. Syluestri aliud esset,
quia tunc notarius scriberet actum de præsenti. ¶ Nec etiam
de debito facta fuit probatio per testes, quia duo tantum te-
stes fuerunt producti, qui quò ad locum & in aliis partibus
substantialibus sunt singulares, vt suprà probaui, ergo dici nō
potest quod etiam ex dispositione statutorum sit seruata de-
7 bita forma in concedenda captura. ¶ Cum ergo captura † præ
dicta non fuerit de iure valida, & sic taliter captus esset de iu
re statim relaxandus absq; præstatione satisdationis, quia spo
liatus ante omnia est restituendus. l. si quis a se fundum. C. ad
leg. Iuliam de ui. l. si maritus. la j. C. de don. inter vi. c. in lite-
ris, de resti. spol. nam taliter captus dicitur spoliatus libertate
sua. l. 1. & 2. ff. de lib. hom. exhib. l. plerique. ff. de in ius vo. meri
tò (vt dixi) statim erat restituendus pristinæ libertati & relaxā
dus. & no. Bar. in sua disputatione inci. Lapus fuit captus &c.
& ipsimet indebitè capto licuisset propria authoritate recede
re & aufugere, vt notat Bar. in aliquibus lecturis in l. vis eius.
per illum tex. C. de prob. ergo cum d. Syluester de Caponibus
præstiterit satisdationem & fideiussorem de iudicio sisti & iu
dicato soluendo dederit Syluestrum de Boueriis sub hac cō-
ditione, videlicèt si dicta captura erat valida, & si & in quan-
8 tum de iure teneretur satisdare, ergo † cum defecerit dicta cō-
ditio, non valuit dicta præstatio satisdationis, quia defectus
cōditionis facit deficere ipsum actum conditionaliter factū,
etiam si conditio sit de presenti & non de futuro. l. si ita stipu
9 latus fuero hanc † summam. ff. de ver. ob. l. cum ad præsens. ff.
si cer. pet. & in proposito nostro notat Bal. in c. 1. §. hoc quo-
10 que. in pe. col. in tit. de succe. feu. ¶ Fortificantur † prædicta,
quia obligatio facta per detentū vel carceratum iniustè prout
fuit d. Syluester non valet ad fauorem illius qui fecit eum de-
b tineri vel capi.[b] l. qui in carcerem. & ibi ita declarant omnes
scribentes. ff. quod metus causa. & no. etiam Bar. post Iac. de
Are. in l. qui neque. ff. de verb. signifi. & no. per Bal. in rub. C.
de rescin. vend. ex quibus concludo, dictam capturam & sa-
tisdationem non subsistere. Laus Deo. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Fuga. s. lib. 3. consi. 19. consi 63. Soc. consi. 99. cum duob. seq. lib. 4.
b ¶ Capi. Ro. consi. 316. Lancello. deci. l. qui a latronibus. de testa. Mat
thæ. Afflict. decisi. Neapo. 149.

EPI-

## EPITOME.

EPISCOPVS Paduanus locauit omnia iura & bona sui episcopatus, & conductor magnam mercedem promisit cum vidisset amplos libros reddituum in quibus inuēta sunt posteà multa nomina falsò vel bis scripta, vel non soluendo. Respond. Alex. quòd nō potest peti remissio mercedis ex quo episcopus nō asseruit dictos libros continere veritatem, & conductor non est lęsus vltra dimidiam.

## CONSILIVM CCXLII.

Perspectis his quæ in themate narrantur, casus iste nullam probabilem dubitationem præ
1 se ferre videtur, si rectè sentio. ¶ † Nam in contractu locationis locata sunt omnia bona & iura episcopatus seu quicquid est in bonis & de bonis episcopatus cum omnibus & singulis iuribus, actionibus & emolumētis suis; vnde etiam si nulla essent iura nō tenetur locator præter quàm in vno casu, scilicet quando nullum ius penitus haberet concedens, & hoc sciret ipse, sed conductor ignoraret. ita habetur in l. quod si in venditione, cum tribus legibus sequentibus. ff. de hære. vel act. vend. facit. l. nec emptio. ff. de contrahen. emp. Sed ita est ꝙ aliqua sunt iura episcopatus, licèt fortasse non inueniantur tot & tanta, prout dicit cōductor se existimasse, ergo in aliquo non tenetur locator, etiam si non appareret quòd dictum fuerit per procuratores domini episcopi ꝙ non intendebant obligare episcopum ad manu tenēdum aliquid in particulari de aliquibus fortasse prętensis iuribus episcopatus vt in themate narratur. ¶ Nec obstat si diceretur ratione doli commissi in contractu audiendos esse cōductores, eò quia asserūt sibi ostēsos fuisse libros reddituum & nominum debitorum episcopatus, in quibus sunt debitores aliqui nō ueri, aliqui duplicati, aliqui non soluendo seu non exigibile, vt ipsi conductores dicunt, & pro hoc videretur tex. in l. Iul. §. si venditor. cū duobus §. sequentibus. ff. de act. emp. ubi si venditor serui mentitus est, vt pluris seruum vēderet, vt quia dixit eum plus habere in peculio quam habere reperiatur, vel cum sciret vēditor fundi fundum ipsum pluribus municipijs ad certa legata obligatum in talibus conscripsit vni tantum municipio esse obligatum, postea in venditione dixit ꝙ si quid legatorum vel tributorum deberetur id ad emptorem pertinere deberet, tenetur venditor emptori ratione doli. bene facit. l. quod vēditor. ff. de dolo. & l. ea quæ. ff. de cōtrahen. emp. quinimò dixit tex. in d. l. Iul. §. item qui furem, in fin. quòd etiam si per ignorantiam venditor asseuerauit id quod nō erat, tenetur, vt quia seruum quem ignorabat esse furem, eum bonæ frugis & fidū & charum vendidit, tenebitur, quia tacere debuit & non dicere quæ ignorauit. & in istis factū procuratoris nocet domino. l.
2 cum mancipium. ff. de ædi. edic. l. apud Celsum. §. quæsitum. ff. de doli excep. quia respondeo ad dictū. §. si venditor, † & ad l. quod venditor & ad dictam. l. ea quæ. ꝙ loquitur in eo venditore qui scienter & cum fraude ex proposito asseuerauit, id quod non erat vt pluris rem vēderet, sed in proposito nostro procurator episcopi non asseuerauit dolo vel fraude aliquid, saltem quod falsum esse sciret, nec in dubio præsumitur in eo dolus. l. quoties. §. qui dolo. ff. de prob. & l. meritò. ff. pro soc. nec ipse librum conscripsit sed ab alio conscriptus est, meritò probabilem & præsumptam ignorantiam habuit eorū, quę ibi continētur. l. fi. ff. pro suo. l. quod vulgo. ff. pro emp. & posito sed non concesso ꝙ apparere posset quod ad requisitionē conductorum ostenderit eis librum in quo scribuntur redditus episcopatus, tamē non dixit procurator ꝙ omnia quæ ibi descripta erant, vera essent, nec ipse vt illa conducerent bona & iura episcopatus vltrò obtulit librum illum redituum, sed petentibus & obtātibus illis librum istum videre eum prout
3 erat exhibuit; & sic non sumus in casu, in quo loquitur text. in d. §. item qui furem. ¶ † Preterea quantum ad debitores qui non sunt soluendo vel sunt inexigibiles, certum est ꝙ etiam si expressè illa nomina debitorum specificata fuissent in locatione, nō teneretur locator ostendere, nisi quod essent veri [a] debitores, & nullum ad eum spectat periculum si non sunt soluēdo. l. si nomen. cum. l. seq. ff. de hęred. vel act. vend. similiter si vnum nomē debitoris est duplicatè scriptum, nō dicitur per hoc concedere voluisse nisi vnum debitum, & pro vna tātùm scriptura accipienda est. l. 1. §. si quis in duobus. ff. de bo. pos. secundum tabul. l. vnum. ff. de test. & si in culpa fuerunt conductores diligenter non perscrutando sibi imputent, cū non probetur de dolo locatoris, qui talem librum nō conscripsit, nec de talibus erroribus apparet eum scientiam habuisse. l. itē si pretio. §. fi. cum ibi no. ff. loca. ¶ Nec suffragatur conductoribus allegare dolum re ipsa, hoc est læsionem, quia illa non releuat, quando est intra dimidiam iusti pretij vel iustæ mercedis. d. l. item si pretio. in fi. & l. in causæ. la ij. §. fi. ff. de min. l. 2. cum ibi no. C. de rest. & in c. pe. de emp. & ven. Alex.

## ADDITIO.

a ¶ Veri. Bal. consi. 270. lib. 1. adde Alex. l. si cum dotem. §. si mulier. col. 2. sol. mat. Bar. supra. lib. 3. consi. 94.

## EPITOME.

GENERALIS derogatio derogat quibuscunq; derogatorijs priorum literarum si de mente constet.

## CONSILIVM CCXLIII.

Perspectis tam verbis primarum literarum Nicolai quam etiam posteriorum literarum Pauli Romanorum pontificum, videretur prima consi
1 deratione dicendum, posteriores † literas non tenere, quatenus primis literis repugnare videntur, quia vt per secundas literas tollantur primæ, oportet nedum de primis mentionem in secundis haberi, verùm etiam specialem de primis mentionem fieri necesse est. c. bonæ. de confirm. vti. vel inut. Idē probatur in c. 2. de dolo & contu. sed dictæ vltimæ literæ de primis nullam mentionem faciunt. ergo &c. Pro hoc etiam bene facit tex. in c. ex literis, de offi. delega. vbi tex. requirit ꝙ in secundis literis fiat expressa mentio primarum literarum, sicut
2 etiam habetur in c. in nostra. de rescr. ¶ † Confirmatur, quia cum in primis literis scilicèt Nicolai sit apposita clausula derogatoria ad sequentes literas impetrandas, oportet vt secun-
* dæ viribus subsistant, ꝙ secundę * specialem mentionem de dicta clausula derogatoria contineant. l. si quis. in prin. testamē
3 ti. ff. de leg. 3. ¶ Accedit quia vt † inquit Bal. & Sali. in l. fi. C. si contra ius vel vti. publi. quando lex resistit impetrationi, nō sufficit tunc impetrare rescriptum contra legem cum generali clausula, non obstante aliqua lege in contrariū faciente, sed oportet specialem de illa lege mētionem facere. ¶ Pro hoc bona gl. & ibi Bal. in l. 1. C. de peti. bo. sub. lib. 10 in verbo relinquatur, & in l. omnes. C. de aquæduct. lib. 11. & no. Anto. de But. in c. nonnulli, in fi. prin. de rescri. Et istud saltem videtur esse verum, quādo non solum lex derogat impetrationi rescriptorum, sed etiam dat formam clausulę derogatorię, vt quia dicat ꝙ non valeat rescriptum nisi fiat mentio expresse de ipsa constitutione. ita inquit Io. de Imo. in c. nonnulli. in prin. circa. 5. col. de rescrip. per. d. l. si quis in prin. test. sed ita est ꝙ in primis literis Nicolai in ver. districtius inhibentes &c. derogatur ꝯriæ impetrationi, nisi de ipsis literis & datæ tenore de verbo ad verbum fieret mentio, igitur non valuerunt secū-
4 dæ illa forma non seruata. ¶ † Præterea non solum oportet in secundis literis de primis mentionem facere, verum etiam si in eis aliqua notabilis clausula contineretur, oporteret de ea mentionē fieri, vt probatur. in c. ex conquestione, de resti. spo. & ibi no. doct. vbi per illum tex. dicunt ꝙ si in primis literis est adiecta clausula, appellatione remota, quod non sufficit in secundis literis fieri mentionem de primis; nisi etiam fiat mētio de dicta clausula. & ita etiam no. Ant. de But. in c. cæterū. de rescri. Sed in primis literis erat clausula annullans & irritans omnem impetrationem in cōtrarium faciendam, non facta mentione primarum literarum & earam tenoris de verbo ad verbum, sub pœna etiam excommunicationis, quam extūc in contra facientes promulgauit, cum clausula motu proprio & ex certa scientia, quæ sunt notabiles clausulę, vt patet ex his quę habentur in c. si motu proprio, de pręben. in 6. & in c. statutum in prin. in verbo, literarum, de rescri. in 6. & per gl. in c. ad hęc. in gl. fi. eod. tit. in antiquis. & per not. in l. fi. C. si contra ius vel vti. publi. & in l. 1. ff. de cōsti. princ. & in l. eos. in prin. C. de appel. & in l. idem Vlpia. ff. de excu. tut. & l. quidam

dam consulebant.cum sim.ff.de re iud.de quibus quidẽ clau-
sulis nulla in posterioribus literis mẽtio est habita.¶ Corrobo
* rantur prædicta per ea quę not Arch.* & Io.And.in ca.ei cui
5 prouideri.de pręben. in 6. vbi dicunt † quod per generalem
clausulam non obstante, princeps non videtur derogare illis
quibus nõ est verisimile principem fuisse in specie derogatũ.
l.obligatione generali.ff.de pigno.l.ut gradum.§.non autem.
ff.de muneri.& hono.l.1.C.quę res pign.obl.pos.Sed attento
quod literæ Nicolai emanarunt ad fauorem commudum &
quietem ordinis pręedicatorum, & ne quicquã in pręedicti or-
dinis perniciem, vilipendium & scandalum subsequeretur, vt
6 in † præfatione dictarum literarum narratur, quibus stand ũ
est, vt in clemen. 1.de proba. & quę probant causam finalem
dictarum literarum, vt in l.fi.& ibi not.Bart.ff.de hęr. inst. &
in l.1.& ibi not.Bart.ff.ad Maced.& in l.cum hi in prin.ff.de
transac. non est verisimile Romanum pontificem voluisse præ
dicta in generali concessione subuertere ar.c. in pręsentia, de
renun.c.ecclesia,el ij.de electio.ibi,neq; enim credendum est
Romanum pontificem qui iura tuet, quòd aliàs excogitatum
est & multis vigilijs inuẽtum, vno verbo subuertere voluisse.
& l.si quando,in prin C.de inoff. test.cum sim ¶ Accedit etiã
quod cum impetrantes secundas literas videantur fuisse excõ
municati vigore primarum literarum,& vigore cõstitutionũ
ordinis, per quas diuisores ordinis incurrunt censuram excõ-
municationis, secunda impetratio tanquam facta ab excom-
municatis, non debuit aliquo modo valere.ca.1.de rescrip.in
6.videntur autem prædicti impetrãtes esse diuisores ordinis,
per huiusmodi impetrationem aliqualiter a potestate genera-
7 lis eximũtur.¶ † Sed premissis nõ obstantibus contrariam sen
tentiã de iure probabiliorem esse arbitror, quia imò videtur,
quod regulariter sufficiat in secundis literis in genere facere
mentionem de primis.c.causam quæ.el ij.de iud.c.audita.de
resti.spo.& ita videtur residere Host. in d.c.2. de do. & cõtu.
Io.An.etiam dum dicit quod potest respõderi ad d.c.2.de do
lo & contu.quod nec etiam in genere facta erat mẽtio de pri-
mis literis.& do.Abb.in c.2. dicebat hoc relinqui iudicantis
arbitrio, an per generalem mentionem facta videatur prima-
rum literarum reuocatio, per id qđ habetur in c.sup literis,&
in c.postulasti.de rescr.& in c.inter monasteriũ, de re iudi.&
secũdũ eũ iudex in hoc arbitrãdo debet aduertere an talis clau
sula vel talia verba sint adiecta in prioribus, quibus expressis
Papa verisimiliter postea secundas literas non concessisset, &
tunc mentio generalis non sufficeret.ita loquuntur iura quæ
videntur exigere specialem mentionem, aliàs autem procedat
alia opi.quod sufficiat generalis.& ita etiam concludit ipse in
præallegato c.ex conquestione, volens ꝙ de qualibet notabili
clausula priorum literarũ debeat fieri mentio specialis, quan
do talis est ꝙ Papam reddidisset concedendo difficiliorem, &
hoc relinquendum esset iudicantis arbitrio, sicut de qualibet
subreptione dicitur per id quod habetur in d.c.super literis,
cum ibi no.an autem in casu nostro dicantur esse tales clausu-
læ notabiles in primis literis ꝙ propter eas legitimè ipsius pri
mis literis derogatum non fuerit, dicam infrà, præsertim in
responsionibus ad argumenta in contrarium adducta.¶ Secũ-
8 do moueor per id quod † no.Io.An.in c.1.de exces.præ la in
6.in nouella.maximè in fi.vbi dixit ꝙ in omni materia in qua
quæritur, an posteriora derogent prioribus, si apparet per ver
ba licet generalia quod omnibus generaliter derogare voluit,
a illi voluntati [a] standum est si potestatem derogandi habuit.&
ideo per illam theoricam concludit Ant.de Bu.in c.1.de præ
scrip.circa.4.col.quod si in lege aliqua esset cautum, ꝙ nõ va-
leret rescriptum cõtra prouisionem illius legis impetratum,
nisi de illa lege specifica fiat mentio, sufficeret ꝙ in rescripto
diceretur, non obstante aliqua lege, etiam si de illa oporteret
specialem mentionem fieri. pro hoc etiam allegat. d.l.si quis
in prin.testamenti.cum ibi no. per Bart. in ver.quæro quid si
testator dixerit sic, cassans & irritans &c.sed ita est quod in li-
teris Pauli dicitur non obstantibus constitutionibus & ordi-
nationibus nec non quibusuis priuilegiis, indultis & literis
apostolicis magistro & ordini præfato ac aliis illius professo-
ribus in genere vel in specie sub quacunque verborum serie
expressione conceptis, etiam si quò ad eorum derogationem
de illis eorumq; tenoribus nõ per generales vel aliàs expres-
sam mentionem importãtes, sed de verbo ad verbum; aut de
illorum data speciali & expressa; aut alia quęuis, etiam de in-
diuiduis mẽtio foret habẽda, hac vice duntaxat quò ad hoc
illis aliàs in suo robore permansuro specialiter derogamus,
nec non dicti ordinis statutis & consuetudinis iuramento
confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia robora-
tis, aut etiam literis & ordinibus magistri ordinis, necnon
concessionibus per felicis recordationis Pium secundum in
conuento Mantuano vicario & cõgtegationi prædictæ factis
quas inquantum præmissis obtineat harum serie reuocamus,
cæterisque contrarijs quibuscunque &c.nõ video igitur qui-
bus efficacioribus verbis Paulus animum suum & voluntatẽ
derogandi melius declarare potuisset.apparet enim quòd fal-
tem in genere cogitauit de aliis literis apostolicis illi conces-
sioni contrariis, & sic perinde est acsi specificè de eis certior
factus fuisset.l.qui iure militari.ff.de testa.mil.no.Cy.& Bal.
& alii in l.sub prætextu.la ij.C. de transac. ¶ Tertiò pro hoc
9 facit † decisio Fede.de Senis in consi. 47. incipiente. Habita
super casu pręedicto collatione conuenienti &c. vbi dixit ꝙ li
cèt secundum priuilegium non tollat primum nisi in secũdo
fiat mentio de primo & eius derogatoriis, vt legitur & notat
in c.veniens, de præscrip.& in c.1.de rescri. & 25.quæstio.1.
in summa. tamen non requiritur ꝙ singularis mentio fiat de
primo, quia si aliter diceremus, auferretur indirectè Papæ po
testas tollendi & derogandi priuilegiis prioribus habentibus
derogatorias, & ꝙ secundum eum nephas est sentire. vnde vi-
demus ꝙ per sufficientia generalia reuocatoria posita in lege
vel canone vel decretali vel alio priuilegio derogatur specia-
libus priuilegiis, quantumcunque habentibus speciales clau-
sulas derogatorias ad futura, & patet in c. quia sæpe. de elec.
in 6.& in c.alma.de senten.excom.in 6.c.vt officiũ, post me-
diũ.de hæreti.eo.lib.& in cle.1.& 2.§.nos de sepult.¶ Quar-
10 tò † per id quod not.Bal.in ti.de pace Constan.in verbo libel
lorum.vbi dixit ꝙ si Imperator concedit priuilegium cũ clau
sula non obstante lege aliqua, & non obstantibus illis legibus
quæ dicunt generale dictum non valere nisi in casibus specia
liter nominatis, an valebit in casibus in quibus oportebat spe
cialem mẽtionem fieri,& Bal.sequutus Odoff. vult quòd sic.
argumen.dictæ.l.si quis in princip. testamenti. & in authent.
11 de testam.imperfec.§.pen.¶ † Quintò per id quòd no. Ange.
in l.diui.§.licèt.ff.de iure codicill. vbi voluit quòd etiam vbi
pręecedit specialis derogatoria adeò quòd in sequenti disposi
tione contraria esset opus specialem mentionem fieri de pri-
ma, satis est ꝙ in secunda opponatur generalis derogatoria ad
cõtraria cum hac adiectione, videlicèt etiam si de dispositio-
ne contraria oporteret specialem mentionem fieri alleg.not.
gl.in authenti. de hæredi.quæ ab intesta.in prin. ¶ Sextò per
12 id † quod not.do.Abb.Siculus in c. cum instantia, de censi.
vbi quęerit, Papa concessit priuilegium cuidã monasterio mo-
nialium, vt non tenerentur ad procurationem legatorum, et
si in literis dicatur tam non exempti quam exempti teneãtur
ad hoc onus, nisi de isto indulto concesso monasterio fiat mẽ-
tio de verbo ad verbum demum Papa concessit legato vt pos-
sit exigere procurationem a quibuscunque personis etiã exẽ
ptis, quanquam talia sint priuilegia ꝙ de eis sit facienda mẽ-
tio de verbo ad verbum; quia voluit in talibus literis haberi
pro expressis.arguit ad partes, & finaliter concludit ꝙ per se-
cundum concessionem sit sufficiẽter derogatum primę, & in
effectu mouetur per ea quę ponit Fede.de Senis in consilio
superius allegato, licèt ipsemet Federi.aliter videatur dixisse
in consi.225.& in ordine meo est 233. & incipit, Casus talis
est, monasteriũ cuiusdam ordinis &c. ¶ Septimò per id quod
13 no.Ioan.Mona.in ca.1.de consuetud.in 6.in 1.gl. & cum eo
trãsit simpliciter ibi Io.An.& ẽt Iac.Bu.in l.præscriptione, in
fin.C.si contra ius vel vti.publ. vbi volunt ꝙ posito ꝙ rescri-
bens contra legem debeat facere specialem mentionem de le-
ge cui derogat, quando illa lex habebat clausulam derogato-
riam ad rescripta impetranda, tñ illud procedit qñ ipsemet re-
scribens est ille qui fuit author illius præcedentis legis seu
constitutionis, secus in successore suo, quia non potuit succes-
sori talem legem derogatoriam futuris rescriptis successoris
imponere per id quod habetur in cap.innotuit, de elec.& in
cap.fina.de rescri. in 6.sed in proposito non est Nicolaus ille
qui cõcessit vltimas literas, sed est successor Nicolai, ergo &c.
tamen quia in hoc vltimo fundamento plerique contrariũ te
nuerunt

nuerunt, ideo magis adhæreo cæteris fundamentis tanquam
14 tutioribus. ¶ Octauò † probatur per ea quæ not. Bal. in l. humanũ. C. de legi. in penu. col. vbi fortius voluit sequutus Cy. quod in principe sufficiat reuocatio & derogatio generalis facta dispositioni præcedenti, quæ prohibeat secundam dispositionem fieri illi primæ contrariã. allegat. l. omnes. §. 1. C. de præscr. 30. ann. & cle. eos. de sepul. & dicit ꝙ ita videtur tenere gl. in l. Imperialis. C. de nup. & ꝙ ita seruat curia Romana, & dicit quod non obstat. d. l. si quis in principio testamenti, in verbo, specialiter, quia ibi loquitur in priuato homine, qui disponit ad suam voluntatem, vnde debet apertius & specialius loqui. ar. l. veteribus. ff. de pact. & l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verborũ obli. secus in principe vel alia persona publica, quę disponit ad vtilitatem aliorum. & hæc fuerunt verba Cy. in sua disputatione de qua ẽt fecit mentionem Bar. in l. omnes populi. in 3. q. principali. in versi. circa secundum &c. ff. de iust. & iure. & licèt Bal. in d. l. humanũ. aliqua addat ad illud quod dicit Cy. circa dispositionem priuati hominis in testamento, tamen circa id quod dicit Cy. in principe, prout est casus noster, Bal. transit cũ Cy. & ista fuit ẽt respõsio Iacobi de Rauen. & Cy. in l. fi. in prin. C. si ꝯ ius. vbi ita re-
15 spondet ad d. l. si quis. in princ. ¶ Nonò per † id quod no. Paulus de Leaza. in cle. 1. de sepultu. vbi dixit, ꝙ quando verba generalia derogatoria præcedentium actuum sunt prolata ab eo qui specialiter derogare potuisset, sufficiunt, si sunt ita prolata ꝙ innuant voluntatem derogantis esse talem. & hoc dicit esse verum tã in ꝯtractibus quã in priuilegiis, rescriptis & cõstitutionibus. allegat dictum. c. quia sæpe de electio. in 6. & c. alma, de sentet. excommu. eo. lib. & dictum. c. si motu proprio,
16 cum similib. ¶ Bene facit quod † not. Cardina. Florent. in dicta cle. 1. de sepultu. in 3. col. vbi faciens mentionẽ de verbis Pauli de Leaza. ibi, de verbis Federic. de Senis variantis in dictis duobus cõsiliis dicit, ꝙ ipse putat quod vbi in secũda dispositione est aliqua specialis expressio, per quam apertè colligitur mentem disponentis fuisse omninò derogare, ꝙ hoc sufficit ad derogandum & reuocandum priorem dispositionem habentem speciales clausulas derogatorias ad sequẽtes dispositiones vt in casibus in quibus loquitur Federi. in dicto cõsi. 47. & ponit ipse exemplum si in secunda dispositione derogãte priori adiicerentur ista verba, etiam si in prima dispositione diceretur ꝙ in reuocatione debeat exprimi nomẽ talis sancti, vel quod ego scribere debeã in reuocatione de manu mea nomen meum, vel quæcunque clausula similis, aliàs secundũ eum si diceremus contrarium, sequeretur absurdum ꝙ disponens sibi dixisset legem a qua neque ipse neque successor recedere posset, scilicet si non recordaretur de illis verbis, contra dictam. l. si quis in principio testamẽti, & dicto c. innotuit cũ similibus. sed in casu nostro est ita, quia Paulus secũdus in sua derogatione dicit etiam si de data speciali aliorum priuilegiorum contrariorum facienda esset mentio, & largius etiam, vt
17 in dicta derogatione ꝯtinetur & retuli suprà. ¶ Decimo † probatur per ea quæ concludit Pau. de Cast. li. 1. consil. 206. inci. In facto præsenti ponam primò conclusionem &c. vbi facit mentionem de varietate Fed. de Senis in dictis consilijs, & finaliter concludit, quod si in secunda concessione dicatur, nõ obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus, etiam si de toto ipsorum tenore facienda esset mentio, quod sit sufficienter derogatum, qualiscunque esset clausula apposita in prima dispositione, & dicit ꝙ ita est in vsu. allegat etiam ad hoc id quod habetur in d. c. 2. de dolo & contumacia. & in d. c. bonæ. & in d. c. ex literis. sed hæc verba fuerunt expressa in dicta derogatione Pauli, ergo &c. ¶ E per prædicta satis euidẽs apparet responsio ad contraria, quia posito quod de primis literis vel de aliqua notabili clausula oporteret expressam vel specialem mentionem fieri, tamen satis est quòd fiat per illa verba quibus vsus est Paulus in secundis literis, nam illud nõ dicitur loqui in genere. sed vim habet specialis expressionis, vt iuribus & authoritatibus suprà probatum est. ¶ Et vltra prę allegata quòd prædicta reuocatio non dicatur generalis. voluit Bald. in l. 1. ff. si quis in ius voca. non ierit. & in l. fi. C. si cõtra ius vel vti. pub. & in l. 1. in 2. quæstio. ff. de vulga. & pupillaris per id quod habetur in l. fin. cum glo. C. quod cum eodem. & in l. quod in rerum. §. fin. cum gloss. parua. ff. de leg. 1. ¶ Et per hoc est responsum ad id quod dixi allegando no. per Arch. & Ioan. And. in c. ei cui, de præben. in 6. quia nõ sumus in derogatione quæ dicatur generalis posito quod non dice-
18 retur singularis seu indiuidua. nam † aliud est genus, aliud est species & aliud est indiuiduum, secundum iuristas, vt notat. in l. legato generaliter. ff. de leg. 1. & per doct. in l. sed & si qs. §. quæsitum. ff. si quis cauti. & per Bart. in dicta l. fin. C. si contra ius vel vti. pub. cũ cõcor. proximè allegatis. vbi dixit quod in genere posset dici esse derogatum, quòd diceretur aliquo non obstante. sed singularis seu indiuidua diceretur, quanto dictum esset non obstante tali concessione facta per Nicolaũ sub tali forma. specialis verò esset illa quæ tenet medium inter generalem & singularem, vt in casu nostro. ¶ Et per hoc est etiam responsum ad id quod dicebatur de excommunicatione impetrantium, & per consequens de nullitate impetrationis, quia ex quo Paulus vult dictam impetrationem valere non obstantibus quibuscunque literis apostolicis & statutis dicti ordinis, apparet eum noluisse incurrere pœnam excommunicationis, quia ꝙ vult, cõsequens, vr̃ velle antecedẽs ad illud. ff. de acqui. hęre. l. ad rẽ mobilẽ. & l. ad legatũ. ff. de procu ratori. ¶ Posset ẽt respõderi literis Nicolai ꝙ Nicolaus voluit illas habere vires quò ad impediendum facultatem impetrãdi post publicationem, & non apparet ꝙ ante tempus concessionis literarum Pauli fuissent publicatæ literæ Nicolai, ergo non valuerunt, sicut ẽt fuit intentionis Nicolai, & iuxta id ꝙ hr̃ in auth. vt factæ nouæ constitutiones. collatione quinta. no. in data sexti libri in gl. fi. & in prohemio cle. in verbo, decreto cum simi. ¶ Quantum verò ad id quod in alio quæsito continebatur, s. an capitulum generale ordinis Prædicatorum potuerit absoluere dominum fratrem Thomã de Leuco tunc vicarium generalem congregationis Lombardiæ sub regulari obseruantia degentis, quia hoc est apertè expeditum per literas vltimas Pauli super hoc specialiter emanatas, non video ꝙ super hoc insistere oporteat. Alex.

---

ADDITIONES.

* Quòd secundæ.] Sequitur Rui. consi. 31. col. pen lib. 5. Natta.

* Quæ no. Archi.] Istud dictum Archid. & Io. And. sequitur etiã Roma. consi. 498. Natta.

a ¶ Voluntati. sup. eo. consi. 111. consi. 155. sup. lib. 4. cons. 7. vbi dixi sed Hipp. Mars. in prac. crim. §. quæritur. nu. 16. dicit sufficere clausulam de plenitudine potestatis in quo bene reprehenditur per Aymo. consi. 126. col. 2. vbi pulchrè tractat, & tenet ꝙ vt appareat de voluntate derogando oĩbus derogatorijs, non sufficit derogatio generalis nec requiritur indiuidua sed specialis. Pau. cons. 3. consi. 206. consi 288. cõsi. 284. lib. 1. cons. 125. cons. 408. lib. 2. tenet etiam Aymo ꝙ dicitur specialis derogatio sufficiens quando dicitur, etiam si talia forẽt de quibus mentionem fieri oporteret de verbo ad verbum. idem Alex. sup. lib. 4. consi. 7.

EPITOME.

CONFISCATIO bonorum mobilium & immobilium non includit nomina.

CONSILIVM CCXLIIII.

Ponderatis verbis instrumenti donationis factæ per quondam Illustrissimum principem Philippum Mariam ducem Mediolani Oldrado de Lampugnano, in cuius exordio prefatus princeps ad cameram suã applicat & confiscat bona mobilia & immobilia & se mouen
a tia dicti quondam Bicij, sentio [a] non comprehendi in dictis verbis confiscationis nomina debitorum dicti Bicij. quia no-
b mina debitorum sunt alia [b] species per se a mobilibus immobilibus & se mouentibus. l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. l. quam Tuberonis. §. fi. ff. de pecu. l. mouentium. & ibi no. Bar. ff. de ver. signifi. & nota. Dy. & Bar. in l. potest. ff. de autho. tuto. & Bald. in cap. fin. de cog. feu. vbi concludunt quod quando non est necesse ꝙ ipsa nomina debitorum connumerentur inter immobilia vel mobilia seu se mouentia, retinet aliam speciem per se, vt in dictis iuribus, & est bonus tex. in l. bene à Zenone, post medium. C. de quadrien. præscrip. sed esset necesse ꝙ alicui istorũ accedat vt in dispositione quę oporteat comprehendere totum patrimonium hominis; & tunc distinguitur, aut illa actio competebat ad rem immobilem, & iudicatur vt de immobili, aut competebat ad rem mobilẽ, & iudicatur prout de immobili, no. gl. in auth. de nõ alie. §. 1. & not.

& not. in l. 1. C. si aduer. transac. & probatur. in l. si. ad resoluē dam. C. de prædiis minorum sed in proposito nostro non est necesse quòd nomina debitorum applicentur alteri extremorum. s. immobiliū vel mobilium seu se mouentium, quia dato ꝙ nō veniant in cōfiscatione, sequit ꝙ remanserunt in bonis dicti Bicii seu eius hæredum. & ita etiā no. Ioan. An post Specu. in ti. de fruc. & interesse. §. 1. in additione incipiēte, aliqui inducunt. & not. doc. in c. nulli, de reb. eccle. non alie. & in c. 2. eo. ti. libr. 6. & Oldra. in consilio 218. incipiente. Factum ta
* le est dominus rerum, ibi plus dicit quod etiam * in legato talium bonorum non comprehenderentur nomina debitorum
* quia sunt * tertia species. ad quod etiam facit. l. Caius, in principio. ff. de lega. 2. & pro hoc etiam adducit cōmunem vsum loquendi, qui debet attēdi. l. Labeo. ff. de supel. le. c. ex literis, de sponsa. & hoc etiam considerat Ioan. And. post Specula. in loco præallegato. Et in terminis decidit specificè casum nostrum Guido de Suza. in quæstionibus suis, quæstione incipiēte, Pone quæstionem de facto, statutum est in ciuitate Bergomi. & Bal. & Ang. in l. si constante. §. si. ff. sol. mat. vbi quærūt, an in publicatione bonorum veniant nomina debitorum. & dicunt quòd sic, si hoc nomen bonorum, est prolatum simpliciter, per, d. l. si constante. §. fina. & l. si maritus in id. eodem tiru. secus si sit prolatum cum adiectione mobiliū vel immobilium allegant. l. vxorem. §. legauerat. & l. si Chorus. §. 1. ff. de legatis. 3. & d. l. Caius. & d. l. quā Tuberoni. & dicta. l. mouentium. & loquitur etiā Guido de Suza. quando diceret per
c hæc verba bona omnia [c] mobilia & immobilia debeant confiscari. nam dicit ꝙ tunc non comprehenduntur nomina debitorum, & per hoc etiā remanet decisus iste primus articulus. etiam remanet decisus secundus, in quo quærebatur an in donatione quā fecit dictus Petrus præfato Thomasio eius nepoti donando ei omnia iura & actiones competentes in bonis & hereditate dicti quondam Bicii comprehendatur nomina debitorum, quia clarum est quod sic. d. l. si constante. §. fina. & expressius in l bonorum. la j. & l. nihil aliud. ff. de verborum sign. cum simi. Laus Deo. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Sentio. nisi aliunde appareat de mente, vt si esset casus in quo per statutum vel consuetudinem præcedentem omnia confiscarentur.
b ¶Alia. sup. li. 1. consi. 45. nu. 7.
* Quod etiam.] Idem dicit Gui. Papæ q. 499. Bar. consi. 50.
* Quia sunt.] Vide ētiō. Imo. ad l. fi. in prin. ff. de don. Natta.
c ¶Omnia. imò tunc veniunt omnia And. Tiraq. in consue. Picta. tit. tra cta. §. 1. gl. 1. nu. 22.

EPITOME.

PER scripturam repertam in libro creditoris probatur solutio debitoris.

CONSILIVM CCXLV.

Ponderatis his quæ in themate narrãtur, & visis his quæ egregiè in iure allegata sunt per aduocatum dicti Bartholomæi de Branbochis, sentio per dictas scripturas esse probatum dictas libras ducētum per dictum Bartholo. fuisse posteà solutas dicto Geminiano. ¶Quia
1 libro † etiam priuato creditoris in quo continetur solutio debiti, datur plena fides contra ipsum creditorem. l. quædam. §. nummularios, cum gl. magna. ff. de eden. no. Bart. in l. admonendi. ff. de iureiu. in versicu. circa secundum. &c. & in l. nuda ratio. ff. de donatio. & in aut. & si contractus. C. de fide instru. Sed probatum est (vt præsupponitur in themate) quòd dictus liber vel libellus erat proprium originale dicti Geminiani, & per consequens. ꝙ erat liber suus quo vtebatur. ¶ Vnde
2 succedit id quòd † notabiliter dixit Ioannes Andrę. in additi. Specu. in titulo de instrumen. editio. §. nunc dicendum in additione magna, in versicu. quid si in prędictis terminis mercatur &c. & Bal. in rubrica. C. de fide instru. in 17. col. in versi. sed hic quæro, pone quod in libro mercatorum &c. vbi sequēdo Nicolaum de Matarellis volunt quòd si in libro mercatoris aliquid reperitur scriptum contra eum, sed ipse negat esse scriptum sua manu vel sua voluntate, stabitur libro ꝯ eum, nisi aliter probet, quia satis est quòd in libro quem tenebat scriptum reperiatur, & sic pręsumitur voluntate sua scriptum. allegat id quod habetur in l. census. ff. de probatio. in l. fin. C. arbitute. l. ne in arbitris. C. de arbit. & C. de iusti. codice. confir. l. 1. §. huic igitur, & sic dato quòd aliter nō apparet istum librū fuisse scriptum manu dicti Geminiani, tamen hoc non habet obstare, quia præsumitur, quod voluntate sua scriptum fuerit postquam probatum est hoc fuisse originale suum, & sic istū fuisse librum suum, & ab eo (vt derbo fertur) fuit præsentatus officialibus camerę archiui tanquam liber ipsius Geminia. Massaroli, & in d. camera apud officiales dimissus. prout est de more Massariorum, in quo quidem libro continetur solutio dictarum librarum ducentarū post diē confecti instrumenti obligationis dictarum librarum ducentarum, vt comprehēditur ex vltima postea iuncta penulti. quæ diem habet. l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de eden. Confirmat hoc per scripturam factā ab officialibus prǽsidētibus dictę cameræ archiui publici, in qua apparet d. Geminianum exegisse in duodecim postis siue partitis à dicto Bartholomeo libras quadraginta tredecim & solidos nouem & denarios quatuor, prout ēt apparet in dicto libro Geminiani, in quo, inter dictas duodecim partitas vel postas est vltimo loco posita dicta par
3 tita siue posta librarum ducentarum, sed ita est, † ꝙ scripturis archiui publici datur plena fides licet aliàs non essent publicæ seu scriptæ, & confectæ manu publici notarij, vt in aut. ad hoc. C. de fide instr. & declarat notabiliter Bar. in dicta auth. & si ꝯctus. circa princ. bene facit tex. in c. ad audientiā. de præscrip. & ibi not. & not. in c. cum causam. de proba. ¶ Nec
4 obstat † si diceretur quod non apparet quod illa scriptura libri d. Geminiani fuerit facta pręsente dicto Bartho. ergo non debet facere plenā probationē, sed solum semiplenam. l. certi. §. si quis absente. ff. de confes. l. fi. de interroga. act. & in c. fi. de succes. ab intesta. & per no. per Bar. in d. l. admonendi. ¶ Quia respondetur per no. per Bar. in d. l. nuda rō. in ver. quæro quid si in libro &c. vbi sequens Dy. tenuit ꝙ dicta scriptura libri rationum etiam qn̄ tendit ad obligandum, probat plenè ēt in fauorem absentis, per id quod hr̄ in d. §. numularios, cum gl. magna. & §. scientum, in authen. de trien. & semis. & l. instrumenta. cum ibi notat. C. de proba. & per no. in l. inter chartulas. C. de cōue. fisci. debi. li. 10. & ita ēt tenet Bal. in l. vnica. C. de confes. in 2. col. in ver. 2. oppo. &c. & in l. si quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. ff. de eden. & in l. 1. in 4. colu. C. de falsa causa adiec. leg. & Ant. de Bu. in c. si cautio. in 1. col. de fide instr. & in ca. de confes. ¶Et licèt nonnulli conentur tenere contra illam decisionem Dyn. & Bar. in d. l. nuda, tn̄ dico ꝙ nō negatur veram esse opinionem Dy. & Bar. in his qui consueuerunt facere & tenere librum, vt in mercatoribus & campsoribus quo casu tacitè per eos qui secum contrahunt vel agunt vr̄ eis mandari, vt scribant iuxta no. per Iaco. Butr. & Bart. in l. 1. C. de eden. cum suis cōcordantiis. vnde tunc verum est ꝙ scriptura talis etiam facta parte absente probat plenè. per l. si quis ex argentariis. §. rationem. ff. de eden. & d. §. nummularios cum ibi not. & ita tenet Io. de Imo. in d. l. nuda. & in d. c. si cautio, ¶ Sed ita est ꝙ de more Massariorum, prout erat dictus Geminianus erat tenere libros de his quæ gerunt & exigunt a debitoribus camerę (vt verbo fertur) & tales libri postea in camera publica dimittuntur & consignantur, ergo etiā in casu nostro talis scriptura debet fidem facere, & tanto ma
